ria non sint corrupta/ de quibus
scriptoribus copia ministratur. Isto
modo ponitur auctor huius libri
volens per totum corpus ecclesie vir
tutes morales circumfundere/ inci
pit a capite videlicet a iudicibus
principibus et prelatis dicens Diligi
te iusticiam qui iudicatis terram
2 No Notandum insuper 3o quod princi
palis intencio salomonis est
docere sapientiam. Exordium autem
ad acquirendum sapientiam est iu
sticia iuxta illud Ecc. 1 Fili con
cupiscens sapientiam serva iusticiam
et deus prebebit illam tibi 2 capitulo

quod tamquam pro medio necessario
ad sapientiam dicit iudicibus prin
cipibus et prelatis Diligite iusticiam
qui iudicatis terram. Videmus
enim/ quod illud quod est pro
prium ~~cetere~~ et amatiuum a principe
in ornatu gestu vel victu/ illud
trahitur ad consequenciam a
subditis/ et sive sit utile sive
inutile/ saltem nobile negocium
reputatur effigiare principem in
hiis/ que ab eo diligi cognoscunt.
Unde si iudices domini et p
relati vellent amare iusticiam/
non est dubium quin eam subdi
ti amarent. Ret. mur. Qui enim
putet esse de secta regis/ et de eodem
vel consimili panno indui/ habet
maximum gaudium. Roba autem
principis iudicis et prelati debet
esse iusticia secundum illud Job
29 Iusticia indutus sum et 29 No
vestivit me sicut vestimento. Et
ps Sacerdotes tui induantur
iusticia. Sed revera tam sacerdo
tes quam alii seculares et lay
ci/ numquam sibi ita stricta indu
menta paraverunt/ sicut modernis
temporibus iam videmus. Et
iterum sicut est decens corporis ita
est decens cultus mentis. Et ideo
necesse est eis dicere Diligite iusti
ciam etc. Ubi breviter docet nos
tria videlicet qualiter sunt affec
ti/ Diligite iusticiam. Ad quid sunt
electi/ quia ad iudicandum. Et
qui sunt eis subiecti/ quia terram
i. homines terrenos et terrenis de
sideriis inherentes. Quantum ad
primum nota quod ad hoc quod
homo sit iustus non sufficiat
iusta facere/ sed requiritur quod in
se faciat iusta/ secundum Aristotelem
2o et 7o Ethicorum. Unde qui su
spendit furem zelo vindicte

propter gratiam personalem facit quod
iustum sed non iuste. Vnde ad hoc
quod homo sit iustus requiritur
quod faciat amore iusticie. Et
ideo dicit Anshelmus de libero ar-
bitrio capitulo 3. Quod iusticia est
rectitudo voluntatis propter se
seruata. Et deut. 16. iuste quod
iustum est exequeris. Ex quibus
patet quod quatuor genera hominum
sunt qui iusticiam quodammodo
faciunt et tamen non diligunt.
Scilicet appetitiui honoris et reuerencie,
vindicatiui rancoris et impa-
ciencie, fugatiui timoris, et
dissimulatiui sceleris. Sunt igitur
primo quidam qui licet iusticiam
non diligant, volunt tamen vi-
deri iusti. Arguunt quidem de-
linquentes, vituperant viciosos,
commendant virtutes, puniunt sine mi-
sericordia, et tamen cum in ten-
cione corrupta, quia non ob ali-
ud faciunt nisi ut honorificentur
ab hominibus, et eciam ut vocentur
iusticie zelatores. Tales fuerunt
scribe et pharisei de quibus mathei 5.
nisi habundauerit iusticia vestra
plusquam scribarum et phariseorum
non intrabitis in regnum celorum.
Secundo vindicatiui rancoris et impa-
ciencie pretendunt se esse amato-
tores iusticie et non sunt. Vult
enim iusticia vult vindicare de-
licta, sed et ira in iniuriam. Vnde
philosophus dicit. Ira est appetitus
vindicte. Vnde iratus ante vin-
dictam dolet quasi paciens ali-
quid iniustum, sed cum punit de-
lectatur. Sicut dicit 3º ethicorum
capitulo 12. Tales fuerunt duo senes
iudices qui Susannam adiu-
dicauerunt morti quia eorum libidi-
nosum amorem contempsit. Dani-
elis 13. Inter enim omnes pa-
ssiones malas que in iudice

est possunt ira est una de peioribus.
Nam ira impedit animum ne possit
cernere verum. Ira excogitat cau-
sas calumpniandi et ubi culpa
non subest, ira in penis medi-
um nescit tenere. Vnde Seneca
libro primo de ira ad Nouatum
de quodam malo iudice dicit
Quod furore accensus eundem
puniuit ad mortem tres milites
innocentes, per hunc modum. Pri-
mum iussit occidi quia de via
redierat sine socio commilitone
imponens ei quod eum interfe-
cerit propterea statim eundem
militi astanti quod cum du-
ceret ad locum supplicii ut mo-
rte plecteretur. Cum autem ante
exiret eductus rediit miles eius
socius sanus et incolumis pro
quo alius morte plectendus
ducebatur. Videns autem hoc
ille tercius miles qui primum du-
cebat versus supplicium rediit
ad iudicem et ambos milites
coram eo putauit vivos esse.
ut vidit tyrannus furore suc-
census iudicium tale dedit. Primo
dixit te iubeo occidi quia in-
iussus es occidere et imperatori non
obedisti. Secundo dixit te iu-
beo interfici quia dampnatus
es. Tercio similiter dixit te iubeo
interfici quia commilitoni tuo
causa dampnacionis fuisti.
Et subdit Seneca ibidem. O quam
sollers est iracundia ad finge-
ndum causas furoris. Tres enim
hii puniti sunt ob unius in-
nocenciam. Excogitat iste que-
admodum faceret causa cui in-
ueniret. Habet enim ira-
cundia hoc maximum malum
quod non vult regi. Nam ipi

veritati irascitur sicut contra eius voluntatem aliquid faciat Hec Seneca Et ideo signanter dicitur Jac. 1. Sit omnis homo velox ad audiendum tardus ad loquendum tardior ad iram Ira enim viri iusticiam non operatur. Stomachantium nimirum protendunt se iusticiam diligere sed mentiuntur odio diligunt enim peccuniam et propter peccuniam faciunt iusticiam Isti diligunt iusticiam sed mentiuntur quia solum diligunt peccuniam diligunt iusticiam non aliter nisi sicut veneficus venenum et Judas Christum ad vendendum Isti enim sunt mercatores iusticie non amatores Et sicut mercator non curat cui vendat merces suas nisi quod ille habeat qui plus offert de peccunia ita iudices tales iudicium suum vendunt indifferenter iuste et iniuste dummodo ille potius habeat qui plus de peccunia eis donat Quibus dominus merito maledicit per Ys. Ve qui iustificatis impium pro muneribus et iusticiam iusti aufertis ab eo. Quarto dissimulatiui scelerum non sunt iusticie dilectores habet enim hoc iusticia quod culpe correspondeat pena sicut morbo medicina Cominuitur autem est in iusticia Et ideo talis compassio vel pietas falsa est et iniusta Dicunt enim mater que non sustinet filium verberari ut corrigatur nec filiam admitti ut sanetur sed contra Et tot tales loquens Beatus Augustinus in quadam epistola dicit molestus est medicus furenti frenetico et pater indisciplinato filio ille ligando iste corrigendo Si autem illos negligant et perire permittat

ista potius falsa mansuetudo crudelitas est Et ideo signanter dicitur in ps. Beati qui custodiunt iusticiam et faciunt iudicium in omni tempore Et Mt. v. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Unde notandum secundum Anshelmum de concordia quod duplex est affectio anime scilicet affectio commodi et affectio iusticie Prima affectio est a voluntate inseparabilis semper Sub prima cadit affectio cibi et potus et huiusmodi Dicitur ergo omni die renovatur in nobis esuries et sitis Ita affectio iusticie in mentibus corrigendis semper debet in nobis esse recens et inseparabilis Et ideo dicit Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam Glossa operatoribus veri boni non satis est quod iusti sunt sed semper sitiunt opera iusticie ut de tali quolibet verificetur illud Apoc 22 Qui iustus est iustificetur adhuc Dicit ergo Diligite iusticiam etc. Ante hic primo dubium quare dominus principibus iudicibus et prelatis potius dicit Diligite iusticiam quam diligite prudentiam vel aliquam aliam virtutem Ad hoc dicendum est quod huius duplex est causa Una est quia circa iusticiam in prelatis habentur quasi omnes virtutes Et hoc est quod dicit Ambrosius in Exameron Ubi magna est prudencia ibi medium est malicia ubi fortitudo ibi vacua dia ubi temperantia ibi plerumque impacia aut alia vicia Ubi non iusticia ibi est concordia virtutum. Secunda causa est quia sine iusticia non possunt reges et principes esse domini Et ideo multum debent diligere illud sine

scilicet a(ffe)c(tio) separabilis

quo domini esse non possunt Re-
mota enim iusticia fiunt tyranni
Unde Augustinus 4 de civitate
dei capitulo 4 Remota iusticia quid
sunt regna nisi magna latroci-
nia et latrocinia quid sunt nisi
parva regna Ad quod ostendendum
inducit Augustinus hystoriam de Alle-
xandro magno et de quodam
pirata qui vocabatur Dyomedes
quam tamen hystoriam plenius nar-
ratur in policrato libro 3 ubi dicitur
quod cum pirata comprehensus es-
set et Allexander eum interrogaret
quid ei videretur quod mare haberet infestum
respondit libera contumacia quid tibi quod
tu orbem terrarum sed quia ego fa-
cio illud parvo navigio latro vo-
cor tu autem quia magna clas-
se idem facis diceris imperator
Sed si solus captus fuit Alle-
xander latro erit si ad nutum
Dyomedis populi famularentur
erit Dyomedes imperator Nam
quantum ad causam non diffe-
runt nisi quia deterior est qui
rapit improbior qui iusticiam
deserit abiectior qui manifeste
impugnat leges quas ego fu-
gio tu persequeris ego utrumque ve-
reor tu contempnis Me fortune
iniquitas et rei familiaris angu-
stia facit latronem te fastus
intollerabilis et inexplebilis
avaricia furem facit si fortuna
mansuesceret fierem forte meli-
or et tu quanto fortunatior tan-
to nequior eris Miratus Alle-
xander constanciam hominis et liber-
tatem eius racione cum iuste exproba-
retur et mito arguetur experiar
inquit an futurus sis melior
fortunamque mutabo ut non amo-
do aliquo delicto sed tuis mori-
bus ascribatur quod fecisti eumque
ascribi iussit militandum ut po-

sset esse salvis legibus militare
Ex isto sequitur quod reges sine
iusticia fiunt tyranni nec possunt
iuste regnare Secundo potest esse
dubium que potest esse magis ne-
cessaria rei publice vel iusticia vel
amicicia Videtur quod iusti-
cia quia 4o ethicorum capitulo 8 Iusti-
cia est iniqua quasi in proporciona-
bili sine permaneat civitas sed continet
hec ad iusticiam Item capitulo 2o Iusti-
cia est preclarissima virtutum et
est virtus perfecta et neque vesperus
neque lucifer est ita admirabilis
Ad oppositum arguitur per Tullium
de amicicia Est enim amicicia rerum
divinarum cum omni divinarum humanarum
que rerum cum benivolencia et
caritate confirmatio aut consensio
Sed ista est maxime necessaria rei
publice ergo etc. Et addit quod si omnes
homines essent amici non indige-
rent iusticia sed quantumcumque omnes
homines essent iusti adhuc in-
digemus amicicia Et ideo dicit
Aristoteles quod amicicia est magis
necessaria quam iusticia Dicen-
dum quod sicut dicit Aristoteles 5
ethicorum iusticia est duplex scilicet iusti-
cia legalis que continet omnes virtutes
et non est pars virtutis sed est tota
virtus Alia est que commutativa
et distributiva Si ergo queratur
an iusticia sit magis necessaria
rei publice vel amicicia Et fiat
questio de iusticia universali dicendum quod
iusticia est magis necessaria
sicut totum est melius sua parte
Si vero de iusticia particulari dicendum
quod amicicia est magis ne-
cessaria Et hoc satis in intencione
Aristoteles 8 ethicorum capitulo primo ubi
dicit quod amicicia continet
et conservat civitates et leges

Questio utrum potest magis esse necessaria
rei publice vel iusticia vel amicicia

mens humana ordinat
ad deum ipsum

positores circa eam magis student quam
circa iusticiam / Ad racionem in
oppositum ad primum dicendum est quod
prius sciciam permanet caritas et tamen
his tamen pauciciam / Ad at
dicatur quod iusticia est preclari
ssima virtutum / et loquitur ibi
de iusticia legali et non de iusti
cia particulari etc. Lectio tercia

Sentite de domino in bonitate et in

simplicitate cordis querite illum
quoniam invenitur ab hiis
non qui temptant illum / apparet
vero autem eis qui fidem habent in
illum / Quia proposuit Salomon
quod ad acquirendam sapienciam
de qua intencio est principalis
huius libri necessaria est iusticia
postquam hoc premisit hic de ipsa
iusticia prosequitur consequenter
Et quia iusticia a cultu dei in
cipit / ideo primo ostendit quomodo homo
debet ordinari ad deum in mente
Secundo quomodo in sermone ibi
Benignus est enim spiritus sapiencie / tercio qualiter
quomodo in tota conversacione ibi Nolite
zelare / Circa primum est sciendum
quod mens humana ordinatur
ad deum per tria / et hec tria in textu
isto nominantur scilicet per fidei inte-
gritatem / per cordis caritatem / per
spei firmitatem / primo quia impo- 1°
ssibile est sine fide placere deo
premittit fidei integritatem dicens
Sentite de domino in bonita
te i. ea que sunt de deo revela
ta quia dicitur sacra scriptura per quam
deus cognoscitur / pie humiliter
et studiose legite et intelligite
et que non potestis de deo pro
bare pie credite / quia sicut dicitur
proverbiorum 25 Qui perscrutator est ma
iestatis opprimetur a gloria. Secundo 2°

Circa primum duo facit primo quod deus
virtuosis operacionibus placatur
Secundo quod pravitas actionis ab
homine separat ibi perverse enim cogi
taciones

quia fidelis non salvatur sine cari
tate / Quia si habuero omnem
fidem ita ut montes transferam
caritatem autem non habeam
nichil sum / Cor. 13 / Ideo postquam 1a
mens humana est primo illu
minata per fidem / oportet quod
secundo sit inflamata per cari
tatem / et ideo subdit et in sim
plicitate cordis querite illum
Queritur enim per amorem et dile
ctionem / iuxta illud Cant. 3 Que
sivi quem diligit anima mea
Bernardus super Cant. sermone x dicit
Non abduci blandiciis
nec frangi iniuriis / nec seduci
flagiciis sed toto corde tota anima
tota virtute diligere est et ut breviter
dicam toto corde diligere est
omne quod blanditur de ipsa carne
vel quod illicita et vilia res
pue. Sed quia iam nemo effi
catur querit quod non operatur
ideo post fidei integritatem et a
moris caritatem subdit tercio 3°
spei firmitatem dicens Quoniam invenitur ab hiis qui non temptant illum
i. qui non presumunt de ingenio
suo ab hiis qui non temptant
illum Gloza super illud Matth. 4
Non temptabis dominum deum tuum
dicit sic Nemo temptare debet deum
qui ex humana racione habet quod
faciat / ille enim deum temptat
qui committit se periculo quod ex
humana racione patet evasio / et
ideo Christus dixit Matth. 10 Cum 10
vos persecuti fuerint in una ci
vitate fugite in aliam / Sicut
ipse idem fugit et latuit puer
lus in Egipto Matth. 2 Et postea
iam factus vir idem fecit 11
Ioh. 8 Sic paulus in sporta di
missus evasit 2 Cor. xi. Et 12
sicut dicit Gloza ubi prius posuimus

Ad[?] · 1a · 2a · 3° · i · i · fcat/ma

humana racio defecerit tunc debet
homo se deo non temptando sed
devote confitendo propriam in
firmitatem sicut dicitur Paralip. 20.
Cum ignoramus quid agere de
beamus hoc solum residui ha
bemus ut oculos nostros di
rigamus ad te. Item glosa sup
ps° 82. Temptare deum in nobis
simplicitas et in corde est ma
licia. Et tales non querunt
deum in simplicitate cordis
et ideo non inveniuntur ab eis
quia temptant eum. Aliqui ta
men apparet illis qui fidem habent
in illum. Hic notandum est quod
aliqui temptant dei clemenciam
illi scilicet qui negligenter orant sine
devocione sicud si aliquis temp
tet si homo dormiat vel non.
Ecc. 18. Ante oracionem prepara
animam tuam et noli esse quasi
homo qui temptat deum. Ali
qui temptant dei pacienciam qui
perseverant in peccatis de die in
diem de mense in mensem
de anno in annum et quasi per to
tum tempus vite sue sicud
de pravis in psalmo. Temptave
runt et exacerbaverunt deum ex
celsum et testimonia eius non
custodierunt. Aliqui temptant
dei iusticiam qui orant vin
dictam. Luc. 9. Vis dicimus ut
descendat ignis de celo et. Ali
qui temptant dei potenciam
ut temerarij in periculis. Judith
8. Qui estis vos qui temptatis
dominum. Loquitur ibi contra sacer
dotes qui statuerunt quod nisi
deus eos liberaret infra quinque
dies etc. Aliqui temptant dei
sapienciam qui exponunt se ad do
cendum sine studio et premedi
tacione. Psalmus. Temptaverunt

deum in cordibus suis ut pete
rent escas animabus suis. Non
solum autem invenitur deus
ab hijs qui non temptant illum
sed eciam apparet id est sponte se eis
ostendit. Non tamen addit stati
per spem sed per fidem primo et po
stea per spem et ideo subdit. Appa
ret autem eis qui fidem habent
in illum id est fidem tendentem
in illum per dileccionem. Sic ergo
apparet has tres virtutes theolo
gicas ordinantes mentem in
deum homini iusto esse necessa
rias per iam dicta. Dubium autem
potest hic esse utrum scilicet preter virtutes
naturales acquisitas necesse sit po
nere theologicas. Et videtur quod
non quia de communibus virtutibus
necessarijs ad feliciatatem vel
beatitudinem determinat suffi
cienter philosophus in moralibus suis
sed non fecit mencionem nisi de
naturaliter acquisibilibus ergo ille
solo sufficiunt. Preterea homo
potest naturalibus suis assen
tire hijs que fides predicat de
deo si bene instruatur. Similiter
deum cognitum potest amare
super omnia et potest sperare quod
ipse deus dabit sibi vitam im
mortalem ergo ad istos actus non
est necesse ponere habitus infu
sos. Maior patet quia alias
homo infidelis non foret vi
tuperandus si non crederet ad
predicacionem doctoris catholici.
Preterea si tales habitus infusi
forent in nobis homo posset
scire et experiri eos per eorum opera
ciones et sic posset homo de
lege quilibet scire se esse in caritate
consequens est falsum quod contra
patet quia inconveniens est.
Id est iustus quia iustus ex fide vivit
Abakuk 2°. Sine fide autem impossibile
est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum quia est et inquirentibus se
remunerator sit. — hic in credere eum esse remuneratorem
bonorum et punitorem malorum

nobilissimos habitus esse in nobis et
nos latere. Ad oppositum i ad cor 13
Nunc autem manent fides spes
et caritas tria hec. Ad istud dubi
um dicenda sunt duo primum e
quod sit quia sic relatum est
a sanctis patribus et sic scola ca
tholica et eccia tradit et docet
Et est racio quia duplex est hominis
felicitas scilicet naturalis et supernatura
lis prima est porcionata nature
humane ad quam potest pertingere per
principia nature sue. Alia excedit
et ad illam non potest pertingi nisi
divina virtute secundum quandam
divinitatis participacionem et ideo ad
istam consequendam oportet quod
homini superaddantur virtutes theo
logice que ideo theologice dicuntur
quia a solo deo nobis infunduntur
et solum divina revelacione in
sola sacra scriptura nobis traduntur
Ad primum dicendum quod Aristoteles non
tradit nisi de virtutibus ordinantibus
homines ad felicitatem humanam
ad secundum vero oportet hoc facere
meritorie operacionibus. Ad tercium non
simpliciter sed latent ardimus
nos tales habitus habere verum tamen
perhibet intelligi de habitibus
naturalibus. In simplicitate cor
dis querite illum. Nota quod sic
quatuor innuuntur que vitam
hominis xpianam faciunt esse meri
toria in presenti scilicet Rectitudo sancte
conversacionis ibi in simplicitate
Gratitudo pie devocionis ibi
cordis. Sollicitudo discrete in
quisicionis ibi querite. Altitudo
amene contemplacionis ibi illum
Circa primum notandum quod sim
plicitas ista debet esse debet
esse cum prudencia sicut dicitur
Mat. x. Estote prudentes etc. Unde
Genesis 27. dicitur de Jacob quod

erat vir simplex habitabat in tabernaculis
et tamen quante pruden
cie fuit erga fratrem suum Esau
in emendo primogenita, erga pa
trem in subripiendo benediccionem
erga avunculum in custodiendis
gregibus, erga uxores eas paci
fice regendo, et in multis aliis
patet in Gen. diffuse. Et ideo sim
plicitas asinina non est commen
dabilis, sed columbina Ro. 16 Vo
lo vos sapientes esse in bono
simplices autem in malo. Et debet
esse hec simplicitas sine plica
vane intencionis, sine ruga fal
se operacionis, sine culpa cogni
mento palliate ficcionis. Primam
simplicitatem non habent qui fa
ciunt aliqua opera de genere bonorum
intencione laudis humane vel
lucri temporalis et non propter
virtutem et honorem dei. Contra
quos dicitur Mat. 6. Si oculus tuus
fuit simplex totum corpus tuum
lucidum erit. Quod exponens
beatus Augustinus libro 2 de ser
mone domini in monte dicit Ocu
lus hominis dicitur intencio qua
quilibet in opere suo fine intendit
corpus vero congeries operum in
telligitur. Tunc autem oculus
est simplex quando intencio solum
modo in deum dirigitur et quando
sic est tunc tota congeries operum
luce iusticie coram deo resplen
debit. Unde Gregorius super Ezechi
ele Si nostra intencio apud
deum fuit simplex eius indi
cio nostra accio tenebrosa non erit.
Secundam simplicitatem non
habent heretici qui veris sentencie
fidei xpiane errores falsarum opi
nionum ingerunt. Unde hii non
sunt simplices corde et lingua.

yrino duplices et bilingues Eccli 28.
Verba bilinguis quasi simplicia
et ipsa perveniunt usque ad intima
ventris. Et Eccli 2: Ve duplici corde
labiis scelestis et manibus ma
lefacientibus et peccatori ingre
dienti terram duabus viis. Talia
simplicitate non habent proditores
et dolosi qui pretendunt unum in
ore et aliud habent in corde. De quibus
in psalmo: labia dolosa in corde et
corde locuti sunt. De quibus veri
ficatur illud Jacobi 1: Vir duplex
animo inconstans est in omnibus
viis suis. Dicit Aristoteles 18 de ani
malibus non est nisi unum cor et u
na anima. Secundo debet ho
mo habere gratitudinem pie devotionis
et ideo dicitur cordis ubi notandum
quod deus exigit cor humanum
sibi dari tripliciter scilicet liberaliter in
tegraliter et perpetualiter. Primo vult
deus quod tu des sibi cor tuum
non quod mutues nec quod ven
das quia hoc non esset liberaliter
sed quod dones. Illi enim sibi
mutuant qui sibi serviunt pro
temporali prosperitate consequenda
et quando eis subtrahitur prosperitas
subtrahunt cor. Ideo illi ante
vendiderunt qui enim diligunt propter
mercedem qui tamen de deo cogitant
quantum iam debueritis ab ipso
se recepisse cognoscunt. Primi ei
mutuant sub spe futuri commo
di. Secundi vendunt iam pro merce
de accepti. De quibus dicitur: populus
hic labiis me honorat cor
autem eorum longe est a me. Illi
ante cor suum deo donant qui
meram dei bonitatem et bene
ficia spiritualia cogitantes intuitu
et amore celestis patrie cor su
um custodiendum et regendum
in manibus dei ponunt. Et istum

modum exigit sibi deus si consi
deretur bene Proverbiorum 23 ubi dicitur
prebe fili mi cor tuum michi q. d.
fili mi per creationem fili mi per refor
mationem fili mi per redemptionem
prebe per donationem cor per dilectionem
tuum per compassionem michi per de
votionem. Vult ergo deus ut des sibi
cor tuum liberaliter. Secundo
vult deus ut des ei cor tuum
integraliter Matthei 22: Diliges do
minum deum tuum ex toto corde
tuo ex tota anima tua etc. Est
enim deus sicut homo zelo
typus qui non permittit sponsam
suam alios diligere. Exodi 34: Noli
adorare deum alienum. Dominus
enim zelotes nomen eius. Deus est
emulator nec mirum si cor requirit
quia ipse solus nos redemit. Ma
gnus cum gyrosa tamen diu vola
vit se fatigando et predam cepit
cor prede sue requirit. Christus autem
gyrosius ille falco pro sua preda
capienda volavit de celo in vir
ginis uterum. De virginis utero ad
patibulum. De patibulo ad infer
num. De inferno ad mundum. De
mundo ad celum. Et ideo iuste
sibi vendicat cor tuum pars [?] ergo
debemus cor nostrum ei sicut dicam [?]
pedali patitur cor prede sic primo
cum extrahitur lavatur et cooperi
untur et niger sanguis expu
mit et in parte distenditur. Sic
cor moraliter extrahatur cor
dium peccatorum occultorum recorda
tionem. In psalmo: Effundite coram
illo corda vestra. Lavetur per lacrima
rum superinfusionem Jeremie 4: La
va a malicia cor tuum ut sal
va fias. Comminuatur per contritionem
quia cor contritum et humiliatum
deus non despicies. Et sanguis i. niger

peccatum cognoscat per confessionem / sic
ut de corde tuo eiciant cogitationes
male / furta / et illa que narrantur
a salvatore. Et tandem distendat
penosam satisfactionem. et tunc dz
sibi totaliter dari per devotionem sicud
ipse dominus petit Joelis ii° Con-
vertimini ad me in toto corde vestro
etc. Sed dominus est sicut demum
liceat lasciva que maritum refu-
tat. Ideo vult deus quod des
sibi cor tuum perpetualiter. Solent
enim homines qui voluit sim-
pliciter et perpetuo aliquid dare / alicui
facere sibi bonam cartam et bene
scriptam. et postea illam signat sigi-
llo. et tandem ponit eum in
possessionem et tenet / et tunc
est securus de dono suo perpetuo.
Isto modo ut deum de dampnabi-
libus assecuremus. pro perpetuo fa-
ciamus sibi cartam de corde no-
stro. scribendo in illo mandata
3. et precepta sua Prov. 3. Scribe illa
s. legem dei in tabulis cordis tui.
et postea signetur sigillo s. huma-
nitatis christi. quod sculptum fuit
multipliciter in passione. Hoc appli-
cemus per devotam contempla-
tionem menti nostre. memoriam il-
lius passionis devote memo-
rando Cant. 8. pone me sicut
signaculum super cor tuum / et
tunc ponamus eum in scrinio
i. in mente nostra. ut per gratiam
illic habitare dignetur Eph. 3 Det
vobis deus secundum divitias
glorie sue virtute corroborari per
spiritum in interiori homine. christum
per fidem habitare in cordibus ve-
stris. Et sit in simplicitate
cordis querite illum. quod certe
tantum in quo notabatur solli-
citudo inquisitionis discrete
ubi est attendendum quod querere
debemus primo deum sapienter

cum tribus magis de quibus Mt.
2. Illi enim quesierunt stella du-
ce et nos queramus ducente
maria que est stella maris. Unde
super Missus est omelia 2. Si in-
surgunt venti temptationum / si
incurris scopulos tribulationum
respice stellam in voca mariam.
Secundo queramus dolenter cum
maria et joseph de quibus Luc.
2. Dolentes querebamus te. Un-
de per triduum quesierunt christum et
post triduum invenerunt. Tertio
queramus diligenter Luc. 15. Que
mulier habens dragmas x etc.
Queramus etiam quarto perma-
nenter Mt. 7. petite et accipietis q-
uerite et invenietis. Certum quod
vitam christianam inquietat est al-
titudo quiete contemplationis
quia illum in illo enim et in nullo
alio quietatur nostre contemplatio-
nis intentio. Unde Augustinus
1. libro confessionum Tu domine fecisti nos
ad te. et inquietum est cor nostrum
donec requiescat in te. Ps. Acce-
dite ad deum et illuminamini ergo etc.
In simplicitate ergo cordis querite
illum etc. Lectio iiii^ta

Perverse enim cogi-
tationes separant
a deo probata autem virtus corripit
insipientes quoniam in malivo-
lam animam non introibit
sapientia nec habitabit in cor-
pore subdito peccatis. Postquam
determinatum est qualiter homo
convenienter ad sapientiam percipien-
dam disponitur. Hic ostendit
per quid homo a sapientia con-
sequenda principaliter impeditur.
Impeditur autem homo sapien-
ter homine in habitet spiritualiter
propter duplex obstaculum primum

cor

Lectio quarta

est mentalis malicia. Secundum
est corporalis immundicia. Et secundum
hoc ista leccio dividitur in duas p-
tes. Nam primo docet vitare ma-
liciam mentis. Secundo docet
vitare immundiciam corporis ibi
nec habitabit etc. Dicit ergo sic
perverse i. perverse cogitaciones
separant a deo. Et notandum
primo quod non accipiuntur hic
cogitaciones diffiniendo cogita-
cionem contra actum voluntatis
sed includendo tam actum vo-
luntatis quam actum intelle-
ctus. quia sic sunt cogitaciones
peccata cuius racio est. quia nullus
actus est peccatum nisi actus
(i) elicitus a voluntate vel impera-
tus. Unde Augustinus peccatum
adeo est voluntarium. quod si non
sit voluntarium / non est peccatum
Alias homo peccaret nolens /
et sic puniretur ubi noluisset
delinquere / quod non est racionabile
propter hoc illa beata lucia dixit
tyranno. Tu autem si invitam
me feceris violare. castitas michi
duplicabitur ad coronam / Est ergo
iste sensus hic. Illud quod se-
pat hominem a deo / est perversa co-
gitacio i. affeccio delectacionis. per
quam deus non diligitur. nec
adoratur nec ei creditur. Pro-
bata autem virtus i. fides operans
per dileccionem. corripit insipien-
tes. scilicet arguendo consciencias
de errore et ingratitudine erga
deum et sic corripiendo suadet
amare et timere deum. quod est
(a) vera sapiencia. Causa autem
quare cogitaciones infideles et
perverse separant a deo est. quia tales
homines sunt in mente mali-
ciosi. et in corpore voluptuosi.
et in illos non potest sapiencia intro-

(1) corripit insipientes i. expellit omnem
insipienciam fides in. purgat corda etc.

vel sapiencia enim verbum dei patris
dicitur. qui est sapiencia in ex-
celsis etc. i. fons sapiencie
verbum dei in excelsis / vel sapiencia
dicitur collectio virtutum mora-
lium et intellectualium. Cuius
racio est. quia si unum contra-
riorum sit in summo. nichil secum
compatitur de suo contrario.
Deus autem est summa boni-
tas. et ideo nullomodo cogitat
cum malicia. Respuunt enim na-
tura contraria. quocumque mo-
(r) do iunguntur ut dicit Boecius 3 de
consolacione. Et ideo sapiencia
in malivolam animam non
introibit. Et nota quod dicit i
malivolam animam non solum
non stabit sed nec introibit
(f) in eam. Et corpore aut subdito
peccatis dicit / quod in illo non
inhabitabit. quam tamen aliquando i
troeat non negat. Cuius dicti
racio potest esse. ut ostendat dicitur
inter peccata carnalia et spiritua-
lia. et maxime spiritualia. que
dicuntur peccata malicie. cuiusmodi
est ira invidia et huiusmodi. quia
ista sunt minoris verecundie
et maioris culpe secundum
Gregorium peccata vero carnalia sunt
ergo minoris verecundie. et mino-
ris culpe / et ideo ut quidam faci-
lius conterunt homines de pec-
cato carnali / et cum maiori
verecundia satisfaciunt. quam de
peccatis spiritualibus. Unde peccata spiritua-
lia sicud odium invidia et
superbia. magis in hominibus
continuant quam peccata car-
nis. Et ideo dicit in malivo-
lam animam etc. quia scilicet peccata
spiritualia semper occupant
animam malivolam. ita quod

Nota scilicet

ut agnes

Nota

illa delectacionis
vel cogitacionis

Nota

sapiencie non vacat nec ad gloria-
ne miseriam invocat. Sed in
peccatores et iuvenes carnalium vi-
ciorum bone mutat aliquando. Sed
non inhabitat in eis. Unde Gre-
gorius dicit. Malivola anima
est que in corde tenet odium
vel livorem. Corpus autem
subditum peccatis est quod
secundum apostolum fornica-
cioni non domino servit. Est
autem diligenter advertendum
quod inter alia sunt quatuor
genera malarum cogitacionum scilicet
maliciose ambiciose voluptuo-
se et infructuose. Primum genus
malarum cogitacionum sunt cogi-
taciones maliciose et a malicia pro-
cedentes que procedunt cum intencione
et animo. quia animo nocendi
ps. Quid gloriaris in malicia
qui potens es iniquitate. Tota
die iniusticias cogitavit lingua
tua. Talis fuit cogitacio
saulis contra david. I reg. 18.
Saul cogitabat tradere david
in manus philistinorum. Et cogi-
tacio fratrum contra joseph
Genesis 37. Qui cum vidissent
eum procul. antequam accederet
ad eos cogitaverunt eum occidere
Nota de illo et de eius mali-
cia. qui cocodrillum adduxit.
ut quamvis primum devorasset
Et ideo decepte malicioso dedit
dominus legem talionis deute-
ronomii 19. Reddet ei sicut fratri
suo cogitavit. Secundum ge-
nus cogitacionum sunt cogita-
ciones ambiciose. quia in ipsis
homo ambit ut super alios ex-
tollatur de quibus scribitur
luc. 9. Intravit cogitacio in
eos quis eorum maior esset. Ubi

notandum quod ambicio est velut
quedam symea caritatis. sicut di-
cit petrus blesensis in quadam
epistola ad clericos de capella regis
henrici. Ambicio dicit ipse est
quedam symea caritatis. Caritas
enim paciens est pro eternis. Am-
bicio patitur omnia pro caducis
caritas benigna est pauperibus.
ambicio divitibus. caritas omnia
suffert pro veritate. Ambicio pro vani-
tate. Utraque omnia credit. omnia
sperat sed longe dissimili modo.
Hec ad gloriam huius vite. illa scilicet caritas.
ad gloriam sine fine. Et infra
Omnes qui militant in castris
ambiciosis capti sunt a cecitate
amoris et oculos eorum
miserunt prosperitates enim prosperitates
sunt in acquisicione temporalium
sacietas vero vite que periit.
et imminencia mortis et tunc
supplicia non attendunt. Et
parum supra in eadem epistola
pro vanissima vanitate mili-
tant hodie nostri curiales in
labore et erumpna. in vigiliis
multis et periculis magnis.
periculis maris periculis flumi-
num periculis latronum. periculis
poncium periculis moncium pe-
riculis in falsis fratribus in
mortibus frequenter in concussa-
cione et lassitudine corporis
atque in aliis vite discrimini-
bus quibus gloriam martirii
mererentur si hec pro christi nomine
sustinerent. Non autem sunt
milites christi sed mundi seculi pro-
fessores discipuli curie. multi-
tas vanitatis promulgas si quando
tribulaciones inciderint nisi
in rogarium oculorum hii autem

p multas afflictiones proiicientur
in fernum. Tertium genus ma
larum cogitationum sunt cogita
tiones voluptuose. quia volup
tati deserviunt. de quibus dicitur
Genesis octavo. Sensus enim
et cogitatio humani cordis pro
na sunt ad malum ab adole
scentia sua i. corrupta. Ex quo ei
sunt corrupta in primis parentibus.
et e modicum meliorata est in
suis posteris. Albertus secundo
tractatu secundi libri de cau
sis proprietatum elementorum capitulo
2. dicit. quod si super carbone
candele extincte non tamen
omnino sit mortificate. quin ali
qualis ignis remaneat. super
proiciatur tenuis pulvis sul
phuris. candela reaccenditur
totaliter. quantumcumque homo in
se flammas voluptatis extinxe
rit. semper tamen manet igni
culus non mortificatus. hoc
est fomes carnalis concupiscentie
qui in vita ista totaliter extin
gui non potest et ideo summope ca
vendum est. ne super proiciatur
tenuis pulvis sulphuris. Sul
phur est calidus fetidus et te
nax. et significat luxuriam.
pulvis tenuis huius sulphuris
est cogitatio morosa de turpissima
tis delectationibus illius actus.
Unde Gregorius super illud Job. 18
Aspergatur in tabernaculo eius
sulphur. Moralium libro 14. dicit. Sul
phure sic ignem nutrit. ut i
pse sit gravissimus et ideo in eo
peccatum carnis intelligimus. quod
dum pravis cogitationibus
quasi fetoribus mentem implet.
et iniqua incendia fovet. Unde do
minus in sodomitas pluit ig
nem et sulphur. Hec Gregorius

Cavendum est quod cuiusque penitenti
de peccatis. ne de eisdem cogitatio
nes recordativas admittat quia
secundum Gregorium Moralium 24.
Sepe mens ita male per recor
dationem concutitur. ut ad peccatorum
illius longe gravius quam prius
capta fuerat ligatur. Et ideo
signanter dicitur Deuteronomio 17. Cave
ne surrepat tibi impia cogita
tio. Dicit enim presulus latin
culus per fenestram in mittitur.
ut maioribus latronibus se
ras aperiat. ita dyabolus primas cogi
tationes in mittit. Et si ille per
negligentiam admittantur. tra
hunt mentem hominis ad con
sensum. Unde Julius Sextus
frigel libro 4. capitulo 9. Darius po
nitens cum suspectos haberet
antecessores et vereretur ne presidium
reciperent. petiit ab eis ut egros
interim apud se refici paterentur.
fortissimos deinde habitu lang
wentium missis civitatem oc
cupavit. Sic contingit spiritualiter.
Dyabolus enim ponderans aliquos
sanctos viros nolle recipe su
ggestiones. in grossa materia sicut
in ope ex... suadet eis sal
tem cogitare de illecebris. fingens
non esse periculum in debilibus
cogitationibus. sed fortissimas de
lectationes in mittit. et sic men
tem ad consensum deducit et
ideo statim summa vigilia et
prudencia examinanda est co
gitatio. que occurrit. et si est no
xia vel in munda. expellenda
est a corde. et premenda est ne
fiat morosa. propter quod sig
nanter dicitur Ieremie 4. Usque quo mo
rabuntur in te cogitationes no
xie. Una auctoritatem pertractas

Sed ete medax est qui
sub debilibus cogitacionibus

primus

beatus Gregorius 20. mor. capitulo 2
6. d. sic Non reprehendit tum dei
unt sed tum morant. etenim in
bona corda cogitaciones illicite
veniunt / sed morari vilit prohi
bentur Unde Ieronimus ad Eusto
chium Dum parvus est interficie hostem
illum. nequicia elidatur in semine
ille aut laudatur ille laudatur
ille predicatur beatus qui statim
ut cepit cogitare interficit cogitaci
ones et allidit ad petram Et Augustinus
exponens illud psalmi. filia
babilonis misera / beatus qui ret.
ret filia inquit babilonis mise
est caro. que confusioni peccatorum
ingerit. cui digna compensacio da
tur. ut sicud cogitacio cunctatur
ad vicia. ita eciam repressa sub
datur virtutibus Unde subdit
Beatus qui retribuet tibi ret. t. quia
scilicet carni retribuet bonorum est. qui
eciam parvulos qui ex carne na
scuntur. i. malos motus angustiis
arescunt repriment. ne fiant liberi.
et allidunt ad petram i. Christum.
ut confracti disparescant Cogitacio
nes enim facilius vincuntur
cum parve sunt et tenere Et nondum
quod non solum apud catholicos.
ymo gentiles munditia mentis
virginitati corporis preferebat in
tantum quod ubi potuerunt hoc
deprehendere. quod aliqua virgo conse
crata corrupta esset mente ipsam
a sacerdotio repulerunt Unde na
rat Seneca libro 6. declama
cionum declamacione 8. de virgine
vestali. que scripsit hunc versum
felices nupte moriar. nisi nu
bere dulce est Quam tamen
voluit eam sacerdocio privasse
Et ideo scribitur ysaie 1. auferte ma
lum cogitacionum vestrarum ab ocu
lis meis dicit dominus Et ysaie
55. Derelinquat impius viam

suam et vir iniquus cogitaciones
suas Quartum genus malarum
cogitacionum sunt cogitaciones
infructuose et vane. quia sine
fructu et utilitate sunt De qui
bus in psalmo Dominus scit cogi
taciones hominum quoniam vane sunt
Et in eodem In illa die scilicet mortis
peribunt omnes cogitaciones eorum
Ubi nondum. quod omnis cogi
tacio mundanorum vel est de acquirendis
providencia vel est de diffundenda
pecunia et hec utraque ipsarum cogita
cionum perit die mortis Qua
liter autem perit prima cogitacio
patet luce 12. de divite. qui cogi
tavit horrea dilatare Qualiter
eciam perit secunda cogitacio appa
ret narratur 4 regum 21. de Amon filio
manasse. qui vitam malam
patris sui recogitans. et iniam
dei sibi finaliter concessam. de
liberavit quod in peccatis suis mo
re patris iuventutem suam du
ceret et postea finaliter illa sicut
pater fecerat peniteret sed cogita
cio periit. quia in medio ma
licie sue annis propriis interfe
ctus fuit De talibus presumptuo
sis dicit in psalmo Quoniam decli
naverunt in te mala. cogitaverunt
consilia que non potuerunt sta
bilire. et hoc quia maliciam
suam acceperunt contra bonitatem
tuam. et sic mala sua in te
declinaverunt Ideo iusto tuo iudi
cio cogitaverunt consilia que non
potuerunt stabilire Cogitacio
enim secundum Gregorium 12. mo
ralium capitulo 18. comparatur ra
dici. quia quod radix arbori hoc
virtutique homini sua cogitacio
est Racio est quia sicut radix
occultatur subterra. sed implantata
foliis et fructibus super terram

manifestatur. Sit cogitatio licet =
substantia corporis impuniti occultetur
tamen in operatione patebit. Et al
tum in futuro. Quia tunc tot
erit in corpore. sicut in base di
tro. Tunc enim est in corpore lucido
secundum Gregorium 18. mor.
ca° 29. Quando autem radix
desiccatur tota planta deficit
Sic secundum Greg. 19. mor. ca°
8. ubi dicit Omnis iniquus prius
in cogitationibus arescit. et postea
a bonis actibus deficit et ideo
sicut ille qui vult arborem
sic bene crescentem et fructi
ferum. summe curare debet quod
radix non arescat p[ro] siccitate
ita qui vult semetipsum fructi
ferum reddere in operibus virtuosis
curet omnino quod non sit aridus
in cogitationibus suis. quia ni
chil ita servat hominem in me
te. nec ieiunium nec cilicium
nec vigilie. sicut sancta con
templatio. vel cogitatio conte
plativa. Et sicut ista duo ma
xime humectant radicem ne
arescat. scilicet fimus et sanguis
humanus. si calidus apponatur
ita spiritualiter radicem cordis nostri
scilicet devotam cogitationem fecun=
dat mirabiliter. scilicet fimus hoc est
memoria mortis nostre. et vili
tas conditionis humane. et
sanguis hoc est consideratio
de Christi passione. ista duplex co
gitatio videlicet de morte nostra
et Christi passione. proprie in operibus
bonis nos fecundant. 1. Petri
4. Christo in carne passo. et vos =
eadem cogitatione armamini. Item Eccl.
7. Melius est ire ad domum luctus
quam ad domum convivij. in illa
enim finis cunctorum admonetur
hominum. et vivens homo cogitat
quid futurum sit. Similiter sanguis
humanus qui nichil est aliud quam
memoria passionis illius qui =
maximo calore dilectionis sang
uinem suum nobis tribuit
Sanguis enim Christi qui per spiritum sanctum
effusus est. emundavit conscientias
nostras ab operibus mortuis.
ad Hebr. 9. Secundo cogitatio
comparatur tynee secundum eun
dem Greg. mor. 21. Quia si
cut tynea sine sonitu pene
trat vestimentum. ita cogitatio tunc
figit mentem anguina p[ro]pen
13 datur Job 4. Quasi putredo
consumendus sum. et quasi ve
stimentum quod comeditur
a tynea. Tertio comparatur ver-
mi. mor. 17. ca°. 9a. Os quippe
cordis cogitatio est. omnis ho
mo utitur sic os suum immundum.
et summe caveat ponere aliquid
fetidum more suo. Prov. 17. Os
abhominabile deo cogitationes
male. Quarto comparatur pi
lis carnis 7° mor. ca° 18. pili
carnis. sunt vite veteris cogita
tiones. unde dicitur per Moysen. Dicitur
Num. 8. leviti radent omnes
pilos carnis sue. quia hi qui
in obsequium divinum assumuntur
debet ante dei oculos a curis
carnis cogitationibus mundus
apparere. Hec G. Utinam sic esset
modernis temporibus. Sed no
tandum quanta est fragilitas nostra
si compareremur apibus qui imp[ri]
mitiva ecclesia fuerit apostolus et
paulus queritur quasi p[er]mira
bili et impossibili Ro. 8. Quis
nos separabit a caritate dei etc.
Et enumerat omnes adversitates =
quasi dicat nichil horum unde

i

1/2

subdit Eius finis etc. Sed vendi
multi clerici et prelati qui successe
runt in locum eorum possunt respon
dere. Non mors nec gladius. quia
non est necesse ista opponere. sed
prave et voluptuose cogitaciones
separant nos a deo Et heu ser
viunt hodie in ecclesia tales p
sbiteri. Secundum hus dicere possumus
illud quod dictum est de patri
bus veteris testamenti Dan. 13.
Venerunt duo presbiteri plenum i
niqua cogitacione adversus susa
nnam. quia noluerat eis con
sentire Non vos sic, Item Ier.
18 mota consilium Ier. 18 Revertatur
unusquisque a via sua mala et
appessimis cogitacionibus suis.

Spiritus enim sa
nctus discipline:
effugiet fictum. et auferet se a
cogitacionibus que sunt sine
intellectu. et corripietur a superve
niente iniquitate Postquam
ostensum est quod per duplicem
indisposicionem homo impeditur
ne sapienciam consequatur. scilicet per
miciosis maliciam et corporis i
mundiciam pro ista parte utriusque ra
cionem assignat. ostendendo quod
peccatum duo mala facit homini
nam aufert graciam. et in
affert penam Et secundum hoc
in ista leccione tria facit. primo
ostendit quomodo peccator necessitat deum
in quodammodo ad eum dere
linquendum. Secundo ostendit
quod hoc non est simpliciter se
cundum. ymo quod deus iuste
et sine compulsione subtrahit se
peccatori, Et hoc dicit ibi Et au
feret se. Tercio subiungit quod ho

propter peccatum velit nolit obligat se fi
naliter puniendum ibi Et corrip.
dicit quod primo sic. Spiritus enim
sanctus discipline effugiet fic
tum ista littera dupliciter legitur. Uno
modo. ut iste genitivus discipline co
struatur cum eo ~~et doctor~~ quod
precedit sit spiritus sanctus discip
line i. dator vel inspirator. di (et doctor)
scipline effugiet fictum. i. ypo
critam. qui bonum pretendit ex
terius. et maliciam gerit intus
Unde non est mirum si sapiencia
in malivolam animam non in
troibit. quia spiritus sanctus qui
est auctor et dator sapiencie. effugi
et talem fictum et sic in isto
assignatur racio quare in ma
livolam animam non introibit
sapiencia Ecce co primum. Consequenter
subdit cum: quare nec habita
bit in corpore subdito peccatis.
quia auferet se a cogitacionibus
bestialibus et libidinosis. quas
appellat sine intellectu. cum ipse sit
spiritus mundicie et honestatis. Un
quia est spiritus veritatis. effugiet
fictiones. sed quia est spiritus ho
nestatis. ideo effugiet bestiales
cogitaciones. et hoc est quod dicit.
Et auferet se a cogitacionibus
que sunt sine intellectu Aliter
exponitur ista littera scilicet ut iste
genetivus discipline construatur
cum hoc quod dico fictum. et
tunc est sensus. Spiritus enim
sanctus effugiet fictum dis
cipline. i. illum qui fingit
se habere disciplinam cum non
habeat. Sed primus modus
legendi (et construendi) concordat cum gloza
Sit ergo nemo potest deo im
ponere. quod ipse sponte homines

delinquat. ymo per maliciam fu-
gatur ab eo. et ideo dicit Spiritus
enim sanctus etc. Vel iterum potest
homo impone deo. quod consi-
deret et faveat voluptatibus
bestialibus. et repugnantibus
rationi. quia statim auffert se
a cogitationibus que sunt sine
intellectu. Cum enim intellectus
sit hominis naturalis perfectio. et sup-
ma nobilitas eius. propterea cum
posse debet motus carnis irro-
nales. qui in est quod aliquis
carnalibus cogitationibus sub-
dit talis. cogitationes est sine
intellectu. et totaliter sensuales
et bestiales. contra quales loquitur
ps. Nolite fieri sicut equus et
mulus. in quibus non est intel-
lectus. quia a talibus cogita-
tionibus se auffert spiritus sanctus
Notandum est hic secundum philosophum
7. Ethicorum. Ca. 3. quod tres sunt
species fugiendorum circa mores. scilicet
incontinentia Malicia et Be-
stialitas. Incontinentia est se-
cundum philosophum qui ita est quod
aliquis habet rectam rationem et
estimationem. et sufficientem in-
formationem. quid debeat facere
et quid vitare. passio tamen
temptationis est ita vehemens
in appetitu sensitivo. quod ipse
succumbit passioni. et recedit
a sua sui iudicium. et ipse contra-
riatur. faciendo illud quod scit
esse sibi prohibitum. et ideo vo-
catur incontinens. quia non
continet se infra limites consci.
sed propter passionem ~~egredi~~ egredi
et recedit a iudicio conscientie
Et hec est prima species in fugie-
nda circa mores. Secunda species

est malitia. Malicia autem secundum
eundem philosophum est quidam habitus
generatus ex assuefactione sequendi
passiones. propterea malum habitum
recta estimatio. sive bona consci-
entia iam est corrupta. in tantum quod
indicat omne illud esse bonum.
et prosequendum ad quod appe-
titus sensitivus se inclinat.
et ideo talis iam ex electione et
non ex passione operatur prava.
et iste multo peior est quam
incontinens. Unde talis apud
philosophum vocatur intemperatus. sicut
patet ca. x. eiusdem libri. Et
de hoc dicit Seneca de copia ver-
borum an finem. Tunc enim est
consummata infelicitas. ubi tur-
pia non solum delectant sed
etiam placent. et tunc desinit
esse remedium locus. ubi que fue-
rant vitia mores fiunt. Tertia
species fugiendorum circa mores vo-
catur bestialitas. Sicut autem
malitia excedit incontinentiam.
Ita bestialitas excedit maliciam.
Unde quando bestialitas est tanta.
quod excedit limites huma-
ne affectionis circa maliciam vel
vel libidinis vel angustie pecc-
tunc dicitur talis homo besti-
alis. et malicia eius vocatur
bestialitas. Sicut enim quando
affectiones partis intellectiue.
assimilantur mediocritate et
honestate cogitationibus et
affectionibus intelligentiarum
sive angelorum vocatur virtus
divina. sive heroyca. Ita per op-
positum quando affectiones partis al-
terius intellectiue sensitive corrup-
muntur et deprimuntur ad simi

litudinem bestiarum merito malicia
talis persone vocitur bestialitas vi
Homo enim in quodam medio
confinio constituitur inter substancias di-
vinas et bestias. et ideo si sapi-
at naturam altius extremum ab illo
denominatur. et ideo viri excellen-
tes in contemplacione et devocione
et honestate. vocantur viri dei. et
excedentes in malicia vocantur
bestiales. Sicut ibidem dicit textus
Et a talibus cogitacionibus tam
scilicet incontinencie quam malicie
et bestialitatis. auffert se spiritus
sanctus. et quibus eas diligentem
iacet in infirmum. Contra quod
figuraliter petit psalmus Ne proicias me
a facie tua. et spiritum sanctum tuum ne
auferas a me. Sequitur in littera et
corripietur a superveniente iniqui-
tate i. fictus talis qui personam
maliciam fugat a se spiritum sanctum.
cte non evadet finaliter impune.
ymmo corripietur et per racionem
ipse dampnabitur. et hoc a superve-
niente iniquitate i. per iniqui-
tatem. que eius consciencia
opprimet. sicut onus grave. iuxta
illud psalmus Iniquitates mee super-
gresse sunt caput meum et sicut
onus grave gravate sunt super
me. Et nota quod aliter corripitur
penitens de peccato et aliter impe-
nitens. Nam ex correccione peni-
tentis supervenit mansuetudo
et una per quam peccatum dimittitur
et homo deo reconciliatur. unde psalmus
Quoniam supervenit mansuetudo
et corripiemur. sed ex correc-
cione impenitentis finaliter super-
venit ira dei eterna propter ipsa
iniquitas excelsa. Baruch 4
Ignis enim supervenit ab eterno i

longiturnis diebus. Dubitari
potest quare circa predicta spiritus sanctus
detestetur et omnem fugiat de-
fictum sine fictione. et primo vi-
detur quod non. quia Luce ultimo dicitur
de christo. quod finxit se longius
ire. et tamen profuit eis
manere. ergo simulavit unum ex-
tius et aliud pretendebat intrinsecus
Preterea Luce 9 et Matthei 17 legimus
quod christo transfigurato coram
discipulis suis. apparuerunt
cum eo moyses et helyas. Nunc
queritur an apparuerint ibi vere
vel ymaginarie tantum. Si
ymaginarie ergo ficcio fuit. Si
vere ergo moyses fuit resuscitatus
et helyas de paradiso translatus.
Sed hoc non apparet verum quia
beatus Augustinus dicit in ...
menti quod anima samuelis
fuit resumpta. qui samuel mo-
rtuus videbatur apparere sauli.
Et dicit Augustinus quod fuit
illusio ymaginaria dyaboli. non
spiritus samuelis a requie sua
resuscitatus. Preterea Glosa Luce
9 super illud Apparuerunt moy-
ses et helyas. Dicendum est non
corpora vel animas moysi vel
helye apparuisse. sed subiecta
creatura illa corpora fuisse creata
et formata. Potest eciam dici
quod angelico ministerio hoc fa-
ctum est. ut angeli eorum person-
as assumerent. Preterea illa
claritas transfiguracionis aut fuit
vera et in corpore christi realiter vel
ymaginarie tantum. Si secundum
habetur propositum. Si vero primum
contra corpus christi. nisi veri-
tate fuit spacium et unitatu

questio an spiritus sanctus detestetur
et fugiat omnem fictum vel fictorem

et coloratum / Similiter Glosa ibi
dem sup. q. super illud No gu
stabunt mortem nisi videant
regnum dei d. i. glorificacionem
corporis in ymaginaria repre
sentatione / igitur illa claritas fuit
ymaginaria tantum / preterea in
corpore xi post resurrectionem
apparuerunt cycatrices ymo
discontinuacio in carne nam
thomas misit manus in latus
eius Tunc quero / aut sit ap
paruit ymaginarie tantum / tunc et
fuit apostoli delusi et non fuit
approbacio resurrectionis vere
nec fuit alia apparicio velut
vera et realis Et si sic contra
in corpore glorioso nullus manebit defectus nature nec corru
pcio nel deformitas sed cicatrix
apparicio vel discontinuacio per
corpus xi fuit deformitas
et defectus nec ergo ibi nichil tale
fuit quia corpus xi fuit ita
glosum tunc sicut non nunc
Ad oppositum est scriptura sacra
hic Item Gregorius in omel in
quadam prolixitate simplex vel
tas fecit sed talis se exhibuit
eis foris in carne qualis erat
eis in mente hoc enim egit fo
ris in oculis corporis quod apud illos
agebatur in oculis cordis Apud
semetipsos enim intus ama
bant et dubitabant et dominus
eis prius aderat propter hoc
quod amabant et eis abe
rat propter hoc quod dubitabat
Ad istam questionem aliter respo
dendum est secundum usum
loquendi modernorum et aliter secundum
usum loquendi sanctorum Apud
modernos namque secundum usum
loquendi iste terminus fictio in

portat deordinacionem et falsifica
cionem et secundum hoc manifes
tum est quod spiritus sanctus
effugiet omnem fictionem Sed
secundum usum loquendi sa
nctorum iste terminus fictio non nece
ssario importat siue notat fa
lsitatem siue deordinacionem
sed possibile est quod fictio
significet sicut est et tunc fi
ctio non est falsum Unde Au
gustinus in libro de questionibus
euangeliorum Non omne quod fingimus
mendacium est sed quando illud
fingimus quod nichil significat tunc
mendacium est Cum autem fictio
nostra refertur ad aliquam signifi
cacionem non est mendacium
sed aliqua figura veritatis Hec
Augustinus Et Gregorius in o
melia hoc idem videtur asse
rere d. Dicit enim et dominus fin
xit se longius ire quia compo
suit motum suum quasi volens
ire ad aliquid significandum
Item Damascenus quarto sentenciarum Cap. x.
Ea que post resurrectionem xo in
fuerunt modi sunt diversi
Nam hec quidem non sed non
secundum naturam sed secundum dispe
sacionem ad certificandum et ad
credibile faciendum quoniam ipsum
quod passum est corpus resu
rrexit ut cicatrices a bacio et
potacio post resurrectionem
Alia vero nature et secundum
naturam ut transire de loco ad lo
cum infatigabiliter et per ianuas
clausas intrare Alia autem
secundum fictionem ut idem fi
nxit se longius ire Hec ille
Ex quibus patet quod non omnis
fictio connotat semper mali
ciam vel deordinacionem Et io

dicendum est ad questionem quod
pius sanctus quamlibet fictionem
decordinatam detestatur et non
aliam Et per hoc patet solutio ad
primum argumentum. quod illa fi-
ctio non fuit decordinata. sed fuit
figura. signum quales fuerunt
illi discipuli amando et dubi-
tando secundum Gregorium Ad secundum
dicendum quod in transfiguratione domini
moyses et helias vere et realiter
et personaliter apparuerunt ibi
sicut docet Augustinus de mira-
bilibus diuinarum scripturarum Ca° 9.
In quorum apparitione notanda sunt
quatuor. primo quod in suis ve-
ris corporibus ibi fuerunt Secundo
quod in moyse non finaliter fuit
vero completa sed corpus suum
itaco in pulverem est consumptum Ter-
tium est. quod corpa sanctorum mo-
ysi et helye non perfecte. sed simi-
litudinarie habuerunt gloriam
resurrectionis future perunt luc 9. dicitur
quod moyses et helyas visi sunt
in maiestate et gloria Quartum
ad hoc dicit sanctus thomas.
quod claritas in moyse et helya
non fuit eiusdem generis. cum
claritate corporum in patria. sicut
claritas xpi fuit. sed fuit que-
dam claritas sic se habens ad il-
lam. sicut fides in via se habet ad
visionem in patria Et ideo as-
pectum apostolorum non offendebat.
quod non fuit de claritate xpi
Et cuius ratio est quia caro xpi
glorificata fuit. Non autem caro
moysi Et ideo corpori eius po-
tuit conueniens attribui clari-
tas glosa. non autem corpori
moysi. nec prius esset gloria in corpore
quam in anima Et hoc videtur
irrationabiliter dictum Quintum est

quod aliter fuit de apparitione samu-
elis. quia ibi fuit verum corpus
formatum ex aere. quod apparuit
corpus samuelis proprius dya-
Ad illud argumentum aliter respon-
det sanctus Thomas super 3.
sententiarum dis 16. q. 4. Articulo 4°. vbi
dicit quod glosa. que allegatur
in tertio argumento. est a magris
suspecta aliter putata Et subdit
vnde dicendum est. quod uterque illorum
ibi apparuit Sed helias in corpore
et anima moyses vero in cada-
uere qui apparere potuit in celo.
per corpus assumptum. sicut ange-
li apparent. nec quia poterat ali-
quam speciem causare in oculis
videntium. representantem formam
cuius erat illa anima Sed hec
ratio ut videtur dicit oppositum Nam
dicit quod moyses et helyas
vere ibi apparuerunt Sed tamen
quod aliter fuit ibi vnus aliter
alius Similiter Augustinus de
oppositum dominatulis diuinarum
scripturarum Cao. 9 . et textus euangelii
idem sonat Item dicit Albertus
super lucam Cao. 9. videlicet quod
ibi moyses apparuit in propria perso-
na quia aliter eius testimonium parum
valuisset sed tamen non erat
ibi in proprio corpore. sed in corpore
sibi ab angelis adaptato nec
est credibile. quod corpus suum
putridum resurrexit ad hanc
visionem peragendam Anima
tamen sua de lymbo venit pe-
na tamen lymbi sed carentiam
diuine visionis non amisit
vnus venit de inferno Alius
de paradiso vnus de mortuis aliter
de viuis ut ille ostenderetur de
quo dicitur Rom. 14. Tu es domine
qui vite et mortis habes potestatem.

Sed tam Albertus quam thomas
videntur hoc dicere dubitative sub
pudicio. quia textus luc. 9. ex-
pressit. Quod duo viri loquebantur
cum illo. Erant autem mo-
yses et helias visi in maiestate.
Item Crisostomus dicit quod unus
de vivis. et unus de mortuis ad-
ducti sunt ad testificandum. Et
satis credibile et racionabile est.
quod corpus moysi resuscitatum
fuit. propter illud testimonium page-
ndum. sicut multi alii resurrexe-
runt xpo resurgente. qui postea
obierunt secundum beatum Au-
gustinum de mirabilibus divinarum scrip-
turarum Ca°. 97. Ad tercium dicendum
quod Glosa illa suspecta. et a ma-
gistris antiquis negata. Ad quar-
tum de claritate faciei domine in trans-
figuracione dicendum. quod fuit in cor-
pore et realiter. tamen pro tunc
transiens et non per aliquam formam
inmanentem corpori xpi. sicut
erit in corporibus glorificatis
post resurreccionem. et fuit ille
fulgor eiusdem speciei. cum ful-
goribus corporum glorificatorum. non
tamen ita perfectus. sicut claritas
sic assimilatur claritati patrie.
Non tamen fuit in toto profun-
do corporis. sed in superficie tantum. et
sic non est impossibile idem
corpus fore opacum in trinsecus.
et lucidum in superficie. Et autem
dicit Gloza Bede quod fuit yma-
ginaria reputacio dicit pro tanto.
quia fuit ymago et figura glori-
ficacionis future. Ad quintum de
vulneribus et cycatricibus in cor-
pore xpi post resurreccionem
dicendum. quod aliud est loqui de cy-
catricibus in corpore xpi. aliud
de vulneribus sive de discontinua-
cione carnis in corpore xpi.

Nam quod fuerint cycatrices. omnes
doctores concedunt. sed de vul-
neribus et de discontinuacione
carnis plane hoc negat Albertus.
ymo hoc repugnaret glorifica-
cioni. que non est sine integ-
ritate nature. Nec est credendum
quod Thomas misit digitos
in latus xpi. quia hoc fuisset
concarnatum in apto et in fium
in domino. Sed verum est quod
latus tetigit et cycatrices vidit. vid(it)
ad Unde aspectum vulnerum credit
non ad tactum. Et ideo dictum
est ei. Quia vidisti me credi-
disti etc. Et addit Albertus quod
cycatrix non affert deformita-
tem. nisi quod mutat situm
vel figuram membri. Sed cica-
trices in xpo ita subtiles fue-
runt. quod hoc non fecerit.
Unde secundum Augustinum
ultimo de Civitate dei Ca°. 19. 29
Huiusmodi cicatrices vulnerum
manebunt in martiribus sine
quacumque deformitate. ymo
ad decorem. quasi queda insig-
nia victorie. et sic probabiliter
tenetur quod cycatrices sunt
et semper manebunt in corpore
xpi. Sicut dicit sanctus tho-
mas super 3. sententiarum di. 21. Ar-
ticulo penultimo. Quod autem
ibi vulnera non fuerint dicit
beatus Augustinus li. 6. contra
contra pelagianos. Sciant in-
quit qui has questiones ipo-
suerunt. xpum non vulnera sed
signa vulnerum. cicatrices suis disci-
pulis demonstrasse. que tunc
essent false si nulla vulnera
precessissent. Et sanctus Thomas
de xpo quaestione 29. Articulo ultimo

in solutione secundi articuli te-
net. quod in xpo fuit aptitudo vul-
nerum. et solucio continuitatis
recompensata. propter maiorem
decorem glorie glorie et quod tho-
mas tetigit vulnera xpi Lco vij

Benignus est spiritus
sapiencie et non
liberabit maledictum a labijs
suis quoniam renum illius testis
est deus etc. ie. Ego dominus scru-
tans cor et probans renes
qui do unicuique iuxta viam su-
am et iuxta fructum adinvencio-
num suarum. Et non solum re-
num et cordis scrutator est deus
immo et lingue eius auditor
est psalmus Qui plantavit
aurem non audiet aut qui
finxit oculum non considerat
cordis illius scrutator est verus
et lingue illius auditor. quia spiri-
tus domini replevit orbem ter-
rarum et hoc quod continet om-
nia scienciam habet vocis. Vbi hic do-
cet sapiens qualiter homo viri-
tus ordinare debet interius
suas affectiones. hic autem exigit
ad informandum quo debet
ordinare interius suas locucio-
nes. Et circa hoc sic procedit quia
primo docet vitare maliciam lo-
quendi in generali. Secundo quem-
dam viciam loquendi dissuadet
in speciali. ibi custodite ergo
vos. Circa primum duo facit primo
ostendit quod maliloquus non
potest evadere impunitus in iudicio
propter culpe sue transgressionem
Secundo quod non potest eva-
dere impunitus propter culpe sue
occultacionem ibi propter hoc quod lo-
quitur. Circa primum duo facit quia
primo ostendit quod in deo filius est
deo plenariam cogicionem. Secundo sub-
tante noticie assignat causam sibi
ibi Quoniam spiritus domini rep. Circa
primum adhuc duo facit quia
primo ostendit quod in deo pecca-
tis maliloqui est ad bonos
summam pietatem. Secundo quia ser-
vat ad malos iustam equitatem
ibi Et non liberabit maledictum
Dicit ergo primo sic Benignus
est spiritus sapiencie. Et potest hic
spiritus accipi dupliciter scilicet perso-
naliter pro spiritu sancto iuxta illud
Joh. 17. Spiritus veritatis qui a
patre procedit ille testimonium
perhibebit de me. Vel essencialiter
pro tota trinitate que deus est iuxta
illud Joh. 4. Spiritus est deus et
eos qui adorant eum in spiritu
et veritate oportet adorare. Et sive primo
modo accipiatur sive alio mo-
do verum est quod benignus est
spiritus sapiencie. Est enim be-
nignus iustos conservando
malos reducendo cunctos recte
regendo. De primo in psalmo Exau-
di me domine quoniam benigna
est misericordia tua. De secundo Ro. 2°
An ignoras quoniam benignitas
dei ad penitenciam te adducit. De ter-
tio Luc. 6. Benignus est super
ingratos et malos et math. 5. So-
lem suum oriri facit super
bonos et malos etc. Sic ergo
iste spiritus sapiencie est ad bo-
nos summam pietatem. Et ta-
men ideo non presumat pecca-
tor maliloquus qui se fina-
liter non emendat quod sit
evasurus impune quia non
liberabit maledictum i. maledi-

centem uel detractorem a labiis
suis i. a pena sibi debita pro peccatis
labiorum suorum Quia sicut
dicit psalmus labor labiorum suo
rum operiet eos et cetera uir lin
guosus non dirigetur in terra Et
quia posset aliquis homo que
rere quomodo puniet spiritus sa
piencie malos homines cum
non ostendat se modo nosse
eorum peccata Ideo consequenter
ondit quod iudex ille est omnium
peccatorum plenariam cognicionem Jo
subdit Quoniam renum illius
est deus i. occultarum cogitacionum
et affectionum testis est deus
homo enim videt ea que pa
tent deus autem intuetur cor
et cetera Tria enim sunt que quilibet
peccator uellet maxime latere
si posset scilicet delectacionem sue volu
ptatis cogitacionem concepte va
nitatis locucionem commisse fal
sitatis omnia ista dominus un
de videt ista ante tria tangit
sapiens per tria corporis organa
videlicet renes cor et lingua
In renibus viget voluptas in
corde vanitas et in lingua fal
sitas et respectu istorum trium tres
actus deo attribuit Nam respe
ctu voluptatis ipse est testis et
de hoc dicit voluptuosus in
telis est testis meus Respectu
vanitatis ipse est scrutator De
cordium enim est occultiora et
latencia penetrare unde in psalmo Scru
tans corda et renes deus
Sed respectu falsitatis ipse e
auditor Unde in psalmo Non vide
bit dominus nec intelliget
deus iacob qui plantauit au
rem non audiet ergo habemus
quod deus est iudex et testis

ee Testis quia videt et audit
Iudex quia scrutator et investi
gator est cordis Je. 29. Ego sum
iudex et testis dicit dominus
Ergo patet quod cum sit summe
iustus non liberabit maledi
cum a labiis suis et cetera Sed
quia posset esse dubium vn
de iste spiritus sapiencie quod
videat audiat et scrutetur
omnia Ideo consequenter assig
nat sue cognicionis racionem est
autem racio quia spiritus ille
est ubique presencialiter potencialiter
et essencialiter et hoc est quod
subdit Quoniam spiritus domini reple
uit orbem terrarum et per hoc
ly domini legitur in tercio casu ut sit
sensus Spiritus domini i. spiritus qui
est dominus uel in tercio casu ut
Spiritus domini i. spiritus qui est a
deo patre et a deo filio maie
state sua iste inquam spiritus reple
uit orbem terrarum i. omnem crea
turam Je. 23. Celum et terram ego
impleo Et Augustinus Ubique
est deus intra omnia non in
clusus extra omnia non ex
clusus supra omnia non ele
uatus infra omnia non depres
sus Et hoc quod continet omnia
i. idem spiritus sanctus qui omnia
continet i. gubernat et con
seruat omnia scienciam habet vocis
i. noticiam omnium habet que ab
homine dici possunt quacumque
vocatur lingua et ideo caue
debes in quibus delecteris
que mediteris et qualia lo
quaris quia iudex ille videt
et audit quidquid homo co
gitat uel dicit Et hoc est quod

concludit Rogans ultimo verbo con
solatorium suarum. D. Augustini
ni inquit viam celestis virtutes ad
rectas pedes eum sublevate gressus
pedes in excelsa porrigite. Magna
enim vobis si dissimulare non
vultis indicta est necessitas pro
bitatis cum ante oculos agitis
iudicis cuncta cernentis. Nota quod
tangit sapiens tria corporis orga
na que difficilium est regere scilicet
tunc renes vz cor et linguam
Nam in renibus voluptas in
corde vanitas et in lingua fal
sitas dominatur et ideo difficilium
est etiam sanctis quod se regant
perfecte in delectationibus vanitatibus
que per renes signantur iuventa
tibus que per cor significantur in
locutionibus que per linguam nomi
nantur. Dicit autem Aristoteles 13 de
animalibus quod infirmitas renum
in homine est difficilis curationis
moraliter quia in renibus dominatur
voluptas ideo infirmitas renum
carnalem notat concupiscentiam
que vocatur langwor nec et io
in ps(almo) dicitur Miserere mei domine
quoniam infirmus sum. Hec infirmi
tas est difficilis curationis sicud
patuit in paulo et in aliis sanctis
nam dicebat Datus est michi
angelus sathane stimulus carnis
unde mitigari potest sed omnino to
lli non potest nisi circa mortem se
cundum Augustinum de perfectione
iusticie humane. Unde narrat
Gregorius 4. dyalogorum capitulo 12. de
Ursino presbitero qui sic conversabat
cum presbitera tanquam frater cum
sorore continue a tempore or
dinationis sue iste cum esset con
fectus etate et iaceret infirmatus
ad mortem et in tantum invaluisset

infirmitas quod dubitabant ali
qui an spiritus commisisset ab eo an
non. Tunc accessit ad eum presbitera
sua et naribus suis aures ap
posuit ut sciret si corpori sub
aliquis spiritus vitalis inesset
quod ille iam semimortuus
senciens recollectis viribus
quas habebat prorupit in vo
cem et ait Recede a me mulier ad
huc igniculus vivit tolle pa
leam et post ad se venientibus
petro et paulo apostolis sicud sibi
videbatur spiritum exalavit iste po
tuit deo regratiari et dicere cum
ps(almista) Benedicam dominum qui tribuit
michi intellectum insuper et
usque ad noctem increpuerunt
me renes mei i(d est) usque ad mortem
secundum glossam increpuerunt i(d est)
arguerunt vel temptaverunt me
renes mei. Dicitur etiam quod
quod illa infirmitas difficilis est
curationis que non recipit curam
sine adustione. Talis est fomes
carnis propter quod signanter pe
tivit ps(almista) proba me domine et tempta
me ure renes meos et cor
meum. Glosa proba me i(d est) in
dica me esse probatum non tibi
qui nosti omnia sed michi et
hominibus ne quid delicti mane
at in me ideo dicit Tempta
me quia nisi temptares negli
gentes essemus et ure scilicet igne
tribulationis renes meos et
cor meum i(d est) adhibe medicinam
ale purgationis tribulationis de
lectationibus meis ne quid mali
cogitem. Cor namque pro cogita
tionibus renes pro delectationibus
posuit. Hec glosa. Secundum orga
num corporis quod nimis est
difficile regere est cor. Unde Greg(orius)

[margin: e; no; i; Ex(emplu)m; e; no; proba me; delectet me cogitati onibus ne quid mali; F.]

Ezechiel. mor. Facile est enim prava opera vitare, sed nimis difficile est ab illicita cogitatione cor tergere. Unde sicut dicit Bernardus in meditationibus suis Nichil in me corde meo fugatius quia quociens me deserit et per pravas cogitationes defluit, tociens deum offendit. Cor meum cor vagum et instabile dum suo ducatur arbitrio et divino caret consilio in semetipso non potest consistere sed omni mobili mobilius per infinita distrahitur. Et ideo signatur Proverbiorum 4. Omni custodia custodi cor tuum quia ex ipso vita procedit. Est autem de corde humano sicut de argento vivo quod est semper in motu et est mutabiliter instabile. Sistitur tamen aliquando et mortificatur per odorem hoc est per fumum sulphuris sicut docet Aristoteles 4 metheororum. Moraliter Si volumus sistere et domare cor nostrum a vagis motibus superbie et elationis, adhibeamus ei odorem sulphuris id est ymaginationem pene eternalis vel gehennalis cuius una porcio est sulphur iuxta illud psalmus: Ignis et sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum. Et Apocalypsis 21: pars illorum est in stagno ardenti igne et sulphure et statim concipiemus timorem et per timorem continebimus et congregabimus cor nostrum. Nam ex tristicia cor stringitur et congregatur. Ecclesiastici 30: Contine et congrega cor tuum in sanctitate et tristiciam longe expelle a te. Narrat giraldus cambrensis in libro suo de topographia hybernie. Quodam tempore in mari prope hyberniam subito apparuit quedam insula. Iuvenes vero de hybernia ascendentes scaphas et naves nitebantur ad istam insulam applicare. Cum autem ita prope insulam navigassent quod eorum iudicio in eam descendendo in mediate ponere possent pedes suos statim insula ab eis fugit et se ad alium locum movit. Cum igitur hoc mirabile frequenter temptassent et semper modo predicto delusi fugissent tandem dixit eis unus senex Audivi inquit quod ignis valeat contra fantasmata. Accipiat ergo aliquis sagittam ignitam et sagittet in insulam et statim fantasmata cessabunt. Et factum est iuxta consilium eiusdem senis et insula stabilita est que prius sui mirabilem fugam deinceps insula fugitiva vocata fuit. Insula ista fantastica et fugitiva cor designat humanum quia semper mutabile variis fantasiis fatigatur nisi divina gratia stabiliatur. Ecclesiastici 33: Sicut precordia fatui et cor tuum fantasias patitur nisi ab altissimo fuit emissa visitatio. Stabilitur autem per ignitam sagittam ubi dei dextera psalmus: Sagitte potentis acute cum carbonibus desolatoriis. Eorum ignitum eloquium tuum vehementer. Et istud est optimum stabilimentum cordis humani iuxta illud Hebreorum 13: Optimum enim est gratia stabilire cor. Gregorius 28 moralium capitulo 20. Quid

est inquit mare nisi cor nostrum fu
rore turbidum rixis amaritudine ela
tione superbum fraude malicie
obscurum quod mare quantum se
niat attendat quisquis in se oc
cultas temptacionum cogitaciones
intelligit. Item organum corporis ·G·
quod est difficile regere est lingwa
unde Jac. 3. lingwa modicum
membrum est et magna exaltat
et ideo post addit lingua consi
stit in membris nostris que macu
lat totum corpus et inflammat
rotam nativitatis nostre inflam
mata a gehenna. Et infra lingu
nam autem nullus homo do
mare potest. Quam auctoritatem
pertractans Augustinus de natura et
gracia. Non autem ait apostolus
linguam nullus domare potest sed
nullus hominum, ut cum domatur
dei misericordia dei adiutorio dei gracia est
fieri fateamur. Unde non confessio
impossibilitatis sed magne diffi
cultatis. Unde et signanter natura sic
ordinavit circa linguam quod
quasi duplici muro clauditur
osse scilicet et carne ad ostendendum
quod duplex cautela fieri debet
circa linguam lingua suum opus
operat primo enim debet consi
derare an sit licitum. Secundo
an sit expediens et iste sunt
due vie per quas sermo debet
transire. De quibus in psalmo. Dixi
custodiam vias meas ut non
delinquam in lingwa mea posui
custodiam ori meo etc. Unde
abbas pafinucius sicut narrat
li. 9. hystorie tripartite cum esset
sine litteris accessit ad quendam
ut addisceret et cum devenis
set ad istum versum. Dixi custo
diam vias meas etc. Dixit se

satis didicisse nec oportet ultimus
addiscere si istam lectionem po
test bene facere. Eccli. 37. Bonus vir
qui habitat cum muliere sen
sata et qui in lingwa sua non
est lapsus licet iustus aliquando
corripiat est tamen mel et lac
sub lingwa. Unde Gregorius in
moral. libro 7. Mala autem
lingwa est que aut prava lau
dat aut recta reprehendit libro
a. capitulo 22. b. Lectio vii — lco vii

Propter hoc qui lo
quitur iniqua non
potest latere nec preteriet illum corripi
ens iudicium. In cogitacionibus
enim impii interrogatio erit.
Sermonum autem illius
audicio ad deum veniet et ad
correctionem iniquitatum illius.
Quoniam auris zeli audiet omnia
et tumultus murmuracionum non
abscondetur. Postquam sapi
ens declaravit quod viciosa lo
cutio non transibit inpunita per
aliquam tergiversacionem vel cavil
lacionem hic consequenter ondit quod
nec in iudicio poterit impunita
transire per occultacionem et circa hoc
duo facit primo enim ponit
quod intendit. Secundo illud
probat ibi in cogitacionibus enim
Circa primum duo facit primum est
quod maliloquus in iudicio
non poterit se occultare. Secundum
est quod nec iudex vellet circa eum
dissimulare ibi nec preteriet illum
Dicat ergo primo sic quasi con
cludens conditionalis propter hoc
scilicet quod spiritus domini replevit or
bem terrarum id est continet ubique
presencialiter potencialiter et essen
cialiter. Ideo conveniens est quod textus

ille qui loquitur iniqua quantumcumque
secrete quantumcumque occulte non
poterit latere finaliter etiam hominibus
demum vero vel ad tempus latere
potest Luce 12 Que in tenebris dixi
stis in lumine dicentur Exemplum com/
habemus de David qui tam ad
ulterium quam homicidium occu
ltissime peccavit cum Bersa=
bee uxore Urie et Uriam et statim
postea misit ad eum dominus Na
than dicens Tu fecisti abscondite
ego vero faciam verbum istud
in conspectu omnis Israel et in
conspectu solis huius et sic per
penam manifestam detegitur
huius peccator sed quotiescumque sit
in presenti saltem in iudicio non
potest latere iniquus Unde in me
ditacionibus latere est impossibi
le apparere intollerabile hoc est
primum quod proponit sapiens
dicens Qui loquitur iniqua latere
non potest Secundum est quod
iudex nollet eum dissimulare
et ideo dicit Nec preteriet illum
corripiens iudicium Ecclesiastes 12
Cuncta que fiunt adducet deus
in iudicium sive bonum sit sive
malum sit Consequenter au
tem dicit In cogitacionibus
enim impii etc. probat ista duo
que posuit et primo primum
secundum ibi Quoniam auris zeli
Primum probat sic latentiores
sunt cogitaciones quam verba
sed in iudicio cogitaciones di
scucientur et punientur ergo a multo
fortiori sermones Et hoc
est quod dicit In cogitacionibus
enim impii interrogacio erit id est
inquisicio vel discussio Et
potest exponi vel quod interroga
cio fiet a deo in cogitacionibus

id est de cogitacionibus iuxta illud
psalmiste Dominus interrogat iu
stum et impium Vel quod inter
rogacio fiet sibi ipsis a se ipsis
Sicut enim dicitur in sapiencia impii
in iudicio querent a semetipsis
Quid ergo nobis profuit super
bia aut diviciarum iactancia
quid contulit nobis Capitulo 5
Et Romanos 2 Testimonium reddente
illis consciencia ipsorum id est inter se in
vicem cogitacionum accusa
cium et defendencium Ser=
monum autem illius auditio
ad deum veniet Posito autem
antecedente ponitur consequens
quia auditio sermonum illius ad veniet
deum ex quo cogitaciones veniunt
ad noticiam dei et quo etc. non
ad approbacionem sed ad punicionem
et ulcionem et ideo subdit Et ad
correccionem iniquitatum illius
Hanc correccionem timuit psalmista cum
dixit Domine ne in furore=
tuo arguas me neque in ira tua
corripias me Consequenter
autem dicit Quoniam auris probat
~~ait~~ secundum quod supra po
suit scilicet quod iudex in iudicio
non preteriet nec dissimulabit=
probat autem sic iudex qui
summe zelat pro observacione
legis sue non preteribit in iu
dicio quin puniet transgressores
Sed deus est talis iudex qui
summe zelat pro lege sua ergo etc.
Et hec racio innuitur cum dicitur
Quoniam auris zeli id est dei
zelantis audit omnia et tu
multus murmuracionum non abscon
detur Nota zelus in scriptura
sacra accipitur quinque modis

2 li. xj et xij

ordit

declarabo culpam tuam
et poenam manifestam

textus

textus

textus

textus

b

Uno modo pro invidia et sic accipitur Ecc(lesiastici) 30. Qui docet filium in zelum hoc est in invidia mittit inimicum. Et in eodem zelus et iracundia minuet dies et ante tempus senectam adducet cogitatus. Secundo accipitur pro ira sive impetu accendetur velut ignis zelus tuus. 3o accipitur pro imitatione sive impetu. Noli emulari in malignantibus neque zelaveris facientes iniquitatem, i(d est) imitatus fueris. Quarto accipitur pro rigore et iusta affectione vel ascendi sive pro(verbiorum) 6. Quia zelus et furor viri non parcet in die vindicte. Et Sap(ientie) accipiet armaturam zelus illius et armabit creaturam ad ultionem inimicorum et sic accipitur hic. Quinto vocatur fervens amor. Unde zelotipus vel zelotes dicitur ille qui fortiter amat et sollicitatur et taliter vult redamari. Exo(di) 30. Dominus zelotes nomen eius. Dubitacio litteralis utrum omnia vel etiam peccata per penitentiam condonata sint revelanda in iudicio generali et videtur quod non quia quod tectum est videri non potest. Sed peccata per penitentiam condonata sunt tecta sicut dicit Gloza super illud psalmus: Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Item Ezechielis 18 capitulo: Non recordabitur (?) peccata hic per penitentiam tecta et deleta illic detegi alias. Item Iac(obi) 4. Caritas operit multitudinem peccatorum. Sed hoc non est dictum quo ad homines quia operiuntur quo ad homines occulta sunt ceteritate ergo in conspectu dei et per consequens multo magis in conspectu hominum in iudicio. Ad oppositum est glosa super illud 1 Cor(inthiorum) 4. Manifestabit consilia cordium. Gloza dicit quod gesta et cogitata bona et mala tunc nota erunt omnibus. Item Au(gustinus) tractans illud idem dicit Cunctorum cunctis archana patebunt. Ad istud concordant Au(gustinus) et Ans(elmus) de similitudinibus ca(pitulo) 60 et textus ap(osto)li cum Gloza sancti Thomas et Petrus et alii theologi tenent quod sic quia omnia tam bona quam mala nota erunt omnibus. Et ideo est ad manifestam liberacionem iudicii divini declarandam quia omissio malorum in bonis est ad manifestacionem nunc prius impense omissio non bonorum ad manifestacionem iusticie. Et omisso in malis erit omissio malorum ad manifestacionem divine iusticie tunc punientis omissio vero bonorum ad manifestacionem divine misericordie parcentis et premiantis. Hec tamen omissio nec cedet in infamiam nec verecundiam sed ad gratiarum actionem in bonis et ad dei gloriam salvantis et liberantis. 2 Cor(inthiorum) 5. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi ut referat unusquisque prout gessit sive bonum sive malum. Ad primum dicendum quod peccata dicuntur tecta quo ad erubescentiam non quo ad scientiam quantum ad punitionem non quantum ad cognitionem. Ad secundum de iusto pridem vel dicendum quod fuit alterius opinionis etc.

Questio utrum peccata per penitentiam condonata sint revelanda in iudicio generali et videtur quod non etc.

[margin, left:] r(espon)sio

[margin, left:] p(ri)mo q.

[margin, right:] No(ta)

[margin, right:] retitudinem (?)

[margin, right:] oportet

non tenetur ad eternum perdicionem / quod
non revelabuntur quo ad penam /
sed quo ad diminucionem iusticie et
huius evidenciam istud persuadet
quidam doctor sic. Si rex remi
sisset tibi centum libras pro uno
obulo, nonne si gratus esses narra
res beneficium regis omnibus
amicis tuis et diceres eis regra
ciam regi pro eo in tanto sibi
tenebar et pro tanto michi remi
sit. Eodem autem modo pro peccato
mortali merebaris penam eternam
et remisit tibi pro pena temporali
que nullam proporcionem ad pe
nam eternam habet / multo magis
debes idem beneficium velle ma
nifestari. Item ex quo quilibet
beatus gaudebit de liberacione tua
a peccato / magna materia gaudii
ab omnibus subtraheretur si ignoraret
graciam tibi factam / nec oportet de
erubescencia pertimescere / quia si deus
potest facere ignem approximari com
bustibili sine combustione / potest
facere noticiam peccatorum tuorum
eciam aliis et quod idem sci
as sine erubescencia quia cau
salitates rerum suspendit quando
vult. Item si noticia multorum
hominum causaret in te erubescen
ciam / ergo noticia unius sanctius
causaret aliquantulam erubescen
ciam. Sed constat quod deus
vel anima Christi et angelus qui
fuit custos tuus / sciunt pec
cata tua / ergo noticia peccatorum
tuorum in eis causaret in celis
erubescenciam / consequens fal
sum est / ergo et antecedens.
Notandum est super illud quod dicitur
in libro quod in iudicio incogita
tionibus impii interrogatio, quod
deus tunc interrogacionem tibi
tibi faciet de tribus maxime

si fuis dominus vel prelatus
vel in honore sive dignitate
constitutus interrogabit enim
te Qualiter tu ipse vixeris Qua
liter subiectos rexeris Qualiter
bona tibi concessa expenderis.
De primo dicitur Sap. 6. Prebete
aures vestras vos qui continetis
multitudines et placetis vobis
in turbis nacionum quoniam data est a domino
potestas vobis / et virtus ab altissimo
qui interrogabit opera vestra et co
gitaciones vestras scrutabitur.
Secundo interrogabit qualiter
subiectos rexeris nam mali
cia subiectorum vertetur pro magna
parte in caput malorum dominorum
Unde Sap. 4. Ex iniquis enim
omnes filii qui nascuntur testes
sunt nequicie adversus parentes
in interrogatione sua / et tam pa
trum quam filiorum id est subiectorum
et prelatorum. Ideo notabiliter beatus
Augustinus non solum pre
latos sed eciam dominos laycos
monet virtuose vivere. De sub
ditis in quadam epistola ad comi
tem karissimum ita dicens
Queso mi fili quatenus omnibus
subiectis et bone voluntatis
in domo tua commoranti usque
ad minimum amorem et dulce
dinem regni celestis amaritu
dinem et timorem gehenne
annuncies / et de eorum salute
sollicitus ac vigil existas / quia
de omnibus tibi subiectis qui
in domo tua sunt racionem do
mino reddes. Hec Augustinus
Tercio interrogabit te deus qua
liter tua expenderis / figuratur
Luc. 16 de villico diffamato
apud dominum suum quasi dis

oportet

E.

Iudicium nouissimum comparatur arcui. hic

sparsit bona tua. Quid inquit
hoc audio de te. Redde racionem villi
cacionis tue. Et ideo prouiden
dum est nobis diligenter contra
istum computum quem red
demus. Quia Job 9 dicitur Si
repente interrogabit quis respon
debit ei q. d. nullus. De equita
te autem iudicis et dyabolo contra
nos allegantis scribit beatus
Augustinus in epistola ad comitem
supra dictum d. Expectatur
inquit dies iudicii et aderit
ille equissimus iudex qui nul
lius potentis personam acci
piet cuius palacium auro ar
gento que nullus episcopus nullus
abbas nullus comes corrumpe
re poterit. Astabunt tunc omnes ante
illum ut recipiat unusquisque secundum id quod
in corpore gessit siue bonum siue
malum. Presto etiam erit adver
sarius noster dyabolus et recitabit
omnia verba professionis nostre
obiciet nobis in faciem qua
die peccauimus et in quo loco
et quid boni operis tunc temporis
facere debebamus et si tales in
uenti fuerimus, exultabit ille
adversarius in conspectu piissi
mi iudicis superiorem se esse
nobis declamans, agens talem
causam aput talem iudicem.
Sit enim dicet ille dyabolus Equis
sime iudex iudica istum esse
meum ob culpam, qui tuus esse
noluit per graciam; tuus est per
naturam meus per miseriam; tuus
ob passionem meus ob suasio
nem; tibi inobediens michi
obediens accepit a te in mortalita
tis stolam, a me pannosam qua
indutus est tunicam; tuam ve
stem amisit, cum mea veste

huc aduenit. quid apud eum in
prudiciaria faciebat, quid in intempe
rancia, quid avaricia, quid ira, quid
superbia, quid cetera membra di
misit te, confugium fecit ad
me; meas sordes video quia certe
cum illo, equissime iudex iudi
ca, quia iusticia et iudicium
preparacio sedis tue; iudica illum
esse meum et mecum esse dampnandum. Hec omnia que huc .i.
attulit mea esse cognosco; meus
esse voluit et mea concupiuit,
ideo mecum puniri debet. Hec
Augustinus. Iste iudex est a quo
non potest fieri appellacio, quia
altissimus; coram eo nulla fiet
aduocatio, nulla accipietur
compensatio, nulla fiet dilacio,
nulla persone vel muneris ac
ceptio. Et ideo iudicium illud
comparatur arcui, sicut dicit Glosa
super illud psalmista: Dedisti
metuentibus te significacionem
ut fugiant a facie arcus. Primo
quia antequam fiat timorem
incutit. Vnde Glosa: Iste arcus
iam extensus iam minatur
sed nondum ferit, quia iudicium
nos terret sed non dampnat. Psalmista:
A iudiciis autem tuis timui.
Nota de illo qui sic territus fuit
in dormiendo per sompnium de
iudicio quod cauit. Nota quod
duo milites ex deuocione iue
runt ultra mare visitare loca
sancta. Accidit autem quod
intrauerunt valle Josaphat.
Unus autem eorum ex solacio
posuit et adaptauit unum
magnum silicem et ait socio
suo: Volo michi preparare sedem
pro iudicio generali. Et volens

No. Ex. de
timore iudicii

probare si bene aptus est sessioni
posuit se ad sedendum sedit et
ad celum vidit iudex apparere sed
apparuit tam subito tantus tim-
or et tremor in membris eius
incussus est quod vix postea
potuit relevari et abduci asse-
rens postea quod moriuit nec
antea audito iudicio quali quod
tremor mossibus eius ~~non~~
irruerit. Secundo assimilatur
iudicium arcui quia quanto ar-
cus corda magis retro trahitur
tanto gravius percussus ledit
Sic etiam quanto iudicium magis
differtur a peccatore et quanto inpedi-
mentis expectatur tanto durius
ferietur. Unde Ro. 2. Tu autem
secundum duriciam tuam et
cor tuum impenitens thesau-
rizas tibi iram in die ire et re-
velacionis iusti iudicii dei. Et
sicut videtis quod sicut tensio
arcus et reflectio a sua naturali
habitudine et naturali sua figu-
ra facit durius emittit sagittam
Ita christus in iudicio cum sit
naturaliter mitioris quia filius ma-
tris mee ex una parte et patris
nimium ex alia 2 Cor. inflectetur
quodammodo partim rigoris et
iusticie et emittet sagittas dire
sue d. Ite maledicti etc. Mat. 25.
Tercio arcus dicitur secundum
ysidorum ethimologiarum libro 9. quia ar-
cet arcus ut arceat hostem
Sic fiet in iudicio. Unde ans-
helmus in meditationibus
suis de angustie. Hinc erunt
accusancia peccata inde terrens a
dextris iusticia a sinistris de-
monia ~~demonia~~ subtus hor-
rendum chaos inferni patulum de-
super iudex iratus intus con-
sciencia urens foris mundus
ardens. Peccator ergo sic depre-
hensus in quam partem se pre-
met sic constrictus ubi late-
bit. Et ideo ante iudicium pa-
ra iusticiam [illegible]

Custodite vos a murmuracione que

nichil prodest. Postquam sapi-
ens dissuasit omne locuciones
maliciam generaliter hic particula-
rius descendendo dissuadet
quasdam lingue malicias
specialiter. Et sunt tres scilicet mur-
muratio detractio et menda-
cium. Et secundum hoc ista
lectio dividitur in tres partes quia
primo ait de murmuracione
secundo de detractione tercio de
mendacio. Secunda pars ibi a detra-
ctione parcite lingue. Tercia ibi os
quod mentitur. De prima parte est
presens lectio ut patet intuenti. Di-
cit ergo in seriis consequenter
precedentibus. Ex quo ita est
quod peccator maliloquus nullo
modo potest evadere in puncto
sed iudicabitur et torquebitur
adeo ergo custodite vos a murmu-
racione que est una species lo-
cucionis que deum multum
offendit et non solum cauen-
da est propter dei iudicium sed
vanitatem ymo propter suam in-
utilitatem et ideo subdit Que
nichil prodest. Duplex autem
est malum cum quo vivere
ferimus moleste ut dicit Bar-
lo. Et notandum circa istud
vicium quid sit et quante gra-
vitatis sit apud deum. Est
enim querela cum impaciencia in
hiis que homo debet ferre vel

sustinet pacienter et committitur quia
contra deum per displicentiam,
quia contra prelatum per inobedien
ciam, quia contra proximum
per invidenciam. Primo enim mur
murant quidam qui murmu
rant contra deum per displicen
ciam quam habent de suo regi
mine vel administracione qua
facit circa homines et hoc est mul
tum irracionabile quia bene mi
chi prodest. Unde Seneca. Op
timum est pati quod emendare
non possis et deum quo auc
tore cuncta proveniunt sine mur
muracione comitari. Malus est
miles qui imperatorem ge
mens sequitur. Epistola 19. Ubi
illa prudencia. Item. Subtiles ar
tifices multum indignantur
et multo quam corripiuntur et re
prehenduntur ab insciis et ignaris
artis sue. Sic et de mundi regimi
ne nos sumus ignari. Deus autem
solus scit quid nobis expedi
at et ideo quicumque divinis or
dinacionibus et disposicionibus
remurmurat ostendit se esse fa
tuum et indisciplinatum.
Eccli. x. Vir prudens et discip
linatus non murmurabit correp
tus. Item murmurant tamen mun
diales contra deum propter iiiior.
Primo de hoc quod temperies et tem
pestates non fiunt eis secundum
eorum voluntates. Secundo de hoc
quod prosperitatem et adversitatem
non distribuit in vita ista pro
merita et demerita hominum. Tercio
de hoc quod deus frequenter in ho
mines mittit tribulaciones et
adversitates. Quarto specialiter murmu
rant involuntarii pauperes contra

deum de eo quod non ita habundanter
tribuit eis sicut quibusdam di
vitibus. Primum homines multum
faciunt contra seipsos quia im
pediunt propriam tranquillitatem
et pacem non conformando se
divine voluntati, immo si sic
esset sicut ipsi vellent, mundus
periret quia talis temperies quam
quilibet unus homo vellet pro arabili
vel prato suo displiceret notis
et vicinis suis, immo sibi ipsi
displiceret et noceret postea, quia
homo nescit quid sibi et suis
expediat. Unde narratur de quo
dam heremita qui seminaverat
olera, qui peciit a deo pluviam
et obtinuit, et postea serenitatem
et obtinuit. Item pluviam et se
renitatem et brevius qualecumque tem
pus petere voluit deus dedit, et
tamen nec unum olus crevit.
Cogitavit ergo heremita quod
fuisset qualis defectus olerum
in toto mundo, et pacienter sustinuit.
Casu tamen contingente divertit
ad ortum cuiusdam alterius here
mite, et vidit ibi pulcherrima
olera. Et ait illi: Unde unquam
hec ita pulchra olera? Ego enim se
minavi olera, et tempus a deo
postulavi secundum quod michi
expedire videbatur et obtinui,
et tamen nichil oleris habeo. Et
respondit alius: hoc iuste et
racionabiliter tibi accidit, puta
bas enim te esse sapienciorem
deo, et ipse tibi ostendit fatuitatem
tuam. Et tales videntur presump
cionis consimilis, qualis fuit
Pheton, de quo secundum fabulas
Ovidii 2o Methamorphoseos
dicitur quod fuit filius Phebi
sed quia de hoc dubitabat, peciit

et deu miltaui

quod pat aliquis daret sibi quo
homines certificarentur super hec
pater iussit quod peteret et quid
quid ab eo peteret impetraret pe
tijt g° quod possit rege currum
solis et impetrauit. Currexit
itaque iste puer in scams et in co
ptus et aliqu duxit solem ita
procul a terra quod omnia p frigus
congelabantur. Aliqu ita ppe
terram quod omnia comburebā
tur propter quod a Ioue fulmina
tus interijt. Ita contingit de
istis fatuis et psumptuosis q
de diuina gubernatione murmurant
quia si secundum eos fieret gu
bernacio tota mundi machina
solueretur. Et oppositum magne
ne patris occasio est qui vnus
homo contentus est quacumque
temperie quam deus dat. Et
de quodam agricola narrat q
nunquam quod semper habuit i ag
ris vineis et pascuis vberri
mos fructus et herbas plus
quam vicini sui. Cum causas
eius quare hoc esset requisito
respondit quia semper habui
talem temperiem qualem vole
bam. Requisitus qualiter respo
dit ego nunquam aliud tempus
appeto quam deus dat. Et nota
quod hoc quod dicitur hic de murmu
ratoribus contra deum propter
intemperiem non solum tangit
cultores agrorum sed etiam vtr
valet contra omnes qui murmu
rant de tempore sibi opposito sed
viatores et nauigantes seu q
cumque alij. Et hec est magna
fatuitas quia nichil prodest ut
dicitur in lra ymo frequenter
pinton grauissimam pnotat
cont se ipos ut fabulose et hy
storialit narratur de quodam ce

sare de quo narrat Seneca libro
primo de ira in fine et Swetonius
in libro de vita xij cesarum. Iste
ordinauit fac solempnissimum
festum nobilibus suis. Conti
git autem ipo die tonitrua
fulmina corruscationes et pluuias
maximas fieri. Rex vero fatuus
indignatus indixit bellum
contra Iouem et iussit balista
rios et sagittarios et ingeniis
machinas suarum iace tela
et lapides contra Iouem. Isti fa
tui obedientes suo principi sa
gittauerunt tela miserunt et
iecerunt lapides contra celum
que omnia super populum de
scendencia magnam ptem po
puli peremerunt. Seneca sic est
de istis qui murmurant de diui
nis disposicionibus. Iaciunt
enim iram impacie contra de
um que deo nocere non possunt
sed proprie in dampnum suum re
torquent. Sic murmurauerunt
filij isrl in deserto contra dnm
et perierunt nec intrare potuerunt
terram promissionis. Vnde Nu
14. Omnes qui nati estis a
vicesimo anno et supra et
murmurastis contra me non in
trabitis terram super quam
leuaui manum meam ut ha
bitare vos facerem ibi pt Ca
leph filium Iephone et Iosue
filium Nun. Et ideo nobis signat
dicitur i Cor x. Neque murmura
ueritis sicut quidam eorum
murmurauerunt et perierunt ab ex
terminatore. Secundo inueni
unt homines qui murmurant
de eo quod deus prosperitatem
et aduersitatem non distribuit
in vita pnti iuxta merita pso

narum Et hec est antiquissima
querela gentilium phorum contra de
um murmurancium et est causa
quare quam plerique dixerunt mun
dum ipsum non regi a deo sed a
casu iuxta illud Claudiani in 1o
margine in principio Sepe michi du
biam traxit sentencia mentem Cura
rent superi terras an nullus in
esset rector et incerto fluerent mo
talia casu Et Boecius de consolacione
libro 1. metro 7. O stelliferi conditor
orbis et postea circa medium
metri subdit Omnia certo fine gu
bernans hominum solos respuis actus
merito rector cohibere modo Nam
cur tantas lubrica versat fortuna
vices premit insontes debita
sceleri noxia pena At perversi resi
dent celso mores solio sanctaque
calcant iniusta vice colla nocen
tes latet obscuris condita virtus
Clara tenebris iustusque tulit c
rimen iniqui Nil vel periuria nil
nocet ipsis fraus mendaci com
pta colore etc. Sed posito quod sit
vitas scilicet quod deus regit mun
dum magis mirabile tunc apparet
qualiter mali reportant premia [superstes]
et sancti aliquando luunt ac
piuntur loco malorum Unde dicit
Boecius ad philosophiam libro 4o prosa
1. Cur autem vicevsa mittent
scelerumque supplicia bonos premant
premia virtutum mali rapiant
vehementer admiror quorumque tan
ta iniuste confusionis racio videatur
ex te scire desidero Minus etenim
mirarer si misceri omnia
fortuitis casibus crederem Nunc
autem stuporem meum deus
rector exaggerat qui cum sepe
bonis iocunda malis aspera
Econtraque bonis dura tribuat
malis optata concedat nisi ca
usa deprehendatur quid est quod
a fortuitis casibus differre vide
atur Non solum autem genti
les philosophi sed sancti dei prophete vi
dentur de isto negocio murmu
rasse et non murmurauerunt sed
pocius admirantes exclama
uerunt qualiter incomprehensibilia
sunt iudicia dei et investiga
biles vie eius Ro. xi. Unde
Job 21. Quare ergo impii vivunt
sublimati sunt confortatique
diviciis Et Jeremie 12. Quare via
impiorum prosperatur bene est
omnibus qui prevaricantur et ini
que agunt Item psalmus Usque
quo domine usque quo peccatores
gloriabuntur Item Abacuk 1. Cur
respicis contemptores et taces con
culcante impio iustiorem se
Sed certe murmur iste est irro
nabilis si causa pensetur Medi
cus enim prudens et fidelis
egro de quo desperat omnia que
cumque desiderat indulget conce
dit De cuius vero salute spem ha
bet instanciat dictas abstinencias
ordinat et amaras pociones
salubres tamen in hac vita habun
danciam bonorum temporalium
tribuit ut propter aliqua bona opi
bus homines saltem paucis die
bus in hac vita perfruentur Et
hoc est quod dicit Gregorius 2 mora
lium super illud Job 21 Du
cunt in bonis dies suos Quid est prodicio iniquorum
qui in
stus iniquit ad debitam mor
tem currens effrenatis volup
tatibus utitur quia et vituli qui
mactandi sunt in uberioribus
pascuis relinquuntur Econtra iu
stus a delectacionibus transitorie
iocunditatis restringit quia et

ter

frequenter premiat istis mo
dus reprobus

Gr(egorius) m(oralium) miseria vitulus ad laboris usum
deputatus, subiugo detinetur =
Consequenter ponit aliud exemplum
de egro desperato et de ista materia
loquitur Gregorius. 6. mor(alium) ca(pitulo)
3. dicens Quasi patientia in
curationem pervenit qui in viis vite
prosperari admittitur tendit =
3o ¶ Tertio inveniunt quidam inor-
dinate murmurantes contra de-
um qui eos flagellat per tribula-
tionem vel infirmitatem et hoc
etiam est fatuum et irrationa-
bile cum frequenter infirmitas sit
utilior homini quam sanitas
Unde in vitaspatrum legitur quod
cum quidam peteret liberari
a tertiana Iohannes heremita respondit
Tibi rem necessariam cupis
abicere Dicit Ar(istoteles) 3. Topicorum quod
illud quod est effectivum beati-
tudinis est magis eligendum
quam sanitas Sed tale est
frequenter infirmitas Unde
Eccl. 31. Infirmitas gravis sobriam
facit animam Flagella etiam dei
et tribulationes et tedia faciunt
nos confugere ad deum Et ideo con-
siderando quod pater noster est qui
nos verberat et quod pro nobis
hereditatem servat patienter de-
bemus sustinere quicquid quod no-
bis irrogat Unde Gregorius 6.
mor(alium) ca(pitulo). 3 Quidam tunc pro-
speritatem despiciunt cum ma-
lum contrarium eius timent sed =
per sensum contrarii Unde tunc pro-
speritas pensanda est quamvis
nichil sit cum se se supra ce-
teros successibus extollit Nar-
i Se(neca) rat Seneca li(bro) 6. declama-
tionum capitulo primo quod quidam
abdicavit filium suum ad
quem frater suus accessit ro-
gans quod nullo modo pro duce re-

spondere et abdicationem patris ta-
cite sustineret sub quo pacto cy-
rographum ei dedit promittens
se daturum sibi dimidiam partem
hereditatis sue ille tacuit et filius
alius abdicatur tunc indeclina- de
facta super casum frater ille gra-
tus dixit germano suo in omni
fortunam si me tibi comitem co-
nuncem si militandum est una
militabimus si pugnandum cum
una porcionem pugnabimus si co-
tidianam rogaveris stipem et i. ...
illam tecum dividam nolui re- nolui
tentem iram patris exagitare
sed malui ut tacendo preme(re) vi-
ncem mee partis heres ego et
tue custos moraliter frater iste ka-
rissimus Christum designat qui nos
fratres suos vocat Heb. 2. Non
confunditur fratres suos vocare
nos pater vero noster est deus De-
ut. 32. Nunquid non ipse est pa-
ter tuus etc. Iste pater dominum quem
quasi de nobis tociens abdicat quo-
tiens cum adversitate flagellat
Quid ergo dicit tali homini tribu-
lato adeo Christus frater noster etc. sed
frater ille gratissimus dixit si
sustineas patienter et patri nostro
nichil durum respondeas et da-
bo tibi medietatem hereditatis
mee et simul tecum hoc in omni
fortuna tecum stabo non te
deseram nec dimittam Dum-
modo hoc unum concedas quod
patri non remurmures Quod
deus enim remunerat homo =
vincens nisi patris sui vocem
graviter peccat Sanctum quam vi-
as meas et tentamur ad deum
Greg(orius) in . mor(alium) ca(pitulo) 31. Qui impe-
rius murmurat iusticiam [illegible]

causat et demum sibi postponit. Dicit
Aristotiles 8. Topicorum, quod pro
tunc respondens causa est quare
frequenter non bene disputatur
et secundo Elenchorum dicit quod
si respondens argumentetur tamquam
debeat solvere, peccat contra leges
sive respondendi. Moralis dispu
tatio doctrinalis est inter deum et
hominem. Deus autem est oppo
nens et arguens Apoc. 3 Ego quos
amo arguo et castigo. Homo est
in ista disputatione respondens Job
13 Disputare cum deo cupio. Sed
quid habeat respondere patet per
eundem Job 8. Non potest respon
dere unum pro mille. Si ergo iste
respondens patienter et contra argu
endo et remurmurando respon
derit, Seneca non bene disputabit
apte sua, sed si patienter sustineat
et gratias agat deo, disputatio
sua finietur. Sic responderunt sancti
viri de quibus canit ecclesia: Non
murmur resonat, non querimo
nia sed corde tacito etc. [illegible]
et Ambrosii. Quartum genus
hominum murmurantium contra deum
sunt pauperes involuntarii qui
necessitate et non voluntate
seu virtute ad paupertatem co
guntur. Et ipsi sunt valde fa
tui quia si de sua necessitate
virtutem facerent, indubitanter
eligerentur ad regnum. Jac. 2. Non
ne deus elegit pauperes in hoc
mundo divites in fide et heredes
regni? Multos tamen paupertas
sua invitat ad vitam eternam con
sequendam. Ratio quod pauper
scolaris deficientibus pennis
suis plus appetit repatriare quam
ille qui habundat, et pennis intra
extranea deficientibus expensis
facit maiores dietas, et falco fa
melicus avidius volat ad pre
dam. Et revera isto modo pau
peres multi qui sunt in ista vita
sicut scolares quibus penne de
ficiunt, sicut peregrini qui expen
sas parvas habent et sicut falco
famelicus multo avidius de
siderant celestem patriam et
versus eam peregrinantur quam di
vites in peregrinatione et habundantes
in seculo. Et est hic notandum quod
horror paupertatis voluntarie
quam ita detestantur homines
hiis diebus, procedit ex defec
tu fidei quia non credunt
deum velle sufficienter subve
nire hiis qui sunt pauperes
pro amore suo, et non advertunt fa
tui, quod pater habens multos
filios, plus de illo sollicitatur
qui minus potest se ipsum iuvare,
et cui nondum provisum est unde
possit vivere. Et quasi mater plus
sollicitatur circa unum filium in
firmum quam circa decem sanos,
ita deus circa pauperes plus so
licitatur quam circa divites.
Unde psalmista: Ego vero egenus
et pauper sum, dominus solli
citus est mei. De istis pauperibus
male murmurantibus dicit psalmista:
Ipsi non dispergentur ad manducan
dum. Si vero non fuerint
saturati et murmurabunt. Non
sic vos fratres, sed sicut scribitur
ad Philip. 2. Omnia facite sine
murmuratione. Lectio nona

Et admonitione par
cite lingwe qui

Lectio nona

psitacus auis

sermo obscurus in vacuum no(n) ibit
postquam sapiens dissuasit p(ri)
mum genus praue locucionis q(uo)d
fit diuine contra deum videlicet
murmuratorum Hic dissuadet se
cundum genus locucionis q(uo)d
committitur contra proximum scilicet
detractorum Et ita hoc duo facit
primo enim ponit p(er)suasionem ad
vitandum detractionem Secundo
assignat p(er)suasionis racionem ibi
quia sermo obscurus Dicit ergo
sic Et a detractione p(ar)cite ling(ue)
Luc. q. d. laboriosum est si bene
sideretur separare linguam a de
tractione Et racio est quia omne
enim quod est in naturale et
violentum exercetur cum labore
et fatigacione / modo lingua
data est homini soli ad duo
officia iuxta illud 2(o) de anima
ca(pitul)o 48 lingua congruit in duo
opa s(cilicet) in gustum et loquelam
in gustum propter esse animalis
in locucionem propter bene esse Est
enim homo animal politicum
hoc est ciuile et comicatiuum
naturaliter concepcionum suarum de
siderans amare et amari / et
ad hoc bene esse et adipiscendum bo
num affectum qui est amare
et amari dedit deus homi(ni) linguam
in cuius figuram eciam sp(iritu)s
sanctus qui amor est patris
et filij in talis organi effigie
voluit apparere non in sp(eci)e ma
nus nec auris nec oculi sed ap
paruerunt Apostolis disp(er)tite
lingue tamquam ignis Act. 2.
Et ideo naturale officium lin
gwe est multiplicare amorem
et beniuolenciam inter homines
propter quod dicitur Ecc(li) 6. Dul
ce verbum multiplicat amicos

et mitigat inimicos / et lingua eu
charis i. graciosa in bono homine
habundabit Psitacus est auis que
dam que p(otes)t doceri ad loquend(um)
vocibus humanis Et de ista aue
dicunt auctores quod nouit
naturaliter loqui nisi verbum salutan
di vel imperatorem dicitur naturaliter
salutasse iuxta illud Marcial(is)
Epigrammatum 13(o) psitacus a
vobis aliorum nomina discam
hoc didici per me dicere cesar aue
Unde in hystoria karoli magni
narratur Quod cum equitaret p(er) de
serta grecie / obuie fuerunt ei
aues que psitaci nominantur
que statim lingua greca salu
tauerunt eum dicentes Chere ce
sar auitos hoc est dictum sal
ue cesar inuicte / Hec fuit prima
prophecia facta sibi de imperio Na
tum tunc non foret nisi Rex
ffrancie / factus est eciam postea
Imperator Et istud aliqualiter
signat / quod proprium et naturale
officium lingue est bona lo
qui et amicabilia / et ideo quando
in naturale fit cum fatigacione
et labore Ideo innuit sapiens
quod homo detrahendo ma
ledicendo contendendo labo
rat / et in naturaliter vexat lingwa
suam iuxta illud ps(almi) Cuius
os maledictione plenum est et a
maritudine et dolo sub lingwa
eius labor et dolor Dicitur
quod aues habentes lingwas
p(ar)uas nunquam bene locuntur
et blesi dicuntur habentes linguas
paruas et ideo male locuntur
et ideo a detractione p(ar)cite lin
gwe Alia lc(ti)o est p(ar)cite lig(ue)... C.

Diuise ut

i. bilinguis vel duplicis lingue et est
sensus Custodite vos a detractione
pravitate lingue. Omnis enim detra-
ctor pravitatis linguam suam / tum quia
in eadem narratione vel sermone de
persona eadem dicit quedam bo-
na et quedam mala / mala pro-
fert per se et principaliter / bona vero per
accidens et secundario / ut ma-
la sua concepta verisimiliora cre-
dantur / tum etiam quia communiter
omnis adulator detractator est
et adulator blanditur in presencia
et mordet in absencia / et ideo
de eorum linguis nobiliter dicit psalmista
Sepulcrum patens est guttur
eorum linguis suis dolose ageb-
ant. Ille qui in ludo scacorum
novit bene ludos partitos / de fa-
cili potest convenire et mactare so-
cium. Et revera isti socii dolosi
et detractores et ego / et adulato-
res in facie faciliter conveniunt
imprudentem / Isti portant par-
titam robam dyaboli cuius
una medietas est de adulatione
et alia de detractione / Hec fuit
roba quam dyabolus induit quando
Evam decepit Genesis iii. Nequaquam
moriemini / scit enim deus
quod in quacumque die comederi-
tis ex eo aperientur oculi vestri
et eritis sicut dii scientes bo-
num et malum. Ecce roba partita
cuius una medietas est detrac-
tio contra deum / imponens sibi
invidiam / et alia adulatio mu-
lieris / promittens immortalita-
litatem et omnem scientiam / Ysa-
[illegible] pro confusione vestra duplici et
rubore laudabunt partem eorum
Isti figurantur per Amon regem
Amonitarum de quo habetur 2°

Regum 10. qui tulit servos David et
rasit ipsis dimidiam partem barbe
eorum et precidit vestes eorum
usque ad nates et dimisit eos con-
fusos turpiter valde. Isto modo
detractores unam partem radunt
et adulatores sinantes / et alia
dimittunt reservantes in me-
moria / et vestes precidunt usque
ad nates / vestis enim hominis est
fama bona et honesta / istam ne-
[illegible] precidunt usque ad nates
i. usque ad dimidacionem illorum de
quibus homo habet verecundari
et confundi / et ideo satis conve-
nienter describit eos psalmista quan-
tum dicit Sepulcrum patens
est guttur eorum linguis suis
dolose agebant etc. Ubi describit eos
esse deceptivos in invidie quia
sepulcrum patens / Effectivos
iniusticie quia linguis suis
dolose agebant / Infectivos omnis
nequitie quia venenum aspidum
sub labiis eorum / De primo viden-
dum quod sepulcrum patens re-
cipit indifferenter corpus mortuum
cuiuscumque / et quia non est clau-
sum eo quod patens est / ideo fe-
tores et horrores illius que re-
cipit omnibus ostendit et omnes acce-
dentes inficit et corrumpit. Isto
modo etc quidam sunt / explo-
ratores criminum et defectuum proximo-
rum suorum / et eorum qui eis conveniunt
quocumque modo sive sunt iusti
sive iniusti / quia nemo sine
crimine vivit / quos tamen defectus
noverunt omnibus publicant ubi
possunt / et quia carent operi-
culo / nichil possunt celare. Unde
in lege veteri vas quod caret

operibus in mundum fuit Num. 19. Un
et honoratae personae prope talia se
pulta non accedunt quia sunt
fetentia et horribilitatem fetidorum
fugiunt unde et ipsi met reman
ent confusi coram in inuidia oste
sa quia ut dicit philosophus unusquisque
qualis est talibus delectatur
sicut enim tibaldi iuxta sepulcra talia
cra non verentur sede ut qui in
Apoc. 22 sordibus est sordescat adhuc. per
oppositum viri sancti et electi de
fectus fratrum suorum quantum bo
na conscientia permittit sepeliunt
et occultant apponentes mirram
compassionis et involventes
illos in sindone caritatis quia
caritas operit multitudinem pec
1 Pe. 4 catorum ~~Jac. 4~~ et ungentes illos
balsamo honeste excusationis
quantum conscientia bona permit
tit Gen. 23 in electis sepulcris
tuum nostris sepeli mortuum meum
posuit in sepulcro novo perdisat
tum modum ordinate Mar
ci 16 excitum inspecta per conse
sum bone intentionis petra ei
erat opus et frequenter quia ma
Fiunt que f. Eccl. 10 la videntur que propter opini
onem lacrimas fuderunt sicut
non dubito de illis sanctis do
minabus per eorum fine emenda
tionis. Nota de hyena. 2° dicit
ur quod sunt effectum in iusti
tie quia linguis suis dolose age
bant quia committunt sub specie ca
ritatis et compassionis proponunt
venenum maliciose intentionis et
de tali dicitur per psalmistam Os
tuum habundavit malicia et
Concinnabat dolos lingua tua concinnabat dolos adversum fratrem tuum
Tertio sunt infectivi omnis ne
quitie quia venenum aspidum sub

labiis eorum. Istud venenum est va
lde nocivum quia sic intoxicat quod
nullo remedio curari potest. Lesus enim
in fama per offensum detractionis vix
vel cum magna difficultate sa
natur Deut. 32 venenum aspidum
insanabile. Notandum quod de
tractor per illam bestiam figura
tur quam vidit Daniel 7 que si
milis erat urso et tres ordines
dentium erant in ore eius et
dictum est ei surge comede car
nes plurimas Daniel 7. In tribus
ordinibus dentium figurantur
tres modi artificialiter detrahendi.
Primus modus est bona que homo
facit diminuere vel male expo
nere tamquam ex corrupta inten
tione sint facta vel exponere
ad alium ordinem quod non sit ita
virtuose vel excellenter sicut fa
ctum ut debebat. Secundus mo
dus est defectus veros et occu
ltos tamen de lege caritatis celan
dos publicare et proponere sub
intentione famam ledendi. Tercius
modus qui est pessimus est est
falsa crimina confingere et inno
centibus imponere. Isti sunt
tres ordines dentium qui in
quibusdam habundant tot
quos petrus in canonica sua
prima capitulo secundo deponen
tes omnem maliciam et omnem
dolum et simulationes et invi
dias et omnes detractiones qua
si modo geniti infantes sine
dolo lac concupiscite sicut primo docet
deponere omnes detractiones
id est tres modos predictos quia
omne et totum super tria po
nimus que significantur per tres or

ordines dentium more ursi et
con sequent deposit[is] illis den
tibus maliciosis / esse debemus
sicut infantes qui carentes
dentibus mordere non possunt
et lac dulcis et suavis affa
bilitatis sine dolo desiderare
ut de uno quoque nostrum verifice
tur illud Cantic. 4. favus
distillans labia tua mel et
lac sub lingua. Et nondum
quod contra istud vicium de
bemus nos disponere tripliciter
sed primo ne cum aliqualiter
faciamus. Secundo ne cum
facilitate audiamus. Tercio ne cum
pusillanimitate timeamus. De
primo Iac. 4. Nolite detrahere alter
utrum fratres. Unde Ieronimus
Ep. 10. Nulli detrahas nec in eo
te sanctum putes si ceteros la
cerans / accusamus sepe quod fa
cimus / et contra nos metipsos
diserti in bica nostra mi inchinis
vincti de eloquentibus indi
cantes. Hec Ieronimus. De istis etiam
detractoribus etiam loquitur Augustinus
super Cant. sermone 23. Omnis
qui detrahit primum quidem p
dit se ipsum vacuum caritate. De
inde quid aliud detrahendo
intendit nisi ut is cui detra
hitur veniat in odium / vel con
temptum ipsius apud quem
detrahit. ferit caritatem in om
nibus qui se audiunt lingua
maledicta et quantum in se
est necat funditus et extin
guit 2°. Unus loquitur et unum tan
tum verbum profert et tamen unum
illud verbum in uno momento
audiencium aures inficit / et
animas interficit plurimorum. Hec Augustinus
Omnes enim discordie lites et

lites et odia que sunt in mundo fe
runt originem vel augmentum
ad minus per detractores et per illam
linguam que multos commovit
et dispergit de gente in gentem in
cuius figuram fingunt poete quod
Gadmus Rex grecorum seminavit
in terra dentes serpentinos ex quibus
succreverunt milites armati qui
statim in se invicem irruentes
acriter confligere et se mu
tuo perimerunt. Hec Ovidius
metha de libro 3°. Isto modo de
tractor seminat dentes serpenti
nos .i. verba venenose detractionis
inter illos qui debent esse amici
qui quidem dentes statim cre
scunt in milites armatos / quia
verba detractoris concepta in cor
dibus hominum ad effectus hosti
litatis et inimicicie / et usque ad
pugnam procedunt. Iste semina
tor est septimum eorum que odit
deus. Sex enim deus odit et
septimum detestatur anima videlicet
oculos sublimes et qui seminant se
minant inter fratres discordias
Prov. 6. et de istis dentibus in
armatos pugnatores crescenti
bus in psalmo dentes eorum arma
et sagitte. Nec legimus quod ali
quod vicium deus expressius odiat
vel persequatur quam detractionem
unde Ro. 1°. detractores deo
odibiles et deus ipsemet in psalmo
detrahentem in secreto proximo
suo hunc persequebar. De hoc vi
cio Gregorius 9. mor. super illud Iob
19. Quare persequimini me sicut deus
et carnibus meis saturamini
Sciendum inquid est quod qui
aliene vite detractione pascuntur

alienis procul dubio carnibus
saciatur Unde p salomonem dicitur prov. 24.
Noli esse in conuiuijs potator-
um nec comedas cum eis qui car-
nes aduescendum conferunt
carnes uo ad comescendum co-
ferre est in collocucione deroga-
cionis uiciissim proximorum uicia
dicere Quorum pena mox subditur
: Quia uacantes potibus et da-
ntes simbola consumuntur potibus
uacant qui de opprobrijs aliene
uite se inebriant Simbolum
uo dare est sicut unusquisque so-
let pro parte sua cibos aduesce-
ndum ita in confabulacione de-
traccionis uba conferre sed uaca-
ntes potibus et dantes simbo-
lum consumuntur quia sicut scriptum
est omnis detractor eradicabitur
Gregorius Secundo prudendum
est ne detraccionem facilius audiamus
Unde Aug super Can. sermone
62 porro detrahere aut detrahentem
audire Quid horum dampna-
bilius sit non facile dixerim
abhominabile est audire uel co-
fite cum homine cum homine cuius
dentes sunt corrupti uel stoma-
chus repletus fetidis et malis
humoribus quia talis habet anhe-
litum nimis grauem et dicit
naturales quod omnes hoc repie ebe
scentes crudis carnibus habent
ora fetencia et abhominabilia
et etc multo magis moraliter deberet
esse nobis magis fetencia et ab-
hominabilia ora detrahencium
iuxta illud prov. 24 Cogitacio
stulti peccatum est et abhomina-
cio hominum detractor Tercio caue-
ndum est nobis ne detracciones
pusillanimiter timeamus multi
enim propter obloquia detractorum
a bono proposito retardantur et hoc e
ualde fatuum primo secundum
Greg. 6. mor. ca. 14. Detractores
hominum despiciendo et contempne-
do superare debemus Expedit
enim nobis scire quod aliqui
nobis detrahunt Unde Greg.
22. mor. ca. 12. Sed inter hec
sciendum quod ne in moderatis
laudibus efferamur plerumque
miro rectoris nostri moderamine eciam
detraccionibus lacerari permitti-
mur ut cum nos uox laudantis
eleuat lingua detrahentis hu-
miliet Et eadem summa ponitur in
canone 6. q. 1. Similiter plenum uer-
bos primo de consol. prosa 3 assig-
nat causam quare omnes phi-
losophi et eciam apientes p secutorum
acerbos passi sunt Unde dicit
Boecius at canos at senecas
at soranos quorum non est pnetusta
nec incelebris memoria scire po-
tuisti Quos nichil aliud inc[l]a-
dem detraxit nisi quod nostris
moribus instituti studijs impro-
borum dissimillimi uidebantur
Itaque nichil est quod admireris
si in hoc uite salo circumflantibus
agitemur procellis quibus hoc
maxime propositum est pessimis
displicere Item Seneca de copia
uerborum sit tibi tam triste laudari
a turpibus quam laudari ob tur-
pia Item esto quociens displices
malis et malorum dete[s]tacione
tunc puta ad uerum tibi lau-
dacionem astare in psalmis Detrahe-
bant michi quoniam seque-
bar bonitatem Isti sunt tonsores monete legalis impedi-

campsores

tores legati regalis exhumatores cadaveris infernalis. Dicit Alexander de animalibus libro c quod hyena est animal multum ferox simile lupo in tantum diligens carnes humanas quod frangit monumenta sepulcra et exhumat corpora mortuorum ut eorum carnibus saturetur. Ista bestia aptissime gerit figuram detractoris. Homo per peccatum moritur sepelitur ab hominibus quando misericordia punit eius peccatum occultare et corrigitur conscientia et fama manente integra. Sed quid facit detractator? violat sepulcrum seu sepulturam et io est infamiis secundum iura 6. q. 1. infames contrahit carnes fetidas et comedit et aliis ad comedendum distribuit cum defectus celatos et lapsos fortasse a memoria admittentem eis reducat. De talibus dicitur Jer. 12. secundum aliam translationem numquid spelunca hyene hereditas mea michi et permittit pax autem facta est michi hereditas mea quasi leo in silva dedit contra me vocem suam ideo odivi eam hereditas Christi gentes christiane sicut in psalmo dabo tibi gentes hereditatem tuam. Sed hec hereditas dat vocem contra Christum et fit quasi hyena per detractationem sicut supra ostensum est. Ideo a detractatione custodite vos.

Os quod mentitur Lectio A occidit animam postquam sapiens dissuasit duo pessima loquendi genera videlicet murmurationem contra deum et detractationem contra proximum hic consequenter dissuadet tertium quod scilicet homo peccat per peccatum contra seipsum scilicet mendacium. Est enim mentiri contra mentem dicere. Hoc autem quantum modo est intellectus secundum Aristotilem. Hoc est quia intellectus est nobilissimum et dignissimum quod possit in homine reperiri et ideo homo qui contra mentem dicit contra seipsum facit et istud vitium dissuadet tali ratione. Illud quod animam hominis occidit spiritualiter hoc est ad mortem eternam adducat et gratia privat que est vita hominis illud est omnino cavendum. Sed tale est mendacium. Hoc ratio. Huius rationis causam ponit minorem in littera cum dicit Os quod mentitur etc. Mirandum est hic quod innaturale est et monstruosum quod os sit causa et instrumentum vel occasio occisionis anime quia illud instrumentum principaliter ordinatur anima ad conservandum vitam anime sicut in omnibus operibus suis patet nam per os respiramus sine qua operatione vita anime in corpore non salvatur et per os alimentum recipimus masticamus et deglutimus per os affectiones anime exprimimus per os pacem anime amicitiam et benivolentiam in osculis sine macula designamus. Est igitur mirum prodigiosum et contra naturam quod os animam occidat et ideo signanter dicitur Prov. 10. Bona vite os iusti os autem impiorum operit et Prov. 21. Qui custodit os et linguam custodit ab angustiis animam suam. Notandum secundo quod mendacium docet prima ratione homini propter quod est ei homo rationalis dei imago filialis dei imago naturalis dei ymago

est primo rationalis dei indago
hoc est investigatio et inquisitio
et propter hanc causam factus est
intellectualis a deo et ideo sibi re
pugnat falsitas mendacii Cum
enim veritas sit bonum intellectus constat
quod falsitas est omnis malum
et corruptio Unde Augustinus
Enchiridion ... Vis et ratio naturalis re
16 fugit falsitatem et quantum potest
devitat omnem errorem Unde fa
lli nolunt etiam qui amant
fallere hec Augustinus et ideo
sicut omnis creatura rationalis
appetit veritatem et sciam naturaliter
ita omnis creatura rationalis de
testari debet mendacium propter
6 figuram loquens Boetius 3o Quod
qui dyas primo mentiri cogitaverit
noluit in aliqua effigie rationalis
nature vel propinqua effigie
appare quia nobilitati sue nature
per quanto rationalis erat mendacium
displicet sed talis bestie formam
accepit que nature humane
magis inimicatur et repugnat
in signum quod mendacium ve
nenum est nature humane sicut
enim venenum corpus occidit
ita mendacium animam sicut
habetur hic infra et quanto anima
nobilior est corpore tanto vi[olen]de
tior mendax venefico et ideo co
nabilit simul condempnabuntur in
die iudicii et a societate dei et
sanctorum expellentur Apocalypsis 22 fo
ris canes et venefici et omnis
qui amat et facit mendacium
foris inquid canes Nuncii vel
alii quicumque morantes in curia
pape pro negotiis expediendis ac
cedunt ad pallatium et ante fo
res sive portas exspectant do
nec possint per aliquem introdu
ci ad papam sed quum pulsatur
foras cum campana pape omnes re
cedunt tristes et taciti quod pro
illo die pape colloquium non
habuerunt et ideo statim egrediuntur
pallatium et ad sua hospitia re hospitia
vertuntur vacui Omnium ponti
fex est christus ad Hebreos 9 Christus
assistens pontifex futurorum bo
norum pamphilus et perfectior Ad cuius
curiam venient in die iudicii
omnes homines Corinthios 5 Omnes
nos manifestari oportet ante tri
bunal Christi et tunc hic quibus
dam dicetur quod intrent ad
Christum nam bonumque iusto di
cetur intra in gaudium domini
tui Matthei 24 Et cito post intra
bunt hii in vitam eternam Et 5
aliis campana pulsante hoc
est tuba sonante clamabitur
paulos foras foras quia Matthei 13
malos autem foras miserunt
sic erit in consummatione seculi
exibunt angeli et separabunt
malos de medio iustorum et mi
ttent eos in caminum ignis ibi
erit fletus et stridor dentium
et non est mirum si mendax
eicietur a Christo quia naturaliter unum
contrarium expellit reliquum
modo Christus veritas est Johannis
14 Ego sum via veritas et vita
ergo necessario homo fictus et
mendax eicitur a Christo Matthei 24
inutilem servum eicite in te clare
nota nebras exteriores Secundo quod si
fiat circulus de trinitate ... ta
nte potentie est tunc 1a quod
nullum venenosum animal
potest circulum illum intrare

nel si fuit inclusum non potit ex
ire nisi abinde violent eiciatur
tria ista veritatem designat ipsa
veritas de terra orta orta est i terra
potentissima tenuit et muni
uit xpm vnde ipse potens es
domine et veritas tua in circuitu
tuo modo usque ad diem iudicij
homines infecti veneno menda
cij continetur eadem veritate sit
quod impossibile est eos euade
cum sit nemo qui de manu
eius possit eruere Job. sed etiam
trahuntur et eiciuntur extra
ciuitatem et tradentur passioni
bus ignis eterni Rom. 1º commu
tauerunt veritatem dei in menda
cium propterea tradidit illos deus in
passiones. Secundo homo est
filialis dei propago i. Jo. 3º vi
dete qualem caritatem dedit no
bis deus ut filij dei nominemur
et simus ergo sumus valde gloriosi
dei .n. genus sumus sicut Act.
17 dicitur. Si non ita continge
ret quod filius nobilissimi re
gis cui esset parata honestissima
virgo et nobilissimi generis in spon
sam illam repudiaret et sibi
vilissimi ribaldi filiam assu
meret in vxorem ipse fatue e
ligeret et turpiter degradaret et
tam se quam genus summe
mirabiliter dehonestaret et ideo
homo ille xpianus qui genus
dei per fidem et baptismum intra
uit Jo. 1º Dedit eis potestatem
filios dei fieri isti parata est veri
tas siue sapientia in vxorem
naturaliter quia omnes homines
naturaliter scire desiderant 1º metha
in principio et Sap. 8. dicit in
persona humane nature hanc

amaui et exquesiui a iuuentute
mea quesiui michi eam sponsam
assumere et amator factus sum for
me illius. Ista veritas est filia dei
secundum Aug. mendacium vero est
filia dyaboli Jo. 8. mendax est
et pater eius glo. i. mendacij Si
igitur homo relicta veritate i. dei filia
copulet sibi vxorem mendacium
filiam dyaboli turpiter degnat et ma
gnam verecundiam facit sibiipsi
et ideo signanter amor istius pro
sponse nobis interdicitur Zach. 8. No
li amare mendacium aduersus
fratrem tuum neque in amicum
similiter facias. Scitis quod deco
rum iure diuinus cultus inter
contrahentes impedit matrimonium
contrahendum et dirimit iam
contractum modo homo et omnis
creatura rationalis tenetur debet dei
Anshelmus 2º Cur deus homo in prin
cipio rationabilem naturam a deo
esse factam iustam ut illo fruendo
beata esset dubitare non debemus
et catholico dicat in principio Fides
est anima eternum placet tibi displicere
Sed constat quod mendacium
colit dyabolum sicut filia patrem quia
patrem sequitur sua proles et ideo
de iure matrimonium tenere non
debet et tamen si de facto teneatur quod facto
contingit sine dubio qui accipit
filiam a patre debet et dotem re
cipere quam ab eodem et certe dos quam
dyabolus dat cum filia sua
est in finis Apoc. 21. Omnibus
mendacibus est illorum pars in
stagno ignis Ysa. 10. Fecistis fe. (sic) [illegible]
dus cum mendacio et gemina
bit q. amado iudicium et ta
les possunt dicere illud Ysa. 28. pen

ssimus sedibus cum morte et cum
inferno fecimus pactum. Sed
etiam quod sicut quando qui con-
trahit primo cum una et postea
cum alia fit bigamus, et talis
coram iudice si agatur contra
eum, a morte quantumcumque sit litera-
tus non evadit. Sic homo post
contrahit cum veritate filia dei
Osee 2. Sponsabo te michi in
iudicio et in iustitia, et in fide spon-
sabo te michi in fide, et si postea
contrahat cum mendacio efficitur
bigamus, et in iudicio generali
evadere mortem non poterit. Non
quod posset probabiliter dici de ista
sponsa que est veritas, que est satis
formosa et amabilis, in tantum quod
veritas per se odiri non potest, potest
tamen ipsa esse non bene fecunda
quia non parit prolem bonam.
Nam secundum salustium veritas
odium parit et ideo dimittunt
homines veritatem communiter, quia peccata
incurrunt odium. Sed illud irra-
cionabile est, ymo amico forte et
amica veritate, sanctum est prepo-
nere veritatem, sicut primo ethi-
corum. Sed mendacium generat
multo peiorem prolem, quia men-
dacium est peccatum, et peccatum
cum consummatum fuerit generat mor-
tem Jacobi primo. Mors autem infernalis
lis est peior proles quam odium
malorum hominum. Similiter non con-
siderant tales quod est de veritate,
sicut fuit de Rebecca Genesis 27
que habuit gemellos in utero suo
Jacob et Esau, sic veritas duos
filios parit: dilectionem dei et
odium malorum hominum. Malachie
1o. Jacob dilexi, Esau autem
odio habui. Luce 6. Beati eritis

cum vos oderint homines, et ideo de-
ponentes mendacium loquimini
veritatem unusquisque cum pro-
ximo suo. Ephesios 4. Tercio homo
est naturalis dei ymago. Unde
Augustinus 15 de trinitate capitulo 14. eo
quippe mens ymago dei est
quo eius capax est, eiusque particeps
esse potest, et ideo sicut in trinitate prima
persona gignit verbum quod est
veritas, ita mens humana nullum
aliud verbum gignere debet nisi
verax. Ecclesiastici 37. Ante omnia verbum verax
precedat te. Persone diversorum reg-
norum et diversarum terrarum faciliter
discernuntur ab invicem per diversi-
tatem ydiomatum et linguarum.
Nam communiter qui gallicum
loquitur gallicus estimatur et
anglicum anglicus. Sic enim ar-
guebatur contra petrum quod
esset galileus et de Christi discip-
ulis Matthei 26. Vere et tu ex illis
es nam et loquela tua mani-
festum te facit. Sunt autem
moraliter loquendo duo regna ad
invicem in hac vita commixta
scilicet regnum dei et regnum mundi,
regnum Christi et regnum dyaboli,
regnum celeste et regnum terrestre,
et sicut ista distant in legibus
ita in ydiomate non concordant.
Nam ydioma regni celestis est
veritas. In psalmo. Domine in celo
misericordia tua et veritas tua usque ad nubes.
Ydioma vero terrestris regni siue
mundi est falsitas. Osee 4. Non
est veritas, non est misericordia, non est
scientia dei in terra; maledictum,
homicidium, mendacium,
furtum, adulterium inunda-
verunt. Si ergo homo velit

F

No

pendere ad quod regnum pertineat /
indicat cum regno in ydyomate
concordat. Narrant hystorie quod
cum guilhelmus dux normannie
regnum anglie acquisivisset de-
liberavit quomodo linguam saxo-
nicam destruere posset / et Angli-
cam et normanniam in ydyo-
mate concordare / et ideo ordi-
navit quod nullus in curiam
regis placitaret nisi in gallico /
et iterum quod quilibet puer po-
situs ad litteras addisceret gallicum /
et per gallicum latinum / que duo
usque observantur. Isto modo mo-
raliter princeps huius mundi, id est
dyabolus est. Jo. 16. Princeps
huius mundi iam iudicatus est.
Sed verum est quod principatu
suum non habet in mundo heredi-
taria successione / sed violenta
oppressione / et ideo non est heres
sed conquisitor / ydeoma ante
suum proprium in provincia in-
fernali est mendacium. Jo. 8. Cum
loquitur mendacium / ex pro-
priis loquitur / et ideo ut con-
cordet mundus cum provincia in-
fernali et ydyomate / ordinavit
quod omnia secularia in conven-
cionibus mercacionibus et con-
mutacionibus utantur men-
daciis. Et sicut puer docendus
in scola primo addiscit gallicum /
ita iuvenis applicandus seculo /
cum studio et labore addiscit lo-
qui mendacium. Unde Jer. 9.
Docuerunt linguam suam men-
dacium. Unde Gregorius expo-
nens illud Job. 14. Terrebit eum
tribulacio / et angustia valla-
bit eum / probat quod omne

illud quod malus homo petit re-
licta veritate / vallatur tribulacionibus
et angustiis et labore / et hoc pro-
bat specialiter de mendace. Quia mendax
relicta veritate mentiri deliberat /
ut audiencium animam fallat. Sed
quantus labor est sollicitate custo-
diri / ne ipsa eius fallacia deprehen-
di queat / ponit quippe ante ocu-
los quid sibi a veritate scientibus
possit respondere / et cum magno [illegible] [magno]
pertractat quo pacto [illegible] falsitatis
documenta veritatis ... superficie [argumentum]
inde se contegit / et contra hoc nisi [ubi]
deprehendi potuit veritati similes
responsiones querit / qui si verum
vellet dicere utique sine labore po-
tuisset / plana quippe est veritatis
via / et grave est iter mendacium. Un-
de per prophetam dicitur. Docuerunt lin- [Jer. ix]
guam suam loqui mendacium. Hic
Gregorius. Et notandum quod quamvis
boni mercatores putent se arguere
ingeniosos / non tamen sapientes.
Nam duplex est operacio scientis
vel sapientis / sicut dicitur primo Elen-
chorum. Scilicet non mentiri de quibus
novit / et mentientem posse manifestare.
Et ideo quicumque mentitur
arguit se non esse sapientem.
Et ideo Eccl. 7. Noli velle mentiri
omne mendacium / assiduitas
enim illius non est bona etc. Lectio xj   [Lectio xj]

Nolite ~~zelare~~ zelare
mortem in errore
vite vestre neque acquiratis perdicio-
nem in operibus manuum vestrarum /
quoniam Deus non fecit mor-
tem nec letatur in perdicione vivorum.
Postquam spiritus sanctus decla-
ravit qualiter homo tenetur ordi-

nare virtuose primo affectiones suas
et cogitando, secundo locutiones suas
sermocinando. Hic ultimus docet
qualiter homo debet ordinare su-
as operationes peccatum detestando et
contra hoc duo facit quia primo sua-
det hominem detestari peccatum tre-
mendo penam timoris. Secundo
suadet illud idem alliciendo per
viam amoris ibi [illegible]
deus. Circa primum duo facit quia
primo dissuadet peccatum propter pe-
ne consequentis acerbitatem. Se-
cundo propter dei prohibentis vo-
luntatem ibi quoniam deus mortem
non fecit. Dicit ergo primo sic: No-
lite zelare id est diligere mortem id est
peccatum mortale quod est cau-
sa mortis. Jac. i. peccatum cum
consummatum fuerit generat mortem.
In errorem vite vestre id est errone-
contra preceptum dei vivendo. Prov.
14. Errant qui operantur malum.
16 Augustinus in Enchir. 19. Non in
illis errare prosunt aliquando in via
pedum sed non in via morum. Et
est primum motivum quare non de-
betis amare peccatum scilicet pene
sequentis acerbitas que est in-
finitis pena. Ipsa enim sola pro-
prie notatur perditio. Prov. 14. Inf-
ernus et perditio coram domino
quanto magis corda filiorum ho-
minum. Unde dicit: Neque acquira-
tis perditionem in operibus manu-
um vestrarum quasi dicat nisi per propria
opera acquisieritis iniquam in-
curretis perditionem. Vitam non
possumus per opera manuum nostrarum.
Unde sicut dicitur Osee 13 perdi-
tio tua Israel tantum ex te est, in me
auxilium tuum. Secundum
motivum quare non debemus

amare peccatum est dei prohibentis
voluntas quoniam deus mor-
tem non fecit id est non ordina-
vit nos ad mortem eternam sed
magis ad vitam qui vult om-
nem hominem salvum fieri. Hoc
est leges dedit per quas omnis homo
salvari potest si vellet vel sic: deus
mortem non fecit id est peccatum non
approbat nec diligit. De quo tamen
dicitur: Nichil odisti eorum que fe-
cisti. Nec delectatur in perditione
vivorum id est non ordinat primo prin-
cipaliter quod homines perdantur
sed ipsi per maliciam perdunt se
metipsos. Joh. Qui amat a-
nimam suam perdet eam. Luc.
9. Filius quidem hominis non
venit perdere sed salvare. Nolite
ergo zelare etc. Notandum primo
quod loquendo methaphorice peccatum
satis convenienter vocatur mors
propter tres rationes scilicet propter con-
similem defectum, propter con-
similem effectum, propter con-
similem aspectum. De primo
moriente corpore talis est pro-
cessus in deficiendo ~~[illegible]~~
id est decedendo primo corpus dissipatur
et distrahitur. Secundo infir-
matur. Tertio moritur. Quarto portatur
ex domo. Quinto sepelitur. Sexto
vermibus consumitur. Isto modo
conscientia dissipatur et distra-
hitur per temptationem et cogita-
tionem de peccato. Secundo infirmatur
per commitate delectationis. Tertio moritur
per consensum. Quarto asportatur et
elongatur ab hominibus per culpe
sue abhominationem et diffa-
mationem apud homines. Quinto
sepelitur per malam consue-

Marginalia: A — (textus) — (textus) — Hoc nisi ad eo / sed perditionem ac / hic possumus — textus / fac. — No. — textus / [illegible] — b — no — 9

tudinem sicut enim terra vel lapis suppositus onerat et opprimit corpus ne resurgat / Sic illa mala consuetudo est quasi quedam moles gravissima opprimens et necessitatis hominem ad peccandum / Unde Aug. 8. Confess. cap. 4. Lex peccati est viciosa consuetudo qua trahitur et tenetur et invitus animus eo merito quo in ea volens illabitur et in eodem cap. circa post principium loquens de se ipso prostratus peccati ante baptismum sum / suspirabam inquam ligatus non ferro alieno sed mea ferrea voluntate velle meum tenebat / mens inimicus et inde michi cathenam fecerat et constrinxerat me quippe ex voluntate perversa facta est libido et dum servitur libidini facta est consuetudo et dum consuetudini non resistitur facta est necessitas / Hec Augustinus Et hec consuetudo peccandi comparatur sepulture Lazari secundum eundem de sermone domini in monte libro primo cap. 13. Et sicut videtis istis magnis et nobilibus fiunt sepulcra honestissima de marmore et de aliis honestis lapidibus et fingunt cum picturis et figuris / que sunt ornant et honorant / ita istis magnis et potentibus mortuis per peccatum faciunt adulatores sepulcra dealbata et depicta palliantes et diminuentes et excusantes et commendantes peccata potentium quia laudatur peccator in desideriis anime sue / et isti videntur eos honorare et ornare / et ita faciunt tamen simul cum hoc onerant et opprimunt miseros ne resurgant per penitenciam de peccatis / Unde multum Gregorius 4. moralium cap. 19 notat quod Christus tres mortuos suscitavit puellam in domo iuvenem in porta Lazarum in sepulcro / quartum vero mortuum discipulo narrante cognovit sed tamen non suscitavit / quia valde difficile est ut is quem post usum male consuetudinis adulantium lingue opprimunt a mentis sue mortem revocet De quo etiam Christus dicit / Dimitte mortuos sepelire mortuos suos / mortui n. mortuos sepeliunt cum peccatores peccatores favoribus premunt / Erat autem et Lazarus mortuus / sed tamen non amortuus sepultus sed a fidelibus mulieribus cum pietate sepultus / 6o corpus mortuum animam consumit / sic mens privata vita gratie anime conscientie depravationis et finalis impenitencie corrodit et mordet Sic igitur convenienter peccatum mors dicitur propter consimilem defectum vel processum deficiendi / Sicut n. a in corpus intrat animam sicut mors Ro. 5. peccatum intravit in mundum et ipsum mors / Secundo peccatum dicitur mors propter consimilem effectum / Mors namque facit corpus rigidum / frigidum / fetidum et putridum / horridum / tetrum atque ponderosum / isto modo peccatum facit animam rigidam per superbiam et inobedienciam / Adde vim Prov. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper et dives effabitur rigide glossa i. superbus efficit animam

Nota

sepelire mortuos

D

in corpus

moraliter

frigidam per inuidiam qua notat p
pheta maliciam Je. 6. Sicut fri
gidam facit cisterna aquam sua
sic frigidam facit malicia eius
suam / fetidam per luxuriam ps
37 Computruerunt et corrupte sunt cicatrices mee
Dc(?) cicatricibus ascendet fetor
putridam per gule immoderantiam
per quam sorsus et ro sepeliuntur
et homo in asinum commutatur
Je. 22. Sepultura asini sepelie
tur putrefactus et proiectus
horridam per accidiam Gen
15. Horror magnus et tenebro
sus inuasit abram / Terrea per ava
riciam quia nichil sapit nisi
terrenum / ut dicatur tali anime / Sicut
talpe dixit natura et serpenti dixit
dominus Gen 3o Terram come
des omnibus diebus vite tue / pi
gram per accidiam qua nichil bo
ni operatur prov. 13. Vult et non vult
piger / anima autem operantium
impinguabitur / et sic convenienter
notatur peccatum mors propter con
similem effectum Ro. 6o peccatum
ut appareat peccatum / per bonum operatum
est michi mortem / ut fiat supra
modum peccans peccatum per mandata
tum / 3o propter consimilem affect
~~tum~~ aspectum / Quantumcumque ui.
homo fuit amabilis pulcher
et delicatus Statim post mor
tem est horribilis turpis et ab
hominabilis / et a communione ho
minum separandus Sic anima an
te peccatum pulcherrima formosa ex
hibetur iuxta illud Can. 4. pul
chra es amica mea et macu
la non est in te / sed per peccatum spo
liatur gratuitis et vulneratur in
naturalibus / et fit fetida et abho
minabilis coram deo / ut dicat
ei deus illud Ezech 16 ad oc
caput tuum condisti signum prosti
tucionis tue / et abhominabilem
fecisti decorem tuum / et tunc per pec
catum anima misera separatur
a communione fidelium / et ami
cicia dei / et angelorum bonorum /
prov. 10. Mercedes facit pios sine
homines peccatum / Sed stultissimus
operarius est ille / qui difficilibus
laboribus se fatigat / et nichil
mercedis / vel stipendii in fine
reportat / Quantis laboribus pe
riculis et difficilibus se expo
nunt homines propter peccatum / isti pro
voluptatibus illi pro cupidita
tibus / isti pro vanitatibus / inex
plicabile est dictum / et quod e
stipendium / certe mortis dispe
ndium / et infernale suspendium
Ro. 6. Stipendia peccati mors
et ideo postquam premisit Sa
piens Nolite zelare mortem / sig
nanter subiunxit / neque acquiratis
perdicionem in operibus manuum ve
strarum q. d. nullum aliud lucrum
habetis per peccatum / et quia manus
est organum organorum hominis /
sicut dicitur 3o de anima / ideo
male operationes quascumque
per homo exercet per opera manuum
suarum prohibentur / Ideo notandum
quod de triplici morte legimus
in scriptura / Est enim mors cla
ustralis conuersationis / mors
carnalis resolutionis / mors in
fernalis cruciationis / prima mors
est voluntate benedicenda / secunda
est multipliciter meditanda / tercia
est contrarie detestanda
De prima notandum quod sanc
ta religio figuratiue dicitur mors
Unde vulgariter regulares dicunt

mortui et seculares viventes ma
lus tamen secularis est ne mor
tuus et bonus regularis vere
vivens nam malo seculari dici
tur apoc 3o nomen habes quod vi
vas sed mortuus es et de sanc
tis dicitur 2 cor 6 nos quasi
morientes et ecce vivimus mor
tui autem sunt peccato viventes
autem deo iuxta illud Rom
6 Estimate vos mortuos quidem
esse peccato viventes autem deo
in christo ihesu Quare ergo reli
giosi dicantur mortui patet ali
que congruitates adducti primo
enim moriturus condit testa
mentum suum in quo legat
animam deo et corpus tumulo
facultates amicis et super hoc
executores sibi constituit isto
modo religiosus profitendo
dat animam deo corpus assig
nant monasterio facultates karitas
et quidam resignat mundo Exe
cutores illius testamenti consti
tuit prelatos suos quorum custo
diam tam corpus suum quam animam
tradit Item moriturus incipit
amittere calorem suum naturalem
postea usum sensuum exteriorum
sicut visus auditus et huiusmodi
tandem ultimo motu suum
proprium ita quod si moveri debeat
de loco ad locum oportet quod hoc fiat
per alios non per semetipsum pannus ei
tribuitur brevis et in terra men
sura et sic finaliter cum mortu
us fuit absconditur in sepul
cro isto modo monachus ingrediens
religionem primo amittit calorem
naturalem hoc est omnem
amorem carnalem vel mundia
lem amicorum et parentum quo

possit a mundi contemptu a sanc
ta contemplacione retardare 2o
amittit quasi usum sensuum ex
teriorum per honestam et religiosam
conversacionem et custodiam vi
sus auditus et tactus etc 3o
perdit quasi loquelam per silencium lo
cis et temporibus convenientibus
servatum Silencium namque iuvat
ad mentis recollectionem et gratiam
consequendam In cuius figura Za
charias mutus genuit Johannem
i gratiam luc 1 Quarto perdit mo
tum proprium secundum voluntatem quia
nusquam se movet vel vadit
nisi per obedienciam vel licenciam
prelatorum Quinto sibi tribuitur pa
nnus modicus quia habitus vilis
ad necessitatem non ad superflui
tatem Et sexto tandem absconditur
in sepulcro i in claustro suo ne
per seculi tumultus a sanctis occu
pacionibus perturbetur Unde ipse
sic mortuus dicitur coll 3o mor
tui enim estis et vita vestra ab
scondita est cum christo Secunda mors
est carnalis resolucionis et hec
est multipliciter meditanda Eccl 14
memor esto quoniam mors non tarda
bit et ecce sicut idem cibus est
infirmo amarus et sano suavis
ita memoria mortis sanctis et
virtuosis hominibus est valde de
lectabilis impiis autem et pec
catoribus intollerabiliter amara Eccl
41 O mors quam amara est
memoria tua homini iniusto et
pacem habenti in substanciis suis
i in divitiis suis Nam qui i
niustus est timet supplicium et
nimis quia pacem in suis bonis
cum dolore relinquit sed demon
stis est commiso et ideo in corde

capitulo subditur O mors quam bo
num est iudicium tuum homini in
digenti et qui minoratur viribus
Hic nota de lazaro et divite quali
ter fuit corpus eorum Ista medi
tatio facit mundum contempnere
Jeronimus ad paulinum facile con
tempnit omnia qui semper co
gitat se esse moriturum Facit ho
minem carni resistere contra illud
Non autem potest melius caro vi
va domari quam mortua qualis erit
nisi semper premeditari Item fa
cit omne peccatum vitare Ecclesiastici
In omnibus operibus tuis memo
rare novissima tua et in eternum
non peccabis Per hac meditatione
Seneca de copia verborum Cum rex
natura deus delibera hec medi
tare cottidie ut possis equo animo
vitam relinquere Tercia est mors
infernalis cruciationis et hec est
continue detestanda de qua ipsa
Sicut oves in inferno positi sunt
mors depascet eos Ovis est sto
lidissimum animal seu pecus
Inter alias conditiones hoc habet quod
si sit in domo accensa nullo mo
do exit ab igne sed magis ingerit
se igni Sic dampnati in in
ferno ita effecti sunt stolidi quod
per maliciam obstinati quod de
inferno qui est quasi domus ac
censa nunquam exibunt Et hec
est mors fera de qua in psalmo mors
peccatorum pessima Huic contraria
illa vita de qua Ambrosius lo
quens ita dicit Ibi est vita sine
morte festum sine fine dies sine
nocte gaudium sine merore tran
quillitas sine labore fortitudo
sine debilitate Rectitudo sine pra
vitate pulchritudo sine deformitate

veritas sine falsitate Caritas sine
invidia felicitas sine miseria hanc
nobis concedat Lectio 12 Lectio 12
Creavit enim deus ut essent
omnia et sanabiles fecit
nationes orbis terrarum non enim
est illis medicamentum extermi
nii nec inferorum regnum in terra
Postquam sanctus . f . dissua
sit peccatum iniquae operationis
incutiendo timorem per penam que
sequitur Hic dissuadet illud idem
alliciendo per amorem recitando
divina beneficia que homini conferun
tur et circa hoc duo facit Nam
primo declarat quales fecit deus
homines quantum ad naturalia 2° ex
cludit ea per que homines ex
cusant se a peccatis quantum ad mo
ralia ibi Non enim est illis Circa
primum duo facit primo n. ostendit quod
deus creavit omnia generaliter 2°
qualiter fecit genus humanum spe
cialiter ibi Et sanabiles fecit Circa
primum continuans se ad pre
cedentia dicit sic Ideo deus non
fecit mortem i. peccatum quod in
ducat ad mortem eterna Sed pro qua
quia deus creavit ut essent
omnia mors autem et peccatum facit
hominem non esse Tren. 5 patres
nostri peccaverunt et non sunt 2 Cor.
13 Si linguis hominum etc. caritatem
autem non habeam nichil sum Et
Augustinus super Joh. peccatum
nichil est et nichil fiunt homines
cum peccant Ex quo ergo deus
creavit non solum homines set
etiam omnes res ut essent
una quaeque in natura sua manifestum
est quod deus non fecit peccatum i.
non approbat peccantes quia

de quo superius dictum est quod est mors

textus pcctatum apfectone natue sue
defitiunt. Dicit ergo Creavit .n.
deus ut essent omnia. Creavit
ergo primo scilicet potentia omnia/ ergo
sapientia/ Ipse omnia in sapientia
fecisti/ ut essent/ ergo bonitas
sive clementia. Augustinus 11° de
civitate capitulo 21. Tria quidem
sciencia sunt maxime de crea
tura/ quis eam fecit/ per quid ea
fecit/ et quare eam fecit/ et hec
tria insinuat scriptura cum
dicit/ Fiat lux et facta est lux
etc. Si ergo queramus quis fe
cit/ deus est. Si per quid/ dixit
fiat et facta est. Sed quare fe
cit/ quia bona est. Hec Augustinus.
Unde Damascenus libro 2° capitulo
2°. Quia bonus et superbonus
est deus. Non est contentus sui
ipsius contemplatione/ sed sup
erabundantia pietatis et boni
tatis acceptavit quedam fieri/
quibus bene faceret et participarent
sua bonitate/ ex non ente ad esse
deduxit et condidit universa. Et
Plato in Thymeo/ Optimus erat/ ab
optimo porro invidia relegata
est/ itaque cuncta sui similia cuncta/
prout cuiusque natura capax beati
tudinis esse poterat effici volunt
quam quidem voluntatem dei/
originem rerum certissimam si
quis ponat/ recte eum putare sci
enciam [?] cognitionis forma
talis ratio. Amor et gratitudo com
pellunt hominem cavere offensa
benefactoris et amici. Sed deus
est benefactor et amicus hominis
precipuus/ qui creavit hominem/ et
alia omnia propter hominem/ ergo
omnis homo vitare ~~tet~~ tenetur
ne eum offendat/ et hec ratio in

vivit aliqua. Creavit .n. deus ut essent
omnia. Consequenter posito beneficio
creationis/ subiungit beneficium
recreationis sive reformationis/ et
dicit: Quia non solum creavit deus
homines sicut omnia alia/ ymo fecit
eos tales/ quod si laberentur in pe
ccatum/ sanari possent per sua sa
cramenta/ et hoc est quod dicit:
Et sanabiles fecit nationes or
bis terrarum/ hoc est homines qui na
scuntur decta/ et hoc est speciale be
neficium/ quia solum hominibus
est collatum/ angeli enim insa
nabiliter peccaverunt. Unde Damascenus libro
2° capitulo 3°. Hoc autem/ quod est
hominibus mors/ hoc est angelis
casus/ et per consequens sicut ho
mortuus est insanabilis penitus/
ita angelus est post casum/ sed
homini est hoc collatum/ quod li
cet multociens inficiatur per pe
ccatum/ semper tamen sanabilis
est ante mortem. Et hoc est quod
devote recollegit propheta cum dixit
Benedic anima mea domino et no-
li obli. o. re. eius qui propi. om. ini
tu. et qui sa. om. inf. t. Ex quo
colligitur talis ratio/ amor et
gratitudo compellunt hominem
vitare offensam illius qui cu
rat et sanat omnes infirmita
tes etc. Sed deus hoc facit homi
ni si velit ergo etc. Et hec ratio in por
tat in hac littera. Et sanabiles fe
cit nationes orbis terrarum. Non na
tiones celorum vel angelos/ sed specialiter
nationem christianorum. Ipse non fecit
taliter omni nationi. Nobis enim ita
in nova lege providit de tot reme
diis/ de tot sacramentis/ de tot in
dulgentiis/ quibus sanari possu
mus si volumus. Sed sequitur. Quia

textus Nota

nimius ba. et non z sa. (nota) Consequenter
enim dicit non enim est illis / ex
cludit triplicem excusacionem quam
solent homines peccatores assignare
ad excusandas excusaciones in
peccatis Dicunt enim / quod spec
ciositas et bonitas rerum creatarum al
licit hominem et invitat ad con
cupiscenciam oculorum contra legem
dei / secundo addunt et dicunt / quod
carnis fragilitatem incitet ho
minem ad peccatum / 3o dicunt / quod de
mones decipiunt / et peccare fa
ciunt quadam violencia excu
secta. Sed istas tres excusaciones
irracionabiles tollit s. s. / primo dic
as negaciones primas sibi preposita
negativam que ponitur infra ibi
Non est n. illis medicamentum
extinccionis / tercia nota excusacionem
tollit per tertiam negacionem ibi /
nec i fforum regnum in terra / contra
duas primas dicitur non enim est
illis ret p i. omnibus rebus quas
dominus creavit et posuit in
mundo / non est in fectio ad can
sandum peccatum / propter quod ho
existimatur et incurrit extinccio
onem / et existimatur extra timores
entre tam militantis quam trium
phantis / et est methaforicus modus
loquendi / quasi medicus loquitur
in firmo / ostendendo sibi aliquod
cibum extraneum / dicendo co
medas de isto secure sed moderate /
quia nichil tibi nocebit / vel ti
meas / quia nichil periculi est in
ipso cibo / ita dicit hic / non enim
est illis medicamentum extinc
cionis / nisi forte tu feceris excessum.
/ et ut dicit / quod hoc nullomodo est
imputandum bonitati rerum vel

specierum / si homines in amore munda
norum contra honorem dei figuntur /
sed tantummodo perversitati homi
num qui male utuntur rebus crea
tis / et sic tollitur prima excusa
tio unde Augustinus de vera
religione capitulo 28o nec aqua
mala nec animal quod in aere
vivit nam iste substancie sunt /
sed malum est voluntas pec
cata magnam / et suffocatio quam
mersus patitur / stilus fiens
alia parte qua scribamus / et alia
parte qua deleamus fabrica
tus est / in suo genere pulcher / et ad
usum nostrum accomodatus / et
si quisquam ea parte velit scribere
qua deletur / et ea velit delere qua
scribitur / nullomodo stilum ma
lum facit / sed ipsum factum
inde vituperat / haec Augustinus
Secunda excusacio peccatorum / qua
dicunt fragilitatem carnis
ad peccandum impellere / excludit
dicit per illud idem / non enim
est illis medicamentum extinccionis
in carne non concupiscencia ut scilicet
nec existimans ad perpetrandum
peccati / sed tamen modo incitas /
quam homo peccato incurrit /
et de ea si velit proficit si re
sistit unde Gregorius 9 moralium
36. Superna dispensacio ideo
nos sibi tota intencione fer
ventes / carnem nostram
permittit impugnacionibus concuti /
ne mens nostra audeat in superbia
presumpcione sue securitatis ele
vari / ut dum pulsata trepi
dat / in solo auctoris adiutorio
robustius pedem spei figat

Item gregorius moralium dicit sic ad yma quippe trahit caro ne extollatur spiritus / ad summa trahit spiritus ne prosternat caro / spiritus levat ne iaceamus in infimis / caro aggravat ne extollamur ex summis / et sic secundum gregorium quodam certo moderamine fit / ut carne deprimente sed non prosternente / homo desperationis lapsum caveat / et spiritu elevante et enim temptationes senciente superbie casum evadat / et sic dum spiritus trahit et caro retrahit / subtilissimo intus iudicii moderamine infra summa et supra infima quodammodo anima liberatur / et ideo patet quod non est in homine medium tercium extremum. Capitulum secundo

Deus creavit hominem inexpugnabilem / et ad ymaginem similitudinis sue fecit illum. Tota excusatio peccatorum est propter demonum infestationes / Sed ista excusatio excluditur per tria negativam que est ista Nec enim facerem regnum intra regnum i. demonum in corpore i. demonum non est intra i. hominibus venientibus intra in terra et de terra exeuntibus / et ideo licet homines possunt suggerere malum et temptare / sed nullo modo violentare hominem permittunt / et ideo dominium non habent in homine / nisi homo eis sponte per liberum arbitrium subdi velit. Bernardus super cantica sermone 86. Impulsor hominis dyabolus est / impulsor mundus est / impulsor homo. Remedium iste homo sit gratia quisque singulis vitari / neque adeo homo impulsor suus est / et summe precipitator / ut non sit quod in altero impulsore formides / si ipse a te proprias contineas manus a tuis manibus autem tua cessus tuus. Nota super illud creavit cum deus ut essent omnia / que considerando creaturam quas deus propter hominem fecit / movent hominem racionabilem ad quatuor laudabiles disposiciones. Movent enim hominem / ad amorem ad honorem ad stuporem ad timorem et ad laborem. De primo Augustinus 10. confessionum capitulo 6. Celum et terra et omnia que in eis sunt ecce undique michi dicunt ut te amem / non cessant dicere omnibus ut sint inexcusabiles / et infra capitulo eodem. Quid autem amo cum te amo / non speciem corporis / nec decus temporis / non candorem lucis / nec dulces melodias cantilenarum / non florum vel unguentorum aromatum suave olentium / non manna et mella / non membra acceptabilia carnis amplexibus / non hec amo cum te amo deum meum / et tamen amo quandam lucem / et quandam vocem / et quendam odorem / et quendam cibum / et quendam amplexum / et cum amo deum meum / lucem . odorem . vocem . cibum / amplexum interioris hominis mei / ubi fulget anime meo quod non capit locus / et ubi sonat quod non capit tempus / et ubi olet quod non spargit flatus / et ubi sapit quod non minuit edacitas / et ubi heret quod non divellit saccietas / et hoc e[st]

amo

quod amo deum meum. De isto amo-
re Hugo de arra anime loquens
anime sue dicit: Magno debito ob-
ligata es anima mea, et multum
accepisti et nichil accepisti(?), et
pro hiis omnibus non habes quod
retribuas nisi tantum ut dili-
gas. Nam quod per dilectionem datum
est, nec melius nec decencius quam
per dilectionem rependi potest. Sap. 11° c°
Diligis omnia que sunt et nichil
odisti eorum que fecisti, nec enim
odiens ~~aliquid~~ aliquid constituisti aut
fecisti. Eo quo ergo propter dilectionem
hominis fecit omnia fecit, racionale est
quod super omnia ab homine di-
ligatur, ymmo sicut omnia a deo per
amorem procedunt, ita per amorem
regimur et per amorem in deum redde-
mur quantum potest secundum Boecium 3°
de consolacione metro 6. Unde omnis
res nititur habere orbem suum cir-
culum. Unde dicit: Hic est communis
cunctis amor. Secunda consi-
deracio creaturarum monet homines
ad honorem debitum deo impe-
dendum. Omnis enim creatura per sue
nature potenciam deum nititur ho-
norare, nec est aliqua res corpo-
rea que suis legibus nititur ob-
viare. Unde Boecius 3° de consola-
cione prosa 12 probat quod omnes
res adeo quasi voluntate regun-
tur sponte ad disponentis admittun-
tur concinunt et contemperate conveniunt.
Nec bonum regimen foret, si fo-
ret ingenium detrahencium non ob-
temperancium salus, et ideo conclu-
dit quod nichil naturam suam ser-
vans deo contraire conatur. Et hoc
est quod dicitur Sap. 8. Attingit
a fine usque ad finem fortiter et
disponit omnia suaviter. De isto

honore loquens Anshelmus 2°
Cur deus homo c° 12 dicit:
Omnis voluntas racionalis creature
subiecta debet esse voluntati dei,
et hoc est debitum quod debet angelus
et homo ~~deo deo~~ deo, quod solvendo
nullus peccat, et quod omnis qui
non solvit peccat. Hec est iusti-
cie rectitudo voluntatis que
iustos facit sive rectos corde
voluntate. Hic est solus honor
et totus quem debemus deo et
a nobis exigit deus, secundum Anshelmum.
Per hanc consideracionem creaturarum
habuerunt illi 3 illustres pueri,
qui informare omnes creaturas
sigillatim ad deum laudandum
et honorandum induxerunt.
Daniel 3°. Benedicite omnia opera
domini domino. 2° et 1 Pet. 4: In omni-
bus honorificetur deus. Tercia
consideracio creaturarum monet
ad stuporem. Non enim est tam
parva creatura in toto mundo cuius
naturam composicionem et virtutem
possit comprehendere intellectus
humanus, sed magis stupere et
mirari. Eccli. 11. Stupor et mira-
bilia facta sunt in terra, et sunt
mirabilia opera altissimi solius
et gloriosa et absondita et invisa
opera illius. Quarta conside-
racio creature monet homines
ad timorem. Omnis enim crea-
tura triplici voce alloquitur
homines, sicut dicit Hugo de ar-
cha noe: In hoc inquid genere con-
templacionis audiuntur omnes
creature tribus vocibus no-
bis loquentes. Prima vox dicit
accipe, 2a dicit redde, 3a dicit
fuge. 1 accipe beneficium, redde
debitum, fuge supplicium. Prima

no

Accipe
Redde
Fuge

Creature monet ut deum diligamus

Vox est famulantis secunda admonentis tercia comminantis. Prima vox famulantis est celum quod dicit: ego ministro tibi lucem in die ut vigiles, tenebras in nocte ut pauses. Celum ad oblectationem tuam gratas temporis vicissitudines pro veris et estatis serenitatem autumpni plenitudinem et algorem hyemis. Celum alternantibus incrementis dierum et noctium spacia simili ratione dissimiliter extendo et ut varietas tollat fastidium et novitas prestet oblectamentum. Aer dicit: utilem tibi prebeo flatum et omne genus avium ad tuum mitto obsequium. Aqua dicit: potum tibi prebeo, sordes purgo, ariditatem rigo et diversa genera piscium ad tuum esum ministro. Terra dicit: Ego te porto, pane conforto, vino letifico, omnis generis fructibus oblecto, diversis animalibus mensas tuas repleo. Secunda vox admonentis est mundus qui dicit: Vide homo quomodo amavit te qui mihi te fecit me, fecit me ut serviam tibi quia factus sum pro te et ut tu servias illi qui fecit me et te, me propter te, te propter se. Si sentis beneficium redde debitum; accipis bonitatem redde caritatem. Hec tribuit et hec exigit deus. Tercia vox comminantis est ignis qui dicit: Ame vel combureris. Aqua dicit: Ame vel submergeris. Terra dicit: Ame vel absorberis. Infernus dicit: Ame vel deglutiris. Quia omnis creatura sicut ex conditione sua homini famulatur, sic eciam peccatoribus prima lex suorum consciam comminatur. Unde in singulis creaturis se peccati timeant quod se meruisse cognoscunt. Hec Hugo. Et ideo signanter dicitur Eccli 24: Timor dei super omnia se superposuit quia ex omni creatura concipere debet omnis homo timorem dei. Tercia consideratio creaturarum monet hominem ad laborem. Omnis enim natura creaturarum habet utilem operacionem. Unde commentator 2° [illegible] metha[phisice] commento vm° quid aufert proprias operaciones a rebus, aufert essencias rerum. Homo autem ad laborem nascitur, Job 5. Et ideo cavendum est sibi ne ociosus aut inutilis habeatur. Et ideo rogandus est deus ut nobis cooperari dignetur quia ipse est de quo scribitur Ys. 26: Omnia opera nostra operatus es nobis domine.

Positiva enim pena est et immortalis punicio aut mortis acquisitio. Impii autem manibus et verbis accersierunt illam et estimantes illam amicam defluxerunt et sponsiones posuerunt ad illam quia morte digni sunt qui sunt ex parte illius. Sap. 1. Postquam prius sanctus rationabiliter reprobavit triplicem maiorum hominum excusacionem. In ista parte solvit quandam incidentem dubitacionem, et incidit dubitacio immediate ex predictis. Nam declaratum est quod peccatores non possunt se excusare per terminum sensibilium delectaciones nec per carnis inclinaciones nec per demonium exterius suggestiones et tamen est quod deus ab inicio creavit hominem iustum in statu innocencie. Est ergo dubium unde prius provenit iniusticia

in igne humano / ex quo homo creatus
est iniustus / et sic peccasset si noluis-
set in iusticia conservare. Et circa
istam dubitationem sic procedit
primo enim premittit quod dubita-
tio hec supponit / Secundo dubita-
tionem solvit ibi Impii autem. Circa
primum premittit 2o primum est quod
iusticia hominis quamvis in se fuit
potuisset fuisse perpetua / quia deus
non potuit eam separare a voluntate
ipsa voluntate secundum Anselmum
de libero arbitrio capitulo viii / Similiter est iusti-
cia perpetua et immortalis effecti-
ve / quia facit homines perpetuos
et inmortales Sap. v. Iusti autem
in perpetuum vivent. Ex quo igitur du-
bitacio / Unde provenit iniusti-
cia et mors in igne humano / ex
quo creatus fuit homo iustus /
vel saltem sine iniusticia / Hec habes
in mortalitatem iniusta peccate /
quia nisi fuisset precedens iniu-
sticia / iniqua fuisset mors sub-
secuta Rom. v. peccatum intravit
in mundum / et per peccatum mors
Iniquid per impii dixerunt quod
deus fecisset eos iniustos probatum
est etiam ratione precedente / quod
nulla creatura alia voluntate potest facere
voluntatem iniustam / et constat
quod facta est iniusta / 1a relin-
quitur quod vel a deo vel a se ipsa
facta sit iniusta. Quia impii sibi
autem / solvit illam dubitationem
in solvendo dicit 3a primum quod
primi parentes spontanee peccaverunt
Secundum est quod erronee
iudicaverunt. 3m est quod suam
plenam operationem dampnaverunt
Dicit igitur primo sic Impii autem
i. primi parentes / a principio que est
cultus dei recedentes / manibus

i. operibus comedendo pomum ve-
titum / et verbis tollendo sapientiam
accersierunt illam scilicet iniusti-
ciam / et estimantes illam s. i-
niusticiam vel transgressionem di-
vini precepti / et amicam i. utilem
et expedientem eis / quia putaverunt
quod in petra promissionem facti fu-
issent sapientes sicut dii. Ge-
nesis 3o Defluxerunt
i. se sponte precipitaverunt in illa
transgressionem sine iniusticia
vel defluxerunt i. perdiderunt
stabilitatem iusticie originalis
et sponsiones i. pacta vel pro-
missiones seu federa / posuerunt
ad illam s. iniusticiam sive
mortem / et quale pactum con-
sentit tale / quoniam morte digni
sunt qui sunt ex parte illius
i. omnes qui de illis primis paren-
tibus obligatis iniusticie de-
scenderunt. Adam enim commi-
sit crimen lese maiestatis / ideo
puniri debuit tam in se quam
in prole sua Ephe. 2o Eramus
natura omnes ire filii. Hic autem
incidit duplex dubitatio specialis
prima est utrum virtutes car-
dinales manebunt in patria
Istam questionem pertractat
Augustinus 14 de trinitate
capitulo 9 de imaginibus / ubi recitat
questionem Tulii in hortensio
dicentis / virtutes quatuor
cardinales non manere post
vitam istam. Si ita esset quod
post vitam istam liceret immor-
taliter vivere in insulis beatorum
ut fabule fingunt / quid in-
digeremus fortitudine / cum nul-
lus labor futurus sit vel

Questio utrum virtutes cardinales
manebunt in patria.

pietatis/ de quo sermo est in iusticia/
tamen nullus appetit alienum
quod temperancia/ tamen non est libi
do ad quod ergo prudencia/ cum
nulla sit electio boni vel mali
unde subdit/ quod si sit unica
nobis/ essemus beati sola cogni
cione nature/ qua nichil est me
lius aut amabilius/ sed via
hanc non tenet Augustinus
sed plane dicit/ Quod iusticia
manebit de aliis que forta
sse manebunt/ sed tamen iusti
cia quam prudencia habebunt
alios actus quam modo habent
quod enim nunc agit iusticia
in subveniendis miseris/ quod
prudencia in precavendis ma
lis/ quod fortitudo in perferendis
molestiis/ quod temperancia in
coherendis delectacionibus pra
vis/ non ibi erit omnino ubi nichil
omnino mali erit/ sed tunc erit opus
prudencie nullum deo bonum
preponere vel equare/ fortitudinis
et firmissime adherere/ tempe
rancie nullo omnino noxio de
lectari/ iusticie subditum esse
deo/ Hec est sua Augustini
Aliter dicit Thomas prima 2e
questione 67 articulo primo/ Quod in
istis virtutibus aliquid est
materiale/ aliquid formale/ materiale
est quedam inclinacio partis
appetitive ad passiones vel opera
ciones/ secundum aliquem mo
dum/ formale autem est or
do rationis determinans modum
illum/ Dicit ergo/ Quod virtutes
non manebunt quantum ad
suum esse materiale/ manebunt
tamen quantum ad suum esse

formale etc./ Sed iste modus dicen
di non apparet clarus/ quia virtus
est habitus simplex/ nec potest compo
ni ex inclinacione existentem in appetitu/
et ex alio existente in ratione/
et maxime secundum eum/ qui
ponit quod fortitudo et tempera
cia sint in irascibili/ quas po
nit potencias morales affixas
corporis organis/ prudenciam
ponit in racione/ et iusticiam in vo
luntate Racio autem secundum
eum differt ab appetitu sensi
tivo/ et per consequens non est
ymaginabile/ quod aliquis habitus
componatur ex ratione et appeti
tu sensitivo/ Unde facilius vide
tur/ quod manebunt ibi illi
habitus/ sed habebunt alios ac
tus/ Iusticia autem plenius
manebit quam alie/ quia prin
cipaliorem actum habebit quam
nunc habet/ scilicet reddere unicuique quod
suum est/ deo adoracionem et
amorem super omnia/ et proximo
secundum mensuram bonitatis divi
nitus/ et ideo dicitur signanter decca/
quod est perpetua et immortalis
Potest autem salvari dictum suum/ ut
dicatur non intelligere/ de compo
sicione reali alicuius virtutis/ et
de numero istarum/ sed de connotatione
tantum/ quia ista virtus temperan
cia/ principaliter est habitus con
prehensivus passionem gustus
et tactus/ et ideo in recto dicit
habitus/ et in obliquo passiones/
et sic de aliis etc. Secunda questio
lis est/ an iusticia originalis
includat aliquod donum sup
naturale/ et dicendum est
quod si iusticia originalis

Questio 2a Utrum iusticia original
includat aliquod donum supernaturale

Marginalia: qua ... (left column, line 2); 2a questio (beside "quas po"); 1 in racione/ et ex alia ex contrario (beside "appeti"); dubitacio (beside "Secunda questio"); d

Nota hic de iusticia quomodo sunt tria bona

Athalantha virgo

dicitur perfectam subiectionem quam ad deum et corporis ad animam, cum anima sine gracia subdi deo perfecte non possit. patet quod sicut erit deo parere corporis ad animam, sic notatur naturalis rectitudo vel iusticia, qua anima corpori preficiebat, iuxta illud: Iusticia enim perpetua est. Est enim iusticia trina, scilicet armamentum preliantis, ornamentum triumphantis, instrumentum iudicantis. Notandum quod iusticia quia est munimentum preliantis, comparatur lorice; quia est ornamentum triumphantis comparatur corone; quia est instrumentum iudicantis comparatur regule. Primo iusticia est munimentum preliantis, et ideo comparatur lorice. Ephes. 6: State induti loricam iusticie. Est enim lorica genus armorum defensorium et munitionum, et disponit hominem ad insistendum in nasiones aliorum sine lesione vulnerum. Isto modo iusticia munit homines inter persecutiones, ut nichil eis noceant si iusticiam habeant. Matth. 5: Beati qui persecutiones paciuntur propter iusticiam. Istam loricam homo debet induere, ut omne opus suum iusticia reguletur, sicut arma lorice valent ad caput, ad tibias, pedes et totum corpus, sic iusticia. Et ideo signanter de Christo dicitur: Indutus est iusticia ut lorica, et galea salutis in capite eius. Secundo iusticia est ornamentum triumphantis, et ideo comparatur corone. In ludis agonum sine palestra vel cursu ponitur bravium in fine stadii, et illud est premium currentibus, sicut tangit Apostolus prima ad Cor. 9. Stadium in quo currimus est vita presens, cursus currentibus est mors. In isto cursu reponitur merces vite finalis iusticia. Eccli. 4: Usque ad mortem certa pro iusticia. Sed hic contingit hominibus impedimentum incurrendo, propter quod deficiunt a cursu, sicut contigit Athalanthe virgini ypomenem, de qua narrat Ovidius 10 Methamorphoseos prope finem, que tante agilitatis extitit in currendo, quod a nullo vivente vinci potuit, nec aliquem virum dignabatur habere, nisi qui eam in cursu vicisset, et simul cum hoc fuit tante venustatis et pulchritudinis, quod ab omnibus nobilibus amabatur. Cucurrerunt multi nupcias affectantes, sed defecerunt omnes, et capitibus plectuntur. Tandem veniens quidam informatus a Venere nupcias postulat Athalanthe, offert se certamini. Cui Venus tria poma aurea dederat, ut ea iuxta stadium proiceret, et sic a cursu suo faceret virginem deviare. Currunt igitur agilime ambo, et inde incipit ypomenes fatigari, proicit pomum aureum. Illa videns pomum divertit a stadio, et ypomenes illam preterit et precurrit. Illa dilacionem velocitate compensans, celeriter enim attigit et precurrit eum. Deinde consimiliter illa fecit. Tandem cum prope esset metam, fortiter proicit tercium et longius a stadio quam prius fecerat. Illa cupiditate allecta cucurrit ad pomum, et interim ypomenes metam attigit, et sic de virgine victoriam reportavit. Virgo

ista velocissima est anima huma
na, que est etiam inter benignitat[es]
quia creata est ad dei ymaginem
et mire agilitatis, quia affectionibus
et cogitationibus nunc est rome,
nunc est parisius, nunc in celo, nunc
in terra, nunc in inferno. Ista habet
currere per stadium vite presentis ad
bravium finalis iustitie, sed
est unus alius agilimus et velo
cissimus, qui simul cum ea cona
tur currere, videlicet dyabolus, qui
est cursor velocissimus. Job: Cucur
rit adversus deum erecto collo. Iste
videt quod virtute et velocitate
non potest eam vincere, et ideo
cautelis utitur predicte, qui habet
tria poma aurea, id est tres peccatorum
delectationes, quas proiciat in e
viam eius, unum mox quam
cito post principium, aliud in me
dio, tertium iuxta metam. Primum
incipientibus, secundum viris, tertium
senibus. Primum pomum est delec
tatio lascivie, secundum superbie, tertium
avaricie. Et si contingat quod aliquis
non impediatur primis duobus,
in tertio tamen cadere potest,
et sic perditur corona iustitie fi
nalis. Et ideo necesse est currere et
viriliter et virtuosam continentiam
a talibus abstinere, iuxta illud
Apostoli I Cor. 9: Omnis qui in a
gone contendit, ab omnibus se
abstinet, super ipsis tribus, quia
omne contentivum et totum est
tum premium corrigimus. Eccl. 15.
Qui continens est iustitie appre
hendet illam. Hanc enim certavit
et consummavit paulus, sicut ipsemet
dicit II Thy. 4: Bonum certamen certa
vi, cursum consummavi etc. Et ideo

de reliquo reposita est mihi corona iusti
tie. Iustitia est instrumentum iudi
cantis, sine enim iustitia nullus
superior bene iudicat nec disponit,
et ideo iustitia comparatur regule,
sicut lathomus lapidem cedens
et complanans, duo semper habet
in promptu: regulam scilicet et mar
tellum, et cum martello id est malleo
percutit, et cum regula dirigit et ex
aminat planaciem. Ita bonus
iudex et prelatus quicumque debet
habere in manibus malleum ad
corrigendum delicta, et regulam
legis et iustitie, ne fiat excessus
in vindicta. Ysa. 28: Ponam iudi
cium in pondere et iustitiam in
mensura. Augustinus de doctrina christia
na prope finem: Quid quisque homo q
plus amat mortem quam vi
tam? Ecce dico te quo bito, tu amas
tunicam tuam bonam esse vis,
amas villam tuam bonam esse
vis, amas filium tuum bonum
esse vis, amas domum bonam
esse vis, quid est quod non bo
nam velis? Vis hic dicas bonam
mortem det mihi deus. Deus
avertat a me malam mortem. Plus
ergo amas mortem tuam quam
vitam. Male mori times, ma
le vivere non times. Corrige male
vivere, time male mori, sed noli
timere, quia non potest male mori
qui bene vixerit. Hec Augustinus.

Dixerunt enim Sap. II
impii aput se non recte
cogitantes: exiguum et cum
tedio est tempus vite nostre, et non
est refrigerium in fine hominis, et
non est qui agnitus sit reversus
ab inferis. Postquam spiritus s[anc]-
tus procedenti persuasit hominibus

id est iustitia

Hec est de ... corona que que infra in folio ultimo

Augustinus de doctrina christianorum

al[iter]

lectio 19

Cap 2m

sernae iusticia tamquam medium
necessarium ad acquirendam sa
pienciam / iuxta illud Ec. primo
Fili concupiscens sapiam serva
iusticiam / In hoc secundo ca re
probat quandam detestabilem opi
nionem tam iusticie quam sa
piencie contrariam / et circa hoc sic
procedit primo ponit reproborum
erroneam opinionem 2o opinio
nis origines et occasiones ibi
cogitant / Circa primum ~~secundo~~ fa
cit primo ponit malorum pravam
opinionem 2o describit iuxta
illam eorum conversacionem ibi
Venite ergo et fruamur Circa primum
~~secundo~~ facit quia primo ponitur
opinio / secundo opinionis probacio
quia ex nichilo nati sumus
Circa primum est sciendum / quod
opinio est dicencium ista / quod vi
ta corporali finita / nulla eorum re
stat ac nec in gloria nec in pena /
quia sicut bestie moriuntur tota
liter in corpore et anima / ita ponit
hec opinio de hominibus / quod
penitus moriuntur / Unde patet /
quod opinio hec negat immor
talitatem anime / et penas et
premia post hanc vitam durare
Dicit ergo sic Dixerunt impii
cogitantes apud se i. occulte co
gitantes / et verbo mentis dixerunt
arguendo et asserendo / in ps Dixit
insipiens in corde suo non est deus
et hoc non recte / quia falsum est
in rei veritate / et similiter hominibus
perperam tradere opponens / sed quid
dixerunt / exiguum est et non
quod tres posiciones quarum prima
est vera et due que secuntur sunt
false / quia nulla doctrina est que
non habeat aliqua vera ad-
mixta / quantumcunque ipsa sit
falsa / omnis enim proditor et de
ceptor / operit falsitatem sub aliquo
colore et opinione boni / sicut
ille qui vult propinare vene
num / non exhibet illud in
propria forma / nec cum aliquo
amaro / sed magis cum aliquo
dulci et delectabili / iuxta illud
metricum Sepe venenum solet
mixta dulcia poni / Ut lateat vi
cium proximitate boni / et sic
isti impii tres posiciones p
ponunt / quarum prima est verissima /
Secunda est falsissima ibi / et
non est refrigerium in fine 2o
Tercia est falsa / sed non est
manifeste falsa ibi / Et non est
agnitus 2o Prima posicio est
Exiguum et cum tedio est
tempus vite Secunda est vel
mortem Non tempus primum
et quietis Unde dicunt sic et
non est refrigerium in fine
hominis / hoc est quantumcunque ho
bene vixerit / et bene et iuste
et a delectacionibus irracionabilibus
abstinuerit / nichil sibi post
mortem retribuetur premio / quia
non est refrigerium in fine ho
minis i. quies post mortem
et hoc est falsum / quia Jere 6 dicitur
Ambulate in via bona / et i
venietis requiem animabus
vestris Sap 4 Iustus quam
morte preoccupatus fuerit in re
frigerio erit / Item in ps Tran
sivimus per ignem et aquam
et deduxisti nos in refrigerium
Circa prius dicit / Quod
post mortem hominis nullus

erit locus tormenti sine pene fin-
diat et non est qui agnitus sit
rediffus abinferis q. d. [.] Si ali-
quis esset talis locus tormen-
torum illi qui sunt ibi puniti
aliquando accederent ad nos / et nobis
de suis penis intimarent / sed
isti stulte et fatue loquuntur / non ad-
vertentes illud luce 16 / chaos
magnum firmatum est inter nos
et vos / ut hii qui volunt hinc
transire ad vos non possunt / neque inde
huc transmeare / et hoc de lege to-
men false locuntur / quia xpus
abinferis resurrexit Johannis
xx° et lazarus similiter Joh. xi.
Circa istam litteram duo sunt in-
quirenda / primo utrum anima
humana sit inmortalis secundo
dato hoc quod sit / an possit hoc
probari ratione evidenti naturali
Quantum ad primum est sciendum /
quod animam humanam esse in-
mortalem est a potissimis philosophis
confirmatum / a scriptoribus catholicis
predicatum / et quasi in finitis in-
tellectualis approbatum Primum pa-
tet per platonem in thymeo circa
q. cap. ubi inter multa / erronea
que de anima humana dicit
hoc dixit / inferit / quod anima
humana est inmortalis / et si
quod vicerit passiones / et abscis-
derit vicia sunt premiabitur vel pu-
nietur post mortem / unde po-
nit quod si anima bonis in cor-
pore vivens / vincatur a corporeis
passionibus / post separationem a cor-
pore vivens / in corpus muliebre
mittetur / et si se ibidem male ha-
bucrit / in corpus pecoris transibit /
post mortem in penam / et secun-
dum mal quod male vel penis
se habuit / in istius penis utetur /

finaliter tamen omnes redibunt
ad originalem innocentiam et
dignitatem / cum sunt penas
sufficienter expiate Item in libro
quem de anima composuit / et
fedonis nomine intitulavit / ra-
tiones adducit ad inmortalita-
tem anime comprobandam / ubi
plane dicit quod supervenire
necem in homine / quod mortale e-
ius dicitur defungi / quod vero in-
mortale / incorruptum et incorpo-
rale avolat / abiens tedons loco
De quo secundum eum hesitare
non convenit alicui intellectum ha-
benti / ubi etiam ponit / quod qui
homines defunguntur / vivunt in
chaos / et qui sancte et digne
vixerunt premiantur / qui vero
in iniquitate premientur / Primo hoc
ait O viri insignum est / hoc intel-
ligere / quoniam siquidem anima
inmortalis est / sollicitudine in-
diget / non pro isto tempore solum
in quo utique vacamus vivere / verum
pro universo / Si enim mors esset
universi liberatio / inventio esse-
esset malum morientibus a cor-
pore liberari et ab ipsorum malicia /
tum anima inter sana quin in-
mortalis apparet esse / nulla perfectio
est illi alia a fuga malorum neque
salvatio / quam ut optima et
prudentissima fiat / et in fine di-
cit / malorum animas ingressuras
tartharum unde nunquam egredie-
ntur quod est oppositum illi Deo
supinus intellexit Secundo patet
huiusmodi per pittagoram / sicut
recitat Ovidius 15 methamorfoseos
ubi dicit sic / morte carent anime
semper priore relicta / sic deno-
vis domibus vivunt habitant que

fedonis
corpo le
D

recepte. Sed melius dicit in ysi-
bus amicis sicut allegat calcidius
in commento super thimeo pla-
tonis v(bi) dicit: Corpore deposito
cum liber ad ethera perges evades
evades homines factus ethe-
reus alter. Item hermes trimegi-
stus ad asclepium prope prin-
cipium de asclepio: omnis humana
anima immortalis est, sed non uni-
formiter cuncte. Sed alio et
alio modo. Et in fine post medium
libri: Cum fuerit anime a corpore
facta discessio, tunc ad examen
meritique eius arbitrium transiet
in summi demonis potestatem, hic
cum eam piam iustamque pro-
videt in sibi competentibus
locis manere permittit. Si autem
delictorum ipsam maculis viciisque
obligatam videt, desuper
ad yma deturbans procellis ig-
nis et aque sepe discordanti-
bus tradit, et sic inter celum et
terram mundanis fluctibus in di-
versis semper eternis penis agi-
tata raptabitur, ut in hoc anime
obsit eternitas quod sit immor-
tali sententia eterno supplicio subiu-
gata. Hec ille. Et Aristoteles libro 16
de animalibus tractatu 2o quo dicit: In-
tellectus solus est ab extrinseco et
solus hic esse divinum. Item 2o de anima
dicit quod anima intellectiva
est alterum genus anime a vegeta-
tiva et sensitiva, et quod sola ipsa
contingit separari a corpore sicut
perpetuum a corruptibili. Item in li-
bello de pomo. Item seneca in
epistola c(?) mors quam pertimescimus
et recusamus intermittit, non vita
eripit. Veniet iterum qui nos in
lucem reponet dies. Item epistola
10(?) que tamen communiter non habetur,
quia in ... 36 epistolas post illas
88 que communiter habentur dicit sic:
Iuvabit de animarum eternitate
aliquid querere, immo credere. Cre-
debam enim me facilem opi-
nionibus magnorum virorum rem
gratissimam magis promitten(tium) quam
tium quam probantium. Daba-
me spei tante. Quod autem hec
sancta fides sit catholica divul-
gata et mirabiliter probata pro-
bare non oportet, quia satis constat
illud. Ad presens triplicat(ur): primo quod
divina bonitate sit. Cum enim
deus sit bonus, maxime ta-
men bonus est amicis suis.
Amico autem proprium est quod, 8
ethicorum 2a, amicus salvat vitam
amici si potest. Ergo si deus est a-
micus amicis suis confert im-
mortalitatem. 1 Cor 14. Si in
hac vita tantum sperantes essemus,
miserabiliores omnibus hominibus
essemus. Secundo ex dei equitate.
Iusticia enim dei requirit quod
omnibus reddatur secundum sua merita et
demerita. Apoc 22. Dabo unicuique secundum opera
sua. Ps. Tu reddes unicuique merita
et demerita, premium enim premittit
et pena pro demeritis. Sed hoc non
fit in vita presenti, quia mali letta-
ntur et prosperantur, et boni
deprimuntur et tribulantur. Ergo ne-
cesse est quod hoc fiat in futuro.
Tercio patet idem ex veritate divina, quia
nullum fallit deus, sed pro-
misit nobis vitam eternam si
bene fecerimus, et penam eternam
si male. Ergo ita fiet. Et licet non
possit forsitan naturali ratione
probari sicut satis patet propter
debilitatem racionum que ad hoc
tam a sanctis quam a philosophis ad

2o persuadetur illud

Vide autem pater quare hic possent reddi ad ... quia turpia opera et delicta corporis impediunt ascensum eius propter

Reg

delictorum

quam

ſ

et

divina

De brevitate vite

ducunt / sunne tamen tenent hoc
credere / sicut et multa alia sunt
vera que probari nesciunt / alterum
enim istorum est verum / mundus in-
cepit esse vel non incepit esse / et
tamen neutrum istorum determinate
ne probari potest secundum Aristotelem
secundo topicorum / similiter qua-
dratura circuli vera est / et tamen
eius demonstracio tempore Aristotelis
inventa non fuit / sicut ipsemet
dicit in predicamentis capitulo 5o ad
aliquid et nichilominus sciunt Aris-
toteles quod hoc scibile fuit / Con-
venienter de quodam Religioso
qui quendam philosophum redarguit
de eo / quod negavit animam esse
inmortalem Anno inquid aut
philozophe aut ille religiosus [?]
aut anima est inmortalis aut
mortalis Si est mortalis / nullum
incomodum infligetur credenti-
bus eam esse inmortalem / si aliquod
incomodum inde sequetur / Ergo
melius est credere animam esse in-
mortalem quam mortalem / Circa
primum notandum scilicet quod impius in
sua opinione proponit / scilicet quod exi-
guum et cum tedio est tempus
vite nostre / est sciendum / quod verissimum
est / licet ad mala et falsam con-
clusionem ipsi assumat / in quo verbo
vita nostra a tribus describitur Ab
a brevitate sue durationis cum
dicitur exiguum A penalitate
gravis afflictionis cum di-
citur tedio / a labilitate continue mu-
tacionis / tempus vite / primum hec
Sapie. 9. Homo infirmus exigui
temporis / De secundo Job 10 / Tedet
animam meam vite mee De 3o
Eccl. 18. De mane usque ad vesperam
immutabitur tempus / Istam bre-
vitatem vite humane simul

cum penalitate pertractans Seneca
epistola [illegible] dicit propone tempus primum
di nascitatem [?] et [illegible] com-
plecte / Deinde hoc quod etatem
vocamus humana opera in me-
sa / et videbis quod exiguum sit
quod optamus quod extendimus /
et hoc tamen latine quam sollici-
tudines occupat / quantum mors
angustiam [?] vemat [?] optata / quantum
valitudo / quantum timor / quantum
tument inutiles anni dimidi-
mus / ex hoc eadem [?] et adisce la-
bores luctus pericula / et intelli-
ges in longissima etiam vita
minimum esse quod vivimus / Hec Se-
neca / Ex istis tribus patet tri-
plex fatuitas hominum mundanorum
presumencium longitudinem / non
obstante brevitate / diligencium
amaritudinem non obstante
penalitate / diffidencium mortis cer-
titudinem non obstante temporis
instabilitate / Contra istos ul-
timos super Senece epistola 80 dicit
Nullius vita non expectat nil
sperat in crastinum / quid sit hoc
mali queris in infinitum / non
enim vivunt sed victuri sunt / omnia
differunt / et attendemus cum vita
nos preterit / nunc non cunctantes
i. morantes et aliena transcurrit /
et ultimo die finitur / omne tempus
perit / et ideo in pta consilium
Apostoli ad Galatas 6. Dum tempus
habemus operemur bonum / ad-
dunes [?] senes debiles et impo-
tentes non habent tempus / sed
[illegible] a tempore in fine et [illegible]
mus patientes non habent tempus /
tum non sunt sui tempores
mortem transierunt / tempus fi-
nivit / et ideo nec senectus nec

morbus nec mors expectande
sunt ad bene vivendum, sed
statim est incipiendum. Tempus
nostrum est, sed quod plangendum
est multi in[?] inveniunt et co
nivent omnes. De quorum quolibet
verificatur illud Job 24: Dedit
ei Deus tempus penitentie, et ipse abutitur
eo in superbiam. Et Psalmus: Tempus
faciendi, Domine, dissipaverunt
legem tuam. Ille antequam posset
dicere vixi, et tantum vivam, de
certo felicissimus est. Unde Se
neca epistola 12: Ille beatissimus
et securus sui possessor est qui
crastinum sine sollicitudine ex
spectat, et quicumque dixit vixi,
cotidie ad lucrum surgit. Talis
fuit sive fuit ille religiosus
qui quantum vixisset interrogatus
a quodam, nichil respondit ei
nisi vixi. Fuit enim in religio
ne 12 annis. Et tunc alius
dixit: non quero an vixisti
sed quantum. Respondit: Cum di
xi vixi, quantum vixi tibi
dixi. Voluit dicere quod preteritum
tempus vixerat, quantum signat
hec in males[?] que sunt in hac
dictione vixi. Et ille sicut iam
sicut patet, et tamen fuerat in re
ligione et Deo servierat, et aliud
tempus non computavit, nec
dixit a ante dignum nominare illud sub
nomine, nec etiam voluit no
minare vitam futuram per vita,
quia sub vite certitudine non
est. Unde Martialis epigrama
tum libro 10 epigramate: Non
est crede michi sapientis dicere
vivam. Nimis sera nimis vita est
crastina; vive hodie. Et

Hoc est quod dicit beatus Augustinus
de verbis Domini in omelia 14: Age
semper esto correctus. Longe qui
dem est dies iudicii, sed uniuscui
usque dies ultimus longe esse
non potest, quia brevis est vita,
et ipsa brevitas semper est incerta.
Ipsa res est que multos occidit
dum dicunt cras cras, et subi
to hostium claudit, remansit
cum voce cornina, quia non
habuit gemitum columbinum.
Hec Augustinus. Ergo summa stulti
cia est iuventutem vel tempus
presens expendere in peccatis, et tempore de
futuro quod non est nostrum sperare
vel spem habere. Et ideo signanter
dicitur Eccl. 7: Ne impie agas multum
et noli esse stultus ne moriaris
in tempore non tuo. Et ideo ad
Gal. 6: Bonum igitur facientes
non deficiamus; tempore enim suo
non deficientes. Unde metrice sic:
Est vita brevis, casus quoque levis,
nec spes redeundi. Quanta scias
sive tanta scies, sit cura pa
randi; plura scias ut plura
feras, ne non servisse peniteat
dum nil valeat iam penitu
isse etc. ~~[struck through]~~

Capitulum 14 14

Quia ex nichilo nati sumus
et post hoc erimus tamquam
si non fuerimus, quoniam fu
mus afflatus est in naribus
nostris, et sermo scintille ad commo
vendum cor nostrum, quia extinc
tus cinis erit corpus nostrum, et
diffundetur spiritus tamquam mol
lis aer. Posita superius erronea
opinione, hic exequitur de eius
insufficienti probacione, et talis est
probacio, quia nulla res que

et l. quia stat ibi co sentme quasi [illegible] istam consequentiam

morendo perit et admchilatur
primatur vel punitur post mortem
sed omnis homo est talis g° etc.
huius tercius solum ponit in
nocens et probat eam videlicet
quod post hoc s. post vitam pre
sentem erimus tamquam si non fue
rimus i. nec corpus vivet nec
anima et ita moriendo homo
totaliter perit. Circa probacionem huius
minoris secundo facit primo pro
bat quod homo corporaliter peribit
secundum rem 2° peribit quod
etiam secundum nomen ibi et
nomen nostrum. Circa primum secundo
sunt quia primo persuadetur hec
opinio naturaliter et phisice 2°
exemplariter et rethorice ibi et
transiet. Prima pars pertinet ad
partem lectionis. Circa quam duo
facit quia probat suam propositionem
s. quod homo peribit et quantum ad ani
mam et quantum ad corpus. Et
primo probat hoc ex hominis pro
ductione 2° ex hominis ~~resu~~ reso
lucione ibi quia exinanitus.
Circa primum duo facit primo pro
bat hoc a parte termini a quo s. pro
ductionis humane 2° a parte ter
mini ad quem s. ibi Quoniam
sumus. Est igitur prima racio talis
corrupcio et productio sunt
mutationes opposite et inter termi
nos oppositos sed productio nostra
est ex nichilo sicut a termino a quo
et ad esse ad terminum ad quem ergo
corrupcio est ad nichil sicut ad
terminum ad quem et ab esse sicut
a termino a quo quod est totum oppo
situm prime mutationis s. pro
ductionis dicit g° quia ex nichilo
nati sumus ideo consequens est
verum s. quod post hoc erimus

tamquam non fuerimus ~~et stat ibi~~
~~quia consequentie quarum mutum in~~
~~venerunt talem concessionem~~ scilicet
istam ex nichilo nati sumus ergo post
hoc erimus tamquam non fueri
mus. Sed ista racio nichil valet
quia antecedens sumus s. ex nichilo na
ti sumus est falsum nam productio cor
poris ex aliquo quia ex semine
viri et mulieris. Anima non cor
rumpi non potest. Sed si corrumpe
tur corrumpetur in nichil. Sed
ipsa non corrumpitur corpus non
corrumpitur in illa ex quibus
componitur et ideo hec propositio
est falsa productio hominis e
ex nichilo quia corpus a parentibus
propagatur anima autem a deo in
funditur et creatur et ideo in cor
rupcione hominis corpus resol
vitur et anima separata vivit
consequenter ibi. Quoniam sumus
ponit secundam racionem ad istam
eandem falsam opinionem et
sumitur ista racio a parte termini ad quem
in ipsa productione hominis termini
ad quem est homo ipse vivens
quo producto ipsa productio tamquam
in fine in isto autem termino
sed in homine vivente sunt in
quibus vita videtur pendere videlicet
exspiratio et inspiratio sensus
calor et motus. Unde anima ni
chil aliud est nisi aliquod istorum
secundum eos sed quodlibet
istorum adnichilatur ergo et anima
Quantum ad primum quod ponitur
s. inspiracionem et exspiracionem dicit
quia flatus et fumus est in nari
bus nostris i. in corpore nostro et
ponitur pars pro toto quia ibi potest
sensibiliter egressio spiritus de corpo
re. Quantum ad secundum vero

est
duo
duo
et
sed
adquem
ppagatur
quo
quod
no

quantum ad sensum dicit/ et hoc
sermo enim non est sine yma
ginatione/ nec ymaginatio sine
sensibus/ sicut patet 3o de anima
Sed constat quod sensus pereunt
corpore mortuo Quintum addit cum
dicit Scintille i. calores naturales)
qui calor similis est. Quintum ad
motum dicit/ ad commovendum
cor nostrum/ i. calor est in corpore
nostro administrandum motum
in corpore nostro/ qui motus dicitur
a corde sicut dicit Aristoteles de mo
tu cordis/ et sic tangit quatuor
falsas opiniones de anima/ quas
reprobat Aristoteles primo de anima
Prima fuit cretica/ qui ponit
animam esse vaporem/ quam im
pii vocant fumum vel flatum
Secunda fuit Diogenis/ qui po
suit animam esse aerem/ quam
impii vocant sermonem/ quia
sermo est vox signata articulata
et vox est aer percussus secundum pri
scianum/ Tertia fuit opinio quorun
dam antiquorum dicentium/ quod
anima est ignis/ quam impii
vocant scintillam Quarta fuit
opinio mollisi ytalici/ quod anima
est quoddam motivum corporis/
et illa tangitur cum dicit/ ad
commovendum cor nostrum/ quare ibi/
quia extinctus cinis/ probat quod
homo totaliter moritur ex hoc
resolutione/ et quia inter positio
nes que ponunt animam esse
de natura alicuius elementi/ ille
sunt probabiliores/ que ponunt
eam esse de natura ignis vel
aeris De natura enim terre nul
lus ponit animam esse propter sui
grossitiem/ nec de natura aque que
valde grossa est/ sicut dicit Ari

qui dixit

stoteles primo de anima/ Ideo has
duas opiniones tantum exequitur/
et arguit primo sic secundum
primam opinionem/ sicut quando ig
nis extinguitur/ nichil rema
net nisi cinis/ ita quando anima
moritur/ nichil remanet nisi ex
tinctus cinis/ et sicut cinis to
taliter extinctus non accenditur
iterum/ ita nec corpus nostrum iterum
accenditur per vivificationem
vel resurrectionem secundum istos/
Iuxta secundam opinionem
arguit sic/ quando vas repletum
aere evacuatur ab aere/ nichil re
manet ibi nisi vas repletum
aliquo alio/ Sic quando homo mo
ritur/ aer a corpore expellitur/ et
nulla alia vita manet et fiunt
isti cineres solide/ mutantes sibi
totaliter spiritum/ nec aliam rem
credunt tales esse/ nisi que po
ssit videri vel tangi/ 2a ratio
tangitur cum subditur Spiritus
i. anima diffundetur/ et in nichi
lum de facili resolvetur/ tamquam
mollis aer i. tenuis vel hu
midus/ quia dicunt insita/ quia
corpus humanum est cinis
extinctus et videretur nunc
re isti impii/ quod hec est quarta
conditio nature hec nunc/ quod
corpus resolvatur in cineres hic
posset esse dubium utrum de
corpus humanum sit de lege
communi in cineres redigendum/
et videtur quod non/ quia aliqui
homines moriuntur quo in interme
diate iudicium et cinerem/ ho
mines non incinerantur nisi per
magnum tempus post mortem/
quo saltem corpora talium no

humane

q°
d

sed corpora

incinerabuntur et de aliquibus ta-
libus dicitur quod simul rapientur
obviam Christo in aera Tessal. 4.
Preterea si omnia corpora redige-
rentur in cineres tunc non fo-
ret maior inclinatio in cineri-
bus petri quam in cineribus
pauli consequentia patet quia
omnes cineres istorum corporum
sunt eiusdem rationis sed conse-
quens est falsum Quia si nul-
la inclinatio foret in illis ci-
neribus ad animam petri nulla
dicta foret ex quibus cineribus
corpus petri formaretur sed hoc
quod est falsum quia sic non fo-
ret idem qui prius si sic
tunc corpora omnium hominum cont
combusta vel comburenda sed
hoc falsum consequentia patet
quia nichil resolvitur in cineres
nisi per combustionem de
multis sanctis legitur quorum corpora
non incinerantur et quorum reli-
quie habentur ¶ Ad oppositum est quod
dicit haymo quod omnes na-
tos in originali tenet hec sen-
tentia es et in cinerem ibis et gen. 3o
pulvis es et in pulverem rever-
teris ¶ pro isto dubio notanda
sunt tria ¶ primum est quod ad
literam vocabuli loquendo
corpora nostra non sunt in cineres
redigenda ¶ Secundum est
quod secundum intentionem sanc-
torum loquendo hec est generalis
sententia quod corpora nostra de lege
communi sunt in pulveres vel in
cineres redigenda ¶ 3m est
quare utuntur sancti isto modo
loquendi ¶ primum patet breviter
ex titulo quia cineres non
vocantur nisi combusta per igne

Secundum patet sic quia sen-
tentia lata adeo propter peccatum originalis
circa penam corporis tenebit de
lege communi usque ad resurrectionem
Sed illa sententia non solum fuit
de morte sed etiam de resolutione
in elementa Gen. 3o pulvis es
et in pulverem reverteris ergo illa
tenebit sicut illa de morte sed
sententia mortis transibit in omnes
in quos transit peccatum origina-
le ut legitur et sententia incinerationis
Hebr. 9o Statutum est omnibus
semel mori Ro. v. in adam prima Cor. xv
omnes moriuntur ¶ Tertio hec e-
ratio quare resolutio corporis
humani in illa ex quibus com-
ponitur vocatur incineratio apud
omnes primo propter antiquam
consuetudinem qua humana
corpora comburebant et maxime
nobilium vel in elementa subtilio-
ra utebantur et postea cineres in
memoriam conservabant in
urnis et ideo mos inolevit
dicere quod illa in que resolvitur
corpus humanum dicantur ci-
neres ¶ Secundo propter causam
resolutionis corporis humani
que est ignis concupiscentie
carnalis que vocatur fomes quod
de lege communi corpus huma-
num attendit propter quem fo-
mitem corpus humanum in
elementa resolvetur Ad hunc
in fectionis purgationem aliud
dant quod per actionem ignis re-
solvitur si combustum fuit
vel in cineres resolvitur Ad primum
dico quod tales resolventur per
ignem qui mundum ante diem
iudicii conflagrabit et sic re-
solventur cito et cito reparabuntur.

Ad secundum dico quod nulla est
naturalis inclinacio in cineribus
petri ad animam petri / sed ordo
prudencie divine hoc faciet / q̄
illi cineres magis veniēt dice
petri quam alii / ut idem homo
resurgat. Ad tercium dicendum q̄
scriptura loquitur figuratiue sicut di
ctum est / corporis patet quod cor
pus virginis videtur resolucionem
non fuit / quia inde fomes ex
tinctus extitit / et sicut est de ea
ita de aliis similiter. Si tamen
aliqui alii sint / quod eis est hoc
concessum de privilegio speciali. Idem
dicendum de reliquiis sanctorum /
et de loge tamen ante resurrec
tionem communem incinerabuntur / ·a·
vel si non / hoc eis concessum
erit de privilegio speciali. Notandum
est hic quod contra materiam
vane glorie de aliquo / cuius de
lectato monet in presenti / valde ex
pedit recogitare quid de illo de
lectabili eveniet in futuro / sicut
legimus in diuersis tractatibus
ut in vita beati johannis elemo
synarii / quod mos erat antiquis
apud grecos / quod statim Impera
tore electo et coronato / edificatores
monumentorum cum quattuor marmorum
assistentes ei / sibi dicerent isto modo
De quali marmore iubet imperium
tuum sibi fieri monumentum / ne per
gloriam imperialis officii in in
nanem gloriam efferretur. Sic dicatur
sibi in consecracione papali. Stup
pa coram oculis eius accenditur
et comburitur et sic sibi dicatur:
Sic transibit gloria mundi. Simile
legitur in hystoria de Romanis / quod
triumphanti in curru assidebat
quidam ribaldus / qui ei in pre
conviciabatur et in eodem colaphi
zabat / ne excessus honoris illo die
collati eum supra modum tu
mefaceret. Summum vero accessiui
vane glorie est nobilitas iuuen
tutis humanum corporis / contra
quod et ad quod reprimendum
metrice dicitur Forma genus mores
sapiencia res et honores non reti
nent hominem qui redit in cine
rem. Unde satis admirative
dicitur Eccl 10. Quid superbis terra
et cinis. et ideo vinicuique nostrum
contra superbiam nostram expedit
plures commemorari de hoc verbo /
extinctus cinis est corpus nostrum.
Potest eciam et hoc verbum dici
delicate et sumptuose nutrien
tibus corpora sua / nunc calidis
speciebus / nunc electissimis carnibus /
tam domesticis quam ferinis /
nunc vestibus mollibus ac
suauibus / qui sic putant quod
calorem et ignem vite naturalis perpetuare
possint / sed valde decipi
untur quia Job 30. Omnis caro
deficiet et in cinerem convertetur.
Hoc eciam dici potest pigris re
missis et ociosis / qui corpora sua
in tantum appreciantur / quod nulli pe
nitencie illud volunt exponere /
quod tamen post tempus mo
dicum nichil aliud erit nisi ex
tinctus cinis / et ideo in signum
istius dicitur vinicuique nostrum feria
quarta in capite ieiunii a sacerdote
Memento homo quia cinis es
et cetera. Dicamus igitur et mente sc
iamus / quia extinctus cinis erit
corpus nostrum. Duo sunt in quibus
laus corporalis consistit / pulchri
tudo scilicet et fortitudo / primum con
sistit in quadam porcionali equali
tate bone complexionis / et ideo
ne pulchri desiderant semper ce

infirmitate ut videant. Unde corpus
animatum est quasi quedam lucer-
na que non est pulchra nisi
quando lumen intus lucet et ardet
sic nec corpus nisi anima lucente
et ipsum vivificante non refulget
et ideo mali homines qui mori-
untur totam pulchritudinem per-
dunt prov. 13. lucerna impiorum
extinguetur. Sed fortitudo con-
sistit in naturali quadam potes-
te facilis operationis. Hec autem
potestas resultat ex solida et compac-
ta concretione carnis ossium
et nervorum. Sed hec fortitudo
quantumcumque fuit valida finaliter
dissolvetur et fiet cinis vel 33
Erimus quasi de medio cinis
Sit ergo nostra recordatio frequens
et assidua quia ex tunc cinis
est corpus nostrum. Et est notandum
quod iste cinis intense recogi-
tatus. Fugat temptationem
Servat devotionem. Ornat oratio-
nem. Primo dico quod fugat tempta-
tionem. Experimentum est dicitur
et ponit Albertus libro suo de
vegetabilibus. Quod si corvus
edificaverint in arbore et ova po-
suerint propter talem cautelam potest faci-
liter impediri ne de ovis pullos
valeat procreare. Accipiatur cinis
vitri et subtiliter ponatur intra sig-
num et corticem arboris portan-
tis nidum et quamdiu cinis
ibi duraverit numquam pullifi-
cabit. Corvus dyabolum significat
Unde Theodolus corvum perfidie
dampnant animalia queque. Homo
est mobilis arbor sicut dicit sal-
vator math. vii. Arbor bona fruc-
tus bonos facit. In ista arbore
dyabolus per temptationem nititur nidifi-
care ova reponere et tandem pul-
los producere in nidum facit de cu-

nunsculis diversarum cogitationum
ova ponit de cunnunsculis prisarum
delectationum pullos producit per
consensum. Si istum corvum ergo
impedire volumus et si nidum
fecerit per advenientias cogitationes
et si sua ova posuit per subrep-
tiones delectationes ne producat
pullos passionum electionem
accipiamus cinerem vitri. Vitrum
autem fragile est caro nostra que
frangitur omni ictu. Cinis huius
vitri est memoria status nostri que
statum caro habebit post mor-
tem quando erit ad litum. Status
cineris Job 13 Memoria nostra com-
parabitur cineri. Ponamus ergo
istum cinerem sub cortice id est sub
nostra exteriori conversatione propria
tas et occultas meditationes
mortis et infallibiliter numquam
consentiemus suggestionibus
dyaboli per cogitationes et delectationes
contemptas et hoc est quod dicitur
Eccl. 7. Memorare novissima tua
et in eternum non peccabis. Iste
cinis vitule vel vacce quem moy-
ses iubet colligere et in loco mun-
dissimo ponere num. 19. De quo dicit
apostolus ad hebr. 9. Cinis vitule
aspersus inquinatos sanctificat
ad emundationem carnis. Secundo
cinis iste conservat devotionem
ignis enim cineribus coopertus
optime conservatur et maxime
in cineribus iuniperi. Unde
ysidorus vii. ethi. 4. capitulo vii.
dicit quod iuniperus arbor ideo
sic vocatur quasi gignens pir
id est ignem quia ignem conceptum
tantum adeo diu conservat quod
si prunie ex eius cineribus
sint cooperte usque ad annum

pdurant inuperus quasi gin-
gnens pyr .i. ignem. Debet ho
esse mor' qui ignem feruentis
et deuote dilectionis in altari sui
cordis iugit' conseruare tenet' ,
iuxta illud leuit' 6. Ignis i
altari meo semper ardebit.
Si ergo istum igne deuotois
et dilectionis dei p totum an
im vite nre seruare uolumus
in uoluamus cum mercibz
~~tarns~~ carnis nre .i. altissimis
montibus in ueniunt' cineres
et conulse p annu sic in men
tibus sanctoz ingis est ~~me~~
memoria mortis cum pma
deuotione et reprehensione suoz
viciorz. exo. iob. qui dicebat me
metipm reprehendo et ago pniaz
in fauilla et cinere iob. 42. Deo
tius iste ornat oronem. Secundo
cur pauper se magis humi-
liat et necessitates suas decla
rat tanto facilius impetrat q ,
implorat sic nos coram deo ,
fragilitatem nram fatemur
facilit' expedimur exm habes.
de abraham Genes. xviii. q'
supplicare domino ponens p
missit loquar ad dnm deum
meum cum sim puluis et ci
nis iusti' signatum iudei do
minum orare volentes cineri
bus capita asperserunt sicut i
multis locis scare scriptur d'
Vnde si sic fecimus dabit' no
bis corona pro cineribus ys 61.
Vnde merito sic dicat' Dic ho
bas tnecz quid confert flos
facierz copia quid termino mo
rs vltima meta dicerz flos es
marcesces tandem in mor
te nigresces audis surdesces
formidans iussa pauesces

Hec lege lcta tunc lacrimis lauent' ha-
bene ... patent pene tibi ,a
ima tempore tunc et ideo sic
merito dicatur forma genus ,
mores sapia vis et honores hon
Non redeunt quum redit ma redit
nerem Item usus ortus cuncta
suos repetunt materiem que
requirunt et redit in nichil' ,
quod nichil ante fuit. lco 16 16
tantus est strepitus inchoando ut
mundi / quod illud invitatorium
non auditur inchoando xpi / sed
quod dolendum est qualiter isti
invitatores se expediunt / satis
declaratur Mt 22 ubi dicitur de ho-
mine rege / qui fecit nuptias
filio suo / et misit servos suos
dicere invitatis / omnia sunt pa-
rata venite ad nuptias / quod tamen
factum fuisset / invitati totaliter negle-
xerunt / et abierunt alius in
villam suam / alius ad negacia-
cionem suam / sed caveant illi / quia
contingit aliquando quod faciens
magnum festum invitat multos
divites / et ut illis ordinate servi-
at et sine pressura / habet fortes
custodes in ingressu portarum / qui
devote recipiant invitatos qui
promiserunt venire / et sunt
causa facientis festum / et ut
alios non invitatos excludat
isto modo facit xpus / qui mit-
tit servos suos predicare ad invita-
dum ad cenam agni / sed in die
iudicii solum illi recipiuntur
qui nunc sue invitationi annuunt
et alii excludentur Unde dicetur
domino bonis illud dulce in-
vitatorium Venite benedicti patris
mei p. rc. quod vo. p. c. abo. c.
mundi / et dicet reprobis Ite ma-
ledicti in ignem eternum qui pa. est
dyabolo et an. eius Et ideo dum
tempus habemus venite adoremus
et procidamus ante deum qui
fecit nos ~~[illegible]~~ Lco 2a

Vino precioso et ungento nos
impleamus / et non pretereat
nos flos temporis Proponitur in-
vitatione qua reprobi se invicem
alliciunt ad fruendum illecebris
et voluptatibus in generali / hic
incipit eorum delicias enumerare
in speciali / Et certa hoc tamen facit quia
primo excludit intemperanciam gule / secundo
concupiscencia superbie ibi / Coronemus
nos / tercio concupiscencia luxurie ibi /
Nullum pratum / primo ergo enumerat
delectabilia concernencia gustum
secundo concernencia tactum / tercio conce-
rnencia olfactum / Vinum enim de-
lectat gustum / ungentum emollit
tactum / et flos redolet ad olfac-
tum / Dicunt ergo Vino precioso et un-
gento nos impleamus / in quo
dicto duplicem excessum exprimunt
evidenter in suo appetitu / appetunt
enim in vino materie claritatem
et mensure quantitatem nimiam
primo dicunt vino non quali-
cumque / sed precioso i. care empto
omne enim rarum carum / secundo addunt
impleamus nos non sufficit
in tantum et gulosis vinum preposu-
nere absolute vinum bibamus / sed
vino precioso nos impleamus

Vini

cum tamen natura humana mo-
dicis sit contenta unde Boecius
de consolatione prosa · 5 paucis
minimisque natura contenta est cuius
sacietatem si superfluis velis ur-
ge vel aut iniocundum quod
Super effuderis fiet aut noxium Et
ad thy[motheum] 6 · habentes alimenta et
quibus tegamur his contenti
simus Secundo ad vinum addunt un-
gentum i · electuaria adiocunde vi-
vendum et secundum hoc tam
vinum quam ungentum pertinet
ad gustum Aliter exponitur de
ungento ad ungendum corpora et
facies ut magis resplendeant
et suavius redoleant et mollia
tangi possint et sic pertinet ad
delicias tam visus quam tactus
Tertio quantum ad olfactum sub-
iungit et non pretereat nos flos
temporis qui de floribus singulis
iuxta tempus suum nitas deli-
cias habeamus Aliter flos temporis
vocatur tempus iuventutis et
tunc est sensus non pretereat nos
tempus iuventutis nostre qui fina-
mur quantum possibile est omni genere
voluptatis Hic est una dubi-
tacio talis et est utrum usus
vini sit homini licitus et arguitur quod
non Eccl[esiastes] 2 Mens mea transferam animam
meam ad sapientiam [struck] sed sine
sapientia non potest homo salvari
quia sapientiam [?] neminem diligit
deus nisi qui cum sapientia inha-
bitat igitur necessarium est homini
quod animam suam abstrahat
a vino Secundo quia Ro[manos] 14 dicitur
Bonum est non manducare carnem
et bibere vinum sed cessare a bono
est viciosum et illicitum Tercio quia
Jo[hannes] dicit quod vinum cum carnibus

Questio utrum usus vini sit
homini licitus et arguitur quod non

post diluvium est dedicatum Cristus
autem venit in fine seculorum et
extremitates retraxit ad principium
ergo tempore legis Cristi est illici-
tus usus vini Ad oppositum 1a Thi[motheum] v
Noli adhuc aquam bibere sed
modico vino utere propter stoma-
chum tuum et frequentes inf-
irmitates Eccl[esiastici] 31 Exultacio anime
et cordis vinum moderate pota-
tum Ad quam sine distinctione
dicendum est quod per se loquendo
usus vini est homini valde licitus
potest tamen contingere per accidens
quod alicui homini sit illicitum
vel ex condicione bibentis vel
aliorum qui forte de suo facto sca-
ndalizarent Ex condicione bibe-
ntis redditur alicui usus vini illi-
citus quia forte a vino de facili
leditur et perdit caput linguam
vel pedes vel quia ex voto ad
vini abstinenciam se astrinxit
Ad primum ergo dicendum quod licet hoc
sit perfectionis et consilii non tamen
est usus vini ideo illicitus Aliter
dicitur quod sapientia est duplex una
a deo infunditur alia per doctrina
et studium acquiritur et de prima
prime disponit abstinencia a vi-
no prima secunde non Ad secundum
dicendum quod illa auctoritas est
allegata truncate quia intencio
apostoli est pro omnibus conversis ad fidem
quod nec carnibus nec vino uta-
tur in scandalum Cristianorum de
novo conversorum unde subditur
Nec in quo frater tuus offenditur
aut scandalizatur Ad tercium dicendum quod
ideo vult dicere quod Cristus a vino
retraxit tamquam ab impedi-
mento perfectionis si excessive
sumatur Circa istam lectionem est

responsio
Cap[itulum] vini abstinencia
No[ta]

Notandum quod usus immoderatus vini multipliciter hominibus nocet. Nam est detrimentum libertatis, detrimentum honestatis, complementum voluptatis, impedimentum sanitatis. Est enim vinum detrimentum libertatis, unde prima radix servitutis et ignobilitatis fuit per vinum. Legimus Gen. 9 quod Noe primo plantavit vineam. Ante diluvium vinum non fuit, nec homines vinum bibebant, nec vineam habebant. Bibens igitur vinum inebriatus est, et dormiens iacuit in tabernaculo suo posteriora denudatus. Accessit filius suus Cham et pudenda denudata conspiciens patrem derisit. Instructum est postea hoc patri, propter filium servitute dampnavit. Et hec fuit prima origo servitutis, sicut dicit Augustinus 16 de civitate dei capitulo 17. Hoc autem satis innuitur quod mala que ebrietas hominibus solet inferre. Primo namque privat hominem usu rationis et sensus et facit hominem deteriorem bestia, et hoc significat Noe dormiens. 2o spoliat hominem divitiis suis, unde frequenter magni potentatores fiunt finaliter pauperes, quia qui amat vinum et pinguia non ditabitur, et hoc significat Noe denudatio. 3o reddit hominem derisibilem non solum inimicis sed etiam amicis. Derisit enim. 4o spoliat prolem et reddit miserabilem, et hoc significat filii maledictio et abiectio. Quod Noe sic punivit filium suum significat quod potentatores prolem suam mendicitati et servituti frequenter exponunt. 5o vinum immoderate sumptum est detrimentum honestatis. Confundit enim et deturpat hominis tam corporis quam anime nobilitatem. Unde Innocentius de vilitate conditionis humane: Quid turpius ebrioso, cui fetor oris, tremor corporis, promit stulta, prodit occulta, cui mens alienatur, facies transformatur. Nullum est enim ibi secretum ubi regnat ebrietas. Unde Seneca 1. 20 epistula: Non est amplius in sua potestate ebrietate devictus. Quemadmodum musto dolea ipsa rumpuntur, et quicquid in imo iacet in summa parte vis caloris eructat, sic vino exundante quicquid in imo iacet abditum effertur et prodit ad medium. Et infra dicit: Quam turpe sit plus sibi ingerere quam capiat, et stomachi non nosse mensuram. Quam multa ebrii faciunt de quibus sobrii erubescunt. Et infra dicit: Nichil aliud est ebrietatem quam voluntariam insaniam. Refertur Alexander Macedonius rex exemplum, qui Clytum sibi carissimum ac fidelissimum inter epulas transfodit, et intellecto facinore mori voluit. Hec Seneca. Fingitur a quibusdam ebrietatis ymaginem sic fuisse depictam: ymago pueris cornu habens in manu et in capite coronam de vitro. Puer erat in signum quia facit hominem elinguem et insensatum more pueri. Cornu habebat in manu in signum quod nullum celat secretum, sed clamando et clangendo revelat. Coronam habebat vitream quia reputat se gloriosum et divitem

Margin: atramentum / impedimentum; Nam; primus

de vino

qui est ebrius, tamen nichil habeat;
et ideo invenimus vinum fuisse
prohibitum virginibus sacerdotibus
et regibus. Prover. 20: Luxuriosa res est
vinum et tumultuosa ebrietas.
Jeronimus epistola 94: Si quid ego ar-
dit, hoc primum moneo, ut sponsa
Christi vinum fugiat pro veneno. Unde
apud antiquos vinum vocabatur
venenum. Levit. 10: Sacerdotibus in-
gressuris tabernaculum prohibitum
erat ne biberent vinum.
Regibus etiam erat prohibitum:
Noli dare vinum regibus o Lam-
uel. Prover. 31. Valerius libro 2° capitulo 1:
Usus vini romanis feminis fuit
ignotus. 3° vinum est complementum
voluptatis. Verecundia namque bo-
na multos cohibet a peccatis, et ideo
ubi illa per vinum aufertur, voluptas
que latuit in corde sine pudore
se detegit. Unde Jeronimus in epistola: ubi
sunt illi plures pudore peccandi qui
bona voluntate prohibiti sunt
a scelere; at ubi possidet animum nimia
vis vini, quidquid mali latebat
emergit. Et ideo Apostolus: Nolite inebri-
ari vino, in quo est luxuria, scilicet effec-
tive. Eccli. 31: Multos enim exter-
minat vinum. 4° vinum est experi-
mentum fatuitatis, quia si homo
sit dispositus ad quodcumque ma-
lum, in ebrietate potest capi de eo
experimentum. Eccli. 31: Vinum corda
superborum arguit, id est ostendit et pro-
dit.

Lectio 21

Coronemus nos rosis an-
tequam marcescant; nullum
pratum sit quod non pertranseat lu-
xuria nostra; nemo nostrum exsors sit
luxurie nostre; ubique relinquamus
signa letitie, quoniam hec est pars
nostra et hec sors nostra. Posita in ebri-
etate qua improbi se invitant
ad potus ebrietatem, hic ponitur
invitatio qua se alliciunt ad su-
perbie vanitatem et ad carnis vo-
luptatem. Et in hac lectione tria
fiunt. Nam primo se invitant ad
superbie vanitatem; 2° ad lu-
xurie voluptatem; 3° ulteriusque
ponunt libertatem. 2ª pars incipit
ibi Nullum pratum sit, et 3ª ibi
Quoniam hec est. Primo ergo ani-
mant et invitant se invicem
ad ornatum superbie et luxurie
et lascivie dicentes: Coronemus
nos rosis. Nota quod reprobi co-
ronantur in presenti coronis lascivie,
sed in futuro coronabuntur coronis
umbre. Unde [illegible] cor dia.
vs 23: Coronans coronabit te tri-
bulatione, et tunc lugebunt et
plangent. De quo modo ridet
et gaudent, contra illud Tren.
5: Defecit gaudium cordis nostri,
versus est in luctum chorus noster,
cecidit corona capitis nostri, ve nobis
quia peccavimus. Et ideo conve-
nienter dicunt quod volunt co-
ronari rosis, ad signandum quod omnis
lascivia mundi brevis est et tran-
sitoria. Rosa enim habet odoris io-
cunditatem, decoris preciositatem
et vigoris brevitatem, et in primis
semper cessat, et sic lascivia huius
mundi non est sine punctura con-
scientie, licet n. gaudentes modo
ribus rosarum; non dicamus in-
temperatos sicut dicit philosophus 3° ethor-
tao 19; tamen delicatus ortus
satis indicat mentis lasciviam.
Eccli. 19: Amictus hominis et risus
dentium et ingressus hominis
satis enunciat de illo. Unde Se-
neca in epistola 88: Omnia ista si ob-
serventur indicia sunt in ar-
gumentum moris et hominis

licet tapete impudiciciam | et incessus
ont | et magis mota | et incedendi v-
um responsum | et delatus ad ca-
put digitus | et reflexus oculorum
improbum | risus in sanum | multi-
habitus que demonstrat | alli n
inaptum pravitas docuit | qua-
lis quisque sit sacerdos | si quemad-
modum laudes apposueris Exemplum
de sancto Ludwico regis | quod
serta derosis seu alios capellos
prohibuit proli sue feriis sextis
portare | propter coronam spine-
am impositam tali die capiti
salvatoris | Sequitur | Nullum pra-
tum etc | Ubi se incitant ad
luxurie voluptatem | Hanc autem
voluptatem integrare nituntur
gotribus causis | sive circumsta-
nciis | videlicet iocali amenitate | co-
sociali communitate | et dissolu-
ta iocunditate | Quantum ad primum
dicitur | Nullum pratum sit quod
non pertranseat luxuria nostra | i[d est]
nullus locus delectabilis sit in
quo non luxuriemur | ut ame-
nitas loci conferat delectacionem
Quantum ad secundum | quia nulli
rei sine socio iocunda est po-
ssessio | ideo dicitur | Nemo nostrum
exsors i[d est] expers sit luxurie nostre |
q[uasi] d[icat] luxuria nostra communis sit
omnibus | sic quod sit libertas
et licentia generalis peccandi | et
alios ad peccatum trahendi | Nota
quod luxuria est q[uasi] morbus
contagiosus sicut lepra vel
scabies | Unde si homo multum tra-
ctet cum leproso | de facili inficitur
et ideo solent leprosi expelli de
civitatibus | sic est de libidino-
sis | si fuerit unus talis in una
societate vel familia | ipse dete
alios attrahit ad peccandum

Quantum ad tercium videlicet dissolutam
iocunditatem dicitur | Ubique relin-
quamus signa leticie | videlicet in can-
tu et tripudiis | festis et laudibus
In ultimo subiungunt causam huius
libertatis peccandi | videlicet quod homo
non potest habere | de hac vita | nec restat
aliqua alia in futuro 2o | Et
nota quod isti sunt pseudo pre-
dicatores | et deo contrarii | Nam
sicut dicitur ysaie 22 capitulo vocabit
dominus ad fletum et ad pla-
nctum et ad calvitium et ad cin-
gulum sacci | Ita isti per contrarium
vocant ad leticiam et dissolutio-
nem et ludum deordinatum
Circa materiam huius lectionis
que est totaliter de voluptate car-
nali est notandum | quod ipsa
vilis est et nociva | Nam ipsa est
effeminativa vigoris et potencie mili-
taris | Accumulativa doloris et
discipline singularis | obfuscativa
decoris et sapiencie salutaris | Primo
enim est effeminativa vigoris et
potencie militaris | quemadmodum figu-
ram Sampson quia dormi-
vit in sinu dalide | fortitudine
solita extitit spoliatus | Judic. 16
Ysidorus | Ille dormit in sinu
dalide | qui se negligenter confert
voluptuose vite | Fingit Ovidius
14 methamorphoseos de fonte Salmacis
quod talis virtutis erat | quod
sexum abstulit viro | qui se
balnearet in illo | Isto modo eve-
nit de voluptate | Nam si homo
militans se balneet in deliciis
voluptatis | effeminabitur et mollicie
et animositatem amittet | Unde
narrat Valerius | libro primo | quod
Cornelius Scipio missus ad hy-
spaniam | eo momento quo-

capua intrauit / edixit ut omnia q
voluptatis causa parata erant an
effuderentur et submouerentur. Unde=
simul et semel duo milia scortorum
leguntur abisse ab exercitu romano
rum. Et nondum quod ferocis
ssimi principes / qui non bellis vel
armis vinci potuerunt / plurimarum
ceciderunt sicut narrat val. libro
v. ca.o 1o. de hanibale duce car/
thaginis / quem mulier quedam p/
dicose romanis tradidit occidendum /
campana in quod luxuria sua /
invictum hanibalem armis /
suis illecebris amplexa vincen/
dum ro.o milita tradidit / Unde
fingit ouidius de arte aman
di / quod mars qui deus est be/
llancium / captus sit cum vene
re per vulcani invisibilibus ca
thenis / et omnibus diis celestibus
in derisionem ostensus / cum hystorie
alludens val. ad ruffinum de uxo=
re non ducenda sic dicit. Mars
qui cum deus bellancium dici=
meruit / et triumphorum famil/
liari frequencia / in quibus ex
pedit maxime prompta stre=
nuitas / nil sibi metuens / vul/
cano ligatus est cum venere invi
sibilibus cathenis / fratribus / cum
iocantem et applausum satirorum /
et cacismum celestis curie / vult di
cere / quod vulcanus fecit cathe/
nas / et posuit eas in lecto vene
ris / in quibus cum mars in=
trasset lectum veneris / captus
est et detentus / donec tota ce
lestis curia ipsum conspexisset / et
ideo de talibus dicitur Job. 36. mo
rietur in tempestate anima eorum et
vita eorum inter effeminatos. Exem

de holoferne judith. 13o. Secundo
voluptas est accumulativa doloris
vel meroris et displicencie / quia qualiter
post voluptatem sequitur pena
Unde boecius de consolatione 3o
prosa vij. Quid de corporis loquar
voluptatibus / quarum quidem appeten
cia ~~anxietatis~~ quidem plena est
anxietate / Sacietas non penitencie
quantos quasi i.e. morbos quam
intollerabiles dolores / quasi=
quendam fructum nequicie
fruentum solet ~~affici~~ corporibus /
quarum motus quid habeat io/
cunditatis ignoro. Tristes vero esse
voluptatum exitus / quisquis
reminisci libidinum suarum volet=
intelliget. Que si beatos explicare
i. efficere possunt / nichil causa est
quin pecudes quoque beate esse di
cantur / quarum omnis ad explenda
castrimargiam corporalem festinat
intencio. hec ille / et in fra me=
tro sequente / comparat volupta/
tem api / que in eodem loco pro
fundit mel sedendo / et in figit
aculeum recedendo / Unde di
cit sic habet hoc voluptas omnis
stimulis / agit fruentes / apisque
par volatum / ubi grata mella
fudit / figit nimis tenaci=
ferit icta corda morsu. Hoc vi=
dent adulterat demostenes=
ille phylosophus famosus a quo thays
sollempnis meretrix de dor=
miendo centum talenta pecijt
pro concubitu. Et ille mechum
suspiciens ait. Non emo tanti
penitere i. pro tanto precio non emo
penitere / quod tamen necessari
um fortassis tua fieret voluptate
Insuper figuraliter fingit ouidius

Mecth. libro 2. 10. quod virgo que
dam nomine mirra / patris desi-
deravit incestum / et desideratum
perpetravit adiuvante nutrice
tandem cum esset preceptum fu-
gatur a patre / et in eandem tristi-
ciam incidit / quod fletu suspi-
riis et gemitibus afflicta / conver-
sa est in arborem sui nominis / que
adhuc guttas amarissimas /
quasi lacrimas de se fundit / in
signum quod voluptatem cor-
poris illicitam / protinus sequitur
dolor mentis. 3o voluptas
carnalis est obfuscativa deco-
ris et sapientie salutaris / huius
exemplum habemus in salomo-
ne. [illegible] qui femora sua in-
clinavit mulieribus / et posuit
maculam in gloria sua / ut dicit hystoria.
Val. ad Rufinum sic alludit.
Solus homo salomon thezaurus de-
liciarum domini / sapientie sin-
gularis domicilium / crasso te-
nebrarum fuscatus attramento
lucem anime sue / odorem fa-
me sue / gloriam domus sue / amo-
re mulierum amisit / et postre-
mo incurvatus coram baali
ecclesiastes domini / mutatus est
in membrum zabuli / i. exercitum
tionatore dei mutatus est
in membrum dyaboli. Dubitatio
est utrum simplex fornica-
tio sit mortale peccatum / et dicitur
quod non / similiter peccatum ca-
dit sub divino precepto / sed pre-
cise 1. preceptum sunt ista verba
de sume tibi uxorem fornica-
riam / ergo etc. Preterea antiqui patres
sine reprehensione hoc fecerunt

Questio contra simplicem fornicationem
sit peccatum mortale et dicitur quod non

Genesis 16. Abraham accessit ad
Agar ancillam suam / et genesis 30.
Jacob accessit ad ancillas uxo-
rum suarum Balam et Zelpham /
et genesis 38. Judas accessit ad
thamar quam estimavit me-
retricem. Preterea super illud deutro-
nomii 23. non erit meretrix de filiabus
israhel gloza dicit / ad eas pro-
hibet accedere / quarum venalis
est turpitudo / ergo fornicatio non
est nisi venalis turpitudo.
Preterea super Thy. 4. exerce te ad
pietatem dicit glosa Ambrosii
omnis summa discipline christiane
in misericordia et pietate est / quam
si aliquis sequens lubrici-
tarnis patiatur sine dubio
vapulabit / sed tamen non
peribit / ergo etc. Ad oppositum ad Gallatas
v. manifesta sunt opera carnis
que sunt fornicatio etc. quoniam
qui talia agunt regnum dei
non possidebunt / sed nichil ex-
cludit a regno dei / nisi peccatum
mortale / ergo etc. Item deutronomii 23.
non erit fornicator in filiis israhel
Preterea 22. q. 1. mactatur inter victima ani-
malia. Preterea ebreorum ultimo dicit
fornicatores et adulteros iudi-
cabit deus / gloza iudicio eterne
dampnationis / ad questionem dicendum
dum est / quod sit / quia prohibetur
sub interminatione pene eterne sicut
iam allegatum est / ratio autem
quare debet inhiberi est ista.
quia contrariatur bono prolis / et
sunt per generatione collate homi-
ni a deo / finis vero generationis huma-
ne est duplex / corporalis et

spiritualis corporalis est conservatio
speciei sicut dicitur 9o de anima, spiritua
lis est impletio numeri electorum. Ad primum
requiritur educatio corporalis filiorum,
ad secundum informatio in fide
et bonis moribus, et est illud bo
num prolis quod generatur. Ad
tertium bonum matrimonii tam
ad educationem corporalem quam
etiam ad informationem vel mora
lem spiritualem. Duo requiruntur,
scilicet certitudo prolis, que haberi
non posset nisi mulier esset ap
propriata uni viro, vel saltem nullo
modo ita bene haberi posset, et com
munis cohabitatio ad quam requiritur
inseparabilis coniunctio viri et mulie
ris, et ideo lex matrimonii requirit
moribus ad conducendum debi
tum finem generationis humane,
et ideo vagus concubitus est contra
caritatem quam homo debet proli
generande. Ad primum de propheta dicen
dum quod dispositio dei preparien
tis fecit quod non esset peccatum
quod alias peccatum fuisset, sicut
de homicidio quod voluit abra
ham in filio commisisse. Ad 2m quod
abraham et iacob plures habue
runt uxores, non fuit fornica
tio, vocantur tamen concubine
medium, quia cum duo conveniunt
uxori, scilicet inseparabilis coniunctio et
familie condispensatio cum dio
ingenuum est, secunda primum habuerunt,
et secundum non, primum fuit manifestum,
non autem secundum, unde fue
runt uxores quo ad thorum, non
quo ad regimine familie, secundum quod
uxores matres familias nominantur.
De iuda ~~non~~ est concedendum quod
peccavit mortaliter. Ad tertium di

cendum quod una lex dicit vena
lis non venalis. Ad quartum
quod pietas iuvat hominem
ut liberetur a pena eterna, si tamen
desistat et peniteat. Notandum
est hic quod non solum consensus
in actum peccati mortalis est pe
ccatum mortale, sed etiam con
sensus in delectatione peccati morta
lis est peccatum mortale, et ideo oscu
la tactus et amplexus, que fi
unt propter delectationem deordi
natam consequendam, sunt pec
cata mortalia, et vocantur oscula
libidinosa, vel tactus libidinosus.
Insuper Sed hec mundi, quotquot
natura creavit, sunt quasi flos
agri, quem frigus et aura crema
vit. In facie legitur hominis secre
ta voluntas, est enim facies lig
ua secunda sui, frons hominis
mentem ipso deprimit animi
qualis in vultu exit, talia corde
gerit ~~[illegible]~~ Lectio 22

Opinamus igitur pauperem in
stinum et non pravum vidue
nec veteram revereamur canos
multi temporis, sit autem fortitu
do nostra lex iniustitie, quod enim
infirmum est, inutile invenitur.
Posita exortatione per quam reprobi
et perversi alliciunt et provocant
semetipsos ad peccata lascivie cor
poralis, hic ponitur eorum incita
tio qua se animant et incitant
ad peccata iniustitie supernaturalis,
et circa hoc duo facit. Nam primo
ponuntur impii generaliter, 2o exa
superiores specialiter, ibi Circumeamus.
Circa primum duo facit. Nam
primo se hortantur ad aliorum oppressio
nem, secundo statuunt sibi lege
qua hoc faciant ad eorum defensione

Secunda ibi Sit autem fortitudo
nostra. Circa primum sciendum quod
quatuor generibus hominum solent homi-
nes parcere etiam valde mali, scilicet
pauperibus propter impotenciam,
iustis propter innocenciam, viduis
propter clementiam, senibus propter
reverenciam, et hec omnia dictat
ratio naturalis compassionis. Sed isti
vilissimi homines contra ta-
les inter se specialiter conspirant,
unde dicunt: opprimamus pau-
perem iustum quantum ad primum
et secundum, et non parcamus
vidue quantum ad tercium, nec
revereamur vetera. ca. multi homines
temporis quantum ad quartum. Horum oppo-
situm docet tam ratio quam scri-
ptura. Ysa. 1^o Querite iudicium, sub-
venite oppresso, iudicate pauperem (al[ia]s pupillo),
defendite viduam. Quantum vero
ad quartum Levit. 19. Coram ca-
no capite consurge, et honora
personam senis. Unde poeta: Mag-
na fuit quondam capitis reve-
rencia cani inque suo precio ruga
senilis erat. Non sic sensit de
talibus Ovidius qui dicit 2^o
de arte amandi: turpe pecus
mutilum, turpis sine gramine
campus, Et sine fronde frutex,
et sine crine caput. Et nota quod
hec sit forma hominum mundanorum,
qui nec pauperibus, nec iustis,
nec viduis, nec senibus ullis
parcunt. Amovent enim homines
mundani iam a se viscera com-
passionis omnino, et induunt se
viscera crudelitatis, ut nulli par-
cant, de eciam dampno eorum ex-
pectant. De quo dicit Ovidius
15. Meth., quod est flumen Ciconum,
cuius aqua bibita reddit viscera
bibentis saxea, et quidquid intingi-
tur illa aqua fit lapideum. Unde
dicit sic: Flumen habent Cicones, quod
potum saxea reddit viscera,
quod tacta inducit marmora
rebus. Flumen iste est cupiditas
inordinata diviciarum, cuius affe-
ctiones privant homines cari-
tate et pietate, ut iam de ta-
libus verificetur illud Ezech.
36. Auferam cor lapideum de
carne vestra, et dabo vobis cor
carneum. Tertia ibi Sit autem
fortitudo nostra, statuunt sibi ini-
qui legem ad suam defensionem
dicentes: si contingat quod
nobis ab aliis obiciatur quod
facimus contra legem, bene
fiet, quia fiet loco legis fortitu-
do nostra, ita quod omnes nobis
repugnantes opprimamus, nec
aliam legem habeamus. Et quia
omnis legista debet colorem
iusticie, ideo subdunt colorem
istum: quod infirmum est in-
utile invenitur ad vitam scilicet la-
sciviam pronotanda. Et nota
quod illi qui non sunt utiles
possessiones et munera, ab istis
maioribus communiter opprimuntur
quantumcumque sint iusti. Illi autem
qui sunt utiles, etiam si
sint iniusti, supportantur. Unde
nota quod opprimit tirannus per
violenciam. Iacobi 2^o Nonne divi-
tes per potenciam opprimunt vos?
Opprimunt advocati per sapienciam.
Exo. 1. Venite sapienter oppri-
mamus eum, et Ysay. 10. Scri-
bentes iniusticias scripserunt
ut opprimerent in iudicio pau-

pes / opprimit prelati parrochiam 3a 2e
3. Doctores quippe oppressit eum
Dubitatur pt cc an liceat proximum
opprimere proximum / et videtur quod
sic licet predari et rapere ab hostibus /
ergo licet eos opprimere quod patet
quia rapere ab aliquo substantiam
unde vivit / hoc est opprimere eum
intentionis patet per Ambrosium libro
suo de patriarchis et per communem
usum bellorum / preterea / gentiles
proximi sunt / quia omnis homo
proximus secundum illud man-
datum Diliges proximum tuum
sicut te ipsum / sed secundum Augu-
stinum in epistola ad Vincentium
donatistam / res inquit falso
appellantis vestras / quas nec iuste
possidetis / et secundum leges tirano-
rum regum admittere iussi estis
ergo ab infidelibus licet pt ho
rapere / preterea principes et domini a subditis
suis multa violenter extorquent
quod ad oppressionem pertinet. Sed
non est credendum quod tam no-
biles errent / igitur est licitum /
preterea verberare hominem pertinet ad op-
pressionem / sed hoc licet dominis / quia
licet eis verberare servos suos /
igitur licet homini hominem opprimere
Ad oppositum Levitici 19. Non facies
calumpniam proximo tuo / Ad
questionem dicendum / quod opprimere est
aliquem contra vires et volun-
tatem premere / hoc autem pt fieri dupliciter
uno modo secundum ordinem
iuris / sicut pater opprimit et verberat
filios suos / quibus tenetur ad casti-
gationem Alio modo contra ordinem
iuris / sicut tyrannus opprimit sub-
iectos / et hoc est proprie opprimere
aliquem contra ordinem iuris / De-

bilitate vel viribus vel in persona /
et hoc est contra caritatem et est
illicitum / Ad primum quod est de
hostibus / aut est iustum bellum
aut iniustum. Si est iniustum /
tunc ea que acquirunt per bellum
eorum efficiuntur / ad restitutionem nec
tenentur / Ad secundum dicendum /
quod bona infidelium non licet
privatis personis auferre / secus
est de hiis qui publica aucto-
ritate fungimur / videlicet in legibus
principum tirannorum /. Ad tercium
dicendum / aut principes extor-
quent quod est necessarium rei pub-
lice defendende / et licet tunc
subditi inviti solvant / tamen
ipsi non sunt in periculo / aut
extorquent quod non est necessarium /
et tunc sunt oppressores et rap-
tores / quia remota iusticia
magna regna / quid sunt nisi
magna latrocinia / sicut Augustinus
4. de civitate dei / Unde ad restitutionem sicut
latrones tenentur / et hoc tene-
ant confessores dominorum / quia
longe aliud est loqui de regibus
et de dominis / et de regibus istis
primis / Ad quartum dicendum / quod
nulli licet aliquem verberare / ni-
si eius iurisdictioni subiectus sit
servus iurisdictioni domini submit-
titur / ut instruat eum secundum leges /
secundum quod sibi expedit
in statum / et ideo si deficiat / licet
prelato eum ad legem reducere /
et idem de filio / pt pater. De
paupertate est sciendum / quod
triplex in hominibus invenitur
paupertas est enim paupertas
egestatis / paupertas honestatis /
et paupertas vanitatis / prima

Questio utrum liceat proximum
opprimere ... et videtur quod sic

ppom

absolute

est miserabilis quia voluntati con-
traria. Secunda est commendabi-
lis quia virtuose voluntaria.
Est etiam vituperabilis et nulli ne-
cessaria. Primam paupertatem que
vocatur egestas sustinent isti in-
voluntarie pauperes qui libenter
haberent si possent divicias. Isti
deum accusant de iniquitate.
proximum de tenacitate. for-
tunam suam de infelicitate.
Et hii sunt pleni murmuratio-
nibus odiis furtis et menda-
ciis. et licet viciosi sint ut plu-
rimum tamen pium est eo-
rum defectibus subvenire. Unde ps.
Beatus qui intelligit super ege-
num et pauperem. et glo. Iohannis super
illud Eccl. 12 Da misericordi et
et ne susceperis peccatorem dicit.
sic. Omni indigenti misericordia
tribuit nec pro delicto punit. immu-
nitatem facit. Natura enim respi-
cienda est non persona. qui enim
dat indigenti peccatori non
quia peccator est sed quia homo
est non peccatorem sed iustum
nutrit quia de non delictum
diligit sed naturam. Secunda
est paupertas honestatis et hec
est voluntarie assumpta propter
Christum quia homo non solum so-
licitudinem seculi deserit ymo
indigenciis multis se exponit
et isti habent triplicem securitatem.
Nam sunt Christo similiores in con-
versacione validiores in temptacione
securiores in remuneracione. Au-
gustinus de ecclesiasticis dignita-
tibus. Bonum est facultates
cum dispensacione pauperibus
erogare melius pro intencione

sequendi in simul donare et absque
sollicitudine egere cum Christo. Ber-
nardus v. florum 3°. Omnes
pauperes esse voluit eo tamen
pacto ut nichil eis desit et sic
diligunt paupertatem ut nulla
paciantur inopiam. Sunt Christo
similiores in conversacione quia
ipse realiter et effectualiter effectus
est pauper pro nobis. pauper na-
scendo vivendo docendo et mo-
riendo. iuxta illud persona dicit ps.
pauper sum ego et in laboribus.
Unde isti possunt dicere Christo Do-
mine si decepti sumus tu dece-
pisti nos sic vivendo et sic do-
cendo. Venit enim ad sustentan-
dam paupertatem hominibus odio-
sam ut eam nobis redderet gra-
ciosam. Unde illud Mt 19 Si vis
perfectus esse vade et vende omnia
que habes et da pauperibus et
veni sequere me. Secundo sunt
validiores in temptacione. Si duo
homines ad invicem colluctentur
et alter sit totus vestitus pannis
et alius nudus. ille qui est nu-
dus bene fortassis est verecundior
sed tamen abilior est ad luctam
quia non est unde teneatur. Tota
vita nostra colluctacio est cum
dyabolo. Eph. 6. Non est autem
nobis colluctacio adversus car-
nem et sanguinem solum tantum sed
adversus principes et potestates etc.
Modo ipse scilicet dyabolus est
totus nudus quia de divitiis
non curat. divites autem sunt
ex omni parte vestiti et ideo dyabo-
lus eos ex omni parte tenet et pro-
sternit in temptacione. pauperes vero sunt
nudi et ideo evadunt. Unde Gregorius

Mundi cum mundo luctari debemus/
facilius enim trahitur ad terram/ unde
qui est unde teneat. Serpens/ sic
dicit magister in hystoriis/ hominem
nudum fugit/ sed insilit in ue-
stitum/ Sic et dyabolus qui est serpens
antiquus/ pauperes fugit et in di-
uites insilit/ quia qui uolunt
diuites fieri incidunt in temptacionem
et laqueum dyaboli. Thimo-
thei vi. Et eccli. 30. Melior est pauper for-
tis/ quam diues imbecillus et
flagellatus malicia. 3o pauperes
isti sunt beatiores in remunera-
cione. Erunt enim iudices et asse-
ssores in iudicio. Mt. 19. In regenera-
cione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue/ sedebitis et
vos iudicantes xii tribus israel
et Job 36 iudicium pauperibus
tribuit. Notandum quod tria ge-
nera hominum sunt qui licet nichil
habeant/ tamen non reputantur pa-
uperes/ sed electi sunt vocati ad ma-
gnam dignitatem/ Primo in depo-
sito secundum diuicias et thesauri pro-
positatem/ debentes habere mag-
norum virorum hereditatem/ Et hec
tria inueniuntur in pauperibus spiritu
Unde Jac. ii. Nonne deus elegit
pauperes huius mundi. Ecce primum.
diuites in fide. Ecce secundum/ heredes re-
gni. Ecce 3m. Confert enim pau-
pertas voluntaria noticiam. leti-
ciam. et mundiciam. De primo ob
hoc maxime amanda est pau-
pertas/ quia aquo amorem omnium/ quippe
non habet adulacionem quam tam-
tam/ sibi petentem fortunam/ et
non personam amantem/ Jeronimus in
epistola. pauperes dei sunt/ qui mun-
dana superbia delicta/ humilitati
se penitus tradiderunt. Nam et
pauper si superbiat/ non est dei pa-
uper. Et locuplex si humilitatem
diligit/ non est seculi diues/ Volu-
ntates enim talium sunt inspi-
ciende non nomina. Cassiodorus super
illud ps. Edent pauperes etc. Jeronimus in
epistola. Difficilius arrogancia quam
auro uel gemmis caremus/ Hec
enim interdum abicimus/ illa
sordibus tegimus/ et vendica-
bili paupertate/ placere affecta-
mus/ plus est enim deponere
quam calcare. Tercia est paup-
tas vanitatis/ et talis est quorun-
dam pseudorum tempore Joh. circa te-
rram/ qui propter vanam gloriam ge-
mmas preciosas fingunt in signum
mundani contemptus/ sed de
hijs non plus modo. Lectio 23

Circumueniamus ergo iustum/
quoniam inutilis est nobis/
et contrarius est operibus nostris/
et improperat nobis peccata legis/
et diffamat in nobis peccata di-
sciplinae nostrae/ promittit se scientiam
dei habere/ filium dei se nominat
etc. Postquam superius s. posuit
verba reproborum conspirancium
contra iustos in generali/ hic po-
nit verba iudeorum conspirancium
contra xpm in speciali/ et circa hoc
duo facit/ quia primo tractant de
decipiendo/ 2o de eodem occiden-
do ibi Videamus. Circa primum
duo facit/ nam primo conspi-
rant aduersus xpm circumuenie-
ndum/ 2o mediam inducunt cau-
sas quare hoc est faciendum
ibi Quoniam inutilis est/ Di-
cunt ergo primo per modum con-
clusionis/ Circumueniamus ergo iu-
stum i. xpm/ Ista conspiracio
completa fuit Jo. xi. Collegerunt

Cassiodorus

mundi

lectio 23

facit

go pontifices et pharisei concilium
et dicebant Quid facimus quia
hic homo multa signa facit Jo.
11. cum 20. & consequenter mo-
tivum causam huius conventionis
faciende, et accusant xpm de
multis. ponit enim contra
eum 12 accusationes scilicet de
A infructuosa occupatione et de
maliciosa perturbatione de im-
periosa contencione et de iniuri-
osa diffamacione de ambiciosa
presumpcione et de presumptuosa
blasphemacione de secreti revela-
tione et de discordi concitatione
de carnali propensione et de
parciali divisione de preiudiciali
comparatione et de supernaturali
usurpatione. De istis articulis
seriatim ponitur in lectione hodierna.
Quorum primus est de infructuo-
sa occupatione que notatur in
tantum dicitur Quoniam inuti-
lis est nobis. Arbor que est in-
utilis et infructuosa mittitur ex-
cidi Luc. 3o Omnis arbor non
faciens fructum excidetur. Eodem
modo est de civilitate humana
quia nullus ociosus debet per-
mitti in corporibus civitatum sicut docent
omnes legislatores et etiam hoc
persuadet natura que unicuique
rei actionem propriam assignat et at-
tribuit ita quod qui negat a
rebus proprias operationes et ac-
tiones negat a rebus ipsas essen-
tialitates sicut dicit Averois
averrois 9 metaphisice commento 9. Sed iste xpus
est ociosus in vita et nullum
fructum affert rei publice. Ergo
iustum est et licitum per quadru-
viam eum truncare et de-
struere. Hec est prima eorum accusa-
tio. Sed contra accusationem di-

cendum est per interpretationem. Im-
mo accipit totum oppositum. Nam
Cristus fuit lux mundi Johannis
8. Ego sum lux mundi. Cristus
fuit lignum vite afferens fructus
12 per singulos menses Apoc. 22
i. docens et informans 12
apostolos veram fidem continue.
Nichil autem utilius est mun-
do quam lux que totum mun-
dum unificat et illustrat. Quod
autem inutilis fuit eis culpa
eorum fuit qui se per donum
xpi lucem dimiserunt. Jo. 2o 1 Jo
Qui odit fratrem in tenebris am- b
bulat. Secunda accusatio est
de maliciosa perturbatione et argu-
munt enim sic. Bonum finale
totius civilis communitatis est
pax. Igitur qui perturbat pacem
communitatis dignus est de illa co-
munitate expelli. Sed iste est
perturbator pacis civis omnium. Ergo
iustum est eum de communi ci-
vilitate hominum expellere. Et hec ac-
cusatio notatur cum dicitur Contra-
rius est operibus nostris. Et ista
accusatio que est de perturbatione
potissime debet movere principem
Regem vel imperatorem et qua-
lem cuiuslibet rei publice rectorem.
Prima finis operationum principum
est pax subditorum. Unde Cass.
Variarum forma ep. 22. Decet
regalis apicem curam, qualiter cu-
stodire concordiam, quam ad la-
udem regnantis trahitur si ab
hominibus pax ametur. Quid
enim est quod principem me-
lius prodit quam quietus po-
pulus concors senatus et tota
respublica morum honestate ve-

pita hec ille. Sed ad quartam accusa-
cionem respondendum est quod
xpus summus fuit amator pacis
qui pacem promulgavit nascē-
do. luc. 2 et in terra pax hominibus bo-
ne voluntatis. pacem predicavit
docendo. luc. 10 in quamcumque do-
mum intraveritis primum dicite pax
huic domui. pacem legavit te-
stamentum condendo. pacem
meam relinquo vobis. pacem
meam do vobis. jo. 14. Et ideo
ys. describendo adventum eius
describit eum. Vocabitur nomen
eius admirabilis consiliarius
deus fortis. pater futuri seculi. prin-
ceps pacis etc. Sed quia pax vera
habetur cum bonis moribus et
litigat cum viciis. sicut dicit
Cassiodorus super illud ps. factus
est in pace locus eius. et ipsi ha-
buerunt mores pessimos. nece-
ssarium fuit quod eis vel esset
contrarius vel conformis esset
cum eis malus. pacem autem ma-
lam nullus bonus debet fovere
nam proprie proprium est pessimis
displicere. primo de consolatione prosa 4a.
Et Seneca de remedijs fortuitorum
malis displicere laudabile est. Igitur
culpa contrariatur. quam inducit
quod eorum culpa causabat. tamen
culpa non erat. sed iusticie debi-
tum. Tercia accusacio est de im pro-
perosa contencione. et formatur sic
improperare alicui peccata sua est vi-
ciosum et pacis perturbativum. sed
hoc facit nobis quod debet corpora-
liter. hec accusatio innuitur in hijs
verbis Et improperat nobis peccata
legis. Sed contra huius accusationis pate-
habeo quia dixit. jo. 7. Nonne
moyses dedit vobis legem. et ne-
mo ex vobis facit legem. Sed
ad hoc dicendum quod tacet sicut
dno

pulo societatis occulte. qui mani-
festo facinori desinit obviare.
Manifestum autem fuit facinus
eorum. et ideo multo debuit eos
increpare. Sed quia obsequium
amicos et veritas odium parit. Jo
factus est accusatoribus odiosus.
Quarta accusacio est de crimi-
nosa diffamacione. et hoc specialiter
in doctrina. et formatur sic. Qui-
cumque docendo seducit et ab-
ducit homines a bonis moribus
publice vel occulte. dignus est
expelli et de communitate destrui.
et quicumque hoc imponit alicui
nisi probet. dignus est pena
talionis. sed xpus publice dixit
quod nos iudei falsa et frivola
docemus. et legem dissolvimus
nec hoc probat. Igitur dignus
est a nostra communitate extirpari.
Materia huius accusacionis accipi potest
de verbo salvatoris mt. 15. Irritum
fecistis mandatum dei. propter
tradicionem vestram. et notatur hec
accusacio in hijs verbis. et diffa-
mat in nobis peccata disciplinae
nostre. Sed ad hoc respondendum
est quod fratribus in formacionibus
est penitus resistendum a viris.
sed xpus fuit magister veritatis. sic
ipsi perhibent testimonium mt.
22o. magister scimus quia verax
es. et viam dei in veritate doces. Et quia
veritas fortis. et amica veritate
sanctum est prehonorare veri-
tatem. Igitur cum xpus esset ipsa
veritas. iustum fuit eos arguere
de falsitate doctrine. Nec fuit diffa-
macio. quia falsa eorum doctrina
notum. Unde ipsi se diffamave-
runt. Quinta accusatio est de
ambiciosa presumpcione. et accu-
sant eum sic. Quicumque sibi eo-

litatem sciencie dei arrogat quia
peccatum primi parentis replicat. Cristus
autem hoc fecit quia dixit Jo.
vij. A me ipso non veni sed verus
est qui misit me quem vos ne
scitis ego autem scio eum et
qui scit eum perfecte est equalis
ei in sciencia. Et ad illud est dic
endum quod non fuit presump-
tio sed humilis notificatio et
per opera eius probatio sue cre
dentibus iuxta illud Jo. 16. Nunc
scimus quoniam omnia scis et no
est tibi opus ut quis te interro
get. Hec accusatio notatur cum di
citur promittit se i. iactat se
sciam dei habere. Sexta accusa
tio est de presumptuosa blasphe
matione et formatur sic. Quia
cum dicit se filium dei natura
lem exigit sibi fieri cultum
superstitiosum et blasphemat de
um. Sed de blasphemo scribitur
Levit. 20. Qui maledixerit blasphema
uerit nomen domini morte
moriatur et hoc fecit xpistus Jo.
x. Vos dicitis quia blasphemo
quia dixi filius dei sum. Sed
hec accusatio non repellitur quia
non fuit blasphemia sed quod
fuit annunciatio vera sicut opera
manifestauit et probauit ce
cos illuminando mortuos suscita
do leprosos mundando et omnes
infirmos curando quod conuenit
soli deo. Unde mt. 27. Centurio
dixit uere filius
dei erat iste. Hec accusatio notatur
in littera cum dicitur filium dei
se nominat. Licet autem omnes e
qualiter filij dei nominentur et
sunt sicut dicit ja Jo. 3. Videte
qualem caritatem dedit nobis
pater ut filij dei nominemur et
simus Jo. j. Dedit eis potestatem
filios dei fieri tamen alii aliter
et amarius curatus et inter filios
dei singulariter computantur Sap.
v. Et computati sunt inter filios
dei et inter sanctos sors illorum est.
Filios autem debet patri assimula
ri quia secundum Augustinum filio
dicitur quia fit ut ille Deus quidem
deus est inmutabilis in potencia
ineffabilis in sapientia et iudicii
in clemencia Sed ergo in istis appa
ret patris potencia per carnis mor
tificationem filij sapientia per sanctam
informationem spiritus sancti cle
mentia per iniuriarum remissionem.
De primo dicitur eis Jsaie 4. 3. Ac
cingimini et estote filij potentes
accingimini per continentiam car-
nalis voluptatis que accingitur
ad quatuor zonas. Est iuxta
quatuor exempla sacre scripture una
ad pectus unam ad ventrem
unam ad renes unam ad lum-
bos. Ad pectus est zona au
rea ad ventrem zona linea ad
renes zona sericea et ad lum-
bos zona pellicea. Zona au
rea est mundicia mentalis pu
ritatis et hec debet poni ad pec-
tus contra inmundas cogitatio
nes. Zona linea est temperantia
nimie superfluitatis et hec debet
poni ad ventrem contra superflu
as comessationes. Zona sericea
est prima rigide austeritatis et hec
debet poni contra libidinis
titillationes. Zona pellicea est
remanencia nostre mortalitatis
et hec debet poni ad lumbos
contra voluptatis delectationes.
De prima zona Apoc. j. dicitur de
Johanne Qui vidit personam similem
filio hominis vestitum podere et
precinctum ad mamillas zona

amea Descendat Jo. 13. Cristus pre-
cinxit se linteo et cepit lavare
pedes discipulorum suorum. De tercia
Job 12. Baltheum regum dissolvit
et precinxit fune renes eorum.
De quarta Mt 3. Johannes habe-
bat zonam pelliceam circa lum-
bos suos. Qui autem sic sunt
accincti possunt esse filii poten-
tes per carnis mortificationem.
Referunt fabule et scribitur in 2a epistola
epistolarum Ovidii epistola penultima
quod Herculi nato de Alkmena
Juno uxor Jovis voluit eum
inficere et misit ad puerum iace-
ntem in cunis duos angues i. serpentes
ut puerum inficerent qui eos
manibus constrictos occidit
et in hoc compertum est eum esse
filium Jovis. Hercules est quilibet
vir literatus qui nascitur spirituali
filiacione gloriosa quando sibi
committitur cura animarum. Sic enim
potest homo nasci cum sit se-
nex Jo. 3. Nutritur delicate
et ponitur in cunis qui nascitur
diviciis deliciis deviciis et ob-
lacionibus ecclesie. Debet primo
cognosci. Sed quid evenit? Si for-
te dum esset pauper scolaris
vivit satis caste et satis dure
Jam autem cognoscit est in cunis
vestitur mollibus epulatur
cottidie splendide. Statim Juno
i. sensualitas duos angues agnices
mittit ut sic occidatur filius
iste Jovis vel veneris. Sed pergula
et humanam quia statim eode
liciis et honoribus oriuntur car-
nis temptationes. Et si vult os-
tendere quod sit filius Jovis
manibus i. potenti resistencia
cionis et voluntatis angues te-
mptacionis occidet et sic se filium

Jovis i. Christi ostendet ut dici po-
ssit de eo Mt. 17. Hic est filius
meus dilectus in quo michi bene
complacuit. Sed timendum est
venerabile ne de istis filiis conque-
ratur Christus dominus dicens
illud Ysa. primo Filios enutrivi
et exaltavi ipsi autem spre-
verunt me. Qui enim deberent
esse filii Christi sunt hostes Christi
et qui debent esse potentes fi-
unt totaliter imbecilles. Vivunt
in pompis et vanitatibus de-
liciis et voluptatibus et deli-
ciis carnis sic succumbunt
nec contra eam sed contra Chri-
stum pugnant de quibus dicit
Bernardus Cant. sermone 33. Ministri
Christi sunt et serviunt anti-
christo. Honorati incedunt de bo-
nis domini cui honorem non
deferunt. Nam unde meis 16 q.
cottidie vides meretricius nitor
histrionicus habitus regius appa-
ratus. Unde aurum in frenis et
in sellis et calcaria plus quam
altaria fulgent. Unde men-
se splendide cibis et ciphis
unde comessaciones et ebrie-
tates unde cythara lira et tibia
unde redundancia torcularia
et promptuaria plena eructa-
ntia ex hoc in illud. Unde dolea
pigmentaria unde referta mar-
supia. Pro huiusmodi voluerunt esse et
sunt ecclesiarum prepositi decani
archidiaconi episcopi archiepiscopi et
alii. Sed contra istos malos ho-
mines loquitur in eodem sermo-
ne parum infra dicens: Predictum
est et nunc tempus adimpleto-
nis advenit. Ecce in pace ama-
ritudo mea amarissima. Amara

prius in nece martirum. Amarior post in conflictu hereticorum. Amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare non fugere eos potest, ita invaluerunt et multiplicati sunt supra numerum. Intestina namque et insanabilis est plaga ecclesie, et ideo in pace eius amaritudo amarissima. Sed in qua pace? et pax est et pax non est. Pax a paganis, pax ab hereticis, sed non profecto a filiis. Vox plangentis ecclesie in tempore isto: Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me, et maculaverunt me a turpi vita, a turpi questu, a turpi commercio, a negocio demum perambulante in tenebris. Superest ut iam de medio fiat demonium meridianum. Sed et ille isti mali filii dei non sunt potentes, actuati sed imbecilles et debiles, et filii sunt carnis. Ro. 9. Non hii qui filii carnis filii sunt dei, sed qui filii promissionis et carnis. primo filii matris mee pugnaverunt contra me. Non sic vos carissimi, sed appareat in vobis potencia prius. Ephes. 5. Estote imitatores dei sicut filii carissimi. Secundo in istis filiis, i. presbiteris, gracia specialis appareat filii sapiencie per sanctitatis informacionem. Cuius dicatur illud Thess. 1. Omnes vos filii lucis estis et filii diei. Ex quo enim susceperunt sacerdotii officium, illuminare debent lucem, sapientie corda subditorum. Ephes. 5. Ut filii lucis ambulate. Sed revera timendum est quod de istis filiis iam visitat illud quod olim de filiis Ely dicebatur primo Reg. 2. Filii Ely filii Belial nescientes dominum nec officium sacerdotis ad populum. Tercio debet in eis apparere opus sancti clementia ... remissionem, et hoc est maxime proprium, propter quod filii dei per Christum possunt, nam proprium est Christo misereri, et ideo nobis dicitur illud Luc. 6. Eritis filii altissimi, quia ipse benignus est deus super ingratos et malos. Estote ergo misericordes, sicut pater vester misericors est. Lectio 2R.

Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, et immutate sunt vie illius ~~...~~ Propositis in textu precedenti sex accusationibus iniquorum contra Christum, in lectione ista adduntur due alie contra eundem, et secundum hoc lectio dividitur in duas partes. Nam primo accusant Christum de secreti revelatione, secundo de discordi conversatione, ibi Gravis est nobis. Accusant ergo eum primo sic: ille qui occulta consilia revelat, proditorius et fraudulentus est secundum illud Prov. 11. Qui ambulat fraudulenter revelat archana. Sed omnis fraudulentus et proditorius est a civilitate hominum extirpandus, talis autem est Christus, ergo etc. Causam et materiam huius accusationis acceperunt Mt. 9. Cum vidisset Ihesus cogitationes eorum dixit ut quid cogitatis mala in cordibus

vus et loquebatur in deis murmu=
rantibus de hoc quod paralitico=
sanato peccata dimisisset sed fa=
lsi et excecati fuit sed hoc cum
conclusisse debebant quod verum
erat fuit deus quia solus deus
videt cogitationes hominum vide=
et cognoscit ut psalmus Dominus
scit cogitationes hominum Ar=
guunt ergo contra xpistum quia
maxima secreta scit scilicet hominum
cogitationes et ideo qui reve=
lat cogitationes hominum maiore
eos confundit et est notorius=
in communitate ergo ipsum licet etiam
pertinentem de persone Hec accu=
satio ponitur in hiis verbis effectus
est nobis in traductionem id est in propa=
lationem secundum grecum
Est enim traducere secundum gre=
cos propalare aliquid quod
fuit occultum et cedit ad de=
honestatem alterius et sic accipitur
traducere mathei 1 Joseph autem
cum esset iustus et nollet eam
traducere voluit occulte dimi=
ttere eam traducere id est propalare id est de=
honorationem dignus coram iu=
dice Secunda accusatio est
de discordi conversatione et for=
matur sic quicumque studet
singulari vite et dissimulationi aliorum
communem vivendi vitam, videtur esse sci=
smaticus iure proprius quia rece=
dit a communi unitate et conformitate
sed talis est xpistus ergo est scis=
maticus et hinc discordem con=
versationem cum aliis talis est
periculosus in corpore ecclesia igitur contra
hic ipsam accusationem dicen=
dum est quod fuit dissimilis
eis quia ipsi fuerunt mali et ipse
bonus ergo contra dissimilis etiam

eis fuit quia sine peccato conceptus
et natus sine peccato semper con=
satus Unde malis fuit dissi=
milis et bonis similis Hec autem
accusatio ponitur in hiis verbis
Gravis est etiam nobis ad vi=
dendum quia dissimilis est
aliis vita illius et immutate
sunt vie eius id est varietate actibus
iudicauerunt honorem animarum sa
nctarum. Postquam spiritus sanctus
posuit reproborum erroneam opin
ionem/ hic ponit errorem eorum se
cundum occasionem. Et circa hec
tria fiunt. Nam primo ponitur
error recapitulatio 2o causa erran
di manifestatio ibi excecauit.
3o ponitur erronea triplex
deceptio ibi et nescierunt. Dicit ergo

Spiritus sanctus/ Hec cogitauerunt/ hec
i. anime rationalis mortalitatem/ et
uite carnalis uoluptatem/ mun
dane prosperitatem/ et mortis xpi cru
delitatem/ cogitauerunt s. impii/ et
errauerunt periculosam eleccionem. 2o po
nitur causa errandi manifestatio
ibi excecauit/ Ubi notandum/ quod
iniqua est error in primum peccatum
actuale hominis/ quia si homini
contingat error/ aut est vincibilis
error/ aut est invincibilis. Si in
vincibilis/ excusatur/ quia deus non
exigit ab homine/ nisi quod homo
bene potest facere. Si est vincibilis/
ergo homo talem errorem debuit
precauisse/ et tamen non vitauit/ sequitur
igitur aliqua malicia vel vicium
precessisse/ precedit n. quia errorem
hominis negligencia/ quia homo non
desiderat scire que deberet scire/
nec adhibet sollicitudinem ad
sciendum ea que conueniunt
statui suo/ et hec ignorantia est peccatum
graue/ et est ignorantia affectionata
interpretatiue/ licet non expresse.
Sed est alia ignorantia affectiona
ta expresse/ et est talis/ per quam
homo non solum non desiderat
scire/ ymo desiderat etiam nescire/
et talis non solum negligit scire/
ymo contempnit scire/ et talis
est innaturalis malicia/ quia
omnis homo naturaliter scire desiderat/
et malicia facit hominem indispo
nere se ad sciendum/ et dare se talibus
que eum ad sciendum disponunt
Hec autem maxime sunt volup
tates et iniusticie libertates/ et
talis malicia fuit causa igno
rancie iudeorum/ et hoc est quod
dicit/ Excecauit etc. i. contemptus
sciendi cum voluntate iniuste vi

nendi excecavit eos / et nescierunt
sacramenta dei / quia in malivola
animam non introibit sapientia / nec
habitabit in corde ~~subdito pctis~~ sub-
dito pctis / Cap primo Tertio ponitur
hominum triplex deceptio ibi / et
decipiebantur Decipiebantur enim
isti mali de quibus in isto ca-
pitulo est tractatum primo ad ea
que tenentur ex supernali revel-
latione / Secundo ad ea que te-
nentur ex morali informatione
Tertio ad ea que sequuntur contusque
declaratione / quantum ad primum dicit
quod nescierunt sacramenta dei /
i. misterium incarnationis et passio-
nis et que per divinam revelationem
hominum necessaria sunt ad salutem
et est causa quare forte multe gen-
tes non omni sunt informate
in fide sed vivunt ita male et
viciose contra legem nature quod
non sunt sub legem gratie / lex
nam gratie presupponit legem nature
sanari in adulto Secundo de-
cipiebantur quantum ad ea que te-
nentur ex morali informatione
Omnes nam leges et doctores ponunt iusti-
ciam esse premiandam / sicut plato
libro suo de republica / supponit con-
servatores iusticie moraliter pre-
miandos / et transgressores eciam a-
liter puniendos / Idem tulius sup-
ponit de sompno cypionis / et
macrobius quem ibidem Ideo istorum
malicia eos excecavit / Unde dicitur
Neque mercedem speraverunt iusticie /
i. neque premia danda bonis ne-
que penas dandas malis / sicud
super in isto capitulo declaratum est
Tertio decipiebantur isti quantum ad
ea que sequuntur ex prehabita declaratione /
scilicet quod anime sancte vincentes
puniti / quantumcumque sint in tribulatione

vel angustiis / honorabiles erunt
post mortem / quod est contra eos /
quia non iudicaverunt honorem
animarum sanctarum i. honore earum
que consecute sunt anime iste que
iuste et sancte vixerunt Dubitatur
circa talis / utrum aliqua cre-
denda super naturalia sunt
hominum revelanda necessaria ad sa-
lutem et videtur primo quod non
quia natura non deficit in neces-
sariis nec habundat in super-
fluis / sicut dicitur tertio de anima
ergo per viam naturalem potest homo
acquirere omnes noticias necessa-
rias ad salutem / ergo nulla noti-
cia requiritur super naturalia revel-
landa Preterea negare bonum vi-
tuperabile est / sed qui non cre-
dit que racioni consonant / negat
racionem / igitur credere talia est vitupa-
bile / sed fides sua debet credere
talia / que racioni repugnant sicud videtur
de sacramento altaris et de incar-
natione filii dei / et de multis tali-
bus / ergo etc. Ad oppositum ad hebreos xi
fides est sperandarum rerum substan-
cia argumentum non apparencium sed
naturaliter / et iterum sine fide im-
possibile est placere deo ergo oportet
habere fidem de non apparentibus
provenire Ad hoc dicendum quod
sic quia sicut finis sive
beatitudo humana / est felicitas
supernaturalis iuxta illud Cor 2°
Oculus non vidit / nec auris
audivit / nec in cor hominis ascen-
dit / que preparavit deus hiis qui
diligunt illum Igitur cum finis
ultimus sit hominum supernaturalis / necesse
fuit quod homo haberet media
supernaturalia ad illum finem / huius modi
autem sunt fides spes caritas / et
sacramenta ecclesie nobis revelata

Questio aliqua credenda sup-
naturalia sunt hominum revelandi
necessaria ad salutem et videtur primo quod non

Ad 1m
lecta | et ideo omnia talia sunt ne
cessaria ad salutem. Ad primum
dicendum quod in ista propositione
natura supponit pro deo ille naturaliter
omnia naturalia ordinat || secundum
placitum sue voluntatis | et con
cedendum est quod non deficiat
in necessariis. Nam si homo fa
ciat quod in se est satis infor
mabitur de hiis que sunt ne
cessaria ad salutem suam. Unde
Johannis 16. Spiritus veritatis do
cebit vos omnem veritatem | glo
sa i(d est) necessaria ad salutem. Ad se
Ad 2m
cundum quod arguitur quod negare
rationem est vituperabile / conceden
dum | sed dico quod ratio cuiuslibet hominis
experitur in se esse defectivam | quod
sicut experimento probamus | secundum
quemlibet sensum faciliter decipi
mur | et ideo verisimile videtur quod
regulari debemus secundum rationem
superiorem | Unde hoc est principium
christiani adulti | qui vult esse fi
delis | captivare non solum sensum
in obsequium Christi | quia hoc faci
unt laici | sed etiam intellectum
et hoc valde est difficile | et ideo
multo plus meretur bonus theo
logus | qui vidit et audivit ra
tiones hereticorum contra fidem | et
tamen assentit fidei | quam laici
moderni temporis qui putant
theologos habere scientiam subalterna
tem ad fidem | qua possent de
monstrare illa que ipsi tantummodo
fide tenent | Unde dicendum negando
est sic ad formam | ~~in...~~
perfectionem maioris istam | verum quod
fides suadet credere ea que rationi
repugnant | sic verum quod nulli
rationi consentit | sed tantummodo ad
hec credulitati | quia sine discre
tione | rationis | et per inceptione vo
luntaria vitat. fides non hec

Unde Hugo de sacramentis | fides est
voluntaria certitudo absentium supra
opinionem | et infra scientiam constituta |
et Tullius 2 sue rethorice | fides est
perceptio veritatis cum firma assertione
creditorum sine causarum cognitione quo
ad credulitatem et fidem requi
ritur et non repugnat. Excecavit
enim eos malicia eorum. No
tandum quod omne peccatum naturam est
spiritualiter et principaliter cecitate | secundum
illud Sophonie 1o. Ambulaverunt ut ceci
quia domino peccaverunt | Unde
septem vicia capitalia | septem in
ferunt cecitates mentales | quibus
correspondent septem corporales ce
citates | que in sacra scriptura
nominantur | Primo namque mentem cecat
superbia | propria nimia claritate. Ecc.
43. Sol sinus radiis effulgens
obcecat oculos. Sol est gloria pom
pe mundialis | et figuratur cecitas
Pauli cecitatem | Unde Actuum 9.
cum fulsit enim sol de celo et ca
dens in terram nichil videbat. De
hac cecitate potest exponi illud Ro. 11.
Et cecitas ex parte contigit in
Israhel. Sol enim in tempore veris in
dens decimum | Et significat honores
donis nature et fortune prevenientes |
Antequam sunt homines ingeniosi,
speciosi, fortes et divites | hec et
omnia superbie sunt materia. Unde
Augustinus in quadam epistola
Unica cetera in peccatis | superbia vero
etiam in recte factis timenda est
ne illa que laudabiliter sunt facta
ipsius laudis cupiditate amitta
tur. Scribit Seneca ad Lucillum
epistola 86 quod uxor sua famu
lam quandam habuit | que subito
fit ceca. Unde dicit Incredibile
rem tibi narro sed veram | nescit
se esse cecam | sed semper rogat peda

gognu sum ut educat eam dedo
mo inqua est. Dixit enim domu
tenebrosam esse. et subdit Seneca
Hoc est quod in illa videmus nos
decidit nemo se avarum intelligit
nemo se cupidum ceca tamen duce
querimus nos sine duce errauimus
et dicimus non ego ambitiosus sum
sed nemo alit rome vivere non ego
sumptuosa sum sed vrbs ipa mea
magnas expensas non est men
dacium quod iracundus sum quia
non dum consecutus sum etium ge
nus vite adolescencia hoc facit
quid nos decipimus non est extri
secus malum nrm intra nos e
in visceribus sedet sed ideo diffi
cult ad sanitatem puenimus quia
nos egrotare nescimus Hec scilicet hec
fuit cecitas epi laodicie cui dicit
apoc 3 dicis quia diues sum et lo
cupletatus et nullius egeo et ne
scis quia tu es miser et miserra
bilis et paup cecus et nudus
2a f Secunda cecitas est inuidia et hec figu
rat cecitatem hely sacerdotis de
quo Reg primo ca 3o caligauerunt
oculi eius et inde non poterat lu
cernam domini antequam extingue
tur forte sine lesione oculorum suorum
non poterat vide lucernam arden
tem sed quia extincta erat de dic
tione vix poterat vide eam sic omnino
est de inuido qui lucernam arden
tem i. psonam gracie vivientem
et prosspe coram deo et bonis vir
tute approbatam vide non pt
quia leditur in corde per inuidia
Narrat de cupido et inuido simul
iter agentibus quod vox de celo
venit ad eos dicens petat vnus
quisque vestrum quidquid voluit et
habebit sic tamen quod secundus
suus habebit duplum Cum ergo pri

contumelia magna fuit inter eos
quis eorum peteret tandem inuidus
peto inquit ut eruatur michi
oculus vnus et socio meo erua
tur ambo de talibus per prophetam illud Y
saie 49 palpauimus sicut ceca
parietem et quasi absque oculis at
trectauimus impegimus i meri
die quasi in tenebris Tercia ceci 3a
tas est iracundia in psalmo
turbatus est a furore oculus
meus et Raabo impedit ira ani
mum quod ne possit cernere uerum
Hoc figurat cecitatem lamech
qui cum arcum voluit sagi
ttare et putans se occidere fe
ram occidit hominem sicut nar
rat mgr in histor sup 4o cao
gen ita est de iracundiabus quorum
primam contra psonam accusati
putant se occidere feram i. vin
dicare petim et ira impediente
occidunt psonam de talibus scribitur
ephes 4 ignorancia est in illis g 4a
propter cecitatem cordis eorum Quarta
cecitas est accidia et figuratur
per cecitatem thobie qui dormiendo
cecitatem incurrit Thob 2o
Quinta cecitas est cupiditas que
homines facit similes talpis que
fodientibus intus et hec cecitas
facit hominem pauperem et men
dicum unde figurat cecitatem
mendici qui sedebat secus via
prope iericho qui interpretatur
ba pteritum Luc xviij Dominica epistola ad lucalam No
2 non qui parum habet sed qui plus
cupit paup est quid illi refert quan
tum in archa quantum in horreis la
teat quantum possideat aut feneratur
si alieno imminet si non acqui
sita sed acquirenda computat
quasi sit diuiciarum modus querit
prius est quod necesse est proximis

6a quod satis est. Sexta cecitas e[st]
gula, que frequenter excecat ho-
mines et spiritualiter et temporaliter
Prov. 23. Cui ve, cuius patri ve,
cui rixe, cui fovee, cui sine
causa vulnera, cui suffusio ocu-
lorum? Nonne hiis qui morantur
in vino et student calicibus
epotandis? Hanc designat cecitatem
cecitatem ceci nati, de quo legitur Jo-
hannis 9. Septima cecitas
est luxuria et amor voluptuo-
sus, qui aufert homini iudicium
rationis. Quia omnis amor cecus
non est amor arbiter equus.
Nam deforme ~~...~~ pecus iudi-
cat esse decus. Unde Gregorius 31
moralium: cecitas mentis est prima
filia luxurie. Unde dicitur: Excecatur
mens excecatur que luxurie fa-
mulatur. Hec autem signatur
cecitate Sampsonis, Iudicum
16, quem Dalida amica sua
decepit et ~~phi~~ philisteis tra-
didit ad excecandum. Signatur
etiam cecitate qua percussi fue-
runt Sodomite, Gen. 18. Cum
enim facerent ut angelis fuisset
abusi, qui in forma hominum apud
Loth erant hospitati, abiectis
cecitatibus quibus ecclasticus
se de custodie et etiam luticiis(?)
de quibus dicitur Ysaie 42. Dedi te
in fedus populi mei, in lucem
gentium, ut aperires oculos cecorum,
ut educeres de conclusione vinc-
tum, de domo carceris sedentes
Capitulum 29 in tenebris etc. Capitulum 29

Quoniam deus crea-
vit hominem in-
estimabilem et ad ymaginem
et similitudinem suam fecit

illum. Invidia autem dyaboli mors in-
troivit in orbem terrarum. Imitantur
autem illum qui sunt ex parte illius.
Postquam spiritus sanctus posuit
recapitulando errorem ponentium
anime idolis humane corruptibi-
litatem, hic incipit ostendere causam
erroris falsitatem, et primo facit
hoc in generali ostendendo anime
rationalis naturalem nobilitatem. 2o
ostendit idem in speciali per eius demum
anime moralem bonitatem, capitulo
3o Iustorum anime etc. Circa primum
duo facit: primo ostendit quod homo
factus est a deo immortalis ar-
bitrio sue voluntatis. 2o ostendit
primordia mortalitatis, ibi In-
vidia etc. In prima parte duas
ponit prerogativas hominis spe-
ciales, scilicet valitudinem immortali-
tatis quantum ad corpus et simi-
litudinem deitatis quo ad animam.
Dicit ergo sic: patet error reproborum
qui negaverunt mercedem iustitie
et honorem animarum sanctarum
A post hanc vitam ex istis duobus
~~duobus~~ primo quod deus creavit
hominem inextimabilem, in quo
differt a brutis et generaliter a qui-
buscumque elementis et eleme-
tatis. Secundo quod creavit
eum ad ymaginem et similitudinem
suam, in quo differt a corporibus
celestibus que licet sint incor-
ruptibilia non tamen sunt ima-
ta. Circa primum sciendum quod
parens primus in statu inno-
centie habuit posse mori si peccaret
et habuit posse non mori si peccatum
vitaret, et ideo quantum fuit ex par-
te dei ipse creavit hominem inex-
timabilem per corpus et deifor-

tractat secundo conmar dng ¶ Cca
secundum sacundum quia certe cre-
atur ab homine vestigium dei sunt
i. quandam obscuram obscuritatem dei
notificationis. Sed homo solus inter
corporeas creaturas ymaginem
dei que consistit in memoria intellectu
et voluntate in quo est processio
ubi a memoria dicitur et amor
processio ab intelligencia et voluntate
Unde memoria correspondet patri in-
telligencia et verbum filio voluntas
sive amor spiritui sancto De hac
ymagine tractat Augustinus
9. 10. 11. 12. 2. 14. de trinitate diffuse
et aliqui conmar di. 3. per totum Sunt
go hic due rationes contra anime
corruptibilitatem quia de cor-
ruptibilitate anime potest dupliciter
dici uno modo quod esset corrup-
tibilis non quidem per se sed racione
dei ad corruptorem corporis secundo
modo quod etiam per se in natura sua
esset corruptibilis De primo arguit
sic talis deberet homo esse natura-
qualis a deo creatus est secundum
corpus sed fuit creatus incor-
ruptibilis secundum corpus
igitur etc. Secundo sic anima huma-
na creata est ad ymaginem et
similitudinem dei sed dei nobi-
lissima condicio est immorta-
litas et incorruptibilitas Ergo
anima humana est immortalis
Consequenter ibi invidia Ostendit
primordium mortalitatis et primo
quo intrauit mors corporalis
2o quo iam provenerit mors spiri-
tualis ibi imitantur etc. ¶ primo
ergo dicit sic quod Dyabolus post-
quam ipse a celo eiectus cecidit et
quam per superbiam perdidit hominem
invidit et eum ad peccandum
temptavit sicut patet in genesi
Homo autem habuit preceptum quod
non peccaret et quod si pec-
caret moreretur iuxta illud
quacumque hora comederitis ex
eo morte moriemini Gen. 2. Pecca-
uit et mortalitatem omni generi
humano acquisivit qui sub
illa lege ligni vetiti prohibi-
cionem accepit ¶ 2o de morte
spirituali que anime ad inferna
descendant et est causa imi-
tacio dyaboli in peccando Sed
qui non peccant non sunt
obnoxii morti secunde et hec
est summa lectionis ¶ Dubitatur utrum
corpus primi hominis fu-
isset incorruptibile Dato quod
in statu innocencie perstitisset
et videtur quod non probatio quia
omne compositum ex contra-
riis de necessitate materie est
corruptibile 2o phisicorum Sed cor-
pus hominis in statu innocen-
cie fuisset compositum ex contra-
riis sicut nunc est et eiusdem
speciei per omnia ergo etc. Preterea in sta-
tu innocencie fuisset nutricio
augmentacio et generacio et per conse-
quens deperdicio nature quia alias
non fuisset nutrimentum quod
adam comedisset quia fu-
isset creatus in sufficienti quanti-
tate et ideo frustra comedisset
nec generationem et generatorum
impassibilis esse constat preter
consolidacionem masse corpo-
ree vel carnis quia indiguisset
nutrimento per deperdicione nutricione

Questio utrum corpus primi hominis
fuisset incorruptibile dato quod
in statu innocencie perstitisset

et sanguinificatione et generatione, ergo ha-
buissent corpora corruptibilia
quod est oppositum. Preterea ponamus
quod gladius et securis cum
uno impetu attigisset collum
unius in statu innocencie, certum
est quod habuissent corpora
molliora quam sit ferrum, si fu-
isset caro iuncta cum carne nata,
igitur collum cecidisset, quia naturaliter
molle cedit duro, et maxime
duro acute figure, ergo etc. Et sic
potuit aliquis alium occidisse,
vel homo posset a bestia vel a ca-
ne fuisse occisus. Preterea hec e(st)
diffinitio hominis, quod est ani-
mal racionale mortale, unum me-
thaphisice(?), sed in statu innocencie fu-
isset homo, ymmo esset homo, igitur
fuisset mortalis. Preterea calidum
naturale agit in humidum radicale
continue et naturaliter, et illud humi-
dum non potest restaurari deperditum
sicut fuit, igitur per admixtionem
humidi nutrimentalis, aliquid de-
ficiet naturaliter, igitur cum deperdicio-
nem fuisset humidi radicalis,
fuisset naturaliter corruptio. Ad
oppositum Apostolus ad Romanos 6:
Stipendia peccati mors, igitur homo
sine pena non perdidit culpam, igitur
ante peccatum non fuisset mors,
ergo etc. Ad questionem dicendum quod
fuisset corruptibile. Tamen no-
tanda sunt duo. Primum est quod
immortalitatem non habuisset
a natura, sed a divina gratia, quia
secundum Dyonisium de divinis no-
minibus capitulo 4: naturalia etiam
data demonibus remanserunt post
peccatum. Sed si fuisset naturale homi-
ni non mori, etiam post peccatum non
periisset. Restat ergo quod non ex
natura fuerit immortalis. Simili-

Ad oppositum

Si non peccasset mortuus non fuisset

Ad questionem

mortalis est de diffinicione hominis essen-
cialiter. Secundum est quod homi-
ni fuisset corporali gratia conditoris
immortalitas corporis concessa-
tum(?) id est quia homo fuisset or-
dinatus ad finem supra naturam
suam corporalem; igitur decuit quod
in ipsa constitucione nature ~~quod~~
aliquid esset sibi collatum supra
facultatem principiorum naturalium
que sunt corpus et anima. Habuit
igitur animam per donum gratie super-
naturalis, ita quod quamdiu ordi-
nem obediencie servaret a deo,
corpus unificatum posset impetu-
um(?). Et ideo corpus hominis si ho-
mo non peccasset, corruptum non
fuisset. De hoc vide sanctum Tho-
mam secundo Omar(?) di. 19. Item
sciendum quod in rebus corrup-
tibilibus corrupcionis modus
quadruplex invenitur. Primus est
naturalis, scilicet quod omnes res habent
sue duracionis periodum, sicut
dicitur secundo de generatione 2o.
Secundus est propter predomi-
excessum unius contrariorum, et hec
duntaxat in mixtis, propter quod
predominium illa armonia solvitur,
quam forma substancialis re-
quirit. Tertius est quod calor qui
est in stirmento(?) anime vegetative
consumit humidum in quod
agit, et cum non possit illud hu-
midum restaurari naturaliter in
sua puritate, semper admiscetur
cum humido nutribili, et sic fit
impurius, sicut vinum mixtum aqua
fit debilius, et tantum misceri
potest quod fiet aqua, sicut primo
de generatione dicitur in fine; ita humidum
radicale consumitur finaliter, et ani-
mal moritur, consimiliter fit in animali

et plantis / similiter deficiente ista re-
stauratione / et hec est mors natura-
lis. Quartus modus corruptionis
est per uiolentiam ab aliquo extrinseco
agente / ut gladio et igne uel alio
modo. Contra primos duos modos
datum fuit auxilium / quod secundum
conditionem sue immortalitatis
corporis perficeret / et perpetualitatem
complexionis conferret. Contra tertium
modum corruptionis habuit ho-
istud donum / quod pomum lignorum
de paradiso concessorum / fiebat resta-
uratio deperditi ad certum tempus /
et quia ista restauratio est cum
admixtione extranei humidi /
debilitatur humidum radicale
magis ac magis / ideo homo habuit
pomum ligni uite / cuius uirtus erat
alimentum totum assumptum in per-
fectam assimilationem adducere / et
facere humidum radicale totum ita
recens / sicut fuit a principio in re-
conditione. Contra quartum modum
corruptionis qui est per uiolentiam /
conseruabatur homo per diuinam
prudentiam et propriam prudentiam /
et ab extrinseco nichil potuit pati
corruptionem. Ad primum dicendum / quod
concludit quod corpus hominis
fuisset corruptibile propter compo-
sitionem ex contrariis / nisi fuisset
diuinitus ~~perfect~~ perseruatum ab in-
trinseco per gratiam originalis in-
stitie / et ab extrinseco per subsidium
diuine prudentie. Ad secundum
iam patet / quo fuisset facta resta-
uratio deperditi ~~aut~~ quare pomum
lignorum paradisi / et quo uero fuit
pomum ligni uite / quod numquam fuis-
set necessarium nisi insensibili de-
bilitatione precipitatione recuperan-
da / sicut supra dictum fuit. Ad
tertium quod est de nocumento extrin-
seco dicitur est quod per propriam
prudentiam et diuinam pruden-
tiam nichil homini extrinsecum
nocuisset nec molle / ymo diuer-
tisset ubi sue anime ~~fuit~~ pla-
cuisset si non peccasset. Ad
quartum patet quod fuit aial- Ad 3m
-tonale mortale / id est natum mori
naturaliter / sic tamen fuit ordina-
tum adeo / quod illa aptitudo
moriendi numquam fuisset in ac-
tum reducta / nisi homo pecca-
sset / ideo habuit in sua facultate
mori / et non mori / et posse mori /
et posse non mori stante lege
data sibi adeo. Et ideo fuit mor-
tis primam / in mortalis per gratiam.
Ad secundum de actione calidi
naturalis et humidi radicalis /
dicendum est quod per ista restauratio
illius humidi facta fuisset
pomum ligni uite / hic tamen
nota / quod lignum uite non habuit
ex sua uirtute naturali dare ho-
mini perpetuitatem uiuendi / quia
cum esset res creata / uirtus sua
finita / fuit in diminuibilitate / et
ideo non contulit fortitudinem
nature radicalis nisi ad tempus
certum / quo lapso homo iterum co-
medere debuisset / sic ita diu per-
tisset non consumptus / donec
ad celum integraliter transisset. Sed
contra illud arguitur per illud Gen. 3:
Ne forte sumat de ligno uite et
uiuat in eternum. Dicendum quod
hic ~~in quadam deberet~~ secundum
naturam corpori humano concessa
a principio intrinsecus procedentem.
De inuidia nondum / quod in-
uidia est toxicum caritatis /
hostium iniquitatis / putredo sa-
nitatis / primo enim inuidia

Ad 4tum

Ad 2m

confirmata

in eternum actu sibi per se ex se dimensis qua debet.

No

F

est contraria caritatis. Nisi enim illa esset, quilibet gauderet de bono alterius et de malo doleret, quia hoc est primum caritati. Unde Augustinus super Io. Tolle invidiam et tuum est quod habes, tolle invidiam et meum est quod habes. Glossa. Sic dicit super illud Ysaie 45. Ego dominus formans tenebras, quod est vita serpentis est mors hominis scilicet venenum, et econtrario humor aqueus id est saliva est vita hominis et mors serpentis. Isto modo quod est vita invidiosi et boni hominis est mors invido, et quod est bono viro mors vel dampnum est vita invido.

2o Tertio est hostium iniquitatis. Per hanc enim intravit mors in mundum, sicut hic dicitur. Statim enim ut fuit in mundo mors incepit. Per hanc enim occisus est Abel a Chaim, Iacob tribulatus est ab Esau, Ioseph venditus est a fratribus, David persecutus a Saule, Christus traditus a Iudeis. Matthei 27. Sciebat enim quia per invidiam tradidissent eum. Hoc hostium semper inclusus potest intrare. Unde Seneca libro suo de moribus. Et si nullos inimicos tibi fecit iniuria, multos tamen fecit invidia. Ecclesiastes 4. Industrias animadverti ~~parte~~ patere invidie proximi. Quarto est putredo sanitatis. Proverbiorum 14. Putredo ossium invidia. Hoc tamen est iustissimum vitium, quia est in suum auctorem reciprocum. Unde Hugo de sancto Victore. Iustius invidia nichil est, que protinus ipsum auctorem punit, excruciat et suum. Unde Basilius. Sicut rubigo ferrum, sic invidia animam devastatur corrumpit. Et ideo maximam iniuriam faceret deus invido si poneret eum in celo, quia ibi est summa felicitas in proximo, et per consequens summum nocumentum foret invido, et ideo etiam in inferno, ubi nichil videbit cui invidere possit. Quia sola miseria caret invidia, que enim in inferno est in summo gradu. Prima Petri 2. Deponentes omnem maliciam et omnem dolum et simulationes et invidias et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite etc.

Capitulum tertium. caplm

Iustorum autem anime in manu dei sunt et

non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, et estimata est afflictio exitus illorum, et ab itinere iusto abierunt in exterminium, et quod a nobis est iter exterminium; illi autem sunt in pace. Postea enarrata reproborum opinione in capitulo precedenti protinus hic agitur consequenter de illius opinionis reprobatione. Sicut enim opinio primo tacta persuasit anime mortalitatem et postea omnes homines invitavit ad vite voluptatem et ad iniusticiam sine timore pene contendam, ita hic sacrosancta fides catholica et hec sapientissima doctrina primo persuadet animarum post hanc vitam iustam remunerationem. Secundo invitat ad iusticie dilectionem. Secunda pars est ibi capitulo 6. Audite reges. Prima pars sic ordinatur, quod in principio brevissime et altius nunc agit de remuneratione iustorum post mortem, nunc de punitione malorum, et dimittit se modo ad ios

modo ad istos, ut sic videatur quod sine
in primo sine in pena anime in mor-
talitate semper durat. Procedit ergo
sic. Primo ponit quod iusti percipient
in futuro finaliter, secundo quod
sustinent in presenti temporaliter ibi et si
coram hominibus. Circa primum
sic textus dividitur in duas par-
tes. Nam primo ostendit quod contingit
animabus istorum secundum
veritatem, secundo ostendit quod de-
cis indicatur secundum mundanam
fatuitatem ibi visi sunt oculis
insipientium mori. Dicit ergo primo
sic. Impii dixerunt quod non est
refrigerium in fine hominis, et
quod homo sive iustus fuerit
sive malus, nulla erit differentia, quia
anima cum corpore corrumpetur.
Sed certe hoc est falsum. Nam
iustorum anime in manu dei sunt,
id est in dei protectione et gubernatione.
Verum est quod iustorum corpora
tam in morte quam in vita sunt
posite in manibus hominum. Sed
certe iustorum anime nec in vita nec
in morte sunt in manu hominum
nec dyaboli, sed tantum in manu dei.
Unde Job capitulo 2o. Dixit dominus
ad satham: Ecce in manu tua
est, verumtamen animam illius
serva. Glossa: ipsa iustitia permissio-
nis miscetur quadam libra pietatis,
quia si totum deseret, homo
nichil esset. Serva inquid, non
quod ipse servet, sed ne audeat
irrumpere, ne temptando superet.
Unde boecius 2o de consolatione
prosa sexta, ubi probat quod di-
gnitas non potest facere hominem
felicem, deridendo dignitatem
hominum mortalium d. quod cum

hominis nisi homo velit, nullus
poterit dominari unquam libero in pa- [margin: prinscipiund at.]
bit animo. In mente firma-
tione sibi coherente de statu ipse
quietis amonebit, quasi dicat
non. Ideo iustorum anime in ma-
nu dei sunt, et tam in vita quam
in morte. Sapiencie vii. In manu
dei sumus nos et sermones
nostri, et ideo consequens est quod
non tanget illos tormentum
mortis. Dicta est enim tactum
naturalem et tactum mathema-
ticum. Tactus naturalis est cum
passione, quia id quod tangit pa-
titur, sicut patet 2o de anima
et primo de generatione. Tactus
autem mathematicus non est nisi in op-
positis corporum, quorum ultima sunt
simul, sicut corpora celestia
tangunt se simul. Ergo dicit quod
iustos in morte sua non tan-
get tormentum mortis tactu
scilicet naturali, qui fit cum pa-
ssione et afflictione tangentis
frequenter. Hoc autem tormen-
tum mortis consistit in tribus
secundum hugonem. Est enim in ma-
lorum morte dolor in exitu,
horror in transitu, pudor in dei
conspectu. Sed certe ista non erit
in morte iustorum, ymmo preciosa in
conspectu dei mors sanctorum
eius. Unde dicit quidam sanctus:
mors nichil aliud est quam
exitus de carcere, finis exilii, la-
boris consummatio, ad portum
applicatio, peregrinationis finito,
oneris gravissimi depositio, de
equo furioso descensio, de domo
ruinosa liberatio, omnium egritudi-
num terminatio, omnium periculorum eva-
sio, omnium malorum consumptio.

fatuum est morte propriam nimis timere

omni vinculorum disrupto debiti nature solucione redditus ad patriam ingressus ad gloriam. Ecclesiastici 7. Melior est dies mortis quam quam diei nativitatis. Et proverbiorum 14. Justus sperat in morte sua. Et ideo fatuum est et irronabile mortem propriam nimis timere et mortem alienam nimis dolere. De xima fatuitate loquitur Ciprianus et ponitur in canone 13 q. 2^a. Quam preposterum est quamque perversum, ut cum dei voluntatem fieri postulamus, quando deus evocat nos et accersit de hoc mundo, non statim voluntatis eius imperio pareamus, renitimur et reluctamur, et pervicaciter more servorum ad conspectum domini cum tristicia et merore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non voluntatis obsequio, et volumus ab eo premiis celestibus honorari, ad quem venimus inviti. Hec ille. De fatuitate nostra pro morte amicorum nimis dolentium dicit Augustinus de vera religione capitulo 42. Cum perfecte in quid deum diligit, non affligitur de morte cuiusquam, qui cum toto animo deum diligit, novit non sibi perire quod deo non perit. Deus autem dominus est vivorum et mortuorum. Hec Augustinus. Ex quo patet simplicitas illorum, qui pro morte bonorum irronabiliter contristantur. Sed pro quorum morte dolere nos conveniat docet Ysidorus libro 3^o de summo bono. Illi inquit deplorandi sunt in morte, quos miseros in fine sui cohac[?] vita rapit, non quos celestis aula letificandos includit. Tullius de paradoxis. Mors terribilis est hiis, quorum ~~[illegible]~~

vita et omnia in ita extinguitur, non hiis quorum laus emori non potest. Et de talibus dicitur quod non tanget illos tormentum mortis. Hoc figuratum est in tribus pueris Danielis 3. Illos autem non tetigit ignis neque contristavit, nec quidquam molestie intulit. Consequenter ibi visi sunt oculis etc. Ostendit quid de iustis afflictis in hac vita iudicatur secundum mundanorum fatuitatem. Et ita hec duo facit. Primo enim ponit eorum estimacionem, 2^o ostendit eorum deceptionem ibi Illi autem. Dicit igitur iusti autem precedentes nobis visi sunt oculis insipientium, de quibus in psalmo Dixit insipiens in corde suo non est deus, ~~mori [illegible]~~ mori iustorum non sit nisi requies a laboribus. Apocalypsis 14. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus. Et estimata est afflictio exitus illorum, pro certo nichil aliud in non indicavit quod fuit ingressus ad vitam eternam, sed tantum quod fuit afflicto. Paulus fuit alterius opinionis qui dixit ad Philippenses. Cupio dissolvi et esse cum Christo. Secundo ultimus indicatum est, quod abitur in iusto abierunt in exterminium, i. indicatum est ab insipientibus et impiis, quod pro iusticia sua abierunt in exterminium i. adnichilacionem, et nullum aliud fructum sue iusticie perceperunt. Hec tamen clausula per tertiam non est de textu, sed antiqui et moderni eam habent. Vera tamen est, quod in ea in epistola de martiribus tursili[?]. Tertio ultimus indicatum est, quod mors iustorum non solum est afflictio, verum quod est iterum exterminium a nobis et de nobis, quasi mors non sit aliud quam

quoddam iter nos existimans/ i. exi-
stimmos humane vite ponens/ Iusti
mo ibi Illi autem sunt in pace/ sunt
ipsorum in sipientum deceptorum Nam
ubi putant iustos existimari affligi
et annichilari iusti capiuntur Dehoc
seculo negnam et sunt in pace/ ysaie
32. Sedebit populus meus in pul-
chritudine pacis/ et in requie opu-
lenta ¶ Dubitatio talis/ utrum
anime defunctorum habeant distincta
receptacula post hanc vitam sibi
divinitus deputata/ et videtur quod
non/ quia tunc tales anime vel
possent ab illis receptaculis recedere
vel non/ si sic/ ergo anime dampna-
te et anime existentes in purgatorio/
possent diminuere penam suam/
et anime existentes in celo possent
minuere gaudium suum/ consequentia
patet/ quia loca penalia augent
penam/ et loca letitie augent ga- lo no
udium/ aliter eis talia loca deputa-
rentur/ et per consequens relinque-
do loca illa diminuerent de suo
gaudio et si essent beate/ et mi-
nuerent suam penam si essent
non beate/ si vero dicatur quod anime
defunctorum non possunt pro suo libito
loca illa dimittere Contra hoc est quod
probat beatus Augustinus libro
suo de cura pro mortuis agenda/ inter
medium et finem/ quod aliqui
commortui mittuntur ad vivos/ quod
probat per hoc quod Mt. 17. Moyses
in transfiguratione domini apparuisse
legitur cum Helia Constat tamen
moysen ante fuisse defunctum
Iterum Ieronimus redarguit Vigi-
lantium super hoc quod dixit
animas martirum non posse ad
esse suis tumulis cum vellent/ pro
eo quod sequuntur agnum quocumque ie-
rit Sed agnus est ubique/ ergo etc.
Item demones in toto orbe mira-
celeritate vagantur ergo multo minus
est dicere animas ~~martirum~~ martirum
aliquibus esse inclusas usque ad diem
iudicii Item Gregorius 4 dialogorum
narrat de multis mortuis qui vivis
apparuerunt ¶ Preterea ad questionem si sit/ tunc — ad questionem
sinus Abrahe foret unum de illis
receptaculis Consequentia patet/ quia
ecclesia orat in officio sepulture/ sinu
Abrahe eum suscipiat/ falsitas con-
sequentis patet/ tum quia est in
filio/ tum quia fuit limbus patrum/
ubi nulla anima modo recipitur
post christi passionem ¶ Preterea si sit/
purgatorium foret unum recepta-
culum/ quod falsum/ quia anime — ad penam
decedentes in caritate/ vadunt — habeant culpa venialem
ad purgatorium/ est unus locus in- — vel obligationem
ferior sublimbo patrum/ aliquas autem — ex purgatorio.
patrum purgande fuissent in
loco superiori unum saltem tam ante
purgatorium quam post ¶ Ad oppositum — f — ad oppositum
tum est beatus Augustinus in en-
chiridion 30 ¶ Tempus quod est — t. 110
inter hominis mortem et ultimam
resurrectionem/ animas abditis in receptaculis
tenet/ prout una queque digna est
vel requie vel erumpna Item glo-
glo super illud 1 Thes. 4 simul
rapiemur cum istis dicit/ quod omnes
anime que de seculo exierunt ha-
bent diversas receptiones ¶ Ad questionem — ad questionem
dicendum quod sic/ et est ratio/ quia
sicut gravitas in corporalibus
diversa requirit loca/ sicut patet 4 de
celo Ita meritum et demeritum diver-
sa requirunt loca pro animabus ~~di~~
unde quod est corpori levitas
hoc est anime meritum/ et quod est
corpori gravitas/ hoc est anime
demeritum Et sicut gravia cum
generantur ad sua loca statim mo- — generantur
ventur nisi impediantur/ sicut patet

ubi 2 vm 2 q. decretorum capitulo anime statim
qui a corpore separantur mouentur
ad sua loca | male ad infernum |
bone ad paradisum | nisi inueniant
aliquod impedimentum per
culpam venialem et reatum
pene non solutum | Sunt igitur
1o distincta receptacula. Est ergo non-
dum | quod de istis receptaculis
post animarum separationem loqui
de lege communi alio modo de dispensatione speciali secundo modo — possumus dupliciter. Primo modo
loquendo quatuor receptacula
animarum sunt scilicet infernus damp-
natorum | limbus puerorum | pro origina-
li | purgatorium pro veniali | celum
pro perfecte bonis | Quintum recepta-
culum fuit ante passionem Christi
scilicet limbus patrum | qui tunc dice-
batur sinus abrahe. Hoc de lege
communi. De dispensatione vero spe-
ciali habent anime receptacula a-
lia homines | in quibus purgantur
ad aliorum informationem | et ad sua
celeriorem redemptionem | et illa
diuersimode deputantur sicut ipsis
et viuentibus expedit et viuen-
2o tibus expedit. Est ergo notandum quod
spacium infernale in quatuor por-
tiones distinguitur. In inferno sunt
In infimo — dampnati pro peccato actuali mor-
tali. In secundo dampnati pro peccato
originali. In tercio sunt anime que
purgantur de lege communi. In quar-
Ad primum argumentum — to sunt anime patrum antiquorum
usque ad ... Christi. Ad primum ar-
gumentum dicendum quod cum de
istis receptaculis recedere dicitur
potest dupliciter intelligi | vel
simpliciter vel ad tempus. Simpliciter
sic | quod nunquam redeat. Nunquam
nulla recedit que est in inferno vel
purgatorio | si ad tempus dupliciter
vel ex lege nature | et sic non | vel

ex ordine diuine prudencie | et sic
concedendum est quod redeunt
interdum ad viuentes | sicut docet — docet
Augustinus de cura pro mortuis agen-
da. Hoc tamen interest | quia anime sanc-
torum possunt cum volunt inter-
esse viuentibus | alie anime non | licet
ex permissione diuina eciam dampnati
viuentibus apparuerunt ad viuorum
premunitionem. Ad secundum de sinu — Ad 2
abrahe dicendum quod secundum Au-
gustinum 12 super Genesim sinus
abrahe dicitur ubi requies sanc-
torum qui olim fuit limbus | et
nunc est celum 2c. Ad ter- — Ad 3m
cium dicendum quod tenetur pro-
babiliter ex dictis sanctorum | quia locus
purgatorii est vicinus inferno de
lege communi. Iustorum anime in — Notandum
manu dei sunt. Notandum quod
inter iustum et impium quadrupli-
cem inuenio differentiam in scriptura.
Differunt enim viuendo | moriendo |
paciendo | penitendo | viuendo | quia
iusti viuunt in pace et in tranquilli-
tate impii in discordia et contra-
rietate. De iustis: pax multa dili-
gentibus legem tuam. De impiis — dicit ysaias: non est pax impiis
dicit dominus. Signanter dicit
pax multa diligentibus legem
tuam etc. quia licet non sit diligenti-
bus legem mundi | illi sunt semper
in contentionibus in discordiis in
rebellionibus. Unde Architelles
qui audiuit musicam per sex annos
vel circa maiorem fecit brigam
in una ciuitate vel conuentum quam
decem sapientissimi clerici | Cristus
autem iustis legauit pacem. Jo.
14 pacem relinquo vobis etc. et dicitur
Statuit illi testamentum pacis. — 2
2o differunt moriendo | quia mors
iusti est spes et consolatio | mors

uo in iusti grauis desperacio pu 14
in malicia sua expelletur impius sperat
iustus in morte sua. Et pu
11. Mortuo homine impio nulla
est ultra spes / si omnes fratres et
sacerdotes huius mundi celebrarent
pro anima sua / si mortuus est sine
penitencia frustra fieret. Vnde Augustinus
de civitate dei capitulo 20. Si de ali-
quibus malis ita constaret quod
sunt dampnandi / sicut modo con-
stat de demonibus vel dyabolo /
eciam non plus oraret pro eis quam
pro demonibus vel dyabolo / et multo
forcius non est spes de impio iam
defuncto / et hoc de lege communi
instituta. Tercio differunt iustus
et impius in paciendo / quia in susti-
nendo adversa se exhilarat iustus et im-
pius sustinendo semper remur-
murat. De isto pu 12 Non contri-
stabit iustum quidquid acciderit
ei. pu 10 Labia iusti considerant pla-
cita / et os impiorum perversa. Quarto
differunt in penitendo / quia iustus
in bene viuendo semper se accusat
impius male viuendo semper se
excusat. De isto pu 18 Iustus in
principio ~~prior~~ accusator est sui
et in eodem impius cum in pro-
fundum peccatorum venerit contemp-
nit. Et pu 10 Os impiorum operit
iniquitatem. Secundum quod ait
iustorum anime sunt in manu
dei multipliciter. Sunt enim in
manu dei supportantis / in ma-
nu dei confortantis / in manu
dei castigantis / in manu dei con-
servantis. Primo sunt in manu
dei ~~confortantis~~ supportantis / quia
nutrix puerum incipientem in-
cedere continet inter manus / et circa
partem qua incipit cadere supponit ma-
num et supportat ne cadens ledatur
Christus est nutrix noster. Osee xj
Ego quasi nutricius effraym / in bra-
chiis meis portabo eos. Effraym
interpretatur crescens / et significat
nos viatores / qui crescere debemus
de virtute in virtutem. Due manus
dei sunt iusticia dei et misericordia. De
quibus in psalmo In manus tuas
commendo spiritum meum. Iusticia
dirigit ut bene incedamus / misericordia
sublevat ne nimis ledamur.
In psalmo Cum ceciderit non collidetur
quia dominus supponit manum
suam. Secundo sunt in ma- k 2o
nu dei confortantis. Ezechielis 3o
Manus enim domini erat mecum
confortans me. Falco enim nobilis
pascitur et recreatur de manu do- pascitur
mini sui / aliquas si tamen haberet
in suo regimine / statim avolaret
a domino suo / ideo dominus sic nos Nota
pascit beneficiis suis / quod tamen
semper tenet in manu sua / et
semen et messis et granum in hor-
reo et oues et alia omnia sunt
in manu sua / quia ~~magnam~~
manum quando vult claudit retrahit /
et patimur egestatem / et quando vult
aperit et habemus copie largitatem
In psalmo Oculi omnium in te sperant
domine / et tu das etc. Aperis tu
manum tuam et imples omne
animal benedictione. Et iterum in
psalmo Aperiente te manum tuam
omnia implebuntur bonitate. Ali-
as homo avolaret a deo. Osee
9. Effraym quasi avis avola-
vit / sic qui nimis habundat
temporalibus avolant a deo / sicut fa-
lco qui nimis recreatur a domino
suo. Tercio sunt iustorum anime k 3o
in manu dei castigantis / quia
medicus manu sua purgat

in firmo et protemptat bibendo / succ-
cus sibi aceedonica / licet medicina
sit valde acuta / tamen in finis
acceptat Cristus medicus noster
~~de Augustinus paginis sed nos~~
~~totale venit medicus~~ etc. talia
pergustavit tribulationibus / et no-
bis pro remedio infirmitatis et pec-
cati propinat in presenti / et ideo casti-
gationes suas filiali benignita-
te suscipiamus / In ps. Hunc hu-
miliat et hunc exaltat / quia ca-
lix in manu domini vini meri ple-
nus mixto / Quarto sunt iustorum
anime in manu dei conservantur
Illud quod homo in manu sua
continue tenet / illud bene con-
servat / Cristus autem nos in
manibus suis tenet / solet ho-
die dici / Iste habet nomen alicuius
scriptum in libro suo / habeo illum
in libro meo / Cristus autem nos in
manibus suis scripsit / quod no-
pt nu obliuisci ysay. 49. numquid
obliuisci potest mulier infantem
suum ut non misereatur filio uteri
sui et si illa oblita fuit / ego tamen
non obliuiscar ~~fuit~~ tui. Ecce in ma-
nibus meis descripsi te / Sed tu
aliter habet animas iustorum et aliter
animas peccatorum / Quando ita est quod
aliquis est dominus vinee ma-
nerii / et dimittit illud in aliena
custodia / ita quod alii ad ceterum
tum capiunt usum fructuum talis /
dicimus quod licet manerium
sit talis domini / tamen non est
in manu sua / sed tunc proprie
qui inhabitat et recipit fructum
et usum / tunc dicitur esse in ma-
nu sua / Modo deus licet sit do-
minus peccatorum / tamen non inhabitat
eos per gratiam / nec recipit fructum
ab eis / et ideo non anime peccatorum /
sed anime iustorum in manu dei sunt.

Et si coram hominibus
tormenta passi sunt
spes illorum immortalitate plena
est / In paucis vexati / in multis be-
ne disponentur / quoniam deus temp-
tavit illos / et invenit illos dignos
se / Postquam spiritus sanctus decla-
ravit quid iusti homines pacient
in futuro eternaliter / hic ondit quid
sustinent in presenti tempore / et quia
pene quas sustinent et premia
que pacient sunt contraria / ideo
facies quandam comparationem con-
trarietatum / utitur quodam colore re-
thorico qui vocatur antithesis / quasi contra
positio vel antithetico vel contentio
secundum tullium in rethorica sua /
et est figura talis / cum aliquis in
locutione contraria contrariis com-
ponit / sicut facit apostolus 2 Cor. 6. per in-
famiam et famam bonam / a dex-
tris et a sinistris et huiusmodi etc.
Et Eccl. 33. Contra bonum malum /
et contra vitam mors / sicut contra
virum iustum peccator / et isto gene-
re eloquencie utitur spiritus sanctus in isto
textu / ostendens quod illa que
paciuntur sancti in presenti / non sunt
equalia hiis que percipient in fu-
turo premio / et ponuntur tres an-
titheses / Quia sancti enim in presen-
ti tribulantur vexantur et temp-
tantur / Tribulantur in penis / vexan-
tur in ubis / et temptantur in
diuinis permissionibus / Sed contra
tribulationem ponatur hic spem
immortalitatis / contra vexationem con-
vinciatur hic spem eterne tranquil-
litatis / et contra diram temptatio-
nem hic spem perpetue dignitatis /
Dicat igitur sic / ponens primam con-
trarietatem / Et si coram hominibus
tormenta passi sunt coram ho-

minibus qui tantum exteriora vident
Deus autem homo videt que apparent
Tormenta passi sunt in corpore sufi-
nendo. Spes eorum immortalitate ple-
na est. Hoc est dictum pertinuit a
domino per sua iusticia puniri et
illa spes est plena et non vacua sic
malorum. De quibus dicitur in isto
ca° vana spes illorum. Unde spes eorum
non confundit Ro. v. Secunda
antithesis est talis. Sancti sunt in
presenti vocati ubique contemptibiles et in-
iuriis. Hec tamen sunt pauca re-
spectu illorum que ad suam beatitudi-
nem aggregabuntur quia secundum
Boe. beatitudo est status bonorum omnium
aggregacione perfectus 3° de consola-
cione. Et ideo dicit in paucis vexati
in multis bene disponentur. Multum
et paucum sicut parvum et magnum
sunt relativa sicut patet in libro
predicamentorum ca° de quantitate. Sed
si illa que paciuntur in presenti com-
parentur ad ea que in futuro dabun-
tur bonis pro mercede licet sint in
se valde multa videntur tamen in
comparacione eorum valde pauca. Ro-
manorum. Non sunt condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam
que revelabitur in nobis. Tercia an-
tithesis est talis. Deus temptat sa-
nctos in presenti sed non ad eorum detri-
mentum et deiectionem sed ad eorum
emolimentum et promocionem. Unde
dicit quod deus temptavit illos
et invenit illos dignos se id est sua
societate et dilectione. Et notandum
quod difficile est tam virtuosum
esse quod homo fiat dignus deo
ad hoc enim requiritur perfectus mundi
contemptus. Unde Christus Mt. 10.
Qui amat patrem et matrem
plusquam me non est me dignus
et qui non accipit crucem suam
et sequitur me non est me dignus.
Igitur quicumque vult esse dignus Christo

oportet quod det se ipsum propter Christum. Cuius ratio
est quia de monstrato quocumque
homine contingit sic arguere aut
iste diligit Christum plus quam filios
et filias et se ipsum vel non. Si non
non est dignus Christo. Si sic dat se
propter Christum quia qui non accipit
crucem suam et sequitur Christum non
est eo dignus. Notandum est quod
temptare improprie convenit deo
quia ipse temptare est experiri ali-
quem ut habeat eius cognicionem sic homo
temptat virum et magister discipulum
aliter dicitur temptare sed non ita
ipse experiri aliquem ~~in temptacione~~ cum intencione
~~et~~ manifestandi condiciones suas
aliis. Primo modo deus temptare
non potest cum omnia sint nuda et
aperta oculis suis sed secundo modo
bene potest. Unde Genesis 22. Tem-
ptavit deus Abraham. Tercio modo
dicitur temptare callide accipere
experienciam alicuius hominis cum
intencione decipiendi et sic ipse
convenit dyabolo et nullo modo deo.
Iacobi primo. Nemo enim cum tem-
ptatur dicat quoniam a deo tem-
ptor. Deus enim intemptator
malorum est ipse enim neminem
temptat. Glosa. Deus temptat
erudiendo non secus seducendo.
Unde intemptator malorum est quia
nullo modo temptat inducendo
ad malum sed exortando et horta-
do ad virtutem. Aliter potest exponi
ista littera sic. Deus temptavit illos
id est temptari permisit specialiter propter
tria videlicet ad experiendum nostre
nature probitatem, ad retinendum
nostre censure humilitatem,
ad promerendum future vite felici-
tatem. Primo permittit nos temp-
tari ad exercendum nostre nature
probitatem quia habemus usum
liberi arbitrii per graciam infor-

mati si veluinus/ veluti si rex dedisset
arma et equm nobilissimum, ali-
cui militi et ille probus et miles in
bello se pro regis amore et honore
exponeret/ rex non immerito eum
acceptaret. Cristus dedit nobis
arma liberi arbitrii tum eque
corporis nostri/ et sunt quasi similia
similia armis dei/ quia ad yma-
ginem et similitudinem suam fe-
cit hominem. Gen primo/ et Ephes
Induite vos armatura dei/ ut po-
ssitis resistere adversus insidias dya-
boli/ nisi nos pro honore et amore
Regis nostri viriliter exponamus/ nos
metipsos decipimus et dampna-
mus. Job a. Temptatio est vita
hominis super terram/ sic deus temp-
tavit abraham de ymolacione
unigeniti filii sui. Gen 22. Sicut
deus omnes amicos suos temptari
permittit/ Tob 12 Quia acceptus
eras deo/ necesse fuit ut deus temp-
taret te/ Constantinus imperator vo-
lens probare de familia sua cent
fideles xpianam etc. Ita xpus permit-
tit catholicos a mundo temptari
et qui mundanam gloriam que est
quasi ydolum adorant/ de suo expe-
llit servitio/ quia nemo potest duo-
bus dominis servire/ qui vero illud
ydolum adorare contempnunt
in suo retinet famulatu/ et io
omnis xpo serviens necesse est
temptari/ et ideo signat dicens Eccl 2°
2° Fili accedens ad servitutem
dei/ sta in iusticia et timore/ et
prepara animam tuam ad tempta-
tionem. Secundo permittit nos deus
temptari ad extimendendum nostre
consuetudinis vanitatem/ nisi enim temp-
taremur/ minus/ propter defectum
cognicionis nostre et experientie de
nobis metipsis superbiremus/ et
ideo deus clementer permittit spes

sicos de sua carne temptari/ sicut
de paulo patet 2 Cor 12 Ne magni-
tudo revelationum extollat me/
Datus est michi stimulus carnis
mee angelus sathane qui me co-
laphizet/ De hoc loquens Gregorius
9. moralium ca° 36. dicat sic su-
perna dispensacio id est nos tota
sibi intencione servientes/ carnis
nostre permittit temptacionibus con-
cuti/ ne mens nostra in superbiam
audeat presumptione sue securita-
tis elevari/ ut dum pulsata tre-
pidat/ in solo auctore adiutorio
fidem robustius spei figat/ et 19
moralium ca° 30 exponens illud
Roma. Video aliam legem in me-
bris meis/ repugnantem legi
mentis mee/ et cap. in. dum in l.
peccati que est in membris meis. Di-
cit sic. ad yma caro trahit ne ex-
tollat se spiritus/ Et ad summa trahit
spiritus ne prosternat caro/ spiritus
levat nos ne iaceamus in in-
fimis/ caro aggravat ne extolla-
mur ex summis/ et sic secundum greg.
Quodam ergo moderamine fit/ ut
carne deprimente sed non prester-
nente/ homo desperationis lapsum
caveat/ et spiritu elevante et tamen
temptaciones senciente/ superbie
casum evadat/ et sic dum spiritus
trahit et caro retrahit/ subtilissimo
interim iudicii moderamine/ in infra
summa et supra infima/ in quoddam
medio anima laborat/ et ideo signat
propheta psalmus/ proba me domi-
ne et tempta me/ ure renes me-
os et cor meum/ glosa/ proba
me i. indica me esse probatum
non tibi/ qui omnia nosti/ sed in-
et hominibus/ nisi enim tempta-
rer negligens essem/ Nota gloza

quod deus aliter temptat aliter homo/ et
aliter dyabolus/ ut seducat/ Unde di-
mictitur Dat ta temptare/ seducere
sare probare Nota de puella de qua
narrat cesarius hinc in fine Ideo
sicut dicit apostolus i cor 10 Temp
tatio vos non apprehendat nisi hu
mana/ Ideo deus nos temptari
permittit/ ad promerendum vite future
felicitatem Jaco i Beatus vir qui
suffert temptacionem/ quoniam cum
probatus fuerit accipiet corona
vite/ Et quamvis deus omnes tem-
tet/ adversus tamen perfectos prelatos
et religiosos maxime certandesuit
Unde petrus ravie in quadam epistola
quibus adversus desertores suos
fortius repugnat/ et egredientes
inter seculares illecebras/ gravior
congressus expectat/ Nam in exi-
tu israel de egipto/ pharao vehementius
certandesuit/ et sathanas egrediens
ab homine quem ab infantia te-
nuit/ ipsum gravius ingressu di-
scerpsit/ Et ideo hugo de claustro anime
libro primo Religiosos instruit/ que
sunt cause temptacionum/ et et
quo eas debeant evitare Quarto
in quid sunt cause temptacionum
prima est loci amenitas/ ut civi-
tates et opida/ que non tantum
in situ loci amenitatem capiunt/
sed cohabitancium gratia Secunda
vero causa est locus divitiarum/ ubi
enim divicie ibi proximum/ Tercia
vero causa est preciosus ornatus/ et
pigmentorum varia/ et vestimentorum ex-
quisite varietates/ Quarta autem
mulierum species/ quarum voce blan-
ditur auribus/ et facies oculis
Istas occasiones vitare tenemur/
quia temptacio non ledit nisi
obedientibus/ et hoc est quod interre dicit

hostis non ledit/ nisi cum temptatus
obedit/ Et ideo si cedit/ si stat qui
vincta recedit/ Et hoc est quod promittit
apostolus/ i cor 10/ Fidelis est
deus/ qui non permittit vos tem-
ptari supra id quod potestis/
sed faciet cum temptacione etiam
proventum/ ut possitis sustinere/ lectio 32

Tamquam aurum in fornace probavit:

illos/ et quasi holocausti hostiam ac-
cepit illos/ et in tempore erit respe-
ctus illorum/ Declarato quod iusti
homines in presenti multipliciter tribu-
lantur/ hic ostendit qualiter per tribu-
lacionum tolleranciam a domino
acceptantur. Et circa hoc duo facit/
quia primo ostenditur quod pena in-
storum est vehemens argumentum
divine acceptionis et dilectionis/
Secundo quod ei correspondet eiusdem
emolimentum remuneracionis
ibi/ et in tempore/ penam eorum
esse deo acceptam/ quando caritate
et pro suo amore sustinetur
ostendit per duo exempla/ quorum primum con-
sistit in artificio naturali/ Secun-
dum in quodam sacrificio legali
ibi/ et quasi holocausti/ primum exemplum
est tale/ quanto aurum frequencius
liquefit et tunsit ignem/ tanto
purius efficitur/ carius et accep-
tabilius/ sed tribulacio vite presentis
est sicut fornax vel caminus in
quo homines depurantur Eccli 2
In igne probatur aurum et ar-
gentum/ homines vero receptibi-
les in camino humiliacionis
Ergo iusti quanto magis propter deum tri-
bulantur/ tanto sunt magis pro-
si et acceptabiles deo/ et hoc est
quod dicit Tamquam aurum in
fornace probavit illos/ Secundo

exemplo vetri quia inter sacrificia que
domino offerebant precipuum
erat holocaustum et fiebat de ar-
mentis pecudibus et ovibus de
isto sacrificio nichil habebat sa-
cerdos qui obtulit pro parte sua
sed totum cremabatur domino
et ideo dicebatur holocaustum ab
olon grece quod est totum la-
tine et cauma incendium inde
holocaustum quasi totum incen-
sum quia in aliis sacrificiis sa-
cerdos tollebat quedam sibi partem et
quedam dabat partem offerenti ad come-
dendum sed in holocausto toti
corpus sine capite intestinis sine
omnibus sine cedris incendebatur pe-
llem tamen potuit sibi sacerdos
vendicare secundum legem licet
ergo omne genus sacrificii deo fo-
ret acceptum nullum tamen ita
sicut holocaustum quia illud
totum offerebatur in honorem
dei ex integro et isto modo sanc-
ti martires ymolati sunt deo
sicut hostia holocausti sacerdos
occidens martires mundus ut Jo-
hannis 16 mundus odit vos
et Romanorum 8 estimati sumus
sicut oves occisionis sed tunc sacer-
dos nichil habuit nisi pellem
scilicet vitam secularem Job 2 pellem pro
pelle et omnia etc. Ergo
sicut holocaustum est optimum
in sacrificiis sic martirium in
operibus meritoriis et hoc est quod
dicit sanctus spiritus et quasi
holocausti hostiam accepit illos
consequenter declarat quod est
emolumentum remunerationis
correspondens meritorum persecutioni-
bus in presenti et dicit quod pro
momentaneum penalitatis
accipient premium eterne felicitatis

et ut ostendat quod tribulationis
ad premium nulla est proportio suppo-
nit eorum penam quoad in parte quantitatis breuem in instanti
tatis et eorum premium et parte quanti-
tatis modo est notandum quod temporis
adinstans nulla est proportio sed nec
puncti ad lineam Ysaie 54 ad
punctum in medico dereliqui te
et in miseracionibus magnis congregabo te
in momento indignationis ab-
scondi faciem meam parumper et in
misericordia sempiterna misertus sum
tui unde supra modum meritis
excedet laborem et hoc est quod dicitur
et in tempore erit respectus illorum quasi
dicat in puncto modico et instan-
ti passi sunt sed in tempore proli-
xo et longo scilicet in eternitate erit res-
pectus illorum id est premiacio solet dici
quod dominus liberaliter remunerat servi-
entem dando sibi magnum aliquid
ubi ipse recepit eum et tunc deus
bene respiciet illos quando supra
modum et proportionem retribuet
pro labore mercedem iuxta illud 2
Corinthiorum 4 illud enim quod in presenti
est momentaneum et leve tribu-
lationis nostre supra modum in
sublimitate eterne glorie pondus
operatur in nobis Tamquam aurum
Nota quod clericus quilibet probatur
a deo multipliciter sicut clericus ante
promotionem sicut novicius ante
professionem sicut baccalarius an-
te incepcionem sicut debitoribus an-
te solucionem primo quantum probatur
~~sicut clericus ante promotionem~~
~~clericus enim~~ quanto altiorem
ordinem est recepturus tanto
difficilius examinatur prius sunt
promovendi ad ordines quia omnes
erimus in futuro sacerdotes Apocalipsis
5 fecisti nos sacerdotes et regnum

Clericus ante promotionem ordinandus
et recepturus coronam prius probatur et
examinatur etc.

deo uno/ magnus ante favor fiet
celestis/ si posset premium de quo pa
ssum vel de qua materia debet examinari/
quia tunc possent sibi providere/ Iste
favor fit nobis/ ordines sicut
generales iudicie iudicij/ qui in extrema
vita nostra ad ordines angelorum re
cipiemur propter/ et dicetur venite
benedicti etc. Tunc sacerdos in eternum
secundum ordinem melchisedech et modo
sumus primo premium de quo exa
minabimur/ et etiam non de specialibus/
sed de communibus s. de donato
et de partibus nostris/ hoc est de
operibus pietatis sicut patet Matthei
24/ Esurivi et dedistis michi man
ducare/ et totum est de donato/ et ideo
illi qui inveniuntur nescivisse do
natum deficient de ordinibus/ et
depellentur sicut laici/ et ponentur illuc
ubi est umbra mortis nullus or
do Job 10. Quando dicetur illis
Ite maledicti. Sed boni et veri qui
bene responderint/ securi erunt de
corona Tobie tercio/ hoc habet pro certo
omnis qui colit te. quia vita eius
si probata fuerit coronabitur/ et
Iac primo cum probatus fuerit ac
cipiet coronam vite. Secundo ex
aminatur clericus sicut novicius ante
professionem/ unde tempus no
viciatus est tempus probationis
nostre/ licet autem novicius induatur
gerat habitum professorum/ tamen
in voluntate sua est preter habitum
infra tempus probationis quandocumque
sibi placuerit/ et ideo non habet ha
bitum inseparabiliter/ habitus eterna
tus tunc est gratia/ vita presens
est noviciatus et tempus proba
tionis Ro 12. Renovamini in novi
tate sensus vestri ut probetis que
sit voluntas dei bona/ licet igitur
geramus habitum professorum i. bo

norum/ que est gratia consummata/
tamen non sumus professi/ sed habitum
possumus proicere per peccatum mortale qui
placet/ Novicij autem in eodem ex S.
aminant diligenter et quatuor de
quibus tenentur in eis et ab eis ex
quiruntur s. an sit servilis con
dicionis/ an sit alterius professio
nis. an mulieri coniugatus/ an ra
tiocinijs obligatus/ an aliquam
habeat infirmitatem. Si non ipsorum
aliquem defectum habuit et sciat
a professione propelletur/ et etiam ista
quinque in suis novicijs opus re
quirit/ primo an sit servilis condi 1º
tionis. aut sit totus datus mundi
servicijs/ per divicijs et per honoribus
consequendis in hac vita/ et si
sit non admittit eum ad pro
fessionem/ quia nemo potest duobus
dominis servire Matthei 6. Philosophus quidam
noluit assurgere advenienti prin
cipi/ alijs eum honorantibus
assurgendo/ et causam reddidit/
servus inquit servo meo/ quia
ego contempno mundum/ et mundus
michi servit/ et ipse servit ei/
quare non assurgo. Iste non fuit
servilis condicionis/ sed satis va
lde nobilis. Secundo requirit an 2º
sit alterius professionis/ ille qui
est indicatus et habituatus mali
gna mala consuetudine vincen
do peccatis/ ipse est quasi alterius pro
fessionis/ caveat sibi quia licet
recipi possit a deo/ tamen cum
difficultate magna Tercio requi 3º
rit an sit mulieri coniugatus i.
an sit operibus carnis deditus/ quasi
sciat quod talis non venit ad eius
perfecta voluntatem/ Luc 14. Uxorem
duxi etc. Quarto an sit ratiocinijs 4º
obligatus/ homo obligatur adeo

pretium et restitutionem si fuit usu-
rarius / et de pecunia usuraria sit
ditatus / et non vult restituere / eps
non curat de eo / quia ipse est roti-
nis obligatus · Si clericus simonia-
ce intrauit ecclesiam / occupauit bo-
na pauperes / et non est paratus re-
signare et restituere / iste est obligatus
ad rotinia / eps enim ad professio-
nem donec persoluit non admit-
tet / si spoliasti pauperem per potentiam
vel per falsum iudicium · vel testio-
nium prestitum contra eum / et
non fecisti restitutionem / tu es ob-
ligatus ad rotinia / et talem eps
non admittit / nisi declarantes
aut inobligationes / adducet do-
minus cum omnibus operantibus
1o iniquitatem / Quinto requirit si ha-
beat occultam infirmitatem · Si
commisisti peccatum vile / de quo non
est confessus / et illud celas et
occultas / tu habes occultam in-
firmitatem / eps te non admittet
nisi curaueris te / ergo obmissis et ex-
clusis istis impedimentis / unusquisque
qui timet se probabilem exhibere
nominatum / ne a professione sua
confusibiliter repellatur / secunda Thi-
mo · Sollicite cura te ipsum proba-
bilem exhibere operarium inconfu-
sibilem / et qui talis inuentus
fuit / faciet suam professionem finali
iudicio eternaliter / dicens illud Deute-
ronomio · 26 / profiteor hodie coram
domino deo / quod ingressus sum
terram · per qua iurauit patribus meis
2o Tertio examinatur · Sicut baccallarius
ad magistratum / iste enim an quod
incipit magistrari / probatur tribus
modis / s. intelligendo · opponendo ·
respondendo / sicut enim lege cur-

nota

sorie aliquod unum volumen sue
facultatis admittimus / et ecce nos
debemus legere pro confessionem volu-
men conscientie nostre / stolidus
clericus est qui nescit legere scriptu-
ram suam et opus suum · Gal.
6 · opus autem suum unusquisque
probet / et sic in semetipso habe-
bit gloriam · Secundo habemus oppo- 2
nere i. arguere peruersam corrigendo
proximorum / et hoc principaliter perti-
net ad prelatos / et in casu ad omnes
Matth. 18 · Si peccauerit in te frater
tuus / vade corripe eum etc. / et
sap. 1o / probata virtus aut corri-
pit insipientes / et prelato dicitur
Ier. 6 / probatorem in populis
dedi te · Tertio habemus respon- 3
dere per gratiarum actionem / Tessa.
in omnibus gratias agite / et qui
hoc compleuit / dignus est gra-
du magistrali · ex quo Thob. / qui nisi
hec omnia fortiter et deuote co- 6
pleuit / peccata confitendo / uxorem
corripiendo / et deo pro cecitatis
flagello gratias agendo / et ideo
sibi dictum fuit / quia acceptus
eras deo / necesse fuit ut tempta-
12 tio probaret te · Thob. · 12 · Quarto
probatur sicut denarius ante solutionem
qui alii mutuauit denarium /
diligenter ante solutionem quantita-
tem · pondus · et ymaginem pe-
sat / et si in aliquo loco defecit /
non est moneta legalis / nec re-
cipi debet / quantitas est equitas /
pondus est caritas / ymago est
veritas / equitas ad proximum /
caritas ad deum · veritas ad se
ipsum / unusquisque nostrum a deo
accepit denarium mutuo / i.
animam rationalem habentem yma-

gnem regis / et iudic mortis est te=
pus solucionis / tunc oz denarium
redde et ypo affir mt. 22. Afferte
te michi denarium / et ete nisi ha=
beat tria pdicta / s. quantitatem. pon=
dus. et ymaginem. reprobabitur
Jer. 6. Argentum reprobum ~~probate~~ [vocate]
eos / quia dominus proiecit eos
si no illa huit dicet ipse illud
Gen 43 / pecuniam quam dedisti
michi / ego habeo probatam / de=
uno denario verificabitur illud ps
Argentum igne examinatum / p=
batum terre purgatum septulum / ex=
aminatum igne caritatis / probatu
terre i. tra / michil hns terrene va=
nitatis / et purgatum septulum
s. a vij. capitalibus viciis / que
sunt radices vniuse iniquitatis
tale argentum nobis concedat
ipe dei filius 2c / Lecto 33

Fulgebunt iusti / et ta=
quam scintille in arun=
dineto discurrent / Sanctus spus
posuit quandam promissionem
gnalem / de futura remuneracione
sanctorum / prosims tribulacionibus
quas sustinent in punti / hic ea=
idem remuneracionem explicat
et distingwit in spali / Et primo po=
nit quo iusti liberalit respiciunt /
Secundo quo impii racionali punient
ibi / impii autem / Circa primum tan=
git excellencias in remuneracione
sanctorum futuras / Erunt. n. tam
in corpore quam in anima glie
possessores in vita eternali / Erunt
etiam iudicii assessores in iudi=
tio gnali / et ideo primo describit
qualis est in gla eorum excellencia
corporalis / secundo qualis est eis

assistencia concessa iudicialis ibi /
Judicabunt / Bo qualis est btor ipa
animarum gla spalis ibi / Cum confi=
dunt in illum / Circa primum est ad=
uertendum / quod in leccione hodi=
erna quatuor dotes corporis glo=
rificati latent in misunt / Que sunt
Claritas / impassibilitas subtili=
tas agilitas / Erunt n. corpora be=
atorum clara. impassibilia. subtilia.
et agilia / Huius est ro / quia anima
bta pfectum habebit dnium tunc
supra corpus / et in quantum for=
ma et in quantum motor / et i=
quantum bta et deo coniuncta / Iu=
cundum bta / gla anime redundas
in corpus causabit in corpore
claritatem / et hoc est quod dici=
tur 13. fulgebunt iusti sicut sol
in regno patris eorum / pfectum aut
regimine anime et dominium sup
corpus / causabit in corpore impa=
ssibilitatem / Omne n. corpus qd
patitur pa oc ipe dicta / pdit domi=
nium forme sue super materiam
suam / alit n. passio talis non
foret via ad corrupcionem for=
me patientis / uel saltem ad se=
paracionem animatiua / et ideo quia
anima incorruptibilit et pfecte
continebit suum corpus / nullo=
modo potit victoria anime super
corpus diminui / Adam tamen
fuit in statu innocentie / qn vz
anima pfectum dominium ~~habebit~~ [huit]
sup corpus / potuit tamen illud
dominium pdere / quia potuit se
adeo auertere peccatum / et ideo habuit
impassibilitatem ad tempus / sed qn
anima bta adeo nunquam potit
peccatum auti / io nunquam potest do=
minium suum siue victoriam sup
corpus diminui / et ideo nunquam
potest ipse loquendo pati / et ideo

corpus suum est impalpabile. Tercio cum
anima sit non solum forma corporis
sed motor sicut patet tercio de anima
et de motu animalium, movebit corpus
suum pro velocitatem et quia ha-
bebit perfectum dominium super corpus
io anima gloriosa in quantum vo-
luerit movebit omnino sicut volet cor-
pus moveri et ideo erunt corpo-
ra satis agilia. Quarto cum
anima posset velle, vocabilit quod
corpus suum sit in eodem loco
in quo est aliud corpus sine ac-
tione illius corporis et anima perfecte
reget corpus sicut volet sequitur
quod anima poterit corpus suum
ponere in loco ubi est aliud corpus
et ista virtus vocatur subtilitas.
Sic igitur corpus gloriosum erit
clarum impassibile agile et subti-
le et ista privilegia vocant doc-
toribus quatuor dotes corporis
per quandam significativam locu-
cionem quia sicut dos datur in
signum perpetue confederationis et
amicicie inter virum et mulierem
ita ista privilegia dabunt homi-
nibus glorificatis. Propterea autem
iste dotes communiter ponuntur ab
apostolo i Cor. 15 ubi facit apostolus
comparationem inter mortem humana
et resurrectionem humanam et
dicit sic: Seminatur in corruptione
surget in incorruptione, id est incorrup-
tibile et impassibile. Seminatur
in ignobilitate, id est in obscuritate
mortis, surget in gloria, id est in claritate.
Seminatur in infirmitate, sur-
get in virtute, id est in agilitate. Semina-
tur corpus animale, surget spirituale, id est
subtile admodum spiritus. Spiritus
enim potest simul esse cum corpore
ut patet de anima que est tota
in toto et tota in qualibet parte
et sic poterit corpus gloriosum per vir-

tutem subtilitatis esse simul cum cor-
pore non glorioso, quamvis hoc non
placeat sancto Thome super 4 sen-
tentiarum q. prima in solucione primi et secundi
articuli. Vide ibi, ubi dicit quod homo
non habet corpus gloriosum ex dote
subtilitatis, sed ex operatione virtutis
divine. Si enim esset naturalis dos cor-
poris gloriosi, tunc etiam corpus
gloriosum omnis hominis posset nasci
de virgine, et sic non esset miraculum
de partu virginis Marie. Consequens
est hereticum, ergo antecedens similiter. Et hoc
bene dicit beatus Thomas et iste male
dicit. Descendendo quoque ad literam
iste quatuor dotes indicat litera sub ordi-
nem exprimuntur. Primo natur
claritas cum dicit: Fulgebunt.
Secundo impassibilitas quia iusti
sapientie primo iustitia aut per-
petua est et immortalis. 3o subtili-
tas quia tamquam scintille in arun-
dineto. Quarto agilitas cum
dicit discurrent. Et quia comple-
torium quod dicit in fine dici pro
minimo vero finale significat et io
quatuor predicimus tantum ad has
horas ad significandum has quatuor
dotes, sed de expositione pro tunc ad
prius pertineat, id est nota quod arundi-
netum est locus in quo crescunt
arundines unde sicut scintille
moventur sine difficultate inter
arundines et sine resistencia ita
sancti sine resistencia corpora sua
movebunt. Fulgebunt iusti. Nota
quod viri iusti multo debent propo-
nere se actibus virtuosis in
penitentia et si eis tribulaciones occur-
rant, eas equanimiter sustine-
rant. Et hoc habita consideratione ad pre-
mium quod sequitur. Reminiscer
qui serviunt dominis magnis per
temporis diversis, cum gentes to-
tas perceperunt veram promissionem et
aliam penitentiam. Illa que datur

p(er) hyeme est de grosso panno / tunc sac(ra)
q(uia) modo debet exponi pluuijs / mo
uentis / modo imbribus / modo igni. Sz
roba que datur p(ro) estate / ordinatur
de panno subtili et delicato / et hoc
quod seruiet homini pro t(em)p(or)e grosso s(cilicet)
iniquitate. Isto modo deus p(ro)uidet ho(m)i-
nis viro / vita p(rese)ns est hyemps /
vita futura est estas / corpus est
anime sicut roba Job 10. pelle et car-
ne vestisti me / hec in p(rese)nti est temp(us)
tribulacionis et angustie et p(e)n(it)e(nti)e /
ideo corpus nostrum p(ro)nunc est sic
roba de grosso et de vili panno / ideo
tempus futurum vite eterne est te(m)-
p(us) estatis gl(ori)e et honoris / et ideo
tunc habebit anima robam valde
gloriosam / quando corpus erit clarius
sole / impassibile agile et subtile / et
io sicut bonus armiger sp(eci)aliter
tunc de roba estiuali / laetatur et de-
spicit et expendit robam hyema-
lem in seruicio d(omi)ni sui / et non parcit
pluuie vento et igni / ita iustus i(n)
vita p(rese)nti corpori suo non parcit ab
operibus p(e)n(iten)tie / sed semper se exponit
ad honorem domini sui quantu(m)
potest / sciens. Quoniam fulgebunt
iusti. Refert scriptor de natur(is) rer(um) /
Quod papa habuit vestimentum
quoddam de pilis salemandre / q(uo)d
quidem vestimentum quando ab-
luendum erat ad honestatem / non la-
uabatur in aqua / sed proiciebatur in
ignem et non comburebatur / sed
fulgencius reddebatur. Sic corpora
sanctorum non in aquis delectacionum
carnalium lauari debent ut ful-
geant / sed magis in igne tribula-
cionis / eccl(esiast)i(ci) 2. In igne probat(ur)
aurum et argentum / homines vero
in camino tribulacionis. Secundo no-
tandum / quod iusti fulgebunt
in p(rese)nti triplici claritate / s(cilicet) fame
vite et doctrine ut fama referat(ur)
ad extraneos / vita ad eos (nos) iunctos p(ro)pe /
doctrina ad subditos et p(ro)ximos
et hec triplex claritas maxime
necessaria est viris ecclesiasticis / p(rim)o
ut fulgeant bona fama / quam
diu enim candela fulget et ar-
det / delectabile negocium est et
utile / sed qu(ando) extinguitur / relin-
quit locum circumstantem tene-
brosum ~~et fetor~~ et fetet / et sicut
dicit Aristoteles l(ibro) de anima b(r)z /
iste fetor est ita nociuus mulieri
p(re)gnanti / quod si sit vehemens
facit eam abortire / et occidit fe-
tum. Isto modo est de quolibet
viro ecclesiastico / qui quasi cande-
la lucens et ardens in ecclesia con-
stitutus / quam diu est bone fame
est delectabilis et utilis dando
bonum exemplum aliis / Qua(n)-
do aut(em) extinguitur vento temp-
tacionis / et committit aliquod notorium
peccatum et publicum / statim relinquit
circum se locum tenebrosum / et
fetet p(er) infamiam / et iste fetor
nocet personis existentibus in
proposito sancte viuendi. Sanctu(m)
enim propositum est conceptus
vel fetus mentis / et tunc fetus
frequenter in bona persona p(ro)pter isto
conceptus p(er)fectorum peccati scan-
dalosi suffocatur / et locus circum
efficitur tenebrosus / quia status
ecclesiasticus per tales contemptibilis
et derisibilis iudicatur. Et ideo
maximum contemptum faciunt
ecclesia dei / quia prelatis tacuerunt
in eorum mala que videntur fieri
a pastoribus. Unde Gregorius in
pastorali capitulo 2o dicit / nemo
amplius ecclesie dei nocet / quam qui
p(er)u(er)se agens / nomen vel ordinem
sanctitatis habet / delinquentem (enim) hunc ~~nam~~ (nam)
quam hunc redarguere nullus p(re)-

Margin: cap 3m · als ad subditos · q(uia)ndo · 2o

sumitur et in exemplum culpa vehe-
menter extenditur quando prove-
niencia ordinis peccator honoratur
sicut ille. Sed quando est personas
fulgentes et luminosas animas
[illegible] honoratur. Tob 13 luce
splendida fulgebis et omnes
fines terre adorabunt te. Secundo
2o fulgere debemus in vita quo ad
nosmetipsos in virtutibus monstr-
emus ut contineamus lucem
more solis non more lune. Sol
enim sic fulget quod est luce
incorporatum penitus luna vero
non sic et ideo semper apparet ma-
culosa et quedam macula in ea
est quasi umbra hominis portantis
fasciculum spinarum ut dicunt
vetule. Isto modo boni viri ful-
gent [illegible] more solis quia
fulgent in fama et fulgent in
consciencia. De quo Ecclesiasticus
50 Quasi sol refulgens et
Mt 13 fulgebunt iusti sicut sol
mali vero fulgebunt sicut luna
quia licet quandoque clare fame sint
sunt tamen umbrose consciencie
ubi interior homo portat vel
fasciculum spinarum id est pungen-
cium peccatorum. Baruch 6 Nisi ali-
quis exterserit rubiginem non
fulgebit. Tercio debemus ful-
3o gere per doctrinam Danielis 12 12o
Docti fuerint fulgebunt sicut
splendor firmamenti et qui
questio ad iusticiam erudiunt multos
quasi stelle in perpetuas perpe-
Dubitacio F tuas eternitates. Dubitatur
talis utrum corpus gloriosum
predictis quatuor dotibus sit
dotandum et videtur quod non et
probo quod non erit corpus im-
passibile quia omne corpus mixtum
ex quatuor elementis et quorum

contrariis et per consequens contraria erunt
sibi approximata et agent et pa-
cientur ad invicem ergo corpus pas-
sibile. Secundo sic sentire est
pati 2o de anima sed illa corpora
erunt sensibilia et sentient in
actu videndo audiendo tangen-
do et sic de aliis quia alias vita
illa foret magis sompnus quam
vigilia et per consequens vita im-
perfecta sicut dicit Aristoteles primo
Ethicorum quod sompnus est vita
dimidia ergo erunt passibilia. Ter-
cio arguitur quod corpus gloriosum
non erit clarum quia color est
extremitas perspicui in corpore
terminato lux autem est quali-
tas corporis perspicui non termi-
nati sed secundum Augustinum de ci-
vitate dei pulchritudo cor-
poris est convenientia partium cum
quadam coloris suavitate ergo
erit corpus coloratum ergo non
lucidum sive clarum. Quarto
quod corpus gloriosum non est
subtile arguitur quia tunc po-
sset esse in eodem loco cum cor-
pore non glorioso et eadem ra-
tione in infinitis. Sicut arguit
Aristoteles in 4o Phisicorum si duo
corpora possunt esse simul
finita. Quinto quod corpus
gloriosum non erit agile quod
possit moveri ad voluntatem
anime quia tunc moveretur in
instanti nullus hoc potest
velle nam voluntas est impo-
ssibilium 3o Ethicorum. Ad oppo-
situm est fides christiana et hoc
1 Cor 15 et in lectura ista. Ad quem
dicendum est quod sic nam
sicut corpus humanum est i

Utrum corpus gloriosum predictis
quatuor dotibus sit dotandum et videtur quod non

permixtum anime ad mcendum / sic
instrumentum est ad pingendum
Sed ad hoc habendum / requiritur
quod defectus corporis omnino tol-
lantur. Nam si manerent / nullo
modo foret anima beata nec homo beatus
qui componitur ex corpore et anima /
defectus autem corporis manife-
ste sunt penosi / et propter peccatum
primi parentis inflicti / sicut mitis fu-
pro° / igitur illi defectus debent in
beatitudine futura suppleri per gratias
concessas illis defectibus contra-
rias. Ad primum argumentum dicendum /
quod licet corporum infectio mi-
raculosa erit et comparando statum
gloriosum ad naturalem / totum est
miraculosum / quod quod tamen sup-
naturaliter fiet modo quod contraria ap-
proximata sunt / et non se agant fiet
per divina virtute et non alia / sic
factum fuit de pueris Dan 3° / et
sic fiet ibi / quod dabitur sanctis
aliquod donum causatum sine
actus anime sine corpori / vel quod
proportio clara et humorum uniformiter
conservabitur vel non / non est
nobis adhuc sufficienter revela-
tum / et posito quod hoc fiet / pt tu
dici quod est miraculum / sed hoc
tenendum est / utrumque fiat vel
saltem fiat / quod electa non aget
ad minorem in corpore glorificato / nec
qui tenetur credere consequens / et
dicitur tenetur. Ad secundum sicien-
dum / quod passio est duplex / scilicet
materialis que est ignis / sicut quando
ignis agit in aquam / et intentio-
nalis / sicut quando coloratum circum-
motum / prima passio non est in
corporibus beatis / secunda erit et
ideo omnes sensus erunt in suis
operibus / et tamen tantum primum

rationem penalem. Sensus enim e
susceptivus specierum sine materia 2°
de anima. Ad tertium dicendum / quod
anime potest ostendere corpora sua
clara sicut volent. Corpus autem
clarum potest apparere coloratum / et co-
erunt clara et colorata quantum
ad apparentiam / quantum homo vo-
let. Ad quartum dicendum / videtur
concedendum / quod corpus glo-
riosum cum infinitis corporibus ~~corporibus~~
posset esse / sed non posset esse cum
infinitis corporibus / quia non
possunt infinita corpora sed in
finita corpora possent esse. Unde
secundum primum non est nisi ar-
gumentum accidente impossibili
ad manifestum impossibile / vel
apud multos putatum. Ad quintum
quod potest moveri in opportunum / ne-
ganda est consequentia / quia vo-
luntas beata non potest velle inhonesto
tamen descendere / quia beata omnem
voluntatem datam potest ~~eo~~ mo-
vere homo glorificatus / semper tamen
habebit velocitatem finitam / sic
Christus in ascendendo potuit sibi
velocitatem quam voluit / et
tamen successivo ascendit lectio 3e lectio 39

Iudicabunt sancti na-
tiones et dominabuntur

populis / et regnabit dominus illorum
in perpetuum. Postquam sanctus
prius declaravit qualis erit in istorum
post iudicium excellentia glorie
corporalis / hic ostendit qualis
est in iudicio assistentia personalis /
de qua habetur Mathei 19. Vos
qui secuti estis me / in regeneratione
cum sederit filius hominis in se-
de maiestatis sue / sedebitis et
vos super 12 iudicantes duodecim
sedes

tribus ista. Erit ii. magnus sanctorum
honor, qui illorum sicut iudices quos
parum ante habuerunt persecuto-
res, et tamen iustum est quod
eos recte iudicent, a quibus in-
iuste iudicabantur. Sed quia ali-
quando contingit quod homo
sit assessor iudicis pro uno die vel
duobus, et postea nulla sit iuris-
dictionem in illos quos prius iu-
dicauit, ideo ne hoc estimetur de
sanctis christi assessoribus iudicio,
tria facit spiritus sanctus in hoc
hodierna. Nam ista se habent
secundum ordinem: iudex, do-
minus et rex, quia nec omnis iu-
dex est dominus, nec omnis dominus
est rex. Sed econtra bene conuer-
titur, quia omnis rex est dominus,
et omnis dominus iudex. Incipi-
endo quasi ab inferiori ad superius,
primo attribuit sanctis iudicium
tamquam assessoribus. Secundo
dominium tamquam possessori-
bus. 3o regnum tamquam con-
regnantibus. Primum tangitur 2o Thimothei 2o: si susti-
nemus et conregnabimus. 2a pars
ibi: Et dnabunt. 3a ibi: Et regna-
bit. Et sic triplex prerogatiua tan-
gitur, quam sancti habebunt
in futuro iudicio generali. Ipsi enim
habebunt potestatem iudicandi, do-
minandi, et regnandi. In iudi-
cando erit rectitudo sine que num-
quam reuocabitur, quia iudicabunt
sancti. In dominando magnitu-
do potentie, que non coartabitur,
quia dominabuntur populis. In
regnando certitudo permanentie,
que non terminabitur, quia regna-
bit dominus illorum in perpetuum. Dicit
ergo: Iudicabunt sancti nationes,
id est malos, qui tales permanserunt,
id est sine gratia quales nati sunt,
iuxta in fine capituli. Nationes

[left margin, in red:] Sc[ilicet] no[ta]

iniquae dire sunt consummationis.
Et dnabuntur populis, quibus prius sub-
iciebantur. Ipse subiecit populos
nobis, et gentes sub pedibus nostris.
Sed econtra quia in iudicio ces-
sabit omnis prelatio et dominium
creature super creaturam, iuxta
illud prima Cor. 15. Deinde finis [in margin: tamen] cum
tradiderit regnum deo et pa-
tri, et cum euacuauerit omnem
principatum et potestatem et virtutes
et dominationes, ubi dicit Haymo
in glosa: Tunc cessabit omnis cre-
ature prelatio in angelis et homi-
nibus, et cessabit timor, et regnabit
caritas, nec erit inter presidentes
et subditos ulla dissensio. Dicen-
dum quod ad dominium pertinet
potentia cohercendi et castigandi
rebelles, et ideo quia sancti habe-
bunt dampnatos in suo carce-
re, quasi cohercendos et puniren-
dos, de eorum iusta punitione gau-
debunt. Isto quocumque modo domi-
cis dici possunt. Sequitur: Et re-
gnabit dominus illorum in perpetuum. [in margin: Serviens mortali domino ...]
Notandum quod in perpetuum regna-
bit. Seruientes autem dominis mor-
talibus principibus regibus no-
bilibus, sunt in magno periculo,
quia domini eorum moriuntur, non so-
lum quia seruitium suum per-
dunt, ymo quia frequenter con-
tingit quod illos quos prius ma-
gis familiares habuit, filius
habet magis odiosos, sicut hy-
storie multe docent. Sed certe deo
seruire regnare est, et quia deus
est immortalis, qui seruiunt
sibi in perpetuum regnabunt.
Apocalipsis v. Redemisti nos in san-
guine tuo, et fecisti deo nostro re-
gnum. Et sapientie vi. Diligite

iusticia ut imperpetuum regnet. Iu-
dicabunt sancti nationes. Nota quod
magis fortis timor solet etiam ex triplici
causa solent confidere se euasu-
ros in primo. Primo modo quia spe-
rant quod possunt declinare et
euitare rigorem iudicii ut fine ex
animo iudiciali fiat emenda pre-
dicationem amicorum. Secundo spe-
rant se esse probabiliter euasuros
licet non omnino in primo si prius ab
re iudicium sit tamen quod ha-
beant iudices et assessores fauo-
rabiles eis. Tercio modo pro insufficien-
tiam personarum suarum quia cum rex
est in uno regno possunt consilia potest
malis. Sed et nullo modo istorum mo-
dorum euadere possunt peccatores quia
iudicabunt sancti nationes non
declinabunt rigorem iudicii quia
iudicabunt non impetrabunt
iudices qui sunt eis propicii quia
iudicabunt sancti nec se aliena-
bunt a loco supplicii quia non iu-
dicabunt unam gentem tantum sed
omnes nationes. Impius iudicabit
in nationibus implebit ruinas.
Iudicabunt igitur ut assessores
sancti Christi imitatores nationes
id est peccatores. Deprimo nota quod
durum est reo iudicari iudicabit
si iudex sit sibi extraneus quod
sibi in nullo penitus teneatur.
2º si sit talis qui aui regula
iuridiatenus abducatur. 3º si sit
talis de cuius iniuria reus accu-
satur. Modo sancti in iudicio red-
dent se peccatoribus valde extrane-
os quando eis ipse etiam Christus
dicet Amen dico vobis nescio vos
2ª 24/2º non declinabunt aregu-
lariter quia sancti iudicabunt
quia sanctitas est iusticia. Erunt
enim induti novo homine qui secundum
deum creatus est in sanctitate et
iusticia veritatis. Ephesios 4º. Tercio quia erit
hostes impiorum quos impii inhat
inita conculcauerunt. Abacuk primo
Quare respicis contemptores et
taces conculcante impio iustiorem
se et ideo tunc temporis vicissa
conculcabunt eos. Unde Malachie
ultimo Conuertimini et videbitis quid
sit inter iustum et impium et inter
servientem deo et non servientem
ei et ideo postea egredimini et salietis
sicut vituli de armento et
calcabitis impios cum fuerint
cinis sub planta pedum vestrorum.
De isto iudicio indesinenter cogi-
tare debemus. Unde Gregorius
moralium 29 presentis temporis
talis sit leticia ut nunquam ama-
ritudo futuri iudicii recedat a
memoria. Item Augustinus super psalmum Qui
habitat dicit quid tam tremendum
quid tam plena anxietate et
vehementissime sollicitudinis
excogitari potest quam iudica-
dum astare illi terrifico et deifico
tribunali et incertam adhuc subi-
tamque sub districto iudice expe-
ctare sententiam ubi iudex teste
non indiget ubi veritas discutit
intentiones et in quadam epistola idem
facta ad Robertum monachum dicat
Veniet veniet qui male iudicata
reiudicabit. Simplicitate inrita con-
futabit qui faciet iudicium
in iniuriam pacientibus. Veniet
inquam veniet dies iudicii
ubi plus valebunt pura cor-
da quam astuta verba et consciencia
bona quam marsupia plena
qui iudex non fallitur verbis
nec flectetur donis. Dubitacio
utrum sancti homines
in iudicio generali participabunt

Questio utrum sancti homines in iudicio ge-
nerali aliquo actum iudicandi
participabunt

aliquo modo actum iudicandi
et videtur quod non Johannis
5 pater omne iudicium dedit filio
ergo non alius habebit iudicium
2o Secundo in nullo iudicio potest
esse accusator et iudex Sed sancti
viri erunt accusatores malorum
3o Sapientie 5 Stabunt iusti in magna
constantia Tercio si sit hoc po-
tissime intelligendum foret
r de pauperibus voluntariis de quibus
dicitur Job 36 iudicium paupe-
ribus tribuit sed hoc est falsum
propter tria primo quia hoc solum
duodecim apostolis est promissum
Matthei 19 Sedebitis et vos super se-
indicantes des duodecim iudicantes duodecim tribus israhel etc.
Sed non omnes voluntarie pau-
r peres sunt apostoli ergo etc. Secundo
quia martires et virgines obtu-
lerunt deo de suo corpore ergo ma-
gis debetur eis iudicandi potestas
quam pauperibus qui offerunt
substantiam corporalem sed isti
non leguntur iudicaturi ergo nec
illi pauperes Tercio quia superior non
iudicabitur ab inferiori sed multi
divites erunt superiores in ce-
lo quibusdam pauperibus ergo etc.
do Ad oppositum patet Matthei 19 Se-
debitis super thronum iudicantes
duodecim tribus israhel etc. Item
Ysaias 3o Dominus ad iudica-
dum veniet cum senioribus
Rndom nō populi sui Ad quod dicendum
quod sicut tamen est notandum
quod actus iudicandi in iudicio
generali diversis diversimode attri-
buitur quinque scilicet modis in supra
tacta facta videlicet Ordinaria
maiestate delegata potestate assesso-
ria dignitate approbativa con-
formitate comparativa diversitate

1o Primo modo scilicet ordinaria maiestate
solus deus iudicabit primo Regum 2
Dominus iudicabit fines terre Secundo
2 delegata potestate et sic iudicabit hu-
manitas christi sicut allegatur in
primo argumento Johannis 5 pater omne
iudicium dedit filio nullus enim
habet potestatem delegatam nisi christus
inquantum homo Tercio de assessoria
3 dignitate et sic iudicabunt vo-
luntarie pauperes iuxta illud alle-
gatum in tercio argumento Job 36
iudicium pauperibus tribuit et
hoc est conveniens propter duo
primo quia se ad iudicandum
magis disposuerunt Unde certe
magis ydonei paupertas enim vo-
luntaria non est nisi eorum qui so-
li christo inherent et propter eum omnia
temporalia relinquunt secularia negotia
et ideo in eis nichil debet esse quod
iudicium possit pervertere Secundo
quod iudicare magis meruerunt
cuius causa est quia humilitati
correspondet exaltatio per modum
meriti secundum illud Luce 14 Qui
se humiliat exaltabitur modo in
omnia que hominem despectum
faciunt est paupertas Unde illi
qui magis pauperes apparent
videntur esse magis despecti et
ideo qui nolunt paupertatem
suam ostendere excogitant quod
possunt vilitatem vestimentorum
portare ut homines per hoc ad
compassionem provocentur et
quia veri pauperes propter christum
faciunt se contemptibiles iuste
merentur excellentiam assessorie
dignitatis Quarto modo attri-
buitur actus iudicandi in iu-
dicio quibusdam tantum appro-
bativa conformitate et sic in-

dicabunt omnes electi / quia omnes
tam angeli quam homines approba
bunt sententiam iudicis i. christi. Apocalypsis
19 dicitur audivi vocem turbarum mul
tarum dicentium alleluia / laus
gloria et virtus deo nostro / quia vera et
iusta iudicia eius sunt / Tercio
attribuetur actus iudicandi qui
busdam ex quadam comparativa
diversitate / et iste modus iudi
candi non est laudabilis / quia
sicut minus mali dicuntur iudicare
magis malos / secundum illud
Luce undecimo surgent in iudicio
cum generatione hac / et condemp
nabunt eam / Ex hiis patet ad
questionem / quod sancti viri in iudicio
habebunt actum iudicandi ge
neraliter / secundo modo quod est
~~sanctis~~ improprie et transsump
tive dictum ~~dic~~ sic scilicet omnes
contentos in loco iudicii et approban
tes iudicium / possunt dici iudicare
Et ideo dicunt doctores / quod
specialiter pauperes participabunt actu
iudicandi sicut assessores / propter
rationes supra adductas / et auc
toritates scripture que hic sonant
Unde glosa super illud Matthei 19
Vos qui reliquistis omnia etc dicitur
reliquerunt omnia et secuti sunt
dominum / hii iudices erunt / qui vero
licita habentes nec recte usi eis sunt
hii iudicabuntur / Gregorius in 26
moralium capitulo exponens illud Proverbiorum
ultimo / Nobilis in portis vir eius /
quando sederit cum senatoribus
terre dicit / quod christus etiam cum
senatoribus terre residebit / quia
iudicium suum cum eisdem
terre predicatoribus decernit / ubi
doctoribus actum attribuit iu
dicandi / sed hii stant simul / quod

sit pauperes predicatores / Ad primum
patet ex predictis / quia auctoritas
intelligitur de potestate delegata
Ad secundum dicendum / quod
in iudicio humano / iudex non
habet quod procedat / nisi ex pro
batis et allegatis / non debet esse
idem accusator et iudex / sed in
iudicio divino ubi iudex non est
informatus / sed omnia novit tam
sanctus idem potest esse accusator
et iudex / Similiter reus non
negabit sed confitebitur velit
nolit / Ad tercium cum arguitur quod
si aliquibus sanctis competeret iudicare etc
pauperibus christi / concedendum
est quod eis competat potestas as
sessoria / non ut iudicia consu
lant / sed ut honorent et simul
consentiant eorum quam libet / in qui
bus sententia iudicis christi potuit
plane legi / Ad quartum in oppositum de
xii apostolis / respondet Augustinus
de civitate dei capitulo v. quod per nume
rum duodenarium / non intelligitur nu
merus talis ad litteram / sed per nume
rum integrum designatur / alias cum
Mathias loco Iude sit electus /
Paulus sine throno relinqueretur
nisi duo sederent simul / Et ideo
per 12 qui est numerus perfectionis / omnium
iudicantium pauperum perfectorum multitudo
designatur / Et hoc idem dicit
Augustinus in 17 de civitate dei
capitulo 20 Et sic similiter intelligi
universitas iudicantium cum dicitur
iudicium duo etc. Ad secundum de
martiribus et virginibus dicitur quod
isti non sunt decorde / nisi re
ponitur decerta dicitur mistice sicut
paupertas / Nam paupertas divitie
contrariatur sollicitudini divitiarum
que suffocat verbum dei Luce 8.

Ad 3m Ad tertium dicatur quod tunc dicentur de perfectis
pauperibus quod iudicabunt sic-
liores se non auctoritate propria et
ordinaria sed tantum tamquam
superiori stantes erunt assessores
sicut aliquis iudex delegatus est
multo inferior quam ille quem
iudicat etc. Lectio 3a

Lectio 3a
Qui confidunt in illum intelligent veritatem

et fideles in dilectione acquiescent
illi quoniam donum et pax est
electis eius. Postquam supra
sanctus declaravit qualis est
electorum remuneratio primo quantum
ad honestatem corporalem in illa
vita effulgebunt iusti. Secundo
2o quantum ad potestatem iudicialem
in illa vita iudicabunt sancti.
Hic tertio declarat qualis est eorum
remuneratio quantum ad felicita-
tem spiritualem in eorum cordibus.
Ubi notandum quod tribus virtu-
tibus theologicis indigemus in
presenti ad hoc ut in finem super-
Nota naturalem conveniamus ordinem
scilicet fide spe caritate. De quibus
dicit apostolus i Cor 13. Nunc autem
et manent fides spes caritas tria
hec. Sed quia fides est cum
obscura cognitione, spes cum
diminuta [struck through] dilatione, caritas cum te-
pida dilectione, ideo iste tres virtutes
in futura beatitudine permane-
re non possunt, in qua nichil est in-
perfectum, nichil diminutum.
Et ideo manente caritate et
perfectum actum habente [struck through] fi-
des et spes evacuabuntur. Cum
enim venerit quod perfectum
est evacuabitur quod ex parte est
i Cor 13. Succedent ergo in cordi-
bus electorum tres dotes anime
quas prenominata opponi[?] desig- spacium[?]

nantibus, quia fidei succedit visio,
spei comprehensio sive securi-
tas, et caritati nichil succedit, sed
ipsa manebit perfectior quam
nunc est, et vocatur dilectio sive frui-
tio. Sunt ergo tres dotes anime scilicet b
visio, dilectio et tentio. Hec enim anima
et simul beata videns, tenens
et diligens summum bonum
in quo credidit, in quo speravit
et pro posse dilexit. Et de istis
tribus dotibus declaratur in ho-
dierna lectione, et docetur quod
sancti viri et electi dei qui in
vita presenti tribulationibus variis
pressis bonis moribus exposuerunt
deum videbunt, cognoscent, di-
ligent et ei totaliter acquiescent.
Unde dicit sic: Qui confidunt
in illum, id est fidem spem et
caritatem tendentem in illum
habuerunt, intelligent veritatem
pr lucide et clare. Jo. 3 videbimus eum
sicuti est, veritatem omnium que est
prima et summa veritas. Jo. 14. Ego
sum via veritas et vita. Et fideles
in dilectione, id est fideliter diligentes
et perseveranter, acquiescent illi,
id est perpetuo adherebunt sibi, quia
in futuro a societate eius avelli
non poterunt, qui eum hic per
fidem et spem tenuerunt. Et
quia posset aliquis credere quod
ista remuneratio fiet sanctis propter
valorem suorum operum, quasi opera
nostra ex sua condicione forent con-
digna tanta remuneratione, ideo
hec cum concludit dicens quod
predicta premia fient sanctis ex
dei liberalitate et acceptatione
quoniam donum et pax est electis eius,
quasi diceret, pax eterne beatitudinis que
est futura electis est donum dei.

liberaliter et supra condignitatem
passionum presentium premiantis Ro. viii.
Non sunt condigne passiones
huius temporis etc. Dubitatio talis utrum
homo etiam adiutus gratia po
ssit mereri vitam ~~condignam~~ eternam
ex condigno et videtur quod non
primo per auctoritatem prius allegatam
Ro. viii^o Non sunt condigne sed
sanctorum passiones sunt maxime
meritorie ergo nulla opera hominis
sunt condigna ad vitam eternam
Preterea ille qui reddit debitum
alicui quod ei debet nichil mere
tur apud eum sed quidquid pro
deo possumus facere deo debemus
et adhuc amplius debemus si
amplius possemus Quia sicut
dicit Aristoteles viii^o ethicorum capitulo
xix impossibile est nobis red
dere condignos honores diis et
parentibus quia eorum beneficia ex
cedant Et Luc. xvii Cum omnia
feceritis dicite quia servi inutiles
facti sumus quod debuimus facere
non fecimus Preterea Quicumque meretur
aliquid ab aliquo constituit
illum debitorem suum sed deus
nulli est debitor nec esse potest
ergo nichil possumus apud eum
mereri Ad oppositum est illud Ier. xxxi
Erit merces operi tuo Sed merces
que datur pro opere correspondet
dignitati operis Ergo etiam cum
vita eterna sit merces humani operis
operantis in gratia potest talis homo
vitam eternam ex condigno mereri
II Thi. iiii^o De reliquo reposita est
michi corona iusticie quam
reddet michi dominus in illa
die iustus iudex Sed quod red
ditur secundum iustum iudicium est
merces condigna Ergo homo potest
mereri coronam iustam ex condig

no sed illa est vita eterna ergo etc.
Ad questionem dicendum quod sic
Sed notandum quod hominem
adiutum gratia mereri vitam
eternam ex condigno potest intelli
gi dupliciter Uno modo quod
merita hominis tantum vale
ant valet puta quod tanta sit
bonitas et valor in natura et sub
stantia meriti quod ei debeatur
vita eterna Alio modo quod
tantum valeat legaliter ex institu
tione legis sicut parva pecunia
cupri signata sui sine naturali va
lore non valet tantum quantum
unus panis sed ex institutione
principis tamen valet Isto modo
opera nostra ex sua naturali va
lore et bonitate non merentur
vitam eternam de condigno sed
de congruo tamen quia congruum est
homini facienti secundum suam
potentiam finitam deus retri
buat premium infinite eterne secundum
potentiam infinitam Unde
Alexander cuidam petenti denarium
dedit sibi civitatem dicens
quod sibi conveniebat facere tale do
num licet non recipienti Sic
in proposito Sed secundo modo
possumus dicere quod opera nostra
sunt condigna vite eterne ex
gratia non ex substantia actus
Statuit enim deus quod homo
operans in gratia habebit vitam
eternam Et ideo per legem et gratiam
principis nostri operi meremur de
condigno vitam eternam Ad
primam rationem patet quod non
sunt condigne passiones huius
temporis naturaliter sed legaliter
ut dictum est Ad secundum
dicendum quod meremur fa
ciendo quod debemus deo propter

Questio utrum homo etiam adiutus gracia
possit mereri vitam eternam ex condigno

sit statuente et ordinante / et non
absolute connaturaliter redditionibus /
sicut argumentum procedit. Ad
tercium dicendum / quod deus
constituitur debitor connaturaliter
sui promissi / non conditionaliter nostri con
missi / Sicut dicit magister sententiarum
libro primo di. xliii capitulo iiii
No Sequitur Qui confidunt in
illum Nota quod spes sine con-
fidencia tribus generibus hominum
est maxime necessaria / scilicet di-
micantibus Navigantibus
Egrotantibus / hec nostre tres con
diciones nobis conveniunt / si
vitam et statum nostrum pense-
mus. Sumus enim dimican-
tes / et contra hostes continue p-
liantes iuxta illud Multi bellantes
adversum me. Et i Machabeorum iiii
Non concupiscatis spolia / quia
bellum contra nos est. Scutum
nostrum est fides nostra Ephesios vi In
omnibus sumentes scutum
fidei / in quo possitis omnia te-
la nequissimi ignea extinguere
In historia britonum scribitur
de arthuro rege / quod in interiori
parte sui scuti / ymaginem virginis
benedicte depictam habuit / quam
quociens in bello fatigatus
aspexit / spem recuperavit et vi
res. Isto modo si nos in bellis
nostre vite triumphare volumus /
in ista scutum fidei nostre yma-
ginem virginis cum filio de-
portemus / hanc respiciamus
et in ea confidamus / quia ab
ea vires et virtutes recipiemus
Ambrosius de sancta virginitate dicit
Sit nobis tamquam in yma-
gine depicta vita Marie / ex qua
velut speculo refulget species
castitatis et forma virtutis / hinc
sumatis exempla vivendi /

ubi tamquam in exemplari magisteria
sunt expressa probitatis / quid corri-
gere quid effugere / quid tenere de-
beatis ostendit. Narrat Marbodus
de natura lapidum capitulo xxx
3o Quod vna gemma que vocatur
enchites / eius in ista se naturaliter
more pregnantis vnam aliam
gemmam / istam gemmam aquila
natura suggerente cognoscit / et eam
in suo nido quo pullos suos ha-
buerit collocat iuxta pullos / et quam-
diu in nido fuerit / nichil infortu-
nii potest accidere pullis. Gemma
ista Maria significat / que lapi-
dem angularem Christum in se ope-
ris sancti concepit et portavit
patronos terre nos tamquam pullos
suos in nido militantis ecclesie mo-
veret / sed ne per inimicos nos ali-
quod nobis nocumentum contu-
lerit inferatur. Gemma ista scilicet Nota
Mariam in medio nostrum posuit / que
si eam devote desiderantes dilexe-
rimus / ab hostibus nos defendet
Et ideo non in armis nostris vir- exemplum
tuti confidamus. Sed in ista
virginis benedicte meritis / in qua sunt
omnes spes vite et virtutis Ecclesiastici
xxiiii de qua exponi potest illud
Ecclesiastici iiii eos qui diligunt illam
diligit deus / et qui audit illam
iudicat gentes / et qui intuetur
illam permanebit confidens. Sic e 2o
indigemus confidencia sine spe
et anxietate / quia sumus naviga-
ntes in periculis maris huius mundi
Nam de nocte si viderint ste-
llam maris / sciunt dirigere iter
suum / sed quia est ita quod nec
lunam nec stellam vident putant
de salute desperant Actuum xxvii
Neque sole neque sideribus apparentibus /

ablata erat omnis spes salutis. Ne-
cessarium(?) est si vitam nostram dirige(re) veli-
mus ad portum salutis et tunc ste-
llam maris .i. mariam attendam(us)
continue oculo spei nostre. Unde
Bernhardus super Missus est ome-
lia secunda prope fine(m) Maria-
est preclara eximiaque stella super
hoc mare magnum et spaciosum
necessario sublevata, micans meritis,
illustrans exemplis. O quisquis
te intelligis in huius seculi proflu-
vio magis inter procellas
et tempestates fluctuare quam
per terram ambulare, ne avertas ocu-
los a fulgore huius sideris si non
vis obrui procellis. Si insurgunt
venti temptacionum, si incurris sco-
pulos tribulacionum, respice stella(m),
voca mariam. Si iactaris super-
bie undis, si ambicionis, si de-
traccionis, si emulacionis, respi-
ce stellam, voca mariam. Si
iracundia si avaricia aut carnis
illecebra naviculam concusserit
mentis, respice stellam, voca
mariam. Porrigamus ergo ei pe-
des nostros cum fiducia, dicentes
illud Ys. xlvii° cap° Audi hec
delicata que ambulas confidenter.
Et licet virgo gloriosa pro nobis ex-
oret continue, non tamen stati(m)
maris pericula evadimus. Nam
Christus quarta vigilia noctis la-
borantibus discipulis venit et
dixit: Confidite, ego sum, nolite
f timere. Mathei xiiii°. Talis confidencia
bona est nobis necessaria qui
sumus egrotantes; multum enim
confert laborantibus in aliqua
infirmitate ~~necessitate~~ sperare
et confidere in medico suo et dili-
gere medicum, sperare etiam salu-
tem suam. Quod autem spes

et confidencia de salute futura sit
infirmo necessaria per illud metrum
patet: Spes que(m) metuit mori-
turos vincere vidi, spe ducit victu-
ros, spe morientes mori. Quod ideo
amor et spes de medico multum
conferant egroto, patet per quandam
narracionem quam posuit Seneca in
libro declamacionum declamacione v ubi
ponitur talis casus. Quidam filium
suum abdicavit. Abdicatus stu-
duit medicine. Contigit patrem
graviter infirmari. Redit filius ia(m)
factus medicus et curat patrem
et sic cura reconciliatur patri. Acci-
dit postea quod uxor patris et
noverca filii infirmitate consimili
laboraret qua laboraverat an-
tea pater suus. Iubetur filius a patre
curare novercam. Filius se excu-
sat. Abdicatur secundo. Pater
ergo accusat filium de eo quod
noluit eum(?) scivit et posset curare
novercam. Quod autem scivit
et potuit per hoc probatur quia pa-
trem curaverat de morbo consimili.
Filius respondit quod nesciat
an eam posset curare vel non, si-
cut ~~et~~ infirmitate laboraret. Nam consimili
altius spei et amoris est pater ad
filium quam noverca. Spes enim
patris de filio fuit fortassis ma-
gna causa cure. Unde subdit:
Nichil magis prodest egris quam
ab eo curari a quo volunt. Ad ¶
portum. Cum sumus in peccatis in-
firmi, summe nobis necessaria est
spes et confidencia tam de haben-
da sanitate quam de medici
Christi bonitate. Nam quantumcumque sit
infirmitas magna, de facili cura-
bimur si speremus et confidamus
de eo. In cuius figuram paralitico Christus
signante(?) dixit Mathei ix°: Confide
fili, remittuntur tibi peccata tua.

Propter defectum autem huius speci
ficie confidencie Cayn et Judas
incurabiles extiterunt peccantes
peccato in spiritum sanctum quod neque
remittetur in hoc seculo neque
in futuro ut dixi. Et si quis for
tasse a filio terreatur quia iudex
est, mitem inueniat que mediatrix
est. Unde Cassiodorus in quadam epistola
In patrona humanam genus tu
afflictis et reis mediatrix singu
laris quis tuo non egeat munere
cum sit peccator omnis. Item Bernardus
super missus est. Omelia 2. Si
turbatus in immanitate turbatus
consciencie feditate confusus
iudicii horrore perterritus barathro
incipias absorberi tristicie et
desperationis abysso, cogita mariam
in periculis in angustiis in rebus
dubiis cogita mariam. In uoca
mariam non recedat ab ore non
recedat a corde. Et ut impetres eius
orationis suffragium ne deseras
conuersationis exemplum. Ipsam
sequens non devias ipsam ro
gans non desperas ipsam cogitans
non erras, ipsa tenente non cor
ruis, ipsa protegente non metuis
ipsa duce non fatigaris ipsa propicia
ad portum peruenis et sic in te
met ipso experiris quam merito
dictum sit ei Et nomen uirginis
maria. Ex hiis patet quod merito
potest dici ei Dan. iiij. Non est
confusio confidentibus in te et
~~et sequitur impii autem~~ Lectio 36

Impii autem secundum
que cogitauerunt cor
rectionem habebunt qui neglexe
runt iustum et a domino recesse
runt. Sapientiam enim et disci
plinam qui abicit infelix est
sicut dictum est supra in prin

cipio tercius capituli. Prius sicut in hoc
agit libro iiii de iustis, nunc de
impiis alternatim. Postquam ergo
spiritus sanctus declarauit quod iusti
non carebunt mercede, hic dirigendo
se ad impios ondit quod uel in
peccati transibunt impunite. Fuit autem
eorum opinio sicut in principio secundi
capituli patuit. Quod nulla pena
iusticie uel iniusticie erit retribu
tio in futuro. Omnia ergo iam de
clarauit oppositum de electis ostendendo
quod premiabuntur eternaliter hic ostendit
dit quod etiam impii iuxta eorum
demerita punientur proportionaliter. Et
circa hoc duo facit primo ondit
quod tales infideles nullam
aliam vitam expectantes in
futuro cruciabuntur. Secundo quod
etiam in presenti a suo desiderio de
fraudantur. Secunda ibi. Et
circa primum duo
facit. Nam primo pena debita
impiis applicatur. Secundo ca
penae conuenabiliter explicatur. Secunda
ibi. Qui neglexerunt iustum
Dicit ergo primo sic Impii autem
id est infideles deum negantes et
nullam uitam aliam estiman
tes. De quibus in secundo capitulo
actum est per totum, dixerunt autem
ergo. Tales inquam impii habe
bunt correptionem id est penam cor
respondentem et hoc iustissime quia
eorum malitie correspondentem. Unde
dicit secundum que id est secundum illa
que cogitauerunt. Et quia omne
malum a cogitatione procedit
ideo si cogitationes puniuntur
constat quod tam locutiones
quam opera punientur. Cur ergo
dicat Qui neglexerunt iustum.
Causa punitionis malorum ex
plicatur. Ubi notandum quod pri

primordialis causa omnis pene/ ta
m in homine quam in angelo fuit
negligencia. Si enim homo vel an
gelus adeo creatus in gratia/ bene
fuisset usus naturalibus et gratuitis
sibi datis/ nunquam apparuisset
conveniens angelo aliquid deor
dinatum/ vel dei equalenciam
appetivisset/ nec unquam homo
creditasset dictis et persuasionibus
serpentis acquievisset/ sed quia
neglexerunt uti graciis sibi datis/
ideo permissi sunt cadere in errorem
propter peccatum negligencie/ et de er
rore in peccata superbie et inobedien
tie. Et ideo tangendo radicem cul
pe peccatori dicit Qui neglexerit
initium i. inicium/ in quo principium
fuit et est/ quod omnis racionalis
creatura per gracias adeo acceptas/
sollicite et diligenter deum hono
ret/ qui est earundem graciarum lar
gitor. Michee vjo Indicabo tibi o
homo quid sit bonum/ et quid do
minus querat a te/ utique facere iudi
cium/ et diligere misericordiam/ et sollicite
ambulare cum deo tuo. Et quia
No negligencia parit contemptum/
ideo subiungit/ quod non solum
neglexerunt initium/ verum et a do
mino recesserunt/ Quia impius
cum in profundum venerit peccatorum
contempnit. Pro. xviijo Et nota
quod iste est ordo cadendi in
homine quicunque fuit in statu
perfecto/ scilicet primo negligere modica/
loqui ociosa/ et raro confiteri/ ac
de dicere divinum officium/ que vi
dentur modica esse. Et exinde in
incidit in grossissima peccata
Cum dolium fuit magnum circuli
quibus asseres dolei colligantur
et illi magni in suis extremita
tibus colligantur cum primis. Ob
lutis ergo primis minimis/ solvuntur

et magni. Solutis magnis/ totum
decidit. Eccl. morali/ Qui spernit
modica/ paulatim decidit ad ma
iora. Eccl. xixo Et sic non solum no
cuerunt isti impii facere que dei
sunt/ sed etiam abiecerunt/ Un
de subdit. Sapientiam et disciplinam
qui abicit infelix est. Sapientiam
i. fidem desuper naturalibus di (hominibus)
vinitus revelatam. Ro. xjo O al
titudo diviciarum sapientie et scien
tie dei etc. Et disciplinam i. divinas
correctiones et moniciones/ quas
per prophetas suos mundo ostendit. Pro. 17
iijo Qui abicit disciplinam de
spicit animam suam/ et per con
sequens est infelix. Nota illud
metrum Tres infelices in mundo
dicimus esse. Infelix qui pauca
sapit/ spernitque doceri. Infelix
qui multa sapit/ spernit quod doce
Infelix qui recta docet/ operatur
iniqua. Neglexerunt initium. No No
quod talis peccator similis est
argo. Argus enim sicut re
fert Ovidius methamorphoseos primo
prope finem/ fuit quidam pa
stor/ et habuit centum oculos/ et tamen
non habuit nisi unam vaccam/
a iove transformatam de virgine
ad custodiendum. Mercurius autem
aut finxit se pastorem caprarum
et accessit ad locum ubi argus
pascebat vaccam. Mercurius autem
fistulabat ita iocunde et ita
grosse/ quod argus eum rogavit/
quod placeret sibi morari cum
capris suis in pascuis illis
secum/ [struck] annuit. Nam propter (mercurius)
hoc venit. Sederunt igitur simul
Mercurius denovo incipit fistu
lare ita grosse/ quod aliqui oculi
ipsius argi dormitare ceperunt/ aliis
(aut) vigilantibus respicientibus ad vaccam/

tandem ineffabiliter bene fistula
vit ita quod omnes centum
oculi dormitaverunt et statim sur
rexit Mercurius et caput cum
oculis amputavit et vaccam
secum abduxit. Moraliter Argus
statutus est quasi Argus habens cen
tum oculos i. centum considera
ciones et multas cautelas et pru
dencias et non habet nisi unam
vaccam custodire i. unam bestia
lem concupiscenciam. Ista fuit Yo que
modo remanet in innocencie purita
tem set transformata est in vaccam
per bestialem voluptatem ut B.
Imitatur homo vaccam. Et Osee
iiij°. Sicut vacca lasciviens de
clinavit Israel. Mercurius i. medius
currens est dyabolus qui circuit
querens quem devoret i Petri v°.
Iste fistulat ita suaviter per strepi
tum lascivie mundialis per adu
lationes aliorum quod iste Argus
obdormivit per negligenciam usque
ad mortem et tunc auffert sibi
caput i. separat ab eo Christum qui
est caput anime et miseram va
cam inducit ad gehennam. Et
ideo eis dicitur Nolite neglige
nolite cessare a custodia et de
fensione ipse consilii Iudicum ult° 18
In hominibus mundo dedit qua
druplex huius diebus negligencia
invenitur si quis bene consideret
inveniet quod sunt negligen
tes in addiscendo morum sancti
tatem in distinguendo propriam pu
ritatem in tenendo dei maie
statem in suffrendo proximi ne
cessitatem. Primo sunt homines
negligentes in addiscendo morum
sanctitatem. Unde inveniunt
quidam assidui ad discendum
artium subtilia propter curiosi
tatem, iura civilia propter utili
tatem, artem bellandi propter severi
tatem, artem negociandi propter
paupertatem. Et sic de singulis que
ad vite presentis promotionem et ad
ministracionem spectant. Sed addis
cendum artem bene vivendi ar
tem deo serviendi artem peccata
cavendi omnes qui se exhibent ne
gligentes. Unde mundus invitat
ad errores et inepcias et omnes
obediunt. Deus vocat ad honores
et nupcias et omnes negligunt
Matheus xxij°. At illi neglexerunt et
abierunt alius in villam suam
alius vero ad negociacionem suam.
Et tamen hec est summa perfec
cie bene vivere cum totum se et se
insistendum est et vacandum
est ab aliis ut huic informatur
non sicut multi qui omnia circa
volunt facere quam ordinem bene
vivendi addiscere. Contra quos
Seneca epistola quadragesima nichil subtrahere
secundum omnes libros xxxvij°
tum vacacio perhandum est sed
omnia alia negligenda sunt ut
huic assideamus cum nullum tempus
satis magnum est et si a puericia
usque ad humanos terminos vita
producatur. Sed est hec una ne
gligencia quam sunt in universis quia
ideo negligunt peritiam addiscere
quia non possunt totam conquirere
ideo nichil volunt scire quia non
possunt alios excellere. Et hec negli
gencia ~~est~~ est filia superbie. Unde
bene decidet Oracius libro epistolarum
epistola prima non potes oculo quantum
contendere lynceus non tamen ideo
contempnas lippus inungi. Vult
dicere ponatur quod sis lippus et
difficultas acquirere tantum visus
acumen quod possis parietes pe
netrare videndo non ideo con

temporas uti collirio et aqua in-
nante ad acumen oculorum statim
est enim peccatum contempnere/ quia
totam non potes habere Talibus ap
tis ad discendum dicitur i Thym. iiijo
noli neglige gratiam que est in
te significata Ad istud Gen. xlijo an
diens Jacob quod alimenta ven
derentur in egipto/ dixit filijs suis
Quare negligitis audivi quod
triticum venundetur in egipto/ quod
significat/ quod ubicumque sunt ali
menta anime venalia/ propter nullam
difficultatem debet homo ea ne
gligere et ienua sua salutis non
est nisi in egipto i. tenebrosa et
obscura theologia/ quia tenebro
sa aqua in nubibus aeris in ps
Glosa i. obscura doctrina in prophetis
et predicatoribus Secundo sunt
homines negligentes in discenae
do propriam pueritatem Quedam
novi qui sunt optimi senescalli/
ordinando familiam alienam et
maiorum dominorum/ sed pessime sci
unt ordinare de regimine domus
sue Tales sunt prelati/ qui dili
genter alios emendant/ et tamen
semper negligunt semetipsos/
quantas solitudines habemus
ad dissuadendas consciencias alie
nas/ proquibus non habemus reddere/
nisi simus eorum prelati/ quantam
pigriciam ad dissuadendas proprias
consciencias Conscienciam nostram discuti
mus uno dimidio die in quadra
gesima/ conscientias nostras proximorum
pluribus annos/ et tamen nobis
dicitur quod incessant nos discu
ciamus iudicium xlviijo Nolite
negligere nolite cessare Tercio sunt
homines negligentes in reveren
do dei maiestatem Et hoc sunt
tunc curati et spaliter prelati qui et
eciam alij in ministerio debiti dei ty

tulo speciali/ cuius modi sunt deo
electi inter sacros ordines/ et quo
cumque religiosi/ et tamen si con
sideremus hij sunt qui negligen
cius agunt ij. paralip. xxxiij
Porro levita et sacerdos egerunt
negligencius Istis tamen preci
pitur Deutro. iiijo Observa et
cave ne quando obliviscaris
domini dei tui/ et negligas man
data eius atque iudicia
Negligentiam causat in istis ni
mia frequentia assistendi deo/
Quia nimia familiaritas pa
rit contemptum/ et tamen
contra tales dicitur ijo paralip. xxixo
Filij mei nolite negligere/ vos ele
git deus ut stetis coram eo
Nota exempla de celebracione mi
sse ca. dolentes Quarto sunt
homines negligentes in subveniendo
proximorum necessitate Deut. xxij
De omni re fratris tui/ quod perierit et si
inveneris eam/ non negligas
quasi alienam Res enim fra
tris sui perit/ si incidit in la
trones/ si est de paupertatis for
tuna/ si indiget pro amore xpi
Unde nullo modo negligere tales
debent qui eos possunt iuvare Re
spondent autem seculares se
posse tales iuvare/ sed non sine
dampno Sed inquid deus non
est potens recompensare damp
num constat quod sic/ quia
iustus est Et pu. xij. Qui ne
gligit dampnum propter amicum/
iustus est Ergo talem iustum
necessario deus remunerabit
Dubitatio talis potest hic oriri
utrum omnis negligencia sit
peccatum mortale/ dicitur quod sic
Ec. vijo Qui timet deum nichil
negligit/ Ergo quicumque aliquo

hij sunt

2o

4o

Dubio

Questio utrum omnis negligentia sit peccatum
mortale

negligit perdit timorem dei sed
hoc est peccare mortaliter ergo etc. Pro
tertia parte prouerbiorum Qui custodit man
data custodit animam suam qui
autem negligit vias suas mor
tificabitur Et loquitur de mor
tificatione gehenne que non de
betur nisi peccato mortali ergo etc.
Item Ieremie xlviij Maledictus homo
qui facit opus dei negligenter
Sed maledictio in scriptura non
fertur nisi pro peccato mortali ergo etc.
Ad oppositum est quod dicitur De neglige
tia purgate cum paucis dicit
glosa Quamuis oblato propria sit
multorum delictorum purgat negli
gencias Sed per ea non purga
bitur peccatum mortale ergo negligen
tia non est peccatum mortale Ad primum
dicendum Quod negligencia nichil
aliud est quam defectus debite et
pre sollicitudinis circa actum vel
circumstanciam faciendum proueniens
ex remissione feruoris in volun
tate Potest ergo negligencia esse circa
actum vel circa circumstancias
actus Que circumstancia vel
actus est de necessitate salutis
et talis negligentia est peccatum
mortale Sicut si negligeret ele
mosinam dare tempore extreme
necessitatis proximo indigenti
quia negligeret actum cadentem
sub precepto de necessitate salutis
Similiter si daret elemosinam
et non ex caritate vel non in cari
tate peccaret mortaliter obmittendo
circumstanciam que debet esse in omni
actu virtuoso de necessitate salutis
j. Cor. ultimo Omnia vestra opera in
caritate fiant Aliter potest contingere
negligencia circa actum vel circa
circumstanciam actus Que circumstancia vel qui actus non

est de necessitate salutis Sicut
si negligam dicere salutacionem be
nignius inclinando coram ymagine
sua vel cum audiendo le
ctionem cogito de impertinentibus
ex remissione voluntatis et tunc
est peccatum veniale Ad primum
dicendum cum dicitur Qui timet
deum nichil negligit verum
est cadens sub precepto quia de
tali est de necessitate salutis
Ad secundum patet idem Ad tercium
dicendum quod maledictio ibi
infertur pro negligencia circum
stancie debite Ad literam lo
quitur propheta de Nabochodonozor quem
fecit deus instrumentum suum ad
flagellandum populum israel
istud autem opus fuit dei sic
ordinantis et committentis Sed
istud attribuit Nabochodonozor
potencie sue faciens ex odio per
sonarum id quod facere debuit ex
obediencia dei tantum et ideo
peccauit mortaliter propter quod
dicitur Maledictus homo qui
facit opus dei fraudulenter
vel secundum aliam literam ne
gligenter Maledictus qui prohi
bet gladium suum a sanguine scilicet
qui parcit in iusta ablacione quam
deus precepit infligi Ad argumentum
in oppositum loquitur de negligencia
vel veniali vel mortali Si de
mortali tunc verum est quod
purgatur in presenti per penitenciam respe
ctu illorum quibus in futuro
eternaliter puniretur etc. Lectio 3a

Et vacua est spes illo
rum et labores sine
fructu et inhabitabilia opera eorum
mulieres eorum insensate et nequissimi
filii

Cap 3m

Ad opp^m

h +

Ad 2m

Iherom

Ad pri

Ad 2

Lco 3a

valia est

simi filii eorum valedicta creatura
eorum postquam spiritus sanctus
declaravit qualiter infideles so
lam voluptatem hominibus finem
estimantes in futuro cruciabuntur
hic ostendit qualiter in presenti etiam
affliguntur per falsitatem in istum
per voluptatem in effectu. Unde in
hodierna lectione sex miserias ma
nifestat quas sustinent istam
sectam sequentes. Sunt enim
defraudati in falsis estimatio
nibus fatigati in variis occupa
tionibus vilificati in abhomina
tionibus effeminati in delectatio
nibus dampnificati in propaga
tionibus excommunicati per maledi
nentionibus. Prima ergo eorum
pena est quod decipiuntur et a
veritate elongantur, id est in suis
intentionibus frustrantur. Et hoc est
magna miseria quia naturaliter homo
appetit non falli et illi diligunt
falli. Secundum Augustinum qui
autem speraverit hic evasisse
omnem penam et omne iudicium
pro suis flagitiis tamen tamen mo
riuntur in inferno dampnati. Hanc
penam deceptionis tangit cum
dicit. Et vana est spes illorum. Ysaias
xxviii posuimus mendacium
spem nostram et mendacio protecti
sumus. Et nota quod totaliter di
ffinit spiritus sanctus de spe im
piorum. Nam dempsit dixit supra
isto capitulo. Spes illorum immortalitate
plena est. Dicitur autem quod
vana est spes illorum. Secunda ii. Cor.
vi. Hortamur vos ne in vacuum
gratiam dei recipiatis. Secunda pena
istorum infidelium in presenti est quia
fatigantur in vanis occupationibus.
Vanum enim est quod non assequitur
finem ad quem ordinatur. ii.
phisicorum. Omnis labor humanus or
dinatur ad fructum aliquem perci
piendum. Quod ergo homines stupra
tati laborant pro voluptatibus
in bellis in pace in terra in mari
nocte dieque et nullum fructum
bonum propter inde percipiunt manifeste di
ci potest quod labores eorum sunt
sine fructu. Oppositum ante dicit
supra dempsit quod labor bonorum
gloriosus est fructus. Ipsimet
etiam recognoscunt in die iudicii
illud quod scribitur infra v capitulo.
Lassati sumus in via iniquitatis
et perditionis et ambulavimus vias difficiles. Viam
autem domini ignoravimus. Fructus
autem in maturi et acerbi si come
dantur generant vermes in ventre.
Delectationes autem vite presentis sunt
fructus immaturi. Cap. e. fructus
eorum inutiles et acerbi ad manducandum
tandem. Quem ergo fructum ha
buistis tunc in illis in quibus
nunc erubescitis etc. Et Boecius lo
quens de voluptatibus libro
iii prosa vii. Quos illa scilicet volup
tas generant intollerabiles dolores
quam quedam fructum nequitie
fruentium solet afferre corporibus.
Tertia pena istorum est etiam in
presenti quod vilificantur in abho
minationibus. Magna enim mise
ria est homini qui opera sua sunt
ita vilia, ita monstrosa, ita re
pugnantia rationi quod homo
non potest manifeste ea defendere
nec excusare et tamen quicumque
solam voluptatem prosequuntur
talia faciunt opera que generationi
rationi repugnant et abhomina
bilia deo sunt et angelis cog
nate humane cohabitationi con
gruunt sed repugnant. Et hoc
est quod dicit. Et inhabitabilia
opera eorum, id est conventui et coha
bitationi naturali repugnant et

cruciantur in effectu

a

morbos

b

cap

propagationi concesse nature, ymo
deus ipse qui omnes inhabitare
dignatur, propter opera talia ab inhabi-
tatione civitatis humane repe-
llitur. De qua civitate Jer. l. Non
habitabit vir ibi, nec incolet ea
filius hominis, et tamen filius
unigenitus caro factus est et habi-
tavit in nobis Jo. primo. Quarta
pena est quod effeminatur unde
lecatoribus, homines enim volup-
tuosi privant mulieres sensu, et econverso
a mulieribus sensu privantur. Ca-
nis amens ubicumque ~~[illegible]~~ mo-
mordit hominem, eum facit
amentem. Et eodem modo mu-
lier fatua facit virum rabidum,
et adolescens fatuus mulierem
facit insensatam, et quando mulieres
sunt insensate, tunc viri sunt
effeminati, ymo inanimati. Prover.
vi. Mulier autem viri preciosam
animam capit. Qui vero est sine
anima efficitur insensatus. Et
hoc ipsi bene fatentur Sap. v.
Nos autem insensati vitam illorum
estimabamus insaniam. Quia
vinum et mulieres faciunt apostatare
sapientes, et arguunt sensatos.
~~[illegible]~~ Eccl. xix. Et hanc penam
tangit cum ~~[illegible]~~ dicit Mulie-
res eorum insensate. Ad literam
mulieres in operatione libidinis
plus delectantur quam viri. Unde
Tyresias dixit feminam ha-
bere decem uncias luxurie, virum
vero quatuor. Fuit enim iste Ty-
resias utriusque sexus secundum
fabulas successive, et ideo factus
est iudex in hac causa. Ergo si
mulier habet x uncias ~~duas~~ et vir
solum quatuor, ergo sequitur quod
ubi vir est fatuus, mulier est
[illegible] totaliter. Et ideo con-
veniens est quod in hac secta que

voluptatem habet pro fine, si viri
sunt fatui, mulieres sunt insen-
sate. Et ideo signanter dicitur
Eccl. xxv. Beatus qui habitat
cum muliere sensata, et hoc
pro tanto dicit, quia difficillimum
est talem invenire. Quinta mise-
ria istorum infidelium est quod
dampnificantur in propagationibus.
Unde subdit: Nequissimi filii
eorum. Deus enim in homine po-
tentiam generativam, et modi-
cum instituit generandi, et est
talis, ut fiat iuxta limites
coniugii prolis procreatio ad cul-
tum dei. Illi autem homines
qui prolem gignunt et eam per
vicia in fornicationibus et con-
cubinis corrumpunt, bonum
naturale prolis amittunt, et in
hoc seipsos confundunt, quia
semper mala proles insurgit simi-
lis ~~et~~ in parentes. Et ideo bene
dicit quod nequissimi filii eorum
causa est, quia mulieres sunt
insensate et viri impii, et filii
imitatores eorum, ergo erunt ec-
contrario peiores. 3 Re. xvi. Operatus
est nequiter super omnes qui fu-
erant ante eum. Sexta pena
istorum infidelium est quod co-
minantur per maledictionibus.
Et hanc subdit cum dicit:
Maledicta ~~et~~ creatura eorum. i.
illud habet excogitat et adi-
nvenit et promovet potest
dici creatura sua. Tales autem
impii in omni genere peccati tam lu-
xurie quam in iusticie, multa
adinvenit que dici possunt crea-
tura illorum. Et sicut omnia dei
opera sunt ~~dei~~ benedicta et appro-
bata Gen. i. Omnis creatura
dei bona est, ita ista monstruosa

figmenta pictorum / sunt exterminata adeo et reprobata et male
dicta. Ext. xxxvij. O presumpcio
nequissima / Unde arcta est am
bicio eorum insensate. Non dum
quod familiaritates et consor
cia malarum sunt ab omnibus ho
minibus detestanda / maxime
ab his religiosis et ecclesiasticis
quibuscumque. Nota bene de fallacia
tis mulierum. Sunt enim muli
eres libidinose in alliciendo / ma
liciose in gemendo / litigiose in col
loquendo / prodigose in consulen
do / primo igitur sunt libidinose
in alliciendo. Dicunt enim plus in
libidine delectantur quam ma
sculi / ita mentis sensu magis
alliciunt. Alliciunt enim forma
et facie gestu et voce et cantu
et quamvis sunt frigidioris com
plexionis / sunt tamen ferventioris
~~tamen~~ libidinis. Unde Ovidius
primo de arte amandi dicit.
Parcior in nobis / nec tam furio
sa / legittima fiem(?) flamma vi
rilis habet. Vult dicere / quod li
bido mulierum est infinita. Vale
de enim nocivum est / quod
sine nocumento videri non potest.
Et tamen nobis dicitur. Ecc.
ix. Averte faciem tuam a muliere com
pta / et ne circumspicias speciem
alienam / propter speciem mulieris
multi perierunt / et exhoc con
cupiscencia quasi ignis exardescit.
Istum ignem timuit satis sanctus
ille monachus / qui matris sue
tibias nudas tangere noluit / cum
tamen eam ultra aquam porta
re oportuit. Sicut in vitas pa
trum habetur. Istum ignem satis
timuit ille sacerdos / qui in hora
mortis auscultanti mulieri
an spiritum exalasset dixit / G

maculus vivit paleam tolle / sic
dicit Gregorius iiij° dyalogorum. Istum
eciam ignem ~~an~~ advertat satis
mercatus ille qui dixit femina
fax sathane / fetens rosa. Dul
ce venenum. Hominem preponi
tur que prohibetur ei / et data ei
videtur / nisi tisu tute cultu / sig
abm sultu / quam potes esto pro
cul / istum ignem consideca
uit Thomas de aquino / qui
cum in turri custodiretur in
carcere / ne ad ordinem rediret
et adeum honesta iuvencula
sola intromissa fuisset / ille ar
dente titione de camino acce
pto / eam celeriter effugavit.
Dicit enim quod de ea veri
ficari poterat illud ps. Ignis in
conspectu eius exardescet. et
est Ecc. xlij°. De vestimentis pro
cedit tynea / et a muliere iniqui
tas viri. Et ideo super omnia
tenendum est consilium apostoli
i Cor. vij°. Bonum est homini mu
lierem non tangere / sed aliquis
respondebit excusando / quod
mulier vel est sancta et religio
sa / vel quia utraque persona est
senex et frigida / sed certe hoc
non valet / quia nichil est fri
gidius ferro. vel calibe /
et tamen ex eorum concussione /
facile exilit statim ignis. Si
militer nichil refert quod sit
religiosa et sancta / nam ~~terra~~
terra est bona / et pluvia est bona
de celo descendens / et tamen
earum commixtio non est nisi lutum.
Unde metrice dicitur. Res tam
diverse / licet utraque sit bona per se
Si sint permixte / merito perdunt pariter
se. Et ideo valde stricte clericorum
et mulierum cohabitacio prohibetur
extra de cohabitacione clericorum et
mulierum

mulierum preterium Et in canone d.
xxxii hospitiolum et sunt verba
Ieronimi epistola iiii hospitiolum tuum
aut raro aut nunquam pedes
mulierum terant. Anima non potest
toto corde habitare cum deo cum
feminarum accessibus copulatur
femina consciencia[m] sec[um]
pit habitantis comurit. Inde causa
est quod monachi et monachae
nullo modo cohabitare permittunt
in eodem monasterio. Et dicitur
xviii questione ii. In nullo
loco permittimus et monasteria
ut dicitur sic monasteria puellarum
longius a monasterio monachorum
aut propter insidias dyaboli aut
propter locuciones hominum collocentur
Et ideo signanter alloquitur clericos
beatus Jeronimus in epistola xi
dicendo tibi et feminis qui ad al-
tare cum domino fabularis effe-
minatur cum clericis nullo pac-
to coniecta percipitur conuersacio
ianua dyaboli via iniquitatis scor-
pionis percussio nociuumque genus
est femina. Cum appropinquat ad
stipula incendit ignem flam-
migeo igne peruritur femine co-
sciam per habitantis. Ego in-
dico si cum viris femine habi-
tent non deerit dyaboli
cor hoc occupatum est ab inicio
pectus. Ferreas mentes domat
libido. Hoc Jeronimus. Et Ecclesiastici
in medio mulierum noli te commo-
rari. Ergo patet primo patet
quod mulieres sunt libidinose
inclinando. Secundo sunt
maliciose in comunicando Ecclesiastici xxv brevis
est omnis malicia super
malicia mulierum sors peccatorum ca-
dit super illam. De qua loquitur
Crisostomus in sermone quem fa-
cit de muliere mala sic dicit
o maliciosissimum et acutissimum

telum dyaboli mulier per mulierem
ab inicio Adam in paradyso peccauit
dyaboli
per mulierem mitissimum Da-
vid in homicidium et adulte-
rium deprimauit per mulierem sa-
pientissimum Salomonem in
sacrilegium precipitauit per mulierem
fortissimum Sampsonem rasu-
excecauit per mulierem castissimum
Ioseph vinculis et carcere mancipauit
per mulierem mundi lucernam
Iohannem Baptistam capite
truncauit. Hoc ille. Hanc autem
maliciam inhibitam quam sit
in duabus mulieribus declaratur
vz in uxore Iob et Dalida amica Sampsonis. De prima loquitur h
sic dicit. Hec virum suum inde-
ulceribus ignitis et doloribus
ardentem in volutu in sterquilinio
residentem vermibus coopertum
non est recordata nobilitatis
regie non dileccionis pristine
quam ad eam habuerat non di-
uiciarum et honorum et prolis
quam pecus suscepat necquam
nima mota est. Sed contra virum
ipsum partes demonis assump-
sit et ait. Benedic deo et mo-
rere. Non sufficiebat illi quod
penas sustinuit corporales sed
super addere verum temptauit
crucias. De secunda dicit sic da-
mnacio illam Dalidam et eius
maliciam contra Sampsonem
perpendamus. Hec illum quem pri-
die in cubiculo suo coniugem pre-
elegit. Cum blandimentis et
osculis et amplexibus et lu-
sibus et risibus blandita fue-
rat hodie decepit et rasit et
abiecit ac vinctum tradidit
Philisteis. Videamus ergo quid
illi displicere potuit in marito
Si fortitudo diligitur forti

aucupatus

2o

xxv 5

fortissimus fuit / qui leonem inermis
quasi edum in frusta discerp-
serat. Si pulchritudo queritur /
speciosissimus extitit nazareus. Si
sanctitas et boni mores / talis
fuit / quod ad eius preces cum si-
tiret deus de mortua mandi-
bula asini mille philisteos pro-
stravit. Si gratitudo diligitur /
defectus in eodem non fuit / in
quod eam nimis dilexit. Ergo
cum nulla causa odii in eo =
valuit in bemin [?] / sola malicia
sufficit pro causa / Hec ille / Et ideo
signanter dicitur Eccli xxv. Omnis
plaga tristicia cordis est / et omnis
malicia nequitia mulieris. Et
infra. Non est caput nequius =
super caput colubri / et non est
ira super iram mulieris / Commo-
rari leoni et draconi placebit /
magis quam habitare cum =
muliere nequam / Hanc auctori-
tatem optime probat Crisostomus sermo-
ne predicato / sed precise usque ad
aliud. Tercia inveniuntur li-
tigiose in colloquendo / et illa est
magna afflictio alligari alteri
uxori / vel viro exposo / vel mulieri
litigiose / Et ideo bene dicitur Proverbiorum
xix. Tecta iugiter perstillancia
litigiosa mulier. Si tectum do-
mus iugiter stillaverit aquam ubique /
mea nullam habet quietem / si
sed necesse est eam dimittere. Et ideo
solet dici / quod tria sunt que
hominem que de domo sua ex-
pellunt / scilicet fumus / stillicidium
et uxor mala / Unde Innocentius
de vilitate condicionis humane
capitulo vi° dicit / fuit enim mulier de
curva costa formata / Et ideo
semper contrariatur viro / quem deus
fecit hominem rectum / Nota de =
illo qui uxorem submersam que =
sivit contra cursum aque / et

cum a quodam quereretur quare sic
quereret / respondit quia semper
in vita contraria erat / ad omnia =
que sibi dixi / et ideo presuppono
quod existens mortua / contra
cursum aque sit / Refert Agellius
libro noctium acticarum de so-
crate quod cum alcibiades quesi-
visset ab eo / quare uxorem suam
xantipen mulierem plenam iur-
giis et litigiis / molestissimam
viro non fugaret de domo / Respondit
Cum talem domi perpetior / assue-
sco et exerceor / ut ceteras que fo-
ris sunt iniurias facilius fe-
ram. De eodem narrat Iohannes
contra Iovinianum / Quod habuit
duas uxores / que cum semel liti-
garent pro viro / derisit eas / eo quod
pro tam fedo homine zelarent / et
statim simul concordate / in tantum
ei maledixerunt / quod eum a domo
fuge compulerunt / Iste etiam semel
post infinita litigia ab alta car-
pessa [?] / et cum perfusus fuit urina
proiecta de loco superiori super eo per
uxorem carnem [?] / nec tamen quidquam
aliud dixit nisi hoc. Sciebam
enim / quod post ista tonitrua
ymber erat futurus / Et ideo bo-
num consilium dat Eccli xxi° / Prov
melius est sedere in angulo doma- litigiosa in domo
tis / quam cum muliere communi /
Valerius ad Ruffinum / Contume-
lia viri est uxor inobediens =
Omnia Eccli xxv. Mulier si
primatum habeat / contraria est viro
suo / Quarta malarum mulierum =
condicio est / quod sunt preciose
in consulendo / Dicit in talida
satis patenter / et ideo merito dicitur
Poma mirtitas / ecce dictas me-
lla cicutas / Cum mulieres dederint
pocula vos tibi tutas / Unde istis tribus
sicut wlgariter dicitur / numquam debet
homo adhibere fidem / Venti =

Inside

carius fidei mulier suspecti equi Ven-
mettre dicat in fine dente pede
mulier et equi carius est frans Te-
rentius de Babione qui in fine comedie
sue dicit sit vin usus Babio testis
adest Hec ultima verba tenete
Omnis incredibiles uxor aliq-
na clientes Concludam ergo similit-
er valerio et dicam Det nobis
omnipotens deus omnipotentis scire
fallacias et non falli et illuminet
cor vestrum ne tendatis quo timeo
et ~~[struck through]~~ Lectio 38

Lec 3 8

Quoniam felix est ste-
rilis et incoinquinata
que nescivit thorum in delicto
habebit enim fructum in respect-
ione animarum sanctarum Frequenter
et qui continue oportet ad memoriam
reducere opiniones hominum impiorum
que posita fuit diffuse capitulo 2o
huius libri que quidem opinio
reduci potest ad duo in summa Primum
est quod nulla vita erit post-
istam qua corporaliter viventes
merito morituri Secundum est
quod felicitas hominis est frui
corporeis voluptatibus in presenti
Et istud secundum improbat
spiritus sanctus spiritualiter ab 1o textu supra
posito Primum autem fuit quod cogi-
tant ubi est lectio usque ad finem
huius capituli inclusive Prima igitur
in parte precedenti immediate de-
claravit quod multa incontinen-
tia et dampnose secundum dic-
tamina voluptatem hic ostendit
directe per contrarium quod multe pre-
minentie et honestates sequuntur
castitatem Circa hoc duo facit
primo ostendit quod virginalis ca-
stitas est apud deum meritoria
licet sit temporaliter infecunda
Secundo quod bestialis voluptas
est simpliciter transitoria confu-
sibilis et verecunda Secunda

pars ibi Filii autem adulterorum
Circa primum tria facit quia primo
commendat castitatem in sexu
femineo Secundo in sexu ma-
sculino ibi Et spado Tertio assig-
nat causam quare utraque est
commendabilis tam in genuo-
ndicato quam divino Circa ibi
Bonorum laborum Circa primum
est advertendum quod in vita
voluptuosa nichil boni potest con-
siderari nisi fecunditas prolis
producende Sed iam osten- sicut
sum est quod ista fecunditas
est mala quia nequissimi filii
iniquorum inveniuntur propter
malam imitationem et malam filiorum
informationem parentum multo ergo
magis pertinet ad felicitatem quod
mulier vivat caste cum sterilita-
te quam quod vivat voluptuo-
se cum perversa fecunditate Tum
quia evadit verecundiam compa-
rem in prolis perversitate tum quia
habebit mercedem eternalem in
futura iocunditate Hec autem
iocunditas est in infinitum ma-
ior quam quecumque corporalis
iocunditas Sicut patet Dicit
ergo sic Felix est sterilis et in-
coinquinata id est felix est illa in
qua est sterilitas prolis cum
mundicia cordis Quia nisi esset
cordis mundicia nichil con-
ferret virginalis integritas Un-
de vult dicere quod felix est illa
que habet carnis et mentis in-
tegritatem ~~vocat sterilitatem~~ Ca-
rnis integritatem vocat sterili-
tatem Prima valet omnis in-
tegra est sterilis id est sine actua-
li fetu Sed cordis mundiciam
vocat incoinquinationem Secun-
de enim operuit prave cogitationes

que coinquinant hominem capitulo
xv°. Que nescivit thorum in de
licto i. que non est corrupta ap
plicando lectum nec concubitum
illicite voluptatis. Et quare se
quitur quia licet non habeat
primo fructum ventris de quo
ps. filii mercedis fructus ventris,
habebit tamen fructum in respec
tione animarum sanctarum i. in tempore
illo quando deus animas sanctas respiciet
operibus virtuosis que in ita se
cerunt Ro. vi°. Habetis fructum
vestrum in sanctificationem, finem vero
vitam eternam. Et Cant. v°. Ve
niat dilectus meus in ortum suum,
ut comedat fructum pomorum
suorum. Dubitatio talis utrum
virginitas sit virtus moralis.
Et videtur quod non. Primo sic:
Nulla virtus est in nobis a natura
ii Ethicorum. Sed virginitas inest
nobis a natura ergo etc. Secundo sic
Omnis virtus moralis generatur
ex actibus, sed virginitas non, ergo
etc. Tertio sic nulla virtus aufer
tur in voluntate, virginitas autem
aufertur in voluntate. Sicut
patet in oppressis ergo etc. Quarto
sic nulla virtus perditur sine peccato
et meritorie, sed virginitas sine
peccato perditur et meritorie ut patet
per Ieronimum i Cor. vii°. Non peccat
v° virgo si nubat ergo etc. Quinto sic
omnis virtus amissa potest recuperari
reparatur ergo non est virtus etc.
Sexto sic quod nulla vera virtus
est in infidelibus. Sicut probat
Augustinus contra Julianum
libro iiii°. Absit inquit ut in
aliquo sit vera virtus nisi sit
iustus absit autem ut vere iustus
sit nisi vivat ex fide. Sed virginitas
est in infidelibus. Sicut patuit

Questio utrum virginitas sit virtus moralis

de virginibus decem, nostre sanctitatis
quarum una aquam de Tyberi in
portavit in cribro in signum vir
ginitatis. Sicut recitat Aug. de
civitate dei capitulo x°. Et Valerius
libro viii° capitulo xvii°. Septimo vij°
sic omne quod recedit a medio
virtutis est vitiosum. Sed virgini
tas est huiusmodi, ergo etc. Probatio
maioris. Quia dicit philosophus ii°
Ethicorum. Quod qui omni volup
tate potitur et ab nulla recedit est
intemperatus. Qui autem omnes
fugit est agrestis et insensibilis.
Sed virginitas recedit ab omni
bus voluptatibus venereis ergo
recedit a medio, et per consequens non
est virtus. Octavo sic. Quod viij°
quod est contra preceptum legis
divine est peccatum vitiosum. Vir
ginitas est huiusmodi. Quia pre
ceptum est Genesis primo Cresci
te et multiplicamini et replete
terram ergo non est virtus. Et con
firmatur. Quia sicut preceptum de
conservatione individui est de
preceptis legis nature, ita preceptum
de conservatione speciei. Ergo sicut
peccaret qui abstinet ab omni
cibo, ita peccat qui ab omni actu
generationis abstinet. Nono sic ix
nulla virtus indiget sacrificiis
comparari. Sed Plato legitur sua
perpetuam continentia comparasse
et sacrificasse dee Veneri per eius
dem continentie vias absol
vendo. Secundum Augustinum
de vera religione capitulo iii°.
Decimo sic. Qui habet unam vir x
tutem habet omnes, sed qui
caret virginitate quandoque habet ali
as virtutes ergo virginitas non est
vera virtus. Ad oppositum est Ad oppositum
Ambrosius libro suo de virgini
tate sic dicit. Quod ipsa est pu

qui

cipalis virtus ¶ Propterea soli virtuti de
betur premium | Sed virginitati de
betur fructus centesimus | Ergo et
patet ex glosa capitulo xiiij^o ¶ Ad
Ad questionem — questionem dicendum quod sic |
Sed distinguendum est de isto
termino virginitas accipitur enim e-
quivoce apud doctores ¶ Nam uno
modo virginitas vocatur integri
tas carnis | Et sic omnis mulier
nascitur virgo Unde ista virginitas
non est virtus | tum quia est a na
tura sicut argumentum in primo prin
cipali | Tum quia talis virginitas
non est nisi in feminino sexu | tum
quia virginitas que est virtus stat
cum fractura illius integritatis |
Tum quia integritas talis in
turpe haberi potest sine virginitate
2^m Secundo modo accipitur virgini
tas pro inexperiencia cuiuscumque
veneree delectacionis | Et sic est vir
ginitas unius actus privatio | ne
gans talem experienciam in perso
na nata experiri ¶ Tercio modo
3^o accipitur virginitas pro habitu
continendi ab omni venerea
voluptate | cum negacione volun(tatis)
4^o experientie de preterito ¶ Quarto mo(do)
accipitur pro actu continendi ab
omni venerea voluptate | cum
negacione voluntatis experientie
cuiuscumque veneree voluptatis
de futuro propter deum | Et sic
de ista tercia virginitate est
notum continencie in futurum | Et
sic loquitur Augustinus de sancta
virginitate ubi dicit | Quod vir
ginitas est continencia | qua inte
gritas carnis et anime voto
consecratur et servatur | ipsi crea
tori | Primo accipiendo virginitatem
videlicet pro carnis integritate |
manifestum est quod non est
virtus | sicut superius dictum est

Cum omnis virtus sit in anima
subiective | nulla vero in carne |
Nec secundo modo est virtus | cum
sit a natura ante annos di
scretionis | Sed modo tercio et
quarto est virtus Ratio est | quia
omnis talis virginitas est contine
ntia | Et omnis continentia est virtus
sicut notum est | Notandum est Nota
tamen | quod sic se habet virgi
nitas ad continentiam vel ca
stitatem | sicut magnificentia
ad liberalitatem | liberalitas enim
habet pro materia qualitercumque
sumptus et usum pecunie
inedendo | Sicut patet in ethicorum 4
Sed magnificentia habet ma
teriam specialem | in qua est ma
ior difficultas | scilicet magnos sump
tus Eodem modo ad continentiam
pertinet abstinere ab omni experi
mento veneree voluptatis illicite |
que est contra leges matrimonii |
Sed ad virginitatem pertinet co
servare personam in minime ab omni
experimento cuiuscumque vene
ree voluptatis licite vel illicite
¶ Ex his patent maior | primo
quia virginitas carnis non est
virtus | sed sola virginitas mentis
Nam omnis virtus est habitus
mentis | Secundo quod aliqua Sedm
mater potest naturaliter esse mater et
virgo | loquendo de virginitate
que est virtus tercio modo vel
quarto hoc satis patet | quia mulier
posset opprimi vel impregnari vio
lenter | manente tamen habitu
virtutis in mente sua uniformi
ter | Et sic loquitur Augustinus
primo de Civitate dei capitulo x
18 viij^o et xix ubi dicit expresse
quod si in violenter oppressis periret
pudicitia | non esset virtus animi |

nec pertinebit ad illa bona quibus
bone sunt. Sed in bonis cor
poris non annumerabit. Cuius
modi sunt vires, pulchritudo,
sanitas et huiusmodi. Et po
nit exemplum, quod quedam
obstetrix integritatem cuiusdam
explorans sive malivolencia
sive insipiencia sive casu fre
git et perdidit eius virginitatem.
Dicit autem sicut dicit Augustinus
quod stultum est dicere aliquid
pudicitie perisse. Tertio dicitur
quod in vacuo sexu per solam vo
luntariam experienciam volup
tatis fit corruptio virginitatis que
est virtus voluntaria ad excluden
dum experienciam per actionem
vel consummationem. Quarto di
citur quod deus potest virginitatem
amissam de novo reparare. Sic
potest quatuor aliam disconti
nuacionem vel vulnus corporis
recipere, et hoc accipiendo virgini
tatem primo modo. De deo autem
pro illo secundum quod accipit virgini
tatem. Secundo modo pro inexperien
cia venerie delectacionis, modo
corruptam hoc est expertam deus
non potest reparare ut fiat in
experta. Et loquitur de corrup
cione voluntaria. Ad primum argu
mentum quod arguitur quod virgini
tas non est a natura, patet ex predictis. Ad
secundum dicendum, quod habitus
talis virtuosus respuendi omnes
venereas voluptates, potest satis
bene generari ex actibus et etiam
augmentari, quamvis michi
videatur quod propositio assumpta
sit falsa. Non enim omnis virtus
generatur ex actibus, quia pauper
potest habere habitum liberalitatis sive
que oparteret si subesset materia,
ex sola doctrina Aristotelis et inexperien
cia expendendi. Sed Aristoteles vult
dicere quod omnis virtus nata est
secundum suam speciem ex actibus
generari, aliter non posset pauper
esse magnificus nec liberalis nec
fortis nisi periculum corporalium
timorum, quod non est verum.
Item in ipso sunt iste virtutes
ante actus. Ad tertium patet quod
virginitas que est virtus numquam
aufertur in voluntate. Sicut
dictum est. Ad quartum si dicatur
quod notum esset de bone virgi
nitatis que est virtus, sicut vi
detur Augustinus dicere, non potest
perdi sine peccato. Aliter potest dici quod
est virtus tanta, quod ad eam
nullus obligatur sub precepto si
noluit, ideo potest amitti sine pe
ccato. Sic non dico plus ad primum.
Ad quintum quod virginitas que
est virtus potest recuperari primam
quantum ad habitum virtutis et
tunc dicatur continencia non
virginitas propter connotacionem in
experientie precedentis. Sed utrum
talis persona habitura sit aureo
lam, patebit in proxima questione.
Ad sextum concedit Augustinus quod in
infidelibus nulla est vera virtus,
quia non referunt ad debitum
finem, et per consequens deficit cir
cumstancia finis que est maxima.
Ad septimum virginitas non re
cedit a medio recte racionis, sic
nec magnificus. Recedit autem
a medio racionis, qui amittit ali
quid eorum que oportet fieri secundum
dictamen recte racionis. Similiter
virgo non abstinet ab omni de
lectacione, quia tunc foret in
sensibilis vel agrestis. Sed ab
stinet solum ab omni delectacione

venerea, propter quas multas alias ex
primit pt. Nam speculatio veritatis
habet mirabiles delectationes, sic
dicitur x° ethicorum. Ad octavum dicen
dum quod multiplex datur prece
ptum duplici modo. Nam aliquando sic
datur quod quilibet de multitudine
ad illud obligatur. Aliquando sic datur
quod sufficit quod aliquis vel ali
qui de illa multitudine hoc fa
ciat. Sicut aliquid conventui prae
cipitur quod una missa dicatur
ab uno homine. Et hoc sufficit quod
unus solus ex conventu celebret. Ex
primo modo datur praeceptum de come
dendo toti humane speciei, quod perti
net ad conservationem individui.
2° Secundo modo datur praeceptum
generandi, quod spectat ad multitu
dinem hominum. Et tamen licet cui
libet illorum soluto saltem a
matrimonio possit convenire, et hoc potest
esse materia arti. Ad nonum de
platone dicendum quod fatue fecit
sacrificando ut conformaret se
infidelium ritui. Ad decimum
dicendum quod qui habet virtutem
unam habet aliquo modo omnes,
non tamen perfecte. Sed quia est
certum bonum quod constituit me
dium in omni virtute. Non enim
quilibet liberalis habet perfecte ma
gnificentiam, nec omnis continens
habet perfecte statum virginitatis,
sed participat aliquo, quia pro
mpte et faciliter detestatur delecta
tiones illicitas etc. lectio 39

lectio 39.

Et spado qui non est operatus per manus

suas iniquitatem, nec cogitavit
adversus deum nequissima. Da
bitur enim illi fidei donum elec
tum, et sors in templo dei acce
ptissima. Postquam expositus

sanctus commendavit excellentiam
castitatis in sexu fragiliori in
sexu femineo, hic consequenter
commendat castitatem in sexu
fortiori scilicet masculino. Et circa hoc
duo facit. Nam primo excludit
ea que repugnant sancte vir
ginitati. Secundo subiungit ea
que dabuntur perfecte castitati ibi
Dabitur enim. Circa primum excludit
duo. Primo inordinatas delectationes
que consistunt in actu. Secundo
carnales cogitationes que sunt
in cogitatu. Secunda pars ibi
Nec cogitavit. Dicit ergo primo
sic. Non solum mulier sancta
et casta habebit fructum in
refectione animarum sanctarum
primo et spado et eunuchus
qui bene vivens. Ab eo quod
est bonum et victus quod est
victoria. Distinguunt tamen
grammatici dicentes inter istos
tres terminos eunuchus, spado
et castratus. Castratus dicitur qui ca
stus est natus, sicut naturaliter
frigidi, et viri impotentes
ad generandum. Spado dicitur qui
in utero castratur. Eunuchus
qui voluntarie se castrari per
mittit. Unde versus: castratum
natura facit, violentia spadonem
efficit improbitas, eunuchum
sola voluntas. Sed ista dicta
parum vel nihil valent, quia
gentiles ab antiquo eunuchos
fecerunt pueros propter tres
rationes. Primo ut dominis incis
orum puerilis maneret. Secundo
ut essent apti ad custodien
dum dominas, quia existunt fi
lios vel filias heredes facere
non potest. Tertio ut eis more

vel castus quamquam virginitatem vota[illegible]
eius castus spado [illegible] spati[illegible]
alius castratur [illegible] vocatur eunu-
chus [illegible]

sodomitico sacrilege abstinentur di-
uinis / quia contingit semper ma-
nebant in barbes castrati cum
in iuuentute / contingit numquam
barbescunt. Spado in proposito
accipitur qualiter proponit numquam
uitiose abstinente ab actu ve-
nereo qualitercumque voluntatem. Et
sterilem accipit supernus perpendens
quam uitiosa effectualiter non fecun-
dat. Et isto modo homo potest
quare et caste viuens amore
dei potest vocari spado / quia sibi
potissime debetur merces vir-
ginitatis / cuius modi sunt viri eccle-
siastici et religiosi / De quibus
loquitur saluator capitulo xix°. Sunt
eunuchi / qui castrauerunt semet-
ipsos propter regnum celorum. Et
de istis dicitur Ysa. lvi. Hec dicit dominus
deus eunuchis / qui custodierint
sabbata mea / et elegerint que ego
volui / et tenuerint fedus meum /
dabo eis in domo mea et in
muris meis locum et nomen
melius a filiis et filiabus.
Dubitatur utrum liceat alicui
castrare semetipsum propter contine-
ciam conseruandam / Et videtur
quod sic capitulo v° et xviii°. Si-
militer si pes tuus aut manus
tua aut oculus scandalizet
te abscide eum. Scandalizare est
dare occasionem ruine / ergo licet
[illegible] propter sanitatem corporis
consequendam / licet homini se
mutilare / ergo a multo fortiori propter
virtutes et sanitatem spiritualem
item capitulo xix°. Sunt eunuchi
et cetera. Origenes legitur hoc fecis-
se ut describitur in ecclesiastica hystoria
licet non propter seruandam
continenciam / sed propter vitan-
dam infamiam et malam.

Utrum liceat castrare aliquem se
metipsum propter continenciam conseruandam

et suspicionem / ut posset liberius in
occulto predicare tam mulieribus
quam viris. Sicut sexto libro
ecclesiastice hystorie scribitur tempore Decii
Sed ad oppositum quod nullo modo
sit faciendum / habetur in canone
di. lv. Si quis absciderit / ubi
sic dicitur. Si quis amputa-
uerit sibi virilia non fiat cleri-
cus / quia sui est homicida / et
dei conditionis est inimicus. Si
quis tamen clericus fuit / abscin-
dit semetipsum / omnino dampnatur /
quia sui homicida est / hoc est
fecit tale quid / propter quod ho-
micidium potuisset sequi. Ad primum
illa auctoritas non intelligitur
de membrorum abscisione / sed nomine
parcium corporis / vocantur amici ne-
cessarii / qui quantumcumque sunt fa-
miliares speciales vel necessarii / et
alliciant ad peccandum / precien-
di sunt a familiaritate nostra.
Ad secundum neganda est conse-
quentia / quia saluti mentis
non posset talium abscisio parere /
ymmo magis nocere / preter si per
refrenationem eorum passiones vi-
tiose domentur. Ad tertium de Ori-
gene dicitur quod devotionis actus
fuit / nec fuit propter hoc impeditus
ne esset sacerdos ordinatus. Sic
notat glosa di. lv. Si quis ab-
sciderit / sed factum suum non est
trahendum in consequentiam / Tales
enim decipiuntur / et retorquent
in facto suo necessitatem peccandi
in deum / nature sue conditorem.
Talis igitur spado est felix in
futuro / propter suam virginitatem
in presenti. Sed tamen oportet quod
duobus vicijs careat. Ad hoc
quod conseruet virginitatem per-
fectam / scilicet a contactu manuali
libidinoso / ad prouocandum delecta-

concem carnis | et cogitatu inctali
voluptuose ad excitandum yma
ginacionem cordis vel carnis. Unde
dicit: Quod felix est spado qui non
est operatus per manus suas iniq
uitatem. Quo ad primum, nec cogita
uit adversus deum nequissima.
tunc filij excusacionem habent
in peccatis per precepta patrum / pa-
tet quod nichil ualet iurisdictio /
quia iurisdictio omnis superioris
intelligitur de licitis et honestis / et doctor
satis exprimit adunctum boni /
quod filius non tenetur in
omnibus patri obedire / et cum
arguitur quod si filius sit patri
inobediens in differentibus / faci-
at sibi irreuerenciam / Nego / quia
nunquam fit homini irreuerencia /
nisi obmittendo aliquid in quo
debetur reuerencia / quod esse non
potest in indifferentibus / quia tunc
non forent indifferencia / sicut
per ipsa uocabula satis patet / Ad
secundum patet quod filius
non peccat mortaliter non seden-
do in loco ubi pater precipit / nisi
ex aliqua alia circumstancia hoc
contingat / quia nec deus pre-
cipit quod in talibus patri neces-
sario obediatur. Ad tercium pa-
tet quod pater non precipit pape que
spectant ad bonos mores / sed
tantum illa que deus precipit
filijs suis ut teneant / et ideo
nullam nouam religionem precipit
pater preceptis filijs suis. Ad quartum
dico / quod talis clausula si ap-
poneretur in regula / indiscreta
foret / quantum ad intencionem uocis /
et posset racionabiliter glosari sic / in
omnibus clausulis licitis et
honestis / et sic ipsa concluderetur
cum non sit licita. Sed contra
ponamus quod sit clausula
talis in regula / quilibet frater
tenetur in omnibus licitis et ho-
nestis prelato suo / ista clausula
apparet licita et honesta / et tunc
stat argumentum / dicendum
quod hec clausula non est li-
cita / quia poneret hominem in
nimia perplexitate / Unde ille
regule profitentur nimis gra-
lem obedienciam / uel nimis
grauia precepta / faciunt suos
professores semper uiuere in per-
plexitate et indigencia dispen-
sacionis / et uariarum expositio-
num super talem regulam ha-
bendarum. quod nullomodo foret
iocundum sanctis constitutis.

Marginalia: i. (left); intelligit (left); 2o; 3o; omnia; 4o; obedire; i.; in perplexitate; qui; in perplexitate

1 Immortalis / scilicet ibi

2m

Ad primum oppositum dicendum quod auctoritas solvit semetipsam / Nam consequenter subiungit quod filius ille in omnibus voluntatibus bene placitis liberi mei regis et filiis obedientiam prestare oportet, liquidatur ergo hic consequenter quod filius ille in modicis actionibus ... luxurie atque commissis. Ad secundum de Apostolo Collo 3o / Filii obedite parentibus per omnia / textus solvit se ipsum / quia sequitur / Hoc enim beneplacitum est domino / id est secundum precepta divina dictabat. Ad tertium dicendum quod nulla irreverentia fit patri si in illis sibi non obediatur in quibus ius prelationis non habet / Credo tamen quod filio venialiter peccare de facili patri non obediendo ~~patri~~ circa in indifferentibus exigentie suo sed ex venialibus peccatis inclinans per se in hac materia est in primo impossibile. Leo 3 ca 9o

Leo 4 3 ca 9o

O quam pulchra est casta generatio cum claritate / immortalis enim est memoria illius / quia apud deum nota est et apud homines. Postquam actus superius reprobavit adulterine generationis feditatem / hic commendat caste generationis honestatem / et quia alternatim et vicissim agit modo de iustis, modo de impiis / ut ex contrarietate comparatione veritas natura relucescat / ideo primo ostendit caste generationis honestatem / et 2o ita de adulterine generationis replicat vilitatem / ibi / Adultigena autem. Circa primum tria facit / secundum quod tres commendationes castitati tribuit coniugali / Scilicet multiplicitatem glorie in propagatione / et eternitatem memorie in approbatione / sollempnitatem victorie in retributione. 2a pars ibi / Cum presens / Circa primum est advertendum / quod castitas coniugalis ut debite servetur tria requirit / videlicet sacramentale satisfactionem que conservat perpetuitatem / Corporalem cohabitationem que servat castitatem / prolis moralem educationem / que conferat sanctitatem / Et quantum ad primum dicit O quam pulchra / Quantum ad secundum dicit casta generatio / Quantum ad 3m subdit cum claritate / et correspondent istis tribus tria bona que sunt in matrimonio / scilicet fides / proles / sacramentum / Fides est fidelitas mutua ~~in continuatione~~ in commixtione corporum / proles educatio bona filiorum vel filiarum ad dei cultum / sacramentum est representatio inseparabilis coniunctionis Christi et ecclesie / Ad horum evidentiam tria notanda sunt / primo quod nullus naturalis appetitus est in homine cuius effectus non possit virtuose impleri / cuius causa est quia natura instituta est a deo / Unde si natura ad actum inclinat cui actus in homine posset nisi peccatum operari / homo a tali inclinatione esset inculpabilis per naturalem inclinationem / et simul cum hoc culpabilis per actus deordinationem / que duo simul stare non possunt / Videtur dicendum quod natura humana est hoc corrupto originali / quod inclinat ad actum generandi / quia talis inclinatio fuisset in statu innocentie / quamvis non punitur

:/ operatorum

:/ notabiles

~~Ubi in mortalis / scilicet ibi cum primis~~

X

ffet comi ante actum|nec concu
absorbuit in actu|et ideo quia
natura ad hoc inclinat|ergo dicendum
quod hec inclinacio adeo est
et per quas quod posset fieri viciose
si homo vellet|quia contradictio
est dicere quod homo inclinetur
ad aliquid faciendum adeo incli
natione nature et eciam cordis|et
non posset illud facere viciose|Sed
concedendum est|quod actus generandi
et viciose et virtuose concurrit
ut intra limites coniugii|2º no
tandum est circa bona matrimonii
supra dicta|que dicuntur actum car
nalem excusare et honestare|Et
que sunt ista|fides. proles. et
sacramentum|quia fides in propo
sito non est virtus theologica|De
qua dicitur quod fides est sperandarum
rerum substantia argumentum non apparentium hebr.
xi et i. cor. 13 Manent autem ma
net fides spes et caritas tria hec|
sed pocius est quedam virtus mo
ralis contenta sub iusticia|per
quam homo adimplet illud effi
caciter quod promisit|Unde ad
fidem istam in coniuges conser
vandam|requiritur quod neuter
alteri corpus suum deneget|nec
alieno concedat ad opus carna
le in preiudicium sponsionis factam|quia i
facie ecclesie consenserunt se|Bo
num autem prolis addit scilicet pro
lis educacionem ad cultum dei|
Unde qui habet multos filios et
male educatos|prolem habet et
non bonum prolis|Similiter istud
bonum in intentione sufficienter
excusat matrimonium et honestat|
Dato quod numquam habeat pro
les in effectu|sicut in steriles patet|
qui mutuo reddendo sibi debi
tum non necessario peccant|et
in omnibus generaliter dicendum est|

quod intencio bone prolis est bo
num prolis|et est ante prolem|Bo
num autem sacramenti est inse
parabilitas personarum matrimonio
coniunctarum|representans inseparabi
lem unionem christi et ecclesie|De-
scribit ergo commendacione exponi
potest sicut pluries lectionis|Deinde
exclamando dicit O quam pul
chra est casta generacio|O secundum pri
scianum in maiori volumine
ubi ait de interiectione|quedam est
nomine|et quedam interiectio|quedam ad
verbium|nomen est litera que vo
catur interiectio que significat
admiracionem vel dolorem|Ad
verbium quod est nota optandi vel
vocandi|Unde versus|O stupet
odubitat vocat indignatur et op
tat clamat et queritur|ut in libro
exemplis reperitur|Sed ergo in propo
sito nota admiracionis|in signum
laudis et commendacionis|O quam
pulchra .i. quam honesta est
castitas coniugalis|primitivum
adiutorium viri et mulieris in vi
tam concordem|Vir autem et mulier
cohabitant simul in vitam|non
solum gracia procreacionis filiorum
sed eorum que conferunt ad vitam
activam|naturaliter enim in re
gimine domus operaciones viri et
uxoris distinguuntur|Unde non
sufficiunt ad invicem|nisi cor
operaciones communicent secundum
philosophum viii ethicorum capitulo 12|et Gen. 2º
faciamus ei adiutorium
simile sibi|casta generacio est|quia
coniuges ad invicem commiscentur|
vel causa fidei servande|vel
prolis procreande|vel utriusque
Unde ad textum 2º Adolescentu
las ut viros suos diligant prudentes.
dentes. sobrias. castas etc. Generacio
cio potest accipi active vel passive.

castitatis coniugalis

Et tunc significat op[er]ac[i]o[n]em g[e]n[er]antis | passive dicitur g[e]n[er]acio proles ge
nerata | sic accipitur com[m]unit[er] in
sac[ra] scriptura Deut[eronomi]o 32 G[e]n[er]acio p[ra]
ua atque p[er]u[er]sa | [et] c[etera] ite[m] Ro. Ps[almus]. pre stul
te[?] in sp[irit]u / et utroq[ue] modo p[otes]t acci
pi in p[ro]posito | sed magis conue
nient[er] acci[pitur] 2° modo | G[e]n[er]acio in
quam cum castitate .i. cum [sapi]
[encia] prolis educac[i]one | [prima]
[cor.] vij. Benedictio et sapiencia
et g[ra]ciar[um] actio | honor et virtus
et fortitudo deo nostro Et p[ost] sap
ve Clara est et i[m]marcessibilis
[?]cit Bu[?] tamen exponit cum
castitate | sed antiqua biblia ecc[lesi]a
bamus exponit cum castitate | et
hanc literam teneo veriorem | 2°
in ista lec[ti]one ponit secunda co
mendac[i]o[n]em castitatis coniugalis |
que est eternitas memorie in ap
probac[i]one Unde dicit In mor
talis[?] memoria illius | quia apud
deum nota est | et apud homines |
nota est et approbata Nam deus
coniugium statuit in paradiso an
peccatum Unde dicunt doctores | quod
coniugium institutum est in officium
et remedium | in officium ut fiat ge
n[er]acio p[ro]lis | in remedium con
cupiscencie ut consulat[ur] infirmi
tati et vitet[ur] culpa | prima institu
cio fuit in statu innocencie cum
in statu n[atur]e post lapsum est
institutum et in officium
et in remedium | et ideo apud deum
status coniugalis est approbatus |
et sanctus est et in mortalis
apud homines | pro tanto quia
de bonis patribus educantur
boni filii | et p[ar]uulos filii filior[um]
et sic deinceps | iuxta illud Eccl[esiastic]i
30. Mortuus est pater illius | et quasi
non est mortuus Reliquit enim
similem sibi post se Unde apud
homines est casta g[e]n[er]acio et im-
mortalis | quia usque ad finem mundi
nunquam deficient boni in ecc[lesi]a dei |
iuxta illud Luc. 22. Symon ecce
sathanas expetiuit vos ut cri
braret sicut triticum | ego autem
rogaui pro te ut non deficiat fi
des tua Dubitatur similis utrum
actus matrimonialis possit fi[eri]
virtuose | et videtur quod non Exo[di] 19.
p[re]cipitur p[o]p[u]lo | quod p[er]cidum non
appropinquarent ad uxores suas |
quando legem sunt accepturi |
sed si potuissent hoc fecisse v[ir]
tuose | non fuissent impediti
a sanctitate | ergo si non potest vir
tuose Preterea concupia carnalis
sine carnis obediencia est semp[er]
turpis | ergo non p[otes]t fieri sine peccato |
sed actus matrimonialis sine ta
li concupiscencia fieri non potest |
ergo et c[etera] Item illud quod corrumpit
in homine actum racionis | nullo modo
fit virtuose | quia omnis actus vir
tutis dirigitur a racione sapiencie
3° Ethi[corum] 4 | Sed delectacio actus
carnalis corrumpit actum ra
cionis | quia impossibile est iam i[n]
illa delectacione aliquid intellige[re] |
sicut dicitur vij. Ethi[corum] 4 | ergo impossibile
est quod talis actus fiat virtuo
se Preterea illud dimittere quod e[st]
meritorium non est laudabile |
sed dimittere actum concupisc[enci]e
carnalis est meritorium | ergo exercere
talem actum non est laudabi
le | ergo nec virtuosum Preterea 32
di. q. 2. Connubia legitima ca
rent peccato | Non tamen illo tempore
quo actus coniugales geruntur |
presencia sp[iritu]s sancti dabit[ur] | sed
nullus actus est meritorius nisi
p[er] graciam. Ps. | ergo et c[etera] Ad oppositum
actus quo impletur preceptum
est meritorius | Sed actus matrimo
nialis est[?] quandoque | probat[ur] | quia

Q[uestio] utrum actus matrimonialis
possit fieri virtuose

Apok
que
est enim
al[iter] statuit

pma cor. a. dicit vxori vir debitum
reddat et similit vxor viro / ptea
quidquid pt fieri sine peccato pt
fieri vtuose / sed sine peccato pt ho
vel mulier nube / et se p consequens
actui obligare / quia 1. cor. 7 virgo
non peccat si nubat / ptea nichil ca
dit sub consilio dando psone qn
tumcu in fine / nisi quod pt fieri
vtuose et meritorie / sed sub consilio
dr psonis in fimis / qui virginitate
servare non pnt / Vbi Volo iu
niores viduas nubere / filios pro
creare / matres ec / ad questionem
dd quod sic / ad cuius evidenciam
dicenda sunt sex / pmum quod ac
tus mrimonialis pt fieri sine
pcto / istud patet racioncs ad op
positum / et simili taliquem sta
tum esse in ecclia . auctenticum per
sacramentum / cuius actus non po
sset fi vtuose / nichil aliud est
quam dampnare sacramentum
Item inclinacio naturalis et
reca ro dictat / quod faciendum sit
humani genis ppagacio / donec
dens reuelauit oppositum qz ro
stat quod fuit pceptum / et ad
huc est / non quidem multiplicum
p quamlibet psona / sed multiplicandum
p aliqua vel pro aliquibus pso
nis / 2o oz dice quod alique perso
pnt illud pceptum sine pcto
imple / Secunda conclusio est quod ta
lis actus pt fieri meritorie / istud
pbatur sic / quidquid pt fieri vtuo
se / pt fieri meritorie ab exnte in
gracia / quia nichil plus requiritur
ad actum meritorium / nisi quod
homo exns in gracia / operetur ser
nando circumstancias in materia
in fine et in aliis / ptea quod fa
ciat qn oz et sicut oz / 2a / Ergo
actus generandi pt fi ab exnte
in gracia cum istis circumstanciis

Tercia conclusio est quod cum
duobus modis potest actus car
nalis esse meritorius / vz quando
causa movens ad actum / est re
ligio vel iusticia / religio movet
qn fit pase et ppne ca prolis
procreande ad cultum / Iusti
cia vo movet / qn fit causa re
ddendi debitum / et servandi
fidem promissam in contractu
matrimoniali / Ista vo probatur
quia actus talis non pt esse
meritorius / nisi bona matrimonii
illum actum honestent / que st
fides. proles. intencio fidei ser
nande / vel prolis procreande /
Quarta conclusio est / q
quando cumqz libido est causa
movens ad actum talem / actus
ille est peccatum aliquale sm
Tullium / quia sic nullum debo
nis mrimonii movet / sed tantum
libido movet / igr actus non ex
cusatur a peccato / nisi propter
aliquod illorum bonorum ma
trimonii / Quinta conclusio quod
libido excedens / si est causa mo
vens ad actum carnis inter co
niuges / est pctm mortale / voco
aut libidinem excedentem / q
tanta est / quod non est restricta
ad limites matrimonii / quando
eandem cognosceret in illo fer
vore / dato quod nequa eius
vxor esset / Hec conclusio satis
patet / quia ptunc nec movet
bonum prolis vel bonum iusticie
et fidei / sed tantum libido / et
hec vltra legem matrimonii
pcassum / 2o equipollet fornica
cioni / Sexta conclusio est quod
superflua libido in osculis inta
ctibus / et abusus in modo de
lectandi / sunt pcta mortalia
de facili / sed circumstancias oz

irelinquere discretioni boni viri ista
// conclusio // 9o patet quia bona matrimonii
talem libidinem non excusant
et licet ista videantur minima et
a sancta contemplatione valde
distancia non tamen debet esse
ignota nec auditoribus nec
pastoribus quorum int est semp
esse quales medicos animarum Ad
primum de precepto dei suo populo q
precipiebat ab uxoribus abstinere
ante legem datam Dicendum
est quod a mulieribus bonis propter
maiora frequenter est abstinen
dum pro tempore Ad secundum
de concupiscentia que est in membris
Dicendum quod illa concu
piscentia vel inobediencia pe
na peccati est unde eo pt bene ca
uti et male sed quidquid tur
pitudinis est bona matrimo
nii et illud excusant Ad tercium
de interrupcione actus contemplacionis q
fit in concubitu Dicendum est
quod actum contemplacionis impedire
pro tempore propter maius bonum
non est peccatum sed virtuosum Sicut
// virtuose // sicut homo potest se addormien
dum sic non est peccatum propter bona
matrimonii actum contemplacionis intermittere Ad quartum qui arguitur
dimittere illud quod est melius
non est laudabile etc Dicendum
quod licet homini dimittere unum
opus meliorum maius ad quod
non teneatur et operare aliud etc
si ad illud non teneatur sicut
licet michi dimittere oracionem propter
studium quia ad neutrum teneor
et licet non sit michi melius
dimittere melius est tamen michi
meliorum operari minus Ad quintum
dicendum quod Canon loquitur
De presencia spiritus sancti in actu illa

Ad 1m ad 2m
Ad 2m
Ad 3m
Ad 4m
Ad 5m

tuli sicut est prophetare vel mortuum
suscitare sicut potest esse per glosam
et sic non est in proposito Lectio xx

Cum presens illam est
imitantur et deside
rant illam cum se eduxerit et
in perpetuum coronata triumphat
incoinquinatorum certaminum
premium vincens Postquam
sapiens supra commendavit coniugii ca
stitatem tam ex honestate nec
essaria premitta sanctitatis quam ex
diuturnitate et immortali memo
ria hic eam tercio commendat ex
premii quantitate et virtuosa
victoria et dicit secundum talem primo quod
desideratur propter inde necessita
tem Secundo quod premiatur
propter utilitatem ibi Et in perpetuum
Tercio quod in celis parificatur ad
virginitatem ibi incoinquinatorum
Quantum ad primum dicit sic
Cum presens est illam imitantur
i gentes naciones et populi qui
honestatem coniugii per experimenta
lem sensum didicerant imitantur
i statuerunt illam imitandam
esse per leges consuetudines et
statuta et hoc est quod dicit
Cum presens est illam imitantur
et desiderant illam cum se edu
xerit i dum fuit continuata per
consuetudinem et desiderant
etiam eam sine aliqua coaccione
legis Et quia posset aliquis du
bitare de eius premio in futuro
licet eius honestas sit valde
evidens in presenti ideo hoc volens
concludere subdit quod in perpetu
um coronata triumphat i
fideles coniuges honestatem
servantes coniugii usque ad mortem

tem coronabimur. Apoc. 2. Esto fide
lis usque ad mortem, et dabo tibi
coronam vite. Et quia virginitas fe
cunditatem precellit ceteris paribus,
posset aliquis credere quod nullo
modo posset coniugatus virginitati
coequari, quod tamen verum non
est, puta cum virginitas esset fatua
vel superba. Mt. 27. Quinque autem
ex eis erant fatue et quinque prude
ntes. Unde satis possibile est bona
coniugem in obediendo viro, in edu
cando prolem, in disponendo fa
miliam tantum mereri, quod at
tingat ad meritum virginis, et ex
cedat, sicut possibile est quod dives
papa vite active excedat pau
perem voluntarium, licet status
paupertatis sit altior, quia status
altus non facit personam alti
meriti, nec persona maioris meriti
facit statum alti meriti, puta cum
christianus peior esse iudeo, et mo
nachus peior seculari. Crisostomus su
per [illegible] dicit quod in casu tam triumphat
quod vincit primum, etiam iunium
in coniugium, id est virginum. Apoc.
14. Hii sunt qui cum mulieribus non
sunt coinquinati, virgines enim sunt.
Status tamen virginitatis ce
teris paribus altior est, quia ab
lectione ipsa et impedienti agitur
de fidelitate coniugum. Item si coniugi
uterque promisit alteri usque ad
mortem. Queritur istam questionem utrum
coniugatus resuscitatus a morte
teneatur uxori coniugi, et arguitur
quod sic, quia religiosus mor
tuus et resuscitatus tenetur ad
continuandam obedientiam
quam prius moniebus, ergo pari
ratione coniugatus. Probatur con
sequentia, quia sicut religiosus
obligat se usque ad mortem, ita

coniugatus usque ad finem vite. Finis
autem vite est mors. Ad oppositum
est i Cor. 7. Mulier obligata est legi
quanto tempore vir eius vivit,
cum autem dormivit liberata est, cui
vult nubat in domino. Ad questionem
dicendum quod non tenetur. Reli
giosus tamen tenetur ad suum
ordinem sicut prius, sicut videtur
Henricus de gandavo 1° quodlibet q. 24. Et
ratio sua est quia religionem homo
ex proposito conformat quantum ad om
nes vires anime, quantum ad concupi
scibilem per castitatem, quantum ad
irascibilem per paupertatem, quantum
ad ~~potentiam alem~~ per obedientiam.
Et quia sicut obligatio fit princi
paliter propter rationalis, ita obedientia
est principalis parte in voto reli
gionis, et quia virtus rationalis
manet in anima separata, non autem
virtus concupiscibilis et irascibi
lis, ideo obligatio ad obedientiam semper
manet in anima etiam separata.
Obligatio autem matrimonii est
ad ea que corporis sunt, et ideo ma
separata ad talia non obligatur. Li
cet ista sit opinio multorum doc
torum, non tamen omnino irrationabilis
pro tanto videtur, quia pacto volun
taria limitata ad certum tempus non
ligat ultra illum tempus, quia non
ligat ultra intentionem obligantis.
Sed quia morte pensata mea
est obligatio, ergo tunc, tunc vere sit
mors, morte cum facta obligatio est
soluta, nec materia super quam
transit obligatio facit aliquid
ad materiam ipsius obligationis.
Et ideo religiosus resuscitatus
potest libere intrare religionem qua
cumque vel manere si volunt
secularis. Quod autem arguitur
quod obligatio ad obedientiam
pertinet ad virtutem rationabilem,

Questio utrum coniugatus resus
citatus a morte teneatur uxori
coniugi

Ad oppositum

Ad questionem

De gandano

Al' rationabilem

spontanea

et illa manet in anima separata. Sic arguere quod obediencia religionis manebit in patria quod nichil est

et ideo videtur michi dicendum quod sicut coniugatus resuscitatus potest contrahere cum illa vel cum alia sicut sibi placet, ita religiosus liber factus est et sic patet responsio tam argumentum quam ad quem. Licet sanctus f. in istis lectionibus coniugium multum commendet. Notandum est tamen quod non potest contrahi sicut expedit sine gratia prima et magna prudentia, nec sine magna prudencia familia regi potest. Et ideo attendens ad nuptias quatuor ista notet circa uxorem ducendam. Qualiter sit eligenda. Qualiter sit corrigenda. Qualiter dirigenda. Qualiter enim uxor eligenda discrete, dirigenda mansuete, corrigenda secrete, diligenda complete, ut sit electio per discretam liberationem, directio per mansuetam gubernationem, correctio per secretam informationem et dilectio per completam communicationem.

Primo igitur est uxor eligenda discrete non subito nec precipitanter rapienda, quia talis fervor in principio parit penam in futuro. Exemplum habemus Gen 34 de Sichem filio Emor qui ad primum aspectum Dine filie Jacob eam rapuit et mori noluit nisi eam ducere posset et fecit incauto fervore quod penis amore se et populum suum totum circumcidi permisit et ob illius facti precipitationem interfectus est cum populo suo a fratribus Dine. Non intelligenda uxore habeatur totaliter respectus

ad formam vel speciem mulieris, quia propter speciem mulieris multi perierunt, etc., non ad divitias, non ad parentes, sed principaliter ad bonos mores. Nam in tantum congruum negocium bene michi quod teste Salomone Domus et divitie dantur a parentibus, a domino proprie autem uxor prudens. Distinguit autem Aristoteles viii° Ethicorum capitulo 3° tres species amicitie scilicet propter bonum utile, propter delectabile et propter honestum, hoc est propter bonos mores, et ista sola perfecta est amicitia, et quid quod bonum est inde abus primis speciebus totum est in una ista. Unde ista sola proprie est amicitia mansiva, non autem amicitia propter utile que proprie senum et mercatorum, et talium amicitia cum sit brevis, utilitatis cessante amicitia cessat. Amicitia autem propter delectabile que est proprie iuvenum cessabit velociter delectatione cessante. Et ideo dicit Aristoteles ibidem: Amicitie iuvenum sunt de facili permutabiles propter duo: primo quia secundum etatem variatur delectatio, quia placet adolescenti quod placet puero. Secundo quia incipiunt amare non ex proposito mediante ratione sed ex passione. Passio autem cito transit, et ideo velociter amant et velociter ab amore cessant. Sed tercia amicitia que est propter bonum honestum habet istas conditiones, quia est mansiva et rara, quia fundatur super bonos mores qui in virtuosis semper manent. Rara autem est quia pauci sunt virtuosi et indiget hec amicitia longo tempore et convictu et experientia morum.

Non enim delectatio placet (cade)

Unde dicit Ieronimus non est scire ad iu
ncem bearum dilectionem donec
modius salis consumetur. Cum
igitur inter virum ad uxorem debeat
esse amicicia maxima non po
test fundari supra pulchritudinem
corporalem quia illa transibit prout
dicitur fallax gracia et vana est
pulchritudo mulier timens deum
ipsa laudabitur. Nec potest fundari
super divicias quia illa amici
cia est propter utile et est amici
cia per accidens quia bona diligunt
et non persona. Unde Ieronimus contra
Iovinianum libro primo Marcia Ca
tonis filia minor cum quereretur
ab ea cur post amissum maritum
non nuberet dixit se non in
venire virum qui se magis ve
llet quam sua quo dicto inquit
Ieronimus eleganter ostendit divicias
magis eligi solere quam pudici
ciam. Hec Ieronimus. Certe moder
nis temporibus nec pudicicia
nec honestas morum movet
contrahentes sed tantum divicie
vel libido et ideo non perseverat
amicicia nec proveniunt proles
apta inter coniuges ut frequenter.
Unde Crisostomus super Mattheum omelia
prima exponens illud Mathei primo
Salmon genuit Booz de Raab quia
inquit secundum imperium dei
accepit uxorem adeo precipuam
in virtute generat filios et inse ipsos
virtutem habentes Booz in Tobia ist
prout qui autem accipiunt uxo
res compulsione divicias vel sui in
finitate generant filios nec va
lentes nec fortes nisi in malo
ut ad penam sue irregularitatis
non ad gaudium et consolacionem
videantur filios genuisse sicut
fuit Booz autem genuit Obeth
ex Ruth qui in tempore subditus

Nunc autem qui divicias eligunt
et non mores pulchritudinem
et non fidem et quod in meretri
cibus solet queri hoc in coniugibus
optant propterea non generant filios sub
ditos vel sibi vel deo sed contu
maces et contra se et contra deum
ut filii eorum non sint fructus
iuste compunctionis eorum. Et exemplum
eorum habemus expresse Thobie vi
ubi legimus quod Sara filia Rag
uelis .vii. viris tradita fuerat quos
singulos prima nocte demon qui
dam Asmodeus nomine suffocavit
manente virgine intacta et ideo
cum Raphael suggereret iuniori Tho
bie dixit ita audi me et ostendam
tibi qui sunt quibus prevalere
potest demonium. Hii namque qui con
iugium ita suscipiunt ut deum a se
et a sua mente excludant et sue
libidini vacent sicut equus et
mulus quibus non est intel
lectus habet potestatem super eos demon.
Tu autem cum acceperis eam ingressus
cubiculum per tres noctes conti
nens esto ab ea et nichil aliud nisi
oracionibus vacabis. Transacta
autem tercia nocte accipies virgi
nem cum timore dei et magis
amore filiorum quam libidinis
ductus ut in semine Abrahe in
filiis benediccionem consequaris.
Et nondum quod fuit prima
occasio quare filii Seth recesserunt
a deo et quare diluvium inun
davit Genesis vi. Cum cepissent
homines multiplicari super terram
et filios procreassent videntes
filii dei filias hominum id est filii Cham
quod essent pulchre acceperunt
sibi uxores ex omnibus quas
elegerant. Sic igitur primo volenti
nubere est uxor eliganda discrete.

sed pena eo digna irregularitatis eorum

ut eam duceret quia ipsi sibi debebatur uxor si timeret Thobie

hec

No

Helieczer

Exemplum. Quando abraham heleazar mandavit quod non acciperet uxorem filio suo ysaac de filiabus chanaan Gen. 24. Jacob cum matura deliberatione sibi de uxoribus providit serviens pro eis 14 annis Gen. 29. Secundo est uxor regenda mansuete non cum tyrannide, non cum austeritate vel rigore, nobis non verberibus, amore non timore, dulcedine non amaritudine. Col. 3°. Viri diligite uxores vestras et nolite esse amari ad illas. Unde formata fuit mulier non de pede sed de costa et assumpta de latere in signum quod nec debet esse domina nec ancilla sed socia viro suo, sicut notat magister 2° sententiarum di. 18. Et tale regimen cum concordia est. Tria enim sunt in quibus spiritui meo sibi beneplacitum est Eccli. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, que sunt probata coram deo et hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, vir et mulier sibi consencientes. Tercio est uxor corrigenda secrete non cum confusione vel verecundia publice coram testibus arguenda. Unde Valerius in quadam comedia. Vicium corrigis aut est tollendum aut ferendum, qui tollit vicium quomodo diorem congiorem efficiat, qui fert se ipsum efficit meliorem, et ideo multo arguenda fuit severa austeritas tum virorum. De quibus narrat Valerius libro 6° capitulo 3°. Quorum primus vocabatur sulpicius gallus, hic publice uxorem repudiavit, quia in publicum prodierat discooperto capite. Secundus dicebatur sempronius sophus, hic similiter uxorem repudiavit, quia causa est ludo spectare ipso ignorante. Tercius qui dicebatur antistius vetus uxorem pro eo quod cum quadam vili liberta in publico secrete locuta fuerat perpetuo exulavit. Non sic sanctus Job uxorem licet pessimam arguebat sed secrete et modeste, quando inquit una de stultis mulieribus locuta es Job 2°. Nec dixit quod fuit stulta sed quasi una de stultis mulieribus loquebatur. Quarto est uxor diligenda complete propter complecionem caritatis et amicicie, que esse debet inter virum et uxorem. Apostolus mensurat tripliciter: primo modo per dilectionem Christi ad ecclesiam que fuit maxima. Alio modo per dilectionem viri ad corpus proprium. 3° modo per dilectionem viri ad semetipsum. Primo dicit Eph. 5°. Viri diligite uxores vestras sicut et Christus dilexit ecclesiam et tradidit semetipsum pro ea. Pro 2° ibidem: Viri debent diligere uxores suas sicut corpora sua. Pro tercio ibidem: unusquisque diligat uxorem suam sicut semetipsum. Nec mirum sunt enim bone uxores grate in conviviendo. Unde narrat Val. de regina uxore metriadis libro 4° capitulo 5°. Quod in tantum effusis caritatis habenis virum amavit. Quod tonsis capillis habitu quoque virili assumpto equis et armis se assuefecit ut virum fugientem continue per terras et nemus sequeretur. Narrat ibi gratitudinis exemplum expressissimum gracchus romanus duos apprehendit angues masculum et feminam, certificatus fuit per aruspicem quod misso masculo uxor sua cicius moreretur. Dimissa vero femina ipsemet moreretur. Ille statim feminam dimitti iussit. Consumuit quoque in 9^v

2°

cordis dilectio amore convincendo

suo seipsum in situ serpentis occidi
Secundo sunt grate et pie in co
dolendo Narrat enim ibidem
Val[erius] quod cum Lacedemonii a spar
tanis essent capti et ad decollan
dum in carcere servati coniuges eorum
illustris sanguinis velud allo
cuture primos viros intraverunt
carcerem impetrato a custodibus
aditu commutata quoque veste personula
tam dolorum velatis capitibus
eos abire passe sunt et ita ipsi
liberabantur et ipse salvabantur
Tercio sunt grate in commoriendo
Narrat Iohannes contra Iovi
nianum libro primo Indi et
omnes pene barbari uxores
plurimas habent Apud Indos
lex est ut uxor karissima cum ma
rito defuncto cremetur hec igitur
contendunt inter se amore viri
et ambitio summa certaminum est
ac testimonium castitatis digna
morte decernitur ita quod victrix
in habitu ornatu quoque pristino iuxta
cadaver accubat amplexans
et illud deosculans et suppositos
ignes prudencie laude contemp
nens Eccli 26 Mulieris bone be
atus vir Et ne pro bona coniugum
L. 7. supra tacta aliquis inconsulte ad
nuptias moveatur Notanda sunt
verba Hugonis de sancto Victore
in quodam libello quem scribit
ad quendam socium suum volentem
nubere ita dicens Non est uxor
ducenda sapienti primum quia
studia philosophie impedit nec potest
quisquam libris et uxori pariter
inservire multa sunt que ma
tronarum usibus sunt necessaria
preciose vestes aurum gemme
sumptus ancille supellex varia

et xenia decantata Deinde per totas
noctes garrule questiones illa
ornatior procedit in publicum
hec honoratur ab omnibus Ego
in conventu feminarum miserrima
despicior Cur vicinam aspicie
bas quid cum ancilla loquebaris
De foro veniens quid attuli
sti non amicum
habere possumus non so
dalem alterius amorem suum
odium suspicatur Unde uxorem
pauperem difficile est Divitem alere
ferre tormentum est Nulla est
enim uxoris electio sed qualis alibi
cumque obvenerit talis est habe
da si iracunda si fatua si de
formis si superba si fetida quod
cumque vicium in ea est post
nuptias discimus Equus asinus
bos et vilissima mancipia
prius probantur et sic emuntur
sola uxor non ostenditur ne ante di
splicat quam ducatur Item in
eodem Attendenda est semper
eius facies et pulchritudo
laudanda ne si alteram inspe
xeris se estimet tibi displicere
si totam domum ei regendam
commiseris serviendum est si ali Bi
quid tuo arbitrio reservaveris
fidem sibi non adhibere
putabit quia propter in odium
vertitur et iurgia iurgia concitat
et nisi cito consulueris parabit
venena Hec Hugo Quod autem
sit uxor omnis malicie vio
suo quantumcumque grata videatur
contumeliis declaravit ille Romanus
de quo refert Iohannes contra
Iovinianum libro primo Regi
nus quendam apud Roma
nos nobilem cum eum amici

arguerent quare uxorem castam
formosam et diuitem repudia
sset / ostendisse pedem et dixisse
eis / sic calceus quem cernitis videtur
vobis esse nouus et elegans / sed
nemo scit preter me ubi me premat /
adhuc addens / quod incomprehen
sibilis est viro sua uxoris ma
licia / et frequenter cuius pudicicia
vulgo constet / deluso marito se
incrementis excusat / Unde nar
rat Ieronimus ubi supra / licet sylle
felicis / et si non habuisset uxo
rem metellam / cuius palam erat
impudicia / et quia nouissime
mala viri discimus / illud athe
nis cantabatur / et sylla ignorabat /
secreta domus sue que primum
hostium cunctos didicit / Sic iero
nimus inducit dicit coniugis et
nati vicinum vix nosse valemus
Quod que domi geritur / postremi
forte scimus cum cuius nato
scemus peccat vel alumpnus
cantica vulgus habet nos tamen
ista latent etc. / Leo xl

Multigena autem:

Impiorum multitudo
non erit utilis / et adulterine plan
taciones non dabunt radices
altas / nec stabile firmamentum
collocabunt / et si in ramis in
tempore germinauerint / infirmiter
posite a vento commouebuntur /
et a nimietate ventorum eradicabuntur
Postquam sanctus s. comme
dauit castitatem coniugii / hic
reddit ad detestandam fetidita
tes adulterii siue concubitus forni
carii / sicut prius fecit per partes / est
tamen hic notandum / quod omnis
natura humana seu persona potest
habere duplicem bonitatem / unam
sibi ipsam viuendo virtuose in
sua persona / aliam ciuilem viuen
do utiliter rei publice / Unde non e
idem esse bonum virum et bo
num ciuem / cuius ratio est / quia bo
nus prius dicitur qui viuit conformiter
legi date quantum pro omnibus / Et
bonus ciuis non est nisi qui
viuit utiliter quantum tenetur / Cuius est ratio
prius ostensum est quod ut quantum
persone de fornicatorio concubitu
generate non sunt morigerate / neque
bone virtuali propter defectum
educationis personalis / Ideo s.
s. hic quantum ut dicit / quod non sunt
apti ad communitatem ciuilem
Unde continuatio talis est / prius pro
ostendit quod generatio coniugalis su
mme valeret ad consequendum felici
tatem regni perpetuitatem / quia sic
dictum est in perpetuum coronata
triumphat / hic ostendit quod
generatio adulterina summe dispergit
tatem regni ciuilitatem / et circa hoc
duo facit / primo ostendit quod ta
lis generatio nunquam potest iuxta
leges prepositas ordinari / stante
illo principio de fornicationis generatione
continuanda / Secundo dicit
quod dato quod possent leges ra
tionabiles hoc facere / s. ordinare le
ges / tamen propter maliciam fi
liorum nullo modo proficit durare
Et circa super istam assignat ra
tionem quare / secunda ibi
et si in ramis / et tercia ibi / confi
gentur enim rami / Circa primum
est aduertendum / quod in ciui
ciuilitate debite ordinanda
istud requiritur circa leges / primo
quod sint concorditer ordinate
2o quod sint per consuetudinem
approbate / 3o quod sint per rationes
naturaliter fundate / Modo sic
est quod seruando leges con
cubitus fornicarii / iuxta sententiam
impiorum supra cap° secundo ubi

dicatur/nullum pactum sit quod non
perversat luxuria nec unquam potest
ista tam predicta servari/igitur 3a
lex nichil valet. Quantum ad primum
videlicet quod leges civiles per tales gen
tes nunquam potuit bene ordi
nari/probatur sic. Nulla lex debet con
stitui nisi de concordi voluntate
gentis alicuius/sed si talis gens
que ex una parte est nupta in
stirpa/et ex alia parte est multi
genea ex distinctis et diversis gen
tibus est producta nunquam bene
concordabit in lege statuenda/
ergo talis gens non est utilis ad
constituendum leges civiles.
Ista ratio exprimitur sub hac forma/
multitudo autem impiorum non est
utilis/supple ad ea que spectant ad admi
nistrationem vite publice/quia sicut
naturaliter sunt de multis gentibus/
ita et sunt diversificati in volun
tatibus/et ideo valde difficile
est quod gens multum commixta
de diverso sanguine/puta de Rom
anis Gallicis Anglicis et Lambar
dis et Polonis sit concors ad
aliquid statuendum utiliter/quia
in tali communitate quilibet diligit
se ipsum/et nullus rem publicam/
sicut satis patet ad oculum. Si autem
sex enim vel septem fratres le
gittimi qui pro aliqua civitate
vel communitate zelum habent/ma
gis erunt illi cives utiles/quam
viginti de illegittimo sanguine
congregati. Exemplum de Macha
beis in utroque libro per totum. Et hec est
sua ~~alterius~~ textus. Intelligendum
autem impiorum multitudo non
est utilis. Secundo notum est quod leges
bene excogitate sint per probationem
longam et consuetudine radica
te/sed hoc non potest fieri in hu
mano genere dato in differenter for

matrio concubitu et adulterino pro
est/quia talis progenies non da
bit radices altas i. bonas gene
alogias antiquas/sic enim non
possunt allegare/sic fecit avus
meus/sic pater meus/sic abavus/
sic omnes progenitores mei/quia
ubi generatio illegittima/ibi nullus
potest aliquid grande computare/
si generatio per solam libidinem re
gularetur/et hec ratio in multum
dicitur/adulterine nationes non
dabunt radices altas. Tertio neces
sarium est quod leges bene exco
gitate sint/et per bonas rationes na
turaliter fundate/sed homines
lubrici et carnales nunquam hoc
facere possunt/omnes enim legis
latores oportet esse virtuosos/isti
autem tales non sunt. Unde
nec stabile fundamentum collo
cabunt. Extra de q. Item firmum
stabilimentum populi/et eius de
corem principatus senatus stabilis.
Tertio principaliter in ista lectione assi
gnat causam quare propagatio
illegittima non est utilis rei
publice/quia nulla lex durabit
hoc stante/etiam si per seniores
ordinetur/cuius ratio est quia filii
tales debiliter recipiunt mo
nita patrum/sicut enim ramus de
bile nutrimentum recipientes
a radicibus germinare vel florere
non possunt/et multo minus
fructificare/ita nec isti/licet
possent in tempore virtuose/non tamen
continuare. Unde qualibet
mutatione mundi ipsi etiam mu
tabuntur/ita quod licet in sua
iuventute pravas conditiones
ad tempus recipiunt/tamen tamen
non fuerunt firmiter positi/aucto
i. citonis dictione movebuntur i.
dissentientur/amicitiate id est

plantaciones

.i. ab exterorum contradictiones et tribu
lationes. Eradicabuntur .i. suam
patriam legem dimittunt. Unde
patet quod gens alba adultera no
est natalis vel pubes etc. Hic dubita
tio talis, utrum in actu adulte
rii gravius peccet vir quam ux
or. Et videtur quod non, quia ad pe
nam adulterii divortium utro
bique celebratur, ergo a pari tunc et
pena debeat adequari peccato.
Videtur quod uterque equaliter peccet.
Antecedens patet in canone 32. q.
4. precepit, ubi dicit sic: Apud christianos
quod non licet feminis eque non
licet viris, et eadem servitus pari
conditione censetur. Item eadem
questio vana, et tractat magister sententiarum
quarto libro di. 34. capitulo primo. Vana
religio adulterium in utroque secun
dum pari ratione condempnat, ergo pari
peccato peccant. Ad questionem di
cendum, quod ceteris paribus
plus peccat uxor simpliciter, quia
ut dicit sanctus Thomas quarto sententiarum di. 33. ar.
quarto, ipsa addit supra malum fidei
malum prolis, quia ex parte uxoris
tantum incertitudo prolis. Sed aliter di
cendum est in fornicatione simpli
citer et aliter in adulterio. Nam in simplici
fornicatione ceteris paribus magis
peccat vir, tum quia magis habet
de bono rationis, tum quia mulier
plus habet de fragilitate inclinante
ad hoc, et per consequens magis est
excusabilis. Sed in adulterio ad
ditur hoc ad peccatum uxoris,
quod est malum prolis, sed
quantum ad bonum fidei, quia uterque
alteri equaliter inclinatur, uterque equa
liter peccat. Notandum est in supra,
quod quantum ad bonum fidei,
quia uterque alteri obligatur, equaliter
peccat, quia equaliter obligantur,
sed ultimus quantum ad bonum

plus
prolis plus peccat mulier, quia cau
sant in certitudinem prolis. Unde
simpliciter loquendo plus peccat
uxor adultera quam vir
vir adulter. Ad argumentum
in oppositum concedendum est,
quod ad paria iudicantur in cau
sa divortii, quia illud propter
quod faciendum est divortium
est fractio fidei, et quantum ad hoc
equaliter peccant in actu ad
ulterii, non tamen simpliciter
equaliter. Unde dicendum est quod
ad essentialem penam iudi
cantur, sed non ex equalibus
causis, sicut duo fures, quorum
unus in duplo peior est alio,
ad equalem penam iudicantur suspendii,
non sequitur quod equaliter
peccent, quia mulier peccat contra
bonum prolis, vir autem so
lum contra bonum fidei, et ideo
causa divortii in muliere est
maior causa, licet in utraque sit
causa sufficiens. Item potest
esse dubium utrum fornican
do ceteris paribus plus peccet
vir an mulier. Dicunt sancti
doctores sicut sanctus Tho
mas libro quarto di. 33. q. 1. argu
mento quarto, quod vir, ideo est quia
plus habet de bono rationis, licet
mulier plus habeat de materia temp
tationis, quia magis est fragi
lis. Sed contra ista videtur esse bea
tus Augustinus de adulterinis con
iugatoribus et ponitur in canone
32. q. 6. Indignantur inquid ma
riti si audiant adulteros vi
ros pendere similes adulteris fe
minis penas, cum tanto gra
vius eos puniri oporteat quanto
magis ad eos pertinet et virtute
vincere et exemplo regere feminas. Ad

Questio utrum in actu adulterii gra
vius peccet vir quam uxor

Questio utrum fornicando ceteris
paribus plus peccet vir an mulier

istud dicendum est quod licet vir
quantum ad unam circumstantiam
gravius peccet puta quantum ad
hoc quod magis tenetur virtute
etiam tamen compensando omnes
circumstantias mulier magis pec
cat. Beatus autem Augustinus non
loquitur in dicta auctoritate nisi de sola
circumstantia etiam rationis que
in viro debet preeminere. Hanc ty
viam quod videlicet vir plus peccat
tenet Petrus de Tarento di. 35
q. 1. Sed contrarium tenet sanctus
Thomas et Richardus de Media
Villa in scriptis suis. Auctor no
vimus confessorum libro 4o capitulo
22. q. 9. videtur ponendo verba
Petri. Dicit enim Petrus quod vir
plus peccat et addit in fine idem
contra dicit Thomas libro 4
tamen salva sua pace. Nonne
verum, ymo dicimus rationem contrarium
Dicit enim Petrus quia vir plus
peccat propter dominantiam rationis.
Thomas vero quod mulier plus
facit contra bonum matrimonii. Tertio
potest esse dubium utrum plus peccet
ceteris paribus vir adulterando
vel sacerdos fornicando. Dico pri
mo quod ceteris paribus sacerdos
plus peccat. Ratio est quia sacerdos
vovit sollempniter continen
tiam ab omni muliere et totaliter
se deo dedicavit. Vir autem mu
lieri fidelitatem et ad oppositum
continentie se obligavit si uxor
velit hoc est ad oppositum actum.
Ergo sacerdos magis se elongavit
ab actu carnis quia vovit quod
nunquam cum aliqua coiret et
magis sollempniter vovit quam
coniugatus intravit, quia votum
suum est sollempnizatum per sacrum
ordinem quia sacramentum est

maior continentie quam matrimonii
sicut omnes ecclesia confitentur et
communiter hoc verum est quia
illud sacramentum ducit et immedia
te applicat hominem ad con
ficiendum corpus Christi verum
in sacramento altaris quod est
maximum quod homo potest commu
nicare in hac vita. Sed contra non
plus tenetur sacerdos quam sub
diaconus, quia qui fit subdyaco
nus vovit continentiam sollemp
niter et nunquam postea. Hic dico
duo. Primum est quod licet sanctus postea
post ordinatur contra eius defecto
protestatur se approbare votum so
lempnizatum in prima suscep
tione ordinis sacri. Unde sacer
dos facit tres protestationes de
observanda continentia. Secundo
dico quod subdyaconus ceteris ma
gis peccat fornicando ceteris pari
bus quam coniugatus adulte
rando. Et ratio est quia votum suum
est sollempnius propter sacramen
tum quod suscepit et propter
finem ad quem vovit appli
catur. Probatur autem quod ordo
sit sollempnius sacramentum
quam matrimonium reputo super va
cuum simpliciter. Istam autem
rationem seu solutionem de for
nicatione sacerdotis et adulterii
confirmo per canones 27. q. 1.
capitulo Sicut votum et capitulo pro
posito primo capitulo 8 quod vidue
voventes ~~virginitatem~~ continentiam et votum
frangentes peccant gravius quam
adulteri quod apertum est in positis.
Sed potest responderi quod istud tamen
loquitur de illis viduis que prius
voverunt castitatem et postea con
traxerunt matrimonium et hoc est gra
vius quam vovere castitatem
et postea fornicari. Verum est

quod hec est intencio tali illius et alterius capituli proposito. Simile. Unde variumque capitulum loquitur de voventibus castitatem et postea contrahentibus. Simile habet de illis clericis fornicariis di. 21. Ex his ergo istis obmissis accipio media pla niora primo sic: gravius peccat monialis fornicando quam virgo vel uxor adulterando, sicut dicit Augustinus de sancta virginitate longe ante medium, sed gravius peccat sacerdos fornicando quam monialis vel religiosus quicumque qui non est in sacerdos, ergo gravius quam adultera vel adulter. Si gravius peccat monialis vel religiosus quam adultera vel adulter, gravius peccat sacerdos quam monialis, ergo sequitur quod magis peccat sacerdos in fornicando quam adulter, sicut in prima disputatione de [illegible]. Unde videtur michi quod sacerdos est magis sollempniter obligatus ad castitatem quam monachus, et in quantum talis nisi sit forte similiter in sacris sacerdoti pari et ideo magis quam sanctimonialis vel quecumque religiosa in quantum religiosa etc. Leccio xc.

Confringentur enim rami inconsummati et fructus eorum inutiles et acerbi ad manducandum et ad nichilum apti. Ex iniquis enim omnes filii qui nascuntur testes sunt nequicie adversus parentes in interrogacione sua. Ex finis et utilitas humane generacionis est proles bene disciplinata in moribus bonis et addiscens cognoscendum et colendum principaliter. Talis autem proles honorat deum prohibendo

ciam et honorat parentes exhibendo eis debitam reverenciam, et de talibus dicitur Ecclesiastici 3: filii sapiencie ecclesia iustorum, et nacio eorum obediencia et dileccio, et cetera post. Deus enim honorat patrem in filiis. Postquam igitur Salomon reprobavit generacionem vagam et illegitimam, per hoc quod repugnat rei publice et humanis legibus, hic reprobat eandem per hoc quod repugnat tam nature quam divinis legibus. Evadet autem nata deo et parentibus exhibere reverenciam, quia vicia eorum sunt inter [illegible] reddibilia, sicut prius 8. Ecclesiastici dicit. Ondit igitur in ista leccione duo: primo quia proles male morigerati vel indisciplinata deo tribuit rebellionem. Secundo pars quod parentibus exhibet confusionem. 2a pars ibi: Ex iniquis enim. Describit autem sanctus scilicet malos parentes et malos filios sub figurativa locucione radicis et ramorum. Vocavit parentes radices et ramos filios Ro. 11: Si radix sancta et rami. Dicit igitur sic: Confringentur rami inconsummati. Consummacio et complecio hominis est uniri deo per cognicionem et amorem Ecclesiastici 43: Consummacio sermonum ipse est. Unde omnis homo adeo diviscus est in perfectus et inconsummatus, et quia mali filii et indisciplinati sunt adeo divisi a deo multo vocantur rami inconsummati. Et isti confringentur. Confraccio enim importat violentam divisionem. Unde mali confringentur in morte, sed boni et sancti suavem et voluntarie dividuntur. Desideravit enim

ad terram. Sepe enim quod ali
quis de malorum societate remo
vetur provenit sibi securitas et
oportunitas bone vite. Unde
primo allegat periculum mali con
sorcii 2^o assignat modum con
iunctandi vicii ibi fascinacio
Quantum ad primum dicit Raptus
est ne malicia i. maliciosa con
sacio hominum mutaret intellectum
eius secundum quod Dupliciter enim cor
rumpitur virtus in homine uno
modo per habitus corrupcionem alio
modo per actus deordinacionem primum
tangitur cum dicit ne malicia
secundum cum dicitur aut ficcio intellectus
i. peccatus est principium
operandi Unde qui ita est quod
per peccata corrumpit in homine
omnia facta sua fiunt perversa et
ideo qui totum medium corrumpit
per malam consuetudinem et
acquiritur habitus contrarius vir
tuti ibi est certa malicia et longe
peius est quam qui peccatur ex
passione aut ne ficcio deciperet
animam eius ficcio est in illis
qui male operantur in quibus
tamen recta estimacio non est
corrupta sed operantur mala
contra consciencium scientes
se male facere et utrumque istorum
pertinet ad maliciam De qua
Sap. Homo autem per mali
ciam occidit animam suam
Notandum est quod racio in
hac vita oportet vivere inter peccatores
quantumcumque homo studeat ad
correccionem peccatorum quia semper
erunt aliqui mali commixti
bonis in omni societate. Unde
dicit Aug. ad Vincencium donatistam
et ponitur in canone di. xl
quantumlibet in quid vigilet
disciplina domus mee homo
sum et inter homines vivo nec
michi arrogare audeo ut do
mus mea melior sit quam archa
noe ubi tamen inter octo homines
unus reprobus inventus est
aut melior sit quam domus
Abrahe cui dictum est Eice an
cillam et filium eius aut
melior sit quam domus ysaac
Cui de duobus geminis dictum
est Iacob dilexi Esau autem
odio habui. Semper autem fateor
caritati vestre coram domino deo
meo qui testis est super animam
meam ex quo deo servire cepi
quomodo sicut difficile sum
expertus sunt meliores quam
qui in monasteriis profecerunt

ita non sunt peiores oppetus/ qua
qui in monasteriis deficiunt. Et
ideo inquantumque societate homo
ponatur/ non potest omino cura
de qui inter peccatores convise. Et
ideo oportet perfectos vicia ma
lorum proposse corrige/ et quos
non pt corrige sustinere/ Nam
tales deo qui est iudex superior
reservant. Unde Gregorius lib. 20
mor. ca. 18. Perfectus est qui
inter proximorum mala paciens non
est. Qui enim conquaniunt aliena
mala non tollerat/ ipse sibi per
paciencie testis est quod ab omni boni
plenitudine longe distat/ Abel
quippe esse renuit/ quem cayn
malicia non exercet/ sic granum
sub paleis intritura arce premit/
sic flores inter spinas prodeunt/
et rosa que redolet/ crescit cum
spina que/ pungit/ Duos namque
filios habuit primus homo/ sed
unus reprobus alter electus fuit
Tres quoque filios Noe
archa continuit sed duobus
in humilitate persistentibus/ unus
ad patris irrisionem ruit/ Du
os filios habuit Abraham/ sed
unus innocens alter fratris persecu
tor fuit Duos quoque filios y
saac habuit/ unus in humilitate
servatus/ alter vero antequam
nasceretur reprobatus fuit/ Duo
decim filios Jacob genuit/ sed
ex eis unus per innocenciam ven
ditur. Ceteri vero per maliciam
fratris venditores fuit Duo
decim quoque apostoli in sancta
ecclesia sunt electi/ sed ne improbati
remanerent/ unus eis admixtus
est qui eos persequens probaret
Sicut namque iusto peccator cum
malicia iungitur/ sic in forna
ce auro paleatum igne sociatur

et iungitur/ ut quando ardet palea
aurum purget. Item gregorius in bitate
boni sunt/ qui in bonitate persiste
etiam inter malos Item Gregorius
ibidem primo mor. ca. v. Neque in
valde laudabile est bonum es
tum bonis/ sed bonum esse cum
malis. Sicut enim gravioris
culpe est inter bonos bonum non
esse/ ita in mensi preconii est bo
inter malos extitisse Job 30. Frater
fui draconum et socius struthionum
et Can. 2. c. Sicut lilium inter spi
nas/ ita amica mea inter filias Dei
venens inter peccatores translatus est/
De rebellione ad reconciliationem/
De dissolutione ad religionem/
De pugnatione ad quietationem
Nota quod deus electos suos
transfert tripliciter primo modo transfert
existentes in statu peccati et iniusti
cie sive originalis sive actualis/
ad statum gratie et venie/ sicut
misericors rex exules profugos et
proscriptos/ et aconicis regnis vaga
tos revocat gratiose/ et ad pacis re
conciliationem admittit/ ita christus
suos rebelles recedentes ab eo
spretum/ exulantes in regno dyaboli
et in regione umbre mortis/
transfert misericorditer ad regnum
suum/ et repatriare permittit De
isto exilio translatus fuit paulus
petrus/ magdalena et matheus et
multi alii/ inter quos augustinus
de quo sic legimus/ invenit se
augustinus longe esse adeo in
regione dissimilitudinis De ista translatione
ad Col. primo eripuit nos de potesta
te tenebrarum/ et transtulit in
regnum filii sui in tempore hyeme
mali cum omnia sunt quasi semi
mortua/ tunc prudens ortula
nus transfert de loco ad locum bo
nas arbores primas/ et herbas

excellens eas redditus alia magis
secrevimus prius / et per talem transla-
tionem transplantationem aliqui
herbe fiunt steriles et fructuose / et
que prius fuit steriles et inepte.
Tempus hyemale / est frigidum
tempus tribulationis et adversita-
tis. Cristus est melior ortulanus /
sicut estimavit Maria Johannis
20. Iste ortulanus in mittit
quosque pectoribus hyemem tribu-
lationis et angustie / et sic trans-
fert eos per contritionem et con-
fessionem mortuum eorum / et fa-
cit eos fructiferos et fertiles / qui
prius infecundi et steriles extite-
runt. Jo. 3a. Translati sumus
de morte ad vitam / quoniam diligimus
Secundo transfert deus electos
suos de dissolutione in religione /
Sicut ortulanus tenens plan-
tam delicati fructus extra sepem
viam et in loco communi / ubi
frequenter modo a bestiis leditur /
modo aribaldis corrumpitur / quia-
stat sine munitione in via co-
muni / ita quod numquam aut
vix producat fructum suum ad
maturitatem / qui vel leditur in
germine quando germinat / aut in flore
quando florescit / vel in fructu quan-
do maturescit. Sed enim plantam
transfert in viridarium vel ortu
suum bene conclusum / ubi fruc-
tificat sine impedimento / et
fructus totus ad usum domini co-
servet. Isto modo melior Christus
aliquando videt personam aptam ad
fructificandum in ecclesia / que stat
in mundo que est via communis
omnium transeuntium / que profert gem-
mas et flores per sanctum propositum /
quia multa bona proponit facere /
sed statim leditur a bestiis idest
a bestialibus hominibus / datis
voluptatibus huius vite / vel cor-
rumpitur aribaldis ante fructus
maturitatem / et impeditur et a-
gitatur a pessimis mundanis
hominibus / sic quod vix aliquem
fructum boni operis producat ad
maturitatem. Tales igitur Christus
transfert aliquotiens in ortum
sancte religionis. De quo Can.
5. Veni in ortum meum soror
mea sponsa / messui mir-
ram cum aromatibus meis. In isto
ergo orto sunt mirre penitencie / et a-
romata sancte doctrine. De hac
translatione in psal. Vineam de
egipto transtulisti / de egipto idest de
tenebris mundanis / eiecisti gen-
tes idest multitudinem impedien-
tem. Tercio transfert deus electos
suos de peregrinatione ad quieta-
tionem / sicut rex habens aliquem
hominem / qui in aliquo officio
humili secum laboravit / promo-
vet eum ad aliquem statum sta-
tum et preciosum pro labore suo.
Si est clericus facit eum promo-
veri ad ecclesiasticas dignitates /
Si est laicus dat sibi honores
seculares / redditus / officia et
mancia / ut sic de labore transfe-
ratur ad requiem. Isto modo Christus
illos qui secum in hac vita
laboraverunt transfert finaliter in
quietem regni celestis. Eccl.
44. Enoch placuit deo et trans-
latus est / de hac translatione loquitur
lectio presens. Lectio 10

Fascinatio enim nu-
gacitatis obscurat
bona / et inconstantia concupiscen-
tie transvertit sensum sine
malicia. Postquam spiritus sanctus
declaravit periculosam esse conver-
sationem cum peccatoribus conversan-
tem / hic ostendit per quam viam

boni animalis recipiunt in genera
cionem sunt enim in homine duo prin
cipia cognicionis et virtutis scilicet in
tellectus et sensus et utrumque
principium cognitivum est similiter ap
petitum sensitivum sicut patet supra de
anima. Si igitur ista duo principia
que sunt partes anime regulantur
virtuose persona tota est convenien
ter ordinata ad eandem sed
ad corrumpendam personam quantum
cumque duo inveniuntur ut in
dance istorum principiorum in
fectiva primum est viciosa lascivia
in loquendo secundum est inordinata
diversitas in concupiscendo primum
est deceptoria informatio imper
ceptibilis secundum est transitoria
delectacio rei sensibilis per primum
corrumpitur pars intellectiva per
secundum pars sensitiva. Et primo
loquendo de appetitu racione noto quod
notatur volumptas interna ut
totam partem racionalem conplec
tatur dicit sic fascinatio nu-
gacitatis obscurat bona ubi no
tandum quod bona sunt tri
plicia scilicet naturalia super natu
ralia et acquisita naturalia
sunt potencie naturales tam cor
poris quam anime de quibus 2° et 3°
de anima pertinent supernaturalia sunt
tres anime virtutes theologice fides
spes et caritas prima Cor 13°
manent fides spes etc. Bona
acquisita sunt sciencie et virtutes
morales in quibus tota perfectio
consistit et homo qui habet ista tria bona
perfecte esset bene potens adir
gendum se virtuose in vita ista
habet enim naturalia acquisita et
gratuita necessaria sed certans tu
mido de se ipso confidat quantu
cumque sit bonus ecce quid dicit
sanctus spiritus in lectione hodier

na fascinacio enim nugacitatis
obscurat bona fascinacio est in
fectiva visio alicuius persone no
tive per fortem latet per radium
visualem noscimenti rei vise
et isto modo solemus dicere quod
maliciose vetule tenellos pue
ros vi inficiunt solo aspectu et
sic loquitur Virgilius in Bucco
licis Nescio quis teneros oculis
michi fascinat annos. Dicunt
enim antiqui philosophi quod anima per
ymaginacionem immutat cere
brum quod est membrum tenerum
et spirituale et oculus infectus im
mutat aerem aer autem in
fectus immutat tenerum corpus in
fantis et immutat provocan
do puerum ad nauseam et sic
puer refundendo nutrimentum
confunditur. Secundo significat
ipse fascinacio ad litteram nugacitas
aut est assiduitas dicendi nu
gas nuge autem sunt cassa
verba vide admodum apta vel salte
narraciones ludi que nichil va
lent nisi ad ludum. Est ergo
intentus ipsius hec quod perfectus
homo tria ista bona predicta si dat
se seculo potest de facili depravari
ad malum et quia fascinacio id est
occulta et infectiva deceptio nu
gacitatis id est vanitatis mundanorum
non vere sed vane loquencium
obscurat bona. Non enim ex
tinguit statim tria bona predicta
naturalia gratuita et moralia
sed primo obscurat ista quia
facit hominem quasi fascinatum
et ludificatum. Nam homo
conversans in perversa societate videt
valde bene quod alii male fa
ciunt sed tamen fascinatur quia
apparet sibi pertinere quod vel gratia
societatis sit similiter faciendum
unde indicium similiter non est

excecatur/ sed quod animo ludificatum .i. quodammodo obscuratum/ et
hec est causa quare prudentes
mundi admittunt se esse imperialis
magnis/ aliqui cum cardinali
bus/ aliqui cum regibus et principibus/
et tamen non putant esse se eius
modi/ obfascinati enim sunt an
tiqua societate/ per qua obscurantur
predicta bona naturalia gratui
ta et moralia. Secundo agens
corruptionem virtutis est varia
mutatio voluptatis/ sive transi
toria delectatio rei sensibilis. Ci
n. homo habet frequenter resistere
quando moratur in seculo vani
que voluptatis/ esset tunc tolera
bile malum/ sed modo sic est quod
una temptatione sedata/ statim
sine mora surgit alia/ vel si .n.
vitavit continuationem potatorum
vel lubricorum/ vel ambitiosorum/
vel detractorum/ vel cupidorum/ ve
lit nolit si se commisceat multum
mundo/ et tunc est vehemens la
bor/ et difficultas inter continuis
luctis reportare victoriam/ et ideo
signanter dicitur quod frequenter
contingit/ quod in constantia concupiscentie subintrat sensu
sine malicia/ hoc est sensum in
nocentis/ et bene dicit sub
intrat sensum. Sensus enim
est naturalem appetitum ut
regatur ratione. Unde homi
nis debet precedere sensum/ quod
autem sic est/ quod sensus pre
cedit rationem/ et regit rationem/
sensus transit et pervertit et
hoc facile de sensu sine mali
cia .i. de sensu innocentis non
excepti maliciam/ aliorum obscurat
bona. Nota quod circa bonorum
descriptionem decipitur iudicium
mundanorum. Cum enim sunt

tria bona .s. gratie nature et
fortune. Bona fortune sunt
minima/ bona nature media/ bona
gratie maxima secundum
Augustinum/ et tamen mundani
non sic iudicant/ sed potius
econtra/ exemplum de divite Luc.
12. Qui dixit anime sue Anima
habes multa bona reposita in
annos plurimos. comede. et bibe. et epulare.
Dicit autem ei deus. Stulte
hac nocte demones animam
tuam repetent a te/ que parasti
cuius erunt/ et sic est omnis
qui thesaurizat et non est
dives in deo/ iste licet homo di
ves fuit/ tamen stultus et de
ceptus fuit/ iudicans temporalia
bona esse magna bona/ cum
tamen illa bona tantummodo
magna sunt/ quibus homo
in deo dives efficiatur/ Mathei 12.
Bonus homo de bono thesauro
cordis sui profert bona. Cau
sa illius erroris deceptionis quare
homines bona temporalia iudi
cant esse magna/ spiritualia vero
tamquam modica sunt virtutes minima/ accipi potest per exemplum quod
contingit in visu. Cum enim
oculus videt rem per medium
diversarum diaphanitatum/ con
tingit valde male iudi
care de re/ sicud apparet de baculo
cuius unam partem videt ocu
lus per medium aerem/ et aliam
per medium aquam/ et ideo
iudicat quod baculus sit frac
tus/ eodem modo quando oculus
videns est in medio rariori et
res visa in medio densiori
res visa apparet maior quam
in rei veritate sit/ sicut patet
de denario viso sub aqua.

qui autem ego oculus videns
est in medio densiori / et res vi
sa in medio rariori / ~~[illegible]~~ res =
visa appz minor quam est / sic
stelle que sunt maxima cor=
pora / pua nobis appz / non so
lum propter distantiam / sed ppter
subtilius medium igneo situatum
et p quod videntur / quod est
multo subtilius quam sic=
aer igneo est oculus ut / vir
n mediante spera ignis / que
est subtilior et rarior quam aer /
et mediantibus speris celesti
bus / que sunt maioris dyap
hanytatis et tenuitatis quam
sit aer isto modo mortali corpo
ra bona tamen sunt corporalia /
et delectationes de eis accepte
sunt corporales / puta quia sunt
in rebus grossioribus quam
sit oculus mentis / qui est =
intellectus purus et immateria
lis / sicut dicitur 3o de anima vi
dentur nobis gratiosiora et maio
ra quam sunt bona vera que
cum sint spiritualia / et conso=
lationes ab eis accepte sunt
spirituales / adeo qui est sume
spiritualis nobis in mundo ideo
videntur minora quam sint / et
ideo signanter dicitur pri. ca. Que
pusilli cordis est non inveniet
bonum Job. 9. Dies mei ve
lociores fuerunt cursore / transierunt /
et ideo non videbunt bonum
Secundo decipiuntur mundani
in multo turpius / estimantes
voluptates carnis delectaciones
bonum hominis proprie / contra
quos Seneca epistola 3. rationabiliter
dicunt dupliciter primo sic / quia ipsa
bona non sunt que bona =
nominantur / aut homo felicior e

deo / qui que parata sunt nobis / non
habent in usu deus / nec enim
libido ad eum pertinet / nec epularum
leticia / nec opes / nec quid quid
contrariis hominum inestimantibus
et vili voluptate ducentibus
habet pertinet / sed in potestate est bonum
deo de esse / ergo ista falso nominantur
bona. Secundo sic / adhuc quod
multa que mali bona videri
volunt / tam animalibus quam
hominibus plenioria contingat /
illa cibo avidius vtuntur /
venere non eque fatigantur /
vis illis maior est et equabi
lior sanitas / sequitur ergo quod multo
feliciora sunt homine / et subdit
non est summa felicitatis vita in
carne vita ponenda / bona illa
sunt vera / que ratio dat solida
ac sempiterna / et ideo in fine epistola
nunc concludit / quod felicitas
hominis est perfecta ratio et consu
mata virtutibus / unde dicit Ratio
perfecta est proprium bonum hominis /
cetera non alia cum animalibus
communia sunt / Quia si homo
est fortis / et leo est fortis / si pul
cher / et pavones formosi sunt /
si velox / et equi veloces simili=
sunt / Quid ergo in homine proprium
est ratio / unde quia proprium hominis
est perfectum / homo est perfectus /
quia bonum quod est tunc e
bonum / quia sua propria perfecto
est bona / et ideo Michee 6. In
dicabo tibi o homo quid sit
bonum / et quid dominus deus tuus
querat a te / utique facere iudicium /
et diligere misericordiam / et sollicite =
ambulare cum deo tuo De filio
in constantie Nota hoc in de di
sciplina scolarium in fine / ubi na
rrat de duobus qui omnia volunt

scit uno solo respectu / sed quia
non potuit / in fine voluit esse
assiuus / postquam omne genus
criminum expertus est. Lco lxi

lco lxi Consummatus in brevi
explevit tempora multa
placita enim erat deo anima eius /
propter hoc properavit educere illum
de medio iniquitatum. Postquam
 ostendit duas causas assigna
vit quare iusti viri aliquotiens
subtrahuntur ab ista etiam
apt — in iuvenili etate scilicet divinam ami
ciciam et mundana maliciam /
hic consequenter assignat tertiam /
sicut supra fuit divisum / scilicet
personalem iusticiam et, circa hoc
duo facit / quia primo exprimit
cause conditionem / secundo
affectus consecutionem / secunda
apt hoc — ibi properavit. Circa primum
et — dicit sic consummatus in brevi
explevit tempora multa. Inter pe
regrinos ad unum locum euntes /
est differencia in velocitate et tardi
tate. Nam unus aliquando tantum
facit in mense quantum alius
in dimidio anno / sunt enim quidam
peregrini qui peregrinationem suam fa
ciunt delicate / diu dormiunt
de mane et sero / cubant / devo
te / faciunt dietas parvas / et vi
sitant curiositates vicinas /
et tales sunt necessario tardi
et — viatores. Peregrini sumus omnes
 iuxta illud psalmi Advena ego sum apud
te / et peregrinus sicut omnes
patres mei. Contingit autem quod
aliquando diu vadunt et tarde va
dunt non semper / quia diu vivunt /
sed remisse et lente proficiunt.
Aliquando tempore modico vadunt
sed velociter / sicut iuvenis iustus

devotus / qui plus meretur apud
deum in anno / quam unus se
nex remisse vivens in centum
annis / et de tali iuvene morte
te visitatur textus istius lectionis
consummatus in brevi etc. Inter
stellas erraticas illa que humi
lior est / citissime complet cur
sum / ergo luna in brevissimo tempore /
quia in mense complet cursum
suum. Illa vero que altissima est /
tardissime complet cursum suum /
sicut patet de saturno / qui mo
tum suum complet in trigin
ta annis. Sic persone humiles et
devote / motus suos in domino
primo circulo complent / persone vero
alte et nobiles / nisi in eius sibi
propriaant in magno circuitu
tum in pravis ambulant / et io
tarde moventur in deum / et ali
qui nimis tarde moventur
sicut timendum est / contra quos
dicitur Eccli v. Ne tardes conver
ti ad deum / et ne differas de die
in diem. Inter gravia et levia
ascendentia / illud esse maioris vir- dicitur
tutis / quod in breviori tempore
dividit medium / et medium per quod
transimus ad celum est mundus.
Unde ille qui mundum breviori
tempore dividit / et pertransit as
cendendo. Nulli est dubium
maioris virtutis esse et amoris
ad deum / propter quod iuvenes
qui statim ut mundi sentiunt
difficultates et nequitias ipsum
relinquunt / et ad religionem co
fugiunt / magne virtutis se fu
isse ostendunt / et vere de quolibet ·b·
tali potest dici / quod consum
matus in brevi explevit multa
tempora. Et bene dicit consumma
tus. Sicut enim mali quanto
cumque diu vivant / semper sunt
inconsummati et imperfecti / ita

iustus licet

x9

iustus licet parum vivat, tamen per iusticiam consummatus et perfectus dicitur. Et ideo bene dixit. Demum in suis supremis confringentur enim iam inconsummati, et post cap. v. Possunt enim tre. iusticia consummati esse, item potest exponi de perfecte in seculo penitentibus, si tamen assit gratia et vehementia penitentie. Unde habetur iiii. Sextus Julius stratagematon libro 3o capitulo 1 de Marco Cathone, talem belli cautelam, cum esset in Hispania, et videret se quoddam opidum posse occupare, si illud inopinato invaderet, sic laniavit se quadriduo fugere, et subito in hostes conversus biduo per vias difficiles montes et nemora reddit, et hostes suos nichil tale metuentes oppressit. Cum tam facilis eventus requirentibus sotiis in victoribus respondit, tunc illos victoriam adeptos, cum quadriduum iter biduo arripuerunt. Eodem modo quasi per quatuor dies elongamus nos a deo peccando, cogitatione, locutione, opere et omissione, sicud communiter confitemur. Reputat ergo demones se securos, quod opidum celeste nobis interclausum sit, quod tamen desideramus acquirere. Quid ergo restat facere? Certe nichil aliud nisi fugam per ductorem quatuor dierum biduo recompensare, et ad demum reddire, quamvis antea per quatuor dies, scilicet per cogitationem, locutionem, opus et omissionem recessimus, possumus tamen si volumus in duobus diebus reddire, scilicet per contritionem et confessionem. Nam satisfactionem condignam deus necessario non exigit, sed per multiplices indulgentias et pietatis opera redimere possumus si volumus. Cum ergo vadit penitet per tempus

breve, profecto propterea meretur per quo pena eterna debebatur. Unde consummatus in brevi complevit tempora multa. Et ideo, tam de se penitente, quam etiam de innocente subiungitur, placita enim erat deo anima eius, i. placuit iuste et etiam nocenter vivendo, vadit penitendo, et quia est sic, ideo propter hec premissa, scilicet divinam amicitiam suscipientem ad premia, mundanam maliciam allicientem ad crimina, et personalem iusticiam sufficientem ad vitam, properavit deus educere illum de medio iniquitatum, i. placuit deo propter ista educere eum de loco certaminis mundi, sicut victor in palestra, qui omnes contrarios percussit, educit de medio cum gloria, et datur ei corona. De medio iniquitatum iniquitatum, i. hominum et demonum pessimorum, et maxime hominum malorum, qui magis sanctum virum impediunt quam demones. Unde Crisostomus in imperfecto omelia 42: Attendite vobis ab hominibus quibusdam pessimis malis, et super omnia mala malis, quia super omnia mala malis homo est pessimum malum, homo enim peior est quam ipsemet dyabolus. Dyabolus enim si videat iustum, non est ausus adeum attendere. Homo autem malus, quamvis hominem sanctum inducat, non solum illum non timet, sed magis eum contempnit. Non enim dyabolus hominem superat virtutem, sed homo dyabolum. Arma enim dyaboli est malus homo, sicut enim homo sine armis non potest aliquid facere contra hostem, sic dyabolus sine homine malo non potest aliquid contra hostes sanctos vel homines. Hec Crisostomus. Placita enim erat deo anima

Aliqui aias suas perdunt
Aliqui vendunt
Aliqui impignerant

ipsius sibi notandum quod aia hu-
mana placata et deo preciosa indi-
catur ex tribus Primo ex eius doloro-
sa amissione Secundo ex eius diligenti
inquisicione Tercio ex eius kara redemp-
cione Primo ex eius dolorosa ami-
ssione Sapiencie ii non multum
dolet de amissione parue rei Fi-
lius autem sapiencia dei patris
plus se dolere monstrauit de amissio-
ne animarum peccatricum quam si to-
tum aurum hyspanie perdidisset
Nam multa talenta auri suo tempore
perdita sunt ciuitates combuste
et destructe pro quibus xpm nulla-
tenus legimus flevisse sed circa
deperdicione animarum peccatricum in ci-
uitate iherusalem legimus eum flevisse
Luc 19 Videns ihesus ciuitatem
flevit super illam Glosa plangit
reprobos eciam qui nesciebant
tur plangebantur sed exultant
in rebus pessimis xpus autem am-
at animas Sap xi parcis autem omni-
bus quia tua sunt domine qui
amas animas Secundo patet
idem ex eius diligenti inquisi-
cione Sapiens enim non mul-
tum curat si perdit aliquid vile
sed xpus in partibus remotissimis
animam perditam quesiuit et diu
quia triginta tribus annis et la-
boriose quia in paupertate vilitate
et labore et tandem passione
in morte Narrant fabule Or-
pheus uxorem suam quesiuit
ubique nec inuenit eam donec
ad infernum descendisset Ita xpus
cum animam humanam triginta
tribus annis quesiuisset tan-
dem moriens descendit ad in-
fera et eam ibi inuenit In ps
Domine eduxisti ab inferno ani-
mam meam Tercio patet ex eius kara
redempcione pro qua redimenda
xpus videns totum mundum non

sufficere dedit semetipsum Primo Cor 6
Empti estis precio magno Sic enim
deus animam humanam valde
sibi preciosam et caram cuius sig-
num in scriptura sacra dicitur
deus animas custodit Nobilis non
custodit in mercede nisi res sibi ca-
ras Wilhelmus ii rerum custodia
datur famulis isto modo temporalia
bona hominibus eciam malis
deus custodienda committit animas
non sine custodie proprie delinquit
Ipse custodit deus animas sancto-
rum suorum et Sap 3 Iustorum au-
tem anime in manu dei sunt Si-
cut autem deus maxime sic
caram animam humanam sic
ita pocius mali homines animas
proprias minime paruipendunt quia
custodiunt suos sotulares si-
cut tunc quam animas suas
proprias Vnde Augustinus in
quodam sermone Quid est
quod vis habere malum dicas
michi quod nichil vis non
vxorem non filium non filiam
non seruum non ancillam
non tunicam postremo non ca-
ligam et vis habere vitam ma-
lam rogo te pone animam
tuam caligae tue Per consimile
argumentum probat hic doc-
trina xpiana quod homo ma-
lus plus diligit mortem quam
vitam quia mortem vult habere
bonam et vitam malam In
ps Qui diligit iniquitatem
perdit animam suam Quarto
autem homines peccatores aliqui
animas suas vendunt aliqui
perdunt aliqui impignerant
aliqui pro nichilo dant Ven-
dunt cupidi qui pro diuiciis
vite exponunt periculis sunt

pmrijs et falsis mercacionibus=
symonijs et huiusmodi. Ecc 10
Nichil est iniquius quam ama
re pecuniam / habet enim animam suam
venalem. Secundo sunt ali
qui qui animas suas perdunt /
et tales sunt ociosi / negligent
viventes / et accidiosi ad opus
boni / non curantes nisi quod
vna dies vadat et alia suc
cedat. Ecc 20 Est qui perdit animam
suam pre confusione. Tercio sunt
5 quidam qui animam suam in
pignerant / ille enim qui impig
nerat rem suam / non inten
dit alienare dominium semper / sed tamen — dominium
~~me~~ ad tempus alienat ad usu
ram. Et quid faciunt isti demones
quasi eorum feneratores et usu=
rarii / dant eis ad tempus mu
tuo quidquid volunt / digni
tates divicias et voluptates / et
tandem senescunt / sunt debi=
les et solvere non possunt / quia vi
tam consuetam dimittere neque
unt / et sic finaliter pignus per
dunt / secundum illud qui pignorare
incipiunt perdere non ponunt. Est
tamen notandum / quod duo ge
nera hominum animas suas in=
pignerant sed dissimiliter / alii quia
qui viciose pro voluptatibus
quas inde recipiunt dictum est /
Aliqui virtuose ut sunt ~~et~~ prelati
et curati qui animas suas ob
ligant pro animabus subditorum
quorum utrimque. Secundum illud 3 Reg
20 Custodi virum istum / demo=
nstrato suo subdito / qui si lap
sus fuerit / erit anima tua pro
anima illius. Quarto sunt
aliqui qui animas suas pu
erili dant / et sunt pueri mun
di et vere mundi. Nam cupidus

recipit pecunias divicias / luxuriosus
voluptates / superbus et ambi
ciosus honores / gulosus cibum
et potum / sed isti miseri mer
cedem pro re delectabile / sed amari
tudinem et dolorem / et ideo
animam suam dant dyabolo /
Decanorum quoque verificatur illud
prediti 9. animam suam dedit
periculis etc. Ecc 42 — Ecc 42

Populi autem vide
ntes et ~~non~~ intelligentes

et non intelligentes / nec ponu
nt in cordibus talia / quoniam
gratia dei et misericordia in sanctos eius /
et respectus in electos eius =
Divina promissio et provida
electorum suorum gubernacio / anima
libus hominibus multiplicatur in
dicatur. Solent autem sepius ar
guere deum de iniusticia homines
seculares / de eo quod iustos
in presenti permittit affligi confundi — et confusibiliter
occidi / et iniustos in delicate et
diu permittit vivere inquiete sed
mirabile quod licet deus in pre
senti malos prosperari permit
tit / et bonos contempni et con
fundi in tantum movit ~~tam~~
phylosophos et poetas / quod quidam
negaverunt habere deum provide
nciam et curam de rebus infe
rioribus / et omnia ista inferiora
dixerunt per fortunam et casum
irracionabiliter agitari. In quorum perso
na exclamat Boecius primo
de consolacione metro 4. O stelli
feri conditor orbis ubi con= — etc.
queritur et exclamat querens=
dum aspicia / quare deus motum
corporum supercelestium / solis et
lune et siderum ita uniformiter

regulat quod omnia subiecta lege te
nent et eodem modo arbores et
fructus et semina quecumque na
scuntur in terra. Quare in quam
soli homines dure a divina pro
videncia sequestrari et fortune
committi ad regendum, quod ex
hoc patet videlicet quia iniusti iusticiis
dominantur et reprobi virtuosis. Isti
autem errorem secuti sunt in
iusti contra quos sanctus spiritus
arguit in hoc libro, qui nullam
aliam vitam sperantes nisi istam
illos indicaverunt confundi quos
semper in puncti viderunt persecucio
nibus malorum attritos. Isti
ergo dubitacioni in qua videt sa
nctus spiritus in hodierna lectione
ordine quod prodit ex ignorancia
hominum non communi iusticia dei regen
tis mundum, et consistit in hoc in
isto quod deus permittit electos
suos affligi ad tempus iniuste
ut postea premio patrie gloriosius
donentur in perpetuum, et quia
istam remuneracionem futuram
mali non intelligunt, ideo di
vinum regimen circa electos suos
reprehendunt. Duo igitur sunt
in ista lectione. Nam primo reprobatur
peccatorum ignorancia, secundo de
claratur divina ~~iusticia~~ iusticia quo
niam gratia. Dicit ergo primo sic:
Populi autem videntes et populi
videntes iustos tribulari, quia
multe tribulaciones iustorum, et
non intelligentes premium quod
eis dabitur in futuro, nec ponen
tes talia, id est divinas promissiones
in vita futura, in precordiis, id est in
affectuosa noticia, et est affectuo
sa noticia fides formata caritate (fides formata)
qua homo credit deo et
illud quod credit amat et operatur,
et talis ponit in precordiis dicta
dei. Precordia enim sicut dicit Ysi
dorus xi Ethimologiarum sunt loca vi

tina cordis quibus sensus capi
untur. Ecclesiastici 33: Precordia fatui quasi rota car
ri et quasi axis versatilis cogitatus
illius. Hec est igitur ignorancia in
excusabilis reproborum qui non
intelligunt divinas promissiones
in precordiis suis, id est in debita affe
ctione. Osee 4: Populus non intelli
gens vapulabit. Sic ergo reprobatur
peccatorum ignorancia. Consequenter de
claratur divina iusticia quoniam
gratia, et tangit tres effectus
summe benivolencie erga homines, videlicet
gratiam, misericordiam et respectum. Gratiam
prebet iuste viventibus. Ad Romanos 6:
Gratia dei vita eterna. Et ~~...~~ Corinthios 6:
Hortamur vos ne in vacuum gra
tiam dei recipiatis. Misericordiam peniten
tibus. In psalmo: Misericordia domini plena
est terra. Trenorum 3o: Misericordia domini quia
non sumus consumpti. Et respe
ctum innocentibus. Luce primo:
Respexit humilitatem ancille
sue. Circa misericordiam dei erga
peccatores est notandum quod tanta
dampna facit peccatum contra
hominem si divina misericordia non ob
sistat, quia peccatum concludit, ex
cludit, includit. Concludit in
iudicio, excludit a regno, inclu
dit in inferno. Ex opposito autem
misericordia solvit argumentum ne ho
minem in iudicio concludatur.
Tollit impedimentum ne homo
a regno excludatur. Et frangit
ligamentum ne homo in inferno
includatur. Argumentum quod
facit iusticia contra peccatorem e
dem iratum, sicut furtum inventum
in sinu furem. Et ideo statim
iusticia finaret, sed misericordia sinam
suspendit et iudicium, sicut per
tempus semper. Jacobi 2o: Misericordia sup
exaltat iudicium. Et Matthei 12: Si
sciretis quid est: Misericordiam volo et non
sacrificium, numquam condempna

ssetis

innocentes ¶ Secundo peccatum excludit a regno sicut lepra excludit homines a sanorum consortio sed illud impedimentum tollit misericordia remittendo, Christus dicit Jo 10 Ego sum hostium, istud hostium fregit divina misericordia cum Babilonitas tanto impetu quod una pars porte descendit ad infernum et reliqua usque ad sepulcrum. Iusticia dicit Nemo virorum qui vocati sunt gustabunt cenam meam. Misericordia dicit Exi cito in plateas et vicos etc. Luc 14 ¶ 3° peccatum in suo sicut debitum non solum tamen detinet hominem in carcere iusticia dicit Amen dico tibi non exibis donec reddas novissimum quadrantem Luc 12. Econverso misericordia ligamentum solvit redimendo sicut orabat ps Redime me domine et miserere mei et Apok v. Redemisti nos deo, 1 Cor 6 Empti estis precio magno. Iusticia dicit convertantur peccatores in infernum. Misericordia domini dicit Aporta inferi crue domine animas eorum. Misericordia nulla dicit misericordia dei est super eos ¶ Patet esse dubitacio talis utrum in omni opere dei misericordia et iusticia coniungantur. Videtur quod non quia in iustificacione impii tantum apparet misericordia et non iusticia quia omnis iusticia presupponit meritum sed iustificacione meritum nullum precedit in impio, ergo etc. ¶ Preterea in opere creacionis non invenitur non iusticia quia illa presupponit debitum non misericordia quia illa presupponit miseriam sed creacio nichil presupponit ¶ Preterea parvuli baptizati affliguntur in infirmitatibus et in morte et in illa apparet ibi iusticia quia liberati ab omni peccato non sunt debitores aliquius pene, ergo iniuste talia patiuntur ¶ Probo videtur esse iusticia

Questio utrum in omni opere dei misericordia et iusticia coniungantur. Videtur quod non

quod unus prophetis alterius pena. Sed hoc facit deus frequenter sicut peccato Cain maledictus maledicto est Canaan filius eius Gen 9; et peccato David qui populum numerat percussus est populus 2 Reg ultimo. Item Exo 32 Aaron et populus peccaverunt in adoratione vituli sed populus fuit punitus non autem Aaron sicut legimus ibi, ergo deus acceptor fuit personarum ¶ Item Roman 15 Dico Ihesum Christum fuisse ministrum circumcisionis ad confirmandas promissiones patrum gentes autem super misericordiam honorare deum, ergo in conversione gentium sola fuit misericordia in conversione iudeorum sola iusticia ¶ Item in predestinatione nulla est iusticia in reprobatione nulla est misericordia, ergo etc. Antecedens patet ad Roman 9 Cum enim non dum nati essent aut aliquid boni aut mali egissent non ex bonis operibus sed ex voluntate dictum est Jacob dilexi Esau autem odio habui ¶ Item iniustum videtur dare meliori plus de malis et minus de bonis et econverso peiori plus de bonis et minus de malis. Sed hoc facit deus distribuendo temporalia, ergo in tali distributione nec est misericordia nec iusticia ¶ Ad oppositum est ps Universe vie domini misericordia et veritas ¶ Ad questionem dicendum quod misericordia et iusticia dupliciter accipiuntur primo modo large et communiter, alio modo stricte et proprie. Large loquendo misericordia dei dicitur voluntas bene faciendi creature, iusticia vero dei dicitur decencia bonitatis sue erga creaturam. Et in isto modo loquendo verum est quod in omni opere dei misericordia et iusticia coniunguntur quia in omni opere suo facit secundum decenciam sue bonitatis et volun

Peccata

ex vocante

ad opp[ositum]

citatem bene faciendi creature impri
endo reprobos / tamen eorum punicio
utilis et bona sit electis / 2o iusticia
et misericordia nullomodo sunt inter se oppo[si]ta /
immo sicut docet Augustinus prologo 2o.
misericordia nascitur de iusticia / quia
iustum est deum sic esse bonum /
ut parcendo sit bonus / et sicut
dicit Anselmus. Similiter stant /
quia bonus se hic donum misericordia et
veritas / et tamen iustus deus in
omnibus viis suis. Secundo
modo accipiuntur iusticia et misericordia
stricte et proprie / et sic misericordia dei dicit
voluntatem dei ad subveniendum
miseris propter miseriam / iusti
cia vero dei dicit voluntatem
dei ad retribuendum secundum
merita / et cum meriti et demeriti non
sit nisi racionalis creature / mani
festum est quod non in omni opere dei
ista duo coniunguntur / sed tantum
in opere quod fit racionali creature
de lege communi. Ad primum dicendum /
quod in iustificacione impii pre
cedit motus liberi arbitrii / propter
quam aliqua racio iusticie esse videtur
quod deus sibi infundat graciam.
Similiter est ibi racio iusticie ex parte
dei / qui quodammodo debitor efficitur
penitenti propter promissionem
suam. Unde glosa super illud
psalmus Iustificeris in sermo-
nibus tuis et vincas cum iudi
caris. Deus enim hoc promi
sit ut peccatoribus penitentibus ve
niam largiretur. 2o in iustifica
cione impii / contraque parte iusti
cie racio reperitur. Ad secundum patet
per dicta in opposicione / quod in opere
creacionis inveniuntur hec duo
large non stricte. Ad tercium di
cendum / quod peccatum originale
scilicet duplex pena / una inquan
tum est infectivum persone vel anime /
scilicet carencia divine visionis / Alia
inquantum est infectivum nature /

et secundum hoc ipsum sequuntur pene /
que ex defectu causantur propter
ablacionem doni originalis iusti
cie / sicut alias dictum fuit. Quo
baptismus delet penam debitam
originali / inquantum est vicium
anime persone / non autem inquantum
est vicium nature / et ideo baptis
mus aufert carenciam visionis
divine si parvulus moriatur / non
tamen aufert penalitates que
naturam consequuntur ex defectu
suorum principiorum naturalium post ab
lacionem. Unde baptizmus sol[vit] [per originalis]
vit reatum mortis eterne / manet
tamen subiectum mortis corpo
ree / et aliarum penarum naturam
corporis consequencium. Ad quartum
videt Augustinus super illud
Josue c. Filii Israel prevaricati sunt /
quod in penis eternis nunquam
unus pro alio punitur / sed in penis
temporalibus quandoque unus pro alio punitur
triplici racione / primo quia pena
eterna non infligitur aliter pro
bono pacientis / sed ad vindic
tam culpe / sed pena temporalis in
fligitur frequenter pro bono pa
cientis et eciam aliorum / ut
videant homines quantum pe
ccatum sit fugiendum / nam
pro peccato unius affligitur multitudo /
et sic fiant homines cauciores
contra peccatum / videantque quod
unus quisque debeat esse sollicitus
pro alio ne peccet / quoniam pro unius
peccato punitur tota. Secundo quia
inquantum ad corpus / unus homo
est res alterius vel subsidium /
sicut filius patris et servus do
mini / et ideo filius quandoque punitur
pro peccato patris temporaliter / et servus pro pe
ccato domini / sed quantum ad
bonum anime quilibet gerit pe
nam propriam / et sic in tali casu

Nota

2o

no

retribucionis

Ad 1m

Ad 2m

Ad 3m

vel

Ad 4m

pat et dominus punit pc/ filius
aut et seruus pctus iniquantu
res eorum/ et sic Canaan pcta in
punitus est/ et est sensus/ non lete
tu desio tuo/ sicut nec ego dete
Tertia ro est secundum Greg. quod
quandoque viuus est pticeps culpe alte
rius/ sicut quandoque propter culpas
subditorum plati puniuntur
tacendo inpctum/ et ideo propter pla
ti subditi temporaliter puniuntur/ sicut
dauid peccante/ punitus est populus
sicut argumentum est Ad quartum
dicendum/ quod Aaron fuit punitus
sicut et populus/ non tamen pena
manifesta/ in signum quod plati
non debent puniri manifeste sed oc
culte/ propter scandalum vitandum
pena Vel Aaron dicitur punitus in ipso et
in filiis eius/ quia in sacrificio
vitule ruffe/ in numeri efficiebantur
sicut patet num. 19 Ad septimum
dicendum/ quod aps utitur isto
modo loquendi/ quod aliquis mo
dus iusticie fuit in commisione iu
deorum/ qui non fuit in commisione
gentium/ scilicet impletio pmissionum
factarum patribus p pphas/ fuit tamen
utrobique condecentia diuine bo
nitatis/ qua vocarentur ad primum/
et sic iusticia. Item in sufficiencia
fuit utrorumque in utrisque/ et sic vna/
Ad septimum/ in pdestinatione et re
probatione ut quidam effectus in
creatura/ bene sunt iusticia et
vna communiter loquendo/ non ta
men stricte/ ut in pposicione dictum
est Ad octauum dicendum/ quod hec
cedit in pfectum bonorum quantum
ad bonum spirituale/ quod est simpliciter
bonum hominis lectio 12

Condempnat autem
iustus mortuus vi
uos impios/ et iuuentus con
summata celerius/ longam vita
in iusti Postquam sanctus
spus excusauit diuinam iusticiam/
in hoc quod quandoque punit iustos
virtuosos mori ante maturam eta
tem/ quosdam naturaliter p defectum
nature/ quosdam violenter p mar
tirium eis illatum/ hic comparat bre
uitatem vite iustorum ad longitu
dinem reproborum Et circa hoc
duo facit/ primo ondit quod re
probi iudicantes de vita iustorum
decipiuntur p ignorantiam/ Secundo
quod post mortem puniuntur p pe
nam tollerantiam/ 2a pars ibi/
Et erunt post hoc decidentes
Circa primum duo facit/ primo on
dit quod reprobi ex comparatione
iustorum iudicantur euidenter esse re
phensibiles/ 2o quod ex psecutione
iustorum excecantur/ et fiunt deris
biles/ 2a pars ibi/ videbunt enim
fi. sap. Circa primum dicit Con
dempnat autem iustus mortuus
q. d. euidenter apparet malitia pec
catorum viuentium diu/ ex comparatione
ad iustos iuuentute consumma
tos/ licet enim ad acquisitionem
virtutum moralium requiratur
multum de tempore/ non tamen ad
deo pfecte seruiendum/ quia pu
tutes theologicas deus supplet/ quod
numquam subest deuotioribus acqui
sitis/ et ideo iuuentus celerius
consummata/ idest iuuenis bonus
et cito in breui tempore consu
matus idest pfectus condempnat
hoc est condempnabile ondit lo
gam vitam in iusti/ quia ex quo
iuuenis mortuus fuit pfecte
iustus et deo acceptus/ patet quod
viri impii idest impii diu viuentes
merito debent condempnari/ hoc
est sua lex/ vel quod mali senes
condempnantur idest condempna
biles ondunt si comparentur ad
iuuenes bonos cito defunctos
Notandum est hic/ quod in omni
republica et in communitate quacumque/

sinna[?] tua debet esse deinceps
bonis moribus instruenda, sicut
satis docet Ecclesiastici 30 [?]
[?] De equo indomito. Equus
enim indomitus evadet durus, et
filius remissus evadet praeceps. Et
in [?] non des illi potestatem in iuven-
tute, et ne despicias cogitatus
illius. Curva cervicem eius in iuven-
tute, et tunde latera eius dum in-
fans est. Simile dicitur quod sicut
equus indomitus in iuventute
dum vadit, et ita labitur in praeci-
pitium sicut in viam rectam, ita
iuvenis dimissus voluntati suae
iniqua [?] portabit alios
in quacumque societate, sed ita li-
benter ruet in vitia, sicut equus
indomitus in praecipitia. Equus
antiquus non admittit calcar
neque sellam nec frenum, nisi ad
talia fuit assuetus in iuventu-
te, ita nec adolescens admi-
ttet aliquam obedientiam, nisi fuit
assuetus in iuventute. Et ideo
dicit Aristoteles 2 Ethicorum capitulo 2o Doc-
trina Platonis fuit ista, quod
ducti aliqualiter confestim a iuven-
ibus in quibus gaudere et contristari
oportet. Et ideo non solum hoc, immo
oportet quod utantur legibus tract-
antis[?], quia iuvenibus opera virtuo-
sa non sunt fere delectabilia, sicut
dicit philosophus 10 Ethicorum capitulo 10. Et 10
sicut ibi concludit, necessarium est fieri
quasdam leges pro iuvenibus,
quibus compellantur ad mores, quo-
niam pleni sunt passionibus vo-
luptatum, non possunt addiscere de-
lectari in virtuosis, nisi secundum
bonas leges informentur. Quales
autem sint conditiones iuven-
tutis sufficienter narrat Aristoteles 2o Rhe-
toricae ita dicens: Primo enim con-
cupiscitivi sunt iuvenes, et fa-
ciliter concupita prosequentes, si-
cut venerea vehementer quidem
concupiscunt, et faciliter a concu-
piscentiis desistunt. Sunt enim
acutae voluptatis et non magnae,
sicut laborantium sitis et fames.
Et sunt animosi et acuti irae,
et faciliter iram suam persequuntur.
Amant enim honorem, et non sus-
tinent despici, faciliter autem ab
illa desistunt. Amant etiam hono-
res et victorias, quia iuventus ex-
cellentiam concupiscit; minus
autem hiis amant pecunias, quia
inexperti sunt quantum ad indigen-
tiam hominum. Et maligni non sunt
nec cavillosi, sed faciliter creden-
tes, quia adhuc in multis dece-
pti non sunt. Et bonae spei sunt,
et plurima sperant, quia in paucis
repulsam passi sunt, quia in
multa sperant, et quoniam fu-
turorum est spes, praeteritorum autem
memoria; iuvenibus autem pau-
ca praeterita sunt, plurima autem fu-
tura, quoniam iam quasi nunc in-
cipiunt; propter hoc faciliter deci-
pi possunt, quia faciliter sperant.
Et erubescitivi sunt, quia in vir-
tutibus non sunt perfecti, sed so-
lum ea cognoscunt quae ipsis
a legibus proponuntur, in quibus sae-
pe deficiunt. Et magnanimi sunt,
quia a mundo[?] adhuc in vita hu-
miliati sunt, et dignificantes
semetipsos, quoniam bonorum spei
spei sunt, et magis eligunt ho-
norabilia quam utilia; vivunt
enim magis virtute quam
ratiocinatione. Virtus autem est boni
honorabilis, et est ratiocinatio
utilis. Et amatores amicorum
sunt, et magis coaetaneorum quam
eorum qui sunt alterius aetatis;
non enim iudicant aliquid
ad utile, et ideo de amicis non
curant, sed in conveniendo de-
lectantur, et propter hoc amicos
amant coaetaneos, et omnia in

magis et excessiue operantur / puta-
mant valde. Dixit autem nos
odiunt / causa autem est / quia omnia
scire putant et asserunt / et ideo ex-
cessiue in omnibus operantur. Multi-
sic faciunt contumelias alijs in-
rogando / et inde excellentes volunt
apparere / et iniuriosi sunt / qui sic
sicut ipsi sunt / arbitrantur in no-
centes et in iuste pati. In super
risus et ludorum amatores sunt
sicut dicit Aristoteles. Ex quibus duobus satis
patet / quod iuuenes castigacione
indigent vehementi / propter diuer-
sa desideria / que contra bonum natu-
ra calida excitat / dum durat tem-
pus iuuentutis. Unde secunda
ad Thimotheum secundo: Iuuenilia desideria fuge /
propter quod vos qui curam cura-
tis / istud subditis vestris frequen-
ter intimare debetis / quod tam
prius carnales quam spirituales
informant filios suos in cultu
Christi et in preceptis diuinis. Non
dum est secundo / quod ad etatem iuue-
nilem hoc est ad iuuenes / vos
qui viriles annos attigistis / que
duplex vos habere debet. Est iu-
uentus moribus informanda.
Istud fecerunt senes gentiles an-
tiqui tripliciter scripturis librorum /
picturis gestorum figuris signorum.
Primo scripturis librorum. Explora-
uerunt gentiles et antiqui /
qui meliores fuerunt prefecti / et illis
pueros suos tam litteris quam mori-
bus imbuendos dederunt. Sic
Troyanus Plutarcum / Nero Sene-
cam / Alexander Aristotelem magistros habue-
runt / et ne a talibus magistris ali-
quid dissolucionis vel lubrici-
lenitatis addiscerent summe caue-
bant. Ut dicit Boecius in pro-
logo musice. Sic Salomon dese-
dicit Sap. viij: Hanc amaui
et exquisiui a iuuentute mea.

moribus informanda / secundo castigacione
ganda / tercio suspicienda / in aures
indicanda. Primo ergo quod sit iu-
uentus moribus informanda

Item docuerunt picturis gestorum. Un-
de sic narrat quidam expositor super
Iuuenalem libro 6. satyra: Nobi-
les Romani sic disposuerunt actus
suos per singulos dies / quod summo
mane omnes simul petebant
vel adibant actus triumphales /
in quibus antecessores sui pin-
gebantur cum armis et castel-
lis / quibus debellauerant hostes
suos / ut sic iuuenes visis illis
accenderentur ad virtutes per ima-
ginacionem gestorum. Deinde templum
Apollinis petebant / quod
erat deus sapientie / postea indi-
ces ad forum / senatores ad ca-
pitolium descendebant / iudices
ut causas tractarent / Senato-
res ut de communi vtilitate rei-
publice deliberarent / et sic tempus
suum usque ad horam nonam
expenderunt / et ne iuuenes a
bonis occupacionibus impedi-
rentur / per totum tempus ante nonam
ordinatum erat / quod meretrices
nullomodo prostibulum egrederentur
ante nonam / ne iuuenes a suis
informacionibus / et viri a consi-
lijs rei publice per delectaciones libi-
dinosas aliquatenus traherentur.
Et hec est racio secundum Hugonem / quare
meretrices apud Romanos nona-
rie vocabantur / quia ad horam
nonam licuit eis egredi de suis
domibus et non ante. Item do-
cebant iuuenes bonos mores
figuris signorum. Unde narrat
Macrobius primo Saturnalium / quod
apud Romanos pueri nobilium
quadam vtebantur veste que
dicitur pretexta / et inde pueri nobi-
les vocabantur pretextati / et habebat
coram pectore suo bullam quandam
auream / habentem figuram cordis
humani. Bulla autem fuit semi-
rotunde figure / quia medietas spere /
ad similitudinem bullarum que-

fuit in aqua p[re]texta erat de pur
pura, que est rubei coloris, ut pu
dore sue nobilitatis a viciis se
subtraherent, et cordis ymaginem
ante pectus portabant, ut se
in vicem intuentes ita se fo
re homines cogitarent, si corde
vel quamvis se decore p[re]starent
q[uam] maioribus. Sic igitur iuventus
est moribus informanda. Eccl[esiast]es
12 Memento creatoris tui in die
bus iuventutis tue. 2° Secundo
iuventus est arcius castiganda,
quia prov. 13 Qui parcit virge, odit
filium suum, et Eccl. 30 Curva
cervicem eius dum iuvenis est.
Aves pullos suos, eciam fere fe
tus suos secundum condiciones
nature sue castigant et domant. Istud
signatum fuit in Heli sacerdote,
qui propter negligenciam castiga
di filios suos pro filiorum iniqui
tate dampnatus est. Unde Be
da: Omnia sca pietate superatus
est Hely, ferre filios suos de
linquentes et negligentes no
luit, apud districtum iudicem se
metipsum cum filiis crudeli dam
pnacione percussit. Unde verum est
quod verbo aliqualiter eos corri
puit, sicut patet primo Reg. 2 Non
est bona inquit hec fama quam
audio de vobis, sed hoc est ni
mis modicum ad correccionem
malorum iuvenum, sicut p[ate]t 10 eth[icorum].
Unde narrat Boecius de disciplina
na scolarium de sanguineo luxu[?]
filio. 3° Tercio est iuventus par
cius sustentanda, ut in iuvenem
li etate assuescat sobrietati. Ad
Tyt. 2 Iuvenes similiter hortare
ut sobrii sint. Unde narrat Au
gustinus de bona matrona
ix° confess. ca° viij°. Quod curam fi
liarum quarumdam nobilium
habebat, eratque in eis cohercen
dis cum opus esset tanta seve

ritate vehemens atque in docendis
sobria prudens. Nam eas preter illas
horas quibus ad mensam parentum
moderatissime alebant, si exar
descerent siti, nec aquam bibere sine
bat, precavens consuetudinem ma
lam, et addens verbum sanum: Modo
aquam bibitis, quia in potestate vi
num non habetis, cum autem ad mari
tos veneritis facte domine, apothe
carum et cellariorum aqua sorbebitur, (al. sorbebit)
sed mos potandi permanebit.
4° Quarto iuventus est iuvenis in
dicanda, non enim est despe
randum si frequenter peccent. Unde
diligenter petit ps. Delicta iuven
tutis mee etc. Ypocras ponit ta
lem amphorismum: Epilentie quibus
ante iuventutem nascuntur mu
tacionem habent. Cum in 14 annorum
fuit, plurimum quiescunt. Nam
isto modo est de peccatis et de mori
bus, quia licet in iuventute eve
niant, curabilia tamen sunt,
sed si in senectute, ut plurimum
comoriuntur. Ps. Sepe expugna
verunt me a iuventute etc. Sic
igitur est iuventus moribus informa
da, et sic fuit sanctissimus predi
cator splendor ecclesie sanctus Pa
ulus, cuius conversionem hodie ce
lebramus, instructus tam mori
bus quam scienciis ad pedes Ga
malielis doctoris, et ideo confi
denter dixit coram rege Agrippa
putatus Act 26. Et quidem
a iuventute mea vitam que
ab inicio fuit in gente mea in
Ierosolimis, noverunt omnes
iudei, prescientes me ab inicio
si velint testimonium perhibere, quoniam
secundum certissimam sectam religionis
mee vixi phariseus. Et vere iste
consummatus in brevi complevit
tempora multa discurrendo, docen
do, disputando, scribendo, ut
confidenter scribat illud 2 Thy[mothei]

Bonum tamen etiam / cursum consummavi /
fidem servavi / de reliquo reposita
est michi corona iusticie / quam iam
per multis pulsisti Barlaam quam
Iohannes Damascenus dicit compilasse refert
Quod idem Barlaam monachus /
solitarius primo fuit / et postea ma-
gister cuiusdam filii Regis qui Jo-
saphat dicebatur / a quo puer ille
quando quesivit cuius etatis esset
subiungens verbis Dic michi magi-
ster quot annorum es / et ubi con-
versaris / quia a te nunc volo sci-
re / et ille respondit / annorum qua-
draginta quinque / in desertis terre Sennaar
degens / ad quem Josaphat / am-
plius michi pater appares / quam
septuaginta annorum / et ille / Si a
nativitate omnes annos meos queris
discere / bene estimasti / sed nullo modo ante
in mensura vite computatur / quot
quot in vanitate mundi expen-
si sunt / tunc enim interiori homine
mortuus eram / et annos mor-
tis numquam vite nominabo / Si-
milis vero fuit illius / qui diu
vixerat in seculo / et tantum 11
annis in religione / qui etatem
suam interroganti respondit / Vixi / et
iterum querenti quantum / respondit Du-
bium / Vixi dixi / quantum vixi tibi di-
xi / et ideo narrat Valerius Mar-
tialis libro 10 De quodam Antho-
nio sene / qui computare potuit
14 olimpiadas / iste ita virtuose
vixerat secundum eum / quod
recogitare potuit de tota vita sua
et etate sine displicencia prece-
tis vite / et ideo commendans sua
felicem etatem Dicit / quod hoc
est bene vivere / quod homo possit
frui vita priori / Unde dicit sic
Amplexatur etatis spacium sibi
vir bonus / hoc est vivere bis vita
posse priore frui / Lectio lv

Videbunt enim finem
sapientis / et non.

intelliget quid cogitaverit de illo deus / et
quare munierit illum dominus.
Videbunt enim et contempnent
illos autem deus irridebit / Po-
stquam sanctus spiritus declaravit
quod impii ex comparatione iustorum
evidenter meditantur improbiles / hic
ostendit quod ex persecutione iustorum
excecantur et fiunt derisibiles / ex-
cecavit enim illos malicia eorum Sap
2 Et circa hoc duo facit / primo tan-
git eorum culpam / secundo subdit
eorum penam / ibi / Illos autem Cul-
pa est duplex / videlicet ignoran-
tie et malicie / Ignorantia in non
intelligendo / malicia in contemp-
nendo Dicit ergo sic / Videbunt scilicet
mali et reprobi persecutores iustorum
finem sapientis / id est martirem suum
gloriosum in temporalem / et non intel-
ligent propter maliciam excec-
cantem / 2 Cor 4 Deus huius
seculi excecavit mentes infidelium /
ut in eis non fulgeat illumina-
cio evangelii / Deus huius seculi id est
verus deus / qui non solum
bonos regit / sed eciam malos
punito precipitat secundum Am-
brosium / vel deus huius seculi est
princeps huius mundi / qui secula-
ribus principatur secundum Augustinum / et ideo ex
culpa eorum sequitur quod non
intelligent Ysaie 6 Audite audi-
entes et nolite intelligere visionem /
videte et nolite cognoscere / non ergo
intelligent / quid quid cogitave-
rit de eo scilicet sapiente Deus id est
quare deus paravit sibi corona
perhemnem / olearum proluctu / palm
laudis pro sanguine mercis Quod
autem dominus super iustos que
adversa propter eum sustinent
cogitet / ipse dicit Jeremie 29 Ego scio
cogitationes quas cogito super
vos ait dominus / cogitationes
pacis et non afflictionis / ut dem
vobis finem bonum et paciam

¶ et quae muniunt illum deus / supple
non intelligent reprobi / quare
deus muniuit martires summis
armis fidei secundum glosam.
¶ Exquo apparet quod licet deus ester mu-
niuit et non muniuit / licet Ra-
banus sic exponat ¶ Consequenter
tamen dicit Videbunt enim. Assig-
nata enim eorum ignorancia /
assignat eorum maliciam. Dicens
sic Videbunt in morte sanc-
torum impii / et contempnent
eos nescientes finem future glorie /
Sicut diues contempsit lazarum
et tamen portabatur ab ange-
lis in sinum abrahe Luc 16. Et
sic tangitur eorum culpa / que ibi / Illos
autem ¶ subditur penam / quia
dominus illos irridebit / id est di-
gnos irrisione demonstrabit /
iudic iudicij gualiter Prov. 1. Ego
quoque in interitu vestro ridebo / et sub-
sannabo cum vobis quod time-
batis aduenerit ¶ et ipsos Qui
habitat in celis irridebit eos Ir-
risio ipse fit cum cachinatione
oris et buccarum / sed subsannatio
fit cum corrugatione nasi / et
tantum uult dicere / quod deus ostendet
reprobos omni irrisione dignos
¶ Hoc est summa littere ¶ Videbunt enim
quid sinem sapientis. Sapiens
secundum ysidorum 10 Ethimologiarum
dictus est a sapore / quia sicut
gustus aptus est ad discernen-
dum saporem ciborum / sic sapi-
ens ad dinoscendam rerum aut
causarum / eo quod unum quod-
que dinoscat / atque sensum veritatis
discernat / Ita contrarius est insi-
piens / eo quod sit sine sapore
abilitatis discretionis uel sensus
Cum ergo nullus sit sapiens ana
tura / sicut dicit Aristoteles 2. Ethicorum
Ca° 8m° ¶ Circa sapientiam sunt
quatuor attendenda / scilicet Quis
sit modus sapientiam acquirendi /

Quod signum sapientiam recogno-
scendi / Quid opus sapientiam os-
tendi / Quis fructus sapientiam
possidendi ¶ Primo ergo de modo
sapientiam acquirendi est scien-
dum / quod ipsa non acquiritur
sine amore / sine labore / sine
humilitate / sine stabilitate.
¶ De primo Augustinus de mori-
bus ecclesie et manicheorum libro
primo Ca° 29. Sapientia si
non totis viribus concupis-
catur inueniri non potest / amore
queritur / amore reuelatur / a-
more in ea permanetur ¶ et sap. 8
Hanc amaui et exquisi-
ui a iuuentute mea ¶ Unde
metrice dicitur Disce libens /
et eris sapiens / et honore fru-
eris Quod si nescis / disce li-
bens et eris ¶ Primo quod requiritur
amor / secundo labor Unde
narrat Hugo didascolon parte
2. quod apud veteres lectica
philosophie quatuor persone
supportabant Due in specie per-
tendentes / et due in specie pue-
llarum sequentes iuuenes
dicebant amor et labor prin-
cipale cura et vigilia In labore
est ut agas / in amore ut pro-
ficias / in cura ut prouideas / in
vigilia ut attendas ¶ Unde
narrat Jo. in suo policrato libro
8 quod gentiles veteres sapientiam
quasi omnium deorum principem co-
luerunt / et eius ymaginem per
foribus omnium templorum depin-
xerunt / et iuxta ymaginem
eius ipsa uerba scripserunt
¶ Usus me genuit / memoria me
peperit Sophiam me vocant
grai / vos sapientiam / ego odi stul-
tos homines / et ignauia opera
et simolas suas / et hoc est

b

culpa

irrisio
subsannatio

i. cum

p

vt

vt

r

iuuenem

ij

quod dicit pu. 2. Si sapiam invo-
caveris et inclinaveris cor tuum
prudencie et si quesieris eam
tamquam pecuniam et sicut
thezauros effoderis illam tunc
intelliges timorem domini et
sciam dei invenies quia dns
dat sapiam et ex ore eius sapi
encia et prudencia. Sapia in
scriptura pauperum figuratur in
auro non inter metalla profun-
dius quatur in terra et tamen ma-
iori labore effoditur. 3o ad ac-
quirendam sapiam requiritur
humilitas. De hoc loquitur
hugo libro 3o de natura et ori-
gine anime ad vincentium in pro-
quantum apud exordium inge-
nii que iam tibi largitus est
deus perfecte sapiens eris si te
non esse credideris atque ut sit
ab eo qui facit sapientes pie suppli-
citer postulas et in aliis
... non decipi quam ...
eruditum laudibus honorare
Et ideo cum quidam antiquus
de modo discendi interrogaretur
sic respondit sicut recitat hugo
in suo dydascolon 3o pus mens
humilis studium querendi vi
ta quieta scrutinium tacitum
paupertas terra remota. Hec reserare
solent multis obscura legendo.
De studio non et humili vo-
luntate discendi quam ha-
buit plato scribit ieronimus in
epistola ad paulinum presbiterum sub-
tus verbis. Sic plato egyptum
et archytam tarentinum eandem quod
oram ytalie que quondam ma-
gna grecia dicebatur laborio-
sissime peragravit ut qui athe-
nis magister erat et potens cuius
quod doctrine achademie gym-
nasia personabant fieret

peregrinus atque discipulus malens
aliena verecunde discere quam sua
inpudenter ingerere. pu. 11 ubi e
humilitas ibi est sapiencia.
Quarto requiritur stabilitas et
perseverancia in addiscendo. Unde
antiquos philosophos legimus usque
ad mortem studuisse. Unde va-
lerius libro 8o. Carneades vel
Carneades laboriosus ac diutur-
nus sapiens miles fuit siquidem
nonaginta expletis annis idem illi
idem vivendi ac philosophandi finis
fuit. Socrates 90mum annum agens
nobilissimum librum scripsit. Cri-
sippus 80 anno exactissime
nobilitate voluminis scripsit.
Sophocles prope 100m agens an-
num. Symonides 80 anno car-
mina scripsit. De stabilitate studii
Archimedis quem nos modo ar-
chimedon dicimus sicut narrat
ibi valerius archimedem quod
fuisse fructuosam industriam
dicerem nisi eadem illi et dedi-
sset vitam et abstulisset. Capte
enim syracusis marcellus ma-
chinationibus eius diu ac multum
victoriam suam inhibitam sen-
sat eximia tamen hominis pru-
dencia delectatus ut capiti illius
parceretur edixit pene tantum glorie in
archimede servato quantum
in oppressis syracusis reponens.
At is dum oculis ac animo
in terra defixis formas descri-
bit militi qui predandi gratia
domum irrumpebat strictoque sup
caput gladio quisnam esset
interrogabat propter nimiam cupi-
ditatem investigandi quod requi-
rebat nomen suum indicare
non potuit sed protracto mani-
bus pulvere noli inquit istum
obsecro disturbare. Unde quasi
at

Archimedes
inhibitam
philosophandi

negligenter impiger victor obtruncat
ut sanguine suo artis sue li-
neamenta confudit quo acci-
dit ut propter illud studium
modo donaret vita modo spo-
liaret. Eccli 6. Fili a iuventute
tua accipe doctrinam et usque
ad canos invenies sapientiam.
Sic igitur patet quis sit modus
acquirendi sapientiam. Secundo
videndum est de signo sapientie
cognoscendi. Ubi notandum quod
apud stoycos signum sapientie
cognoscendi fuit paciencia. Unde
Seneca ad Serenum in libro quem sic
intitulat quod sapientem non
cadit iniuria. Sic dicit Epicurus
ait iniurias intollerabiles esse
sapienti. Nos autem iniurias
esse non dicimus. Nec dicas hoc
nature repugnare. Non negamus
rem incommodam esse verbera-
ri et impelli et aliquo membro
carere, sed omnino negamus iniu-
rias esse. Nam non illis dolori-
bus subtrahimus, sed nomen
iniurie quod non potest recipi
salva virtute. Unde secundum
eum ibidem ista consequentia
non valet. Aliquis homo in-
facit mihi iniuriam, ergo ego ac-
cipio iniuriam. Ponit enim
instancias per exemplum quod ali-
quis rem quam de villa mea
surripuit in domo mea po-
nat, ille furtum fecit ego ni-
chil perdidi. Si quis tamen uxore
sua tamquam cum aliena con-
cumbat adulter est quamvis illa
adultera non sit. Aliquis mihi
venenum dedit, sed vim suam
remixtam cibo perdidit, sceleri
se obligavit et si non nocuit.
Non minus est latro cuius telum
opposita veste elusum est et omnia
scelera ante effectum operis quantum

culpe satis est perfecta sunt. Eodem
modo licet aliquis inferat in-
iuriam sapienti, sapiens tamen
non recipit. Multa enim sunt
que iniuriam submonere putantur
Primo quod in sapientem non cadit
contumelia sic persuadet. Multa
non que vere contumelie non sunt
sed sunt vicio interpretantur si quod
aliquis dicat contumeliam
fieri ab aliquo qui sibi non assur-
git. Ponit ergo tale exemplum. Pueri
aliquando feriunt parentes, conspuunt
in vultum et lacerant et tamen nullus
dicit eos contumeliam intuli-
sse. Et subdit quemadmodum ad-
versus pueros nos habebimus, ita
se habet sapiens adversus omnes
quibus eciam post iuventutem
canos quam puerilitas inest. Et addit
quod inter eos et pueros non est
differencia nisi quod in maioribus
errant voluptatem secuti nulla
tunc regulati. Si queratur a eo
quare sapiens accipit iniuriam
vel contumeliam, quare non
punit eos qui talia sibi vel
aliis inferunt, respondet non esse
necessitatem, sed illos emendat.
Nec tamen irascitur quis medi-
cus freneticos irascitur quis se
vitanti et a frigida aqua prohibiti
maledicta in malam partem ac-
cipit. Hunc effectum adversus omnes
habet sapiens, quemadmodum ad-
versus egros suos medicus. Sic
sapiens omnes hos qui togati
purpurati que incedunt valentes
colorati tamen male sanos esse
quos non aliter videt quam
egros, quam intemperatos. Non re-
spiciat quid homines turpe
iudicent aut miserum. Non ergo
et eque populus, sed ut sidera
contrariumque mundo iter incedunt

omnem

ita qui ad rursus opinionem nadit.
hoc ille. Signum ergo sapientie secun=
dum secretos est enim non pati
iniurias Unde Boecius secundo de con=
solacione prosa 7 narrat de quodam
qui false nomen philosophi assumpserat
ad istum tamen accessit quidam
et dixit se velle cognoscere an hic esset
philosophus si illatas iniurias leniter
paciens sustineret ille ergo paciam
paulisper assumpsit accepta contu=
melia velud insultans iam
tandem inquit intelligis me
esse philosophum tum ille nimium mordaci=
ter intellexissem inquam si tacuis=
ses putasse te philosophum nunc autem
dictum pacta queris vanam gloriam
scio quod philosophus non esset inde
accipitur illud vulgare Si tacuis=
ses philosophus fuisses Ecclesiastici 20 homo
sapiens tacebit usque ad tempus
lascivus autem et imprudens non
servabunt tempus Tercio viden=
dum est quod est opus sapientis
cognoscendi ubi nondum quod tres
proprie sunt actus sapientis scilicet
informare reprobare ordinare
informare mores reprobare errores
ordinare inferiores et ideo dicit
Aristoteles primo elenchorum est autem ut
ad unum sic dicere opus sapientis non
mentiri de quibus novit et men=
cientem manifestare possessionum
pertinet ad informacionem secundum
ad reprobacionem dicit 2 philosophus
primo methaphisice quod inter ea que
homines de sapiente concipiunt
communiter unum est quod ad eum
pertinet ordinare et ideo in antiquo
seculo soli sapientes gubernave=
runt sicut dicit Seneca epistola
92 2 1o in suo policraton libro 4
Nota Romanos principes aut duces
dum eorum respublica viguit non
memini extitisse illiteratos et nescio
quo accidit ex quo in principibus
languit virtus literarum armate

milicie infirmata est manus et
ipsius principatus quasi precisa est ra=
dix unde quidam rex romanorum
scribens epistolam cuidam regi fran=
corum quibus in literis conduceret filios
sicut misit rex inquit illiteratus
est quasi asinus coronatus hinc
est quod Karolus transtulit studium
de Roma in parisius de quo dicitur
quod omnes artes liberales habuit
in suo pallacio miro modo de=
pictas et de David legitur quod
habuit sapientiam sicut angelus dei
Nulla enim multitudo sine co=
munitas sine sapientibus regi
potest Sapientie 6 multitudo sapien=
tium sanitas est orbis terrarum in=
cuius signum narrat ysidorus ethi=
morum libro 1o capitulo 26 quod de=
mostones orator contra philippum
regem fabula tali usus est cum
philippus athenienses obsideret po=
stulavit ut decem sibi oratores
darent et tali pacto discederet
et demostones lupos aliquando
pastoribus quorum diligenciam
aliquando decipere nolebant suasisse
ut in amicitiam convenirent ea con=
dicione ut canes in quibus erat
causa iurgiorum inter illos traderent
tradiderunt pastores et sic securi=
tate dederunt canes quos omnium
suarum vigilantissimos custodes
habebant lupi ergo adepta causa
fortitudine omne quod in gregi=
bus illis erat non pro saccietate
tantum sed pro libidine laceraverunt
et isto modo suasit athenienses philo=
sophum principes populi postu=
lare quo facilius posset oppri=
mere spoliatam custodibus urbem
Quarto videndum est quis
est fructus sapientiam possidendi
et de hoc satis dicitur Ecclesiastes 6
Quid habebit amplius sapiens
a stulto et quid pauper nisi ut pergat

lectio 44 (margin)

illuc ubi est mitti. Et Sap. 6. concupiscentia
sapientie deducet ad regnum perpe-
tuum. Ad quod. Lectio 21

Et erunt post hec de-
cidentes sine honore
et in contumelia inter mortuos
in perpetuum. Quoniam disrumpet
illos inflatos sine voce, et com-
movebit illos a fundamentis,
et usque ad supremum desolabuntur;
et erunt gementes, et memoria
eorum peribit. Postquam superius
declaravit quod persecutores iniustorum
decipiuntur in presenti pignorandam [?],
hic declarat qualiter post mor-
tem puniuntur penarum tolerantia.
Tangit autem septem penales
conditiones dampnandorum, que
sunt iste: decident cum confusione, (margin: et angustiam)
affligentur cum desperatione, repel-
lentur sine responsione, destituen-
tur cum cunctatione [?], punientur
sine consolatione, contemnentur sine co-
donatione, et supprimentur sine
recordatione. Et ista septem iuste
patientur pro septem malicias quas
tyranni et mali homines perse-
cutores sanctorum habuerunt in vita. Sunt
enim ambitiosi ad honores, con-
tumeliosi ad teneros [?], argumentosi
cavillatores, facinorosi supportatores, (margin: tores)
punitosi persecutores, voluptuosi
peccatores, et obliviosi contemp-
tores. Et ideo iuste reddendo sin-
gula singulis iuste iudicabuntur.
Quia enim sunt ambitiosi ad hono-
res, ideo decident cum confusione;
quia contumeliosi pertinores [?], ideo
affligentur cum desperatione; quia
argumentosi cavillatores, ideo
repellentur sine responsione; quia
facinorosi supportatores, destituentur
sine cunctatione [?]; quia punitosi
persecutores, ideo punientur sine
consolatione; quia voluptuosi
peccatores, ideo contemnentur sine co-
donatione; quia obliviosi contemp-
tores, ideo supprimentur sine recor-
datione. Iste septem penalita-
tes inveniuntur in ista lectione.
Primo ergo quia sunt ambitiosi
ad honores, ideo decident cum
confusione, et quantum ad hoc
dicit primo sic: Et erunt post hec,
id est post hanc vitam, vel post
peccata multa que perpetraverunt, de-
cidentes sine honore, quasi diceret: non
solum erunt cadentes sed per
violentiam decidentes; in profundum
decidant a cogitationibus suis,
secundum illud Psalmi: Decidant
inimici a cogitationibus suis am-
bitiosis et superbis, quibus et ho-
nores et dignitates cupiebant
in presenti. Decidant ergo cum dyabolo
capite et principe suo ad profun-
dum inferni, videntibus electis
omnibus horribilem illum casum.
Unde Gregorius 23 moralium capitulo 20,
exponens illud Job 40: Et vi-
dentibus cunctis precipitabitur, ait: (margin: bitur)
Cum iudice terribiliter apparente,
astantibus angelorum choris, assi-
stente cuncto ministerio celestium
potestatum, ac electis omnibus ad hoc
spectaculum deductis, dyabolus cru-
delis et fortis in medium cap-
tivus deducitur, et cum suo cor-
pore, id est cum reprobis omnibus,
eternis gehenne incendiis man-
cipabitur, cum dicetur: Disce-
dite a me etc. O quale est illud
spectaculum, quando ista immanissi-
ma bestia electorum oculis on- (margin: cet)
detur, que huius belli tempore
nimis eos terrere poterat si vide-
tur, sed occulto ac iusto dei con-
silio agitur, ut et nunc peregri-
nantium expugnantibus non vi-
sa vincatur, et tunc alectis vic-

toribus iam captiva videat / hec
Gregorius ¶ 2o quia fuit contu-
meliosi affligentur cum desperatio-
ne / et quantum ad hoc dicit / qui
crevit in contumelia int mor-
tuos in perpetuum. Et nota quod
omne verbum importat circum-
stantiam aggravante pena eorum
quia crevit in contumelia / q. d.
punientur non solum pro malo
ope in minimo / ymo etiam pro
sermone. Nam quilibet reprobus
afficietur ab aliis contumeliis
maledictionibus et improperiis ¶ et
punientur non in loco vivencium
ubi esse pt spes auxilii / sed in
loco mortis in inferno ¶ 3o
punientur non ad horam nec
interpolatim sed in perpetuum. Unde
Gregorius 6. mor. cao ci. expo-
nens illud Job. 20 Luet omnia
que fecit / nec tamen consumetur.
Non inquid in morte consumetur
quia si consumetur vita mori-
entis per eam finiretur / sed ut sine
fine cruciet vivat sine fine
in pena compellitur / ut cuius vita
mortua hic fuit in culpa / illic
mors ei vivat in pena. Luet ergo
omnia que fecit et non consu-
metur / quia cruciatur et non
extinguitur / moritur et vivit /
deficit et subsistit / finitur semper
et sine fine est / hec solo audi-
tu sunt valde terribilia / quanto
magis passo. Hec Gregorius ¶ Quar-
tum et ex ceteris patet / quod ipse
est eternum / quod in quibusdam
quaternis Apocalipsis invenitur
de revelatione facta cuidam per-
sone / quod anime dampnatorum
ab hora nona in sabbato usque ad
horam nonam in lunam / nec
ultimis nostro quam diu refrige-
rium optinent / quod est michil

Si enim eorum pena non semper
duraret / non esset perpetua / quidquid
n. perpetuum est continuum est
et eternum / et ideo omnes tales
narrationes prefatione sunt ga-
ude ¶ Tertio reprobi quia fue-
runt argumentosi cavillatores /
replebuntur sine responsione / et
quantum ad hoc dicit / quoniam
disrumpet illos inflatos sine
voce / s. qui parum ante fuit
inflati vobis legibus et falsis al-
legationibus / disrumpet inquan-
tum in 1o quod disrumpitur fit
magna distractio partium subito /
et isto modo fiet in reprobis di-
stractio factorum suorum / et malorum
voluntatum ad invicem / et io
dicatur / quod deus disrumpet
eos sine voce cuiuscumque excu-
sationis ¶ et illud est valde
note primum legistis et falsis
advocatis. De quibus visum est
frequenter / quod in morte tam
voce quam lingua privantur.
Unde dicitur et expertum est / quod
isti mali advocati / et falsi pla-
citatores / iniusticiam et in iusti
frequentissime in morte
morte / amittunt vocem et lin-
guam et sic. Cuius ratio est / quia
non est iustum quod aliquis
vendat aliquid alteri / et idem
retineat sibi ipsi. Isti autem os
male et iniuste vivendo / linguam
sensum et vocem et facundiam
aliis vendunt / false allegan-
do / contra conscienciam iudi-
cando / maliciose obiciendo / et
cavillose suggerendo / et ideo in-
stum est quod qui indigent
voce priventur. Ps. 40. Venditi
estis iniquitatibus vestris. Deus
loquitur. Boecius inquadam
Ep. ita dicens. Vidi quidem mor

bum inscrutabilem / ad quem tura-
dum non inveniebatur medicus /
sed nunquam invenit tamen deputa adu-
ditam / quum adam tuedam
invenitur advocatus. Isti n.
sunt valde reprobandi, propter
quatuor rationes / quia primo de-
teriores esse videntur quam vili-
ssime meretrices / quia ille vend-
unt partem corporis vilissimam
et magis abhominabilem / isti
vero honestissimam sui corporis
2o parte sicut linguam et os. Se-
cundo quia debent esse sicut
stelle fixe moto tamen motu fir-
mamenti i. veritate / quia pri-
firmum mum habitum veritatis, firmum est
imperetuum / sed etiam pinniori
parte omnes inveniuntur e con-
trario / quia moventur duplici mo-
tu / s. contra veritatem pro mu-
nera / et quandoque cum veritate contra
conscientiam / et ideo de illis stellis
dicitur Job 25: Stelle non sunt
3o munde in conspectu eius. Tertio potest
dici / quod lingua eorum assimu-
latur statere / que statim ad mini-
mum pondus facit motum / et se in-
clinat ad partem graviorem / ita
isti quocumque sit de veritate / ad
illam partem magis inclinantur
que fiet in danda pecunia ma-
gis ponderosa. De quolibet tali
dicitur in psalmo: mendaces filii ho-
minum in stateris / unde eis multo
infertur calamitas. Job: Ca-
lamitas mea quam patior
4o in statera. Quarto compari-
ri sunt illi Cherubin / qui tenet
flammeum gladium atque versa-
tilem / ad impediendum hominis
redditum in paradisum. Gen. 3.
Secundo sicut isti advocati mali
habent flammeum gladium / quia
in lingua eorum gladius acu-
tus / et est valde versatilis / qui

de facili verti potest contra veritatem et pro
veritate. Cherubin interpretatur plenitu-
do scientie / et isti dicuntur sa-
pientissimi apud vulgum / sed
ad quid deserviunt scientia ut
gladius ad custodiendam viam ligni
vite / ne aliquis accedat ad lig-
num vite i. ad christum. Isti n. sunt
qui sola procurant divortia / ille-
gittima coniungunt matrimonia / ecclesias
veris prelatis expoliant / et sy-
moniacos copulant, et innocen-
tes excommunicant / et nobis falsi-
tatem dempere non possunt / rebelles
reconciliant christo et etiam per-
sequentes / et ideo verisimiliter nar-
ratur quod quidam vidit in
spiritu ~~...~~ neronem apud inferos
F Nero ratur / vos balneantem in quo ministri vero un-
dique aurum bulliens ~~...~~ ei
infundebant. Cum igitur nero
unam cohortem advocatorum
vidisset accedentem, ipse clama-
bat inquiens: Venite huc o vena-
lis hominum genus. O advocati
amici mei accedite / ut in hoc
vase balneum mecum. Adhuc
super est locus quem pro vobis mo
servavi. ~~mar~~ Audivi de quo-
dam causidico francie / qui
primo et etiam inter divites depau-
per ex quo factus fuit inter
divites / tandem infirmatus fuit
ad mortem / amici vero eius co-
ram parte assisterunt / et rogave-
runt eum ut conderet testamen-
tum / et ille gravissime infirma-
tus cepit recogitare / quo tot
divitias per suam eloquentiam
et lingue pretia congregasset /
et recollecto toto spiritu quem ha-
buit clamavit in gallico lan-
ge lange / idem secundo et ter-

recitavit. Et tunc admirati sunt qui
astabant quid vellet significare. Re-
spondit in gallico: tot geyna et
lange tot amitta. Contigit autem
eo tempore fratres predicatores de no-
vo venisse ad illam civitatem
et circa habitabant, sed nulla do-
mus edificatam. Mandavit ergo spa-
tium pro quibusdam de illis fra-
tribus mittens. Et cum venissent
coram amicis et familia dixit
eis: Ego enim in pueritia lingue lu-
cratus sum ista temporalia aurum et ar-
gentum et alia preciosa. Vos autem
linguis vestris lucrati estis spiritualia
et eterna. Ideo volo matrimonia
mea vobiscum concludere, ut
vos participetis de fructu lingue mee
et ego vicissim aliquid habere pos-
sim de fructu lingue vestre. Ideo
dixi amicis meis prius quando
venistis: lange tot geyna, et tot
lange tot amitta. Et totum the-
saurum suum fratribus dedit
et est mortuus. Quarto repro-
bi quia fuerunt facinorosi suppor-
tatores aliorum supplicatores, desti-
tuentur sine autenticatione. Et quan-
tum ad hoc dicit quod commo-
vebit illos a fundamentis. Et
istud est specialiter contra malos
ministros et consiliarios et balli-
vos. Isti omnes quadam fun-
guntur auctoritate dominorum, sicut iu-
sticiarii, castellani, cancellarii
et alii officiales multi. Totum
semper in persona principum, et
ideo sive sit iustum sive sit
iniustum auctorem habent, quia
fundamentum totius negocii fingi-
tur esse princeps. Et ideo modo
quos volunt supportant
et excusant et quos nolunt

supprimunt et condempnant. Et se
habent pro se regiam potestatem et auc-
toritatem. Sed extra in die iudicii
destituentur ista autenticatione,
quia quilibet habebit responde-
re pro se ipso. Et ideo bene dicitur: et com-
movebit illos a fundamentis.
Et propterea dicit de bono iusto mo-
do commovebit metuum qui habi-
tat in celum, quia fundamenta
eius in montibus sanctis. Et
quid enim iusti sunt ad presens
sine mediator allegatio proposito,
suo totum emanat de mon-
tibus sanctis, id est de doctrina
sanctorum. Quinto reprobi quia
fuerunt perniciosi persecutores, ideo
puniuntur sine consolatione. Et
quantum ad hoc dicit: usque ad su-
premum desolabuntur, pro tanto
quia puniuntur tota gradibus di-
gnitatis, nichil dimittet in-
punitum. Unde Gregorius in dya-
logo: Sicut in hoc mundo mul-
ti sub uno sole consistunt, nec
tamen eundem solis ardorem
equaliter sentiunt, quia alius
plus estuat alius minus, ita
illic non est unus modus in-
cendii in uno igne, quia quod
hic diversitas corporum, hoc illic
agit diversitas peccatorum, ut et
ignem non dissimilem habeant
et tamen eosdem singulos di-
ssimiliter exurat. Hec Gregorius.
Sexto reprobi quia fuerunt vo-
luptuosi lecatores, ideo conte-
rentur sine condonatione. Et
quantum ad hoc dicit quod erit
gemitus. Est antiqua narratio
de muliercula quadam in Fran-
cia que cum parum vixisset
lubrice in [illegible] suo et tu
tandem impregnata fuisset et

delicta/ cepit flere et gemere/ et incon-
solabiliter contristari/ a qua cum
quidam quesivisset quid tan-
tum ipsa ploraret/ respondit/ gau-
dium inquit amisi peccati. Isto
modo satis iustum est/ quod
illi qui sine pena in peccati se vo-
luptatibus carnis sic tradunt/
gemant in futuro/ et si causa
ab eis queratur/ responsio bona est/ quia
gemunt et plorant gaudium amissi
peccati. Nam Ysa. 59o rugiemus gemen-
tes ut columbe Columbe sunt
aves valde lubrice/ et vana sunt
gemitum pro cantu/ in signum.
quod homines qui se libidi-
ni mancipant/ gemunt vel
gement. Sap. xj. Dum pro illos
acceptat tedium/ gemitus cum
memoria preteritorum. Septimo re-
probi quia sunt obliviosi cre-
atoris/ ideo multo suspende-
tur sine recordatione/ et contra
ad hoc dicit/ quod memoria eorum
peribit/ et propositum de iusto dicit
psalmus In memoria eterna erit
iustus/ Mos erat antiquitus
apud Romanos/ quod nomina
seniorum et meditum in tabulis
ereis scribebantur/ et ideo voca-
bantur patres conscripti/ Quando autem
contingebat quod aliquis dele-
batur fuit pro maximo scelere et
confusione perpetua. Isto modo
multi scribuntur secundum pre-
sentem iusticiam in ecclesia milita-
nte Quidam sunt episcopi/ quidam
Religiosi et sollempnes clerici
quidam rectores et curati/ quibus
maxima fiet verecundia in
die iudicii/ si in libro vite non
invenientur/ et fiant de numero
illorum De quibus dicit ps. Pe-
riit memoria eorum cum soni-
tu/ et iterum/ deleantur de libro
viventium/ et cum iustis non

scribantur/ et per contrarium de sanctis dicitur
Apoc. 3o Qui vicerit sic vestietur
vestibus albis/ et non delebo no-
men eius de libro vite. lco 45 lco 46

Tremuerunt incogitatione
peccatorum suorum
timidi/ et traducent illos ex ad-
verso iniquitates ipsorum. Post-
quam sanctus spiritus tetigit in
parte penam tyrannis infli-
genda in presentium in inferno/ nunc
illa pena eis infligetur in-
in iudicio maxime/ quando pate-
bit toti mundo/ Sed iam tacta
eorum pena eternali/ hic decla-
rat aliquantulum de processu
observando in iudicio generali/ et
hoc facit alternando/ modo de im-
piis/ modo de iustis/ et etiam hoc
duo facit Nam primo declarat
formam secundum quam compa-
rebunt iniusti/ Secundo forma
secundum quam comparebunt iusti
Cap. v. Tunc stabunt iusti. Cir-
ca primum tria ponit sicut patebit in
lectione hodierna/ De iniustis fu-
turi in iudicio generali/ quia ibi
demum putabuntur personaliter sine
procuratore/ consummabuntur inte-
graliter sine consolatore/ Accusabun-
tur sine defensore. Et ista
tria sunt valde gravia/ quia
nec homo poterit habere procuratorem
nec consolatorem nec deffen-
sorem/ Primo ergo putabuntur
personaliter sine procuratore/ quia
sicud dicitur secunda Cor. 5. Omnes
nos manifestari oportet ante tribunal
Christi/ ut referat/ ~~ut referat~~ unus-
quisque prout gessit/ et quantum ad hoc
dicit/ quod venient/ inquit in
cogitationibus suis timidi.
Joel 3o Venite omnes gentes
de circuitu et congregamini/ ibi

occurribus faciet dominus robustos
tuos/ consurgat et ascendant ge=
tes in valle josaphat/ quoniam
ibi sedebo ut iudicem omnes ge=
tes in circuitu veniet ergo personalit(er)
sine dilatione/ quia vocabunt
et citabunt peremptorie illa terribi=
li voce. De qua ait apostolus 1 Tess.
4. Quoniam ipse dominus in
iussu et in voce archangeli/ et in
tuba descendet de celo/ et mortui
qui in christo sunt resurgent pri=
mi/ in iussu i. in imperatoria potestate.
Non enim tunc veniet in humili=
tate/ sicut venit in carne in primo
adventu/ non equitabit asinum/
nec bauilabit sibi crucem/ sicut
legitur fecisse Jo. 19. Sed tunc
videbunt filium hominis veni=
entem in nube/ cum potestate ma=
gna et maiestate/ sicut dicitur Luce
21/ et dicit apostolus/ quod ipse domi=
nus veniet in iussu et in voce
archangeli/ i. in voce sancti presencie
ipsius/ qui est princeps angelorum=
Est enim angelus magni con=
silii ut dicitur Ysa. nono/ et Jo. 5. Mortui au=
dient vocem filii dei/ et qui au=
dierint vivent/ vel in voce archa=
ngeli ad literam/ i. in voce sancti mi=
chaelis alicuius archangeli/ que vox
est ista/ surgite mortui et venite
ad iudicium/ De hac terribili voce
loquens Jeronimus super ca. Di=
cit sic. Quociens diem illum
considero/ toto corpore contre=
misco/ sive enim comedo sive
bibo/ sive aliquid facio/ semper
videtur michi ista tuba sonare
in auribus meis/ Surgite mor=
tui venite ad iudicium/ Veniet
ergo dominus in iussu et in vo=
ce archangeli et tuba dei/ eadem
vox per vocatur tuba propter simi=
litudinem/ ad usum tube que
fuit in veteri testamento/ qua
convocabantur ad concilium/ con=

movebantur ad prelium/ et vocabatur
ad festum/ et isto modo resurgen=
tes convocabuntur ad concilium
iudicii/ ad pugnam prelii/ quia or=
bis terrarum pugnabit contra insen=
satos/ et ad festum eterni convivii/
De huius tube voce loquitur Crisostomus
super illud ca. 29. venti celorum
movebuntur/ et dicit/ Hec vox ma=
gna vox tube terribilis/ cui omnia
obediunt elementa/ que petras scin=
dit/ inferos aperit/ portas ereas
frangit/ vincula mortuorum dis=
rumpit/ et de profundis abissi
animas liberans/ corporibus suis
assignat/ Hec omnia citius consu=
mat in opere/ quam sagitta tran=
seat in aere/ dicente apostolo In momento
in ictu oculi in novissima
tuba/ 1. Cor. 14. Erunt igitur
isti tyranni et iniusti persecuto=
res iustorum terribiliter a mortuis
excitati/ evocati/ et personaliter iudi=
cio presentati/ terribile enim est quando homo
subito excitatur a sompno per fra=
gorem et strepitum tonitrui ma=
gni/ Est autem dissimile/ quod illa
vox erit sicut vox tonitrui ma=
ximi/ quo terra et celum concu=
ti/ et universa de suis locis vide=
buntur commoveri/ tunc reges et
regine/ prelati et concubine/ mili=
tes et clerici/ mercatores et mo=
nachi/ iudei et confusibiles si=
mili sunt ... tremebunt. Sed
Jeronimus in epistola sua ad heliodorum
monachum/ iudicaturo
domino lugubre mundus mugi=
et/ et tribus ad tribum pectora
ferient/ potentissimi quondam
Reges nuda latere palpitabunt
ibi adducetur plato cum suis
stultis discipulis/ tunc aristoteli=
ca non proderint/ quando veniet
ille filius pauperule questuarie/

iudicaturus fines orbis terrarum.
Soph. primo. Vox domini dei a-
mara, tribulabitur ibi fortis. dies
illa dies ire, dies tribulationis
et angustie, dies calamitatis et
miserie, dies tenebrarum et caligi-
nis, dies et nebule et turbinis,
2o + dies tube et clangoris. Secundo
impii in iudicio consternabuntur
integraliter sine consolatore, et
quantum ad hoc subdit in littera,
quod non solum verentur, sed
verentur in cogitatione peccatorum
No d. suorum timidi. Notandum
quod est differentia inter bonos et ma-
los, quia boni timent de peccatis
suis, et timent deum ante
iudicium. In ps. Auditis tuis
et cetera. De propiciatu peccato no-
li esse sine metu, et ideo timenti
deum bene erit in extremis,
et in die defunctionis sue bendi-
cetur. Eccli. i. Sed populi reprobi i-
puniti non timent peccata sua
nec deum, sed in iudicio time-
bunt, qui timor est ad penam,
non ad emendandam repro-
bam vitam iniquorum. Unde dicit ps.
Timor et tremor venerunt super
me, et contexerunt me et cetera. Unde Greg.
ix. moral. Vitari namque terror iu-
dicis non nisi ante iudicium potest,
nã ~~nunc~~ modo latet, si precibus pla-
catur, tunc vero in illo tremen-
do examine sedet, et videri potest
et placari non potest, quia facta
pravorum que diu sustinuit tacitus,
simul omnia reddet iratus. Unde
necesse est ut nunc timeatur iudex,
cum nondum iudicium exercet,
cum diu sustinet, cum adhuc
mala tolerat que videt, ne cum
mala in retributione vlcionis
conticuisset, tanto in iudicio di-
strictius fiat, quanto ante iudi-
cium diu nos expectat. Tertio

impii in iudicio accusabuntur tam a
sine defensore, et quantum ad hoc
subditur in littera, et traducent
illos ex adverso ~~et~~ iniquitates
ipsorum. Traducere idem est quod
ad confusionem alicuius id quod
fuit occultatum propalare. Unde
Gen. i. Joseph autem cum esset
iustus et nollet eam traducere
et cetera. Ut ergo dicitur, quod ipsamet pe-
ccata sua propalabunt accusatores
eorum quasi essent advocati ac-
cusantes, et astantes ex adverso
contra eum, ~~Unde d~~ ut dicitur
ps. Peccatum meum contra me
est semper. Quando aliquis deprehen-
ditur in furto, ipsum furtum con-
dempnat eum. Dicitur quod sy-
mea fugiens venatorem, si ha-
bet fetus, illum filium quem ma-
gis diligit apprehendit inter bra-
chia et fugit, et alium dimit-
tit. Ille non dimissus insilit
super tergum, sedens in collo suo,
et velit nolit venatore fortiter
prosequente, symea fatigatur,
fatigata non fetum magis dilec-
tum et karum proicit, alius non
de quo non curavit velit no-
lit insistit donec tamen venator quem
proles capiat. Isto modo peccator
peccatum et delectationem tamquam
duos filios habet, delectationem dili-
git, peccatum odit. Mors vena- est
tor, que continue insequitur
peccatorem. Homo ergo evadens se-
cum delectatione evadere, illam
tamquam carissimum filium in-
ter brachia sua i. intellectum
et affectum portat, sed imperce-
ptibiliter peccatum a tergo se collocat,
et ipsum non dimittit, donec
mors vel dyabolus eum capiat
et utrumque astringat. Non deindo
in estate ab scandito. Dubitatio

f talis ca predicta / Utrum vox tuba-
lis precedens iudicium sit aliquo
modo causa resurrectionis corporum /
et videtur quod non Damascenus
Credo resurrectionem futuram divina
voluntate virtute et nutu Ergo
cum omnia ista sufficiant / nul-
lomodo est vox tube causa / Item
frustra fit vox ad illud quod
audire non potest / sed mortui non
habent auditum / ergo frustra emit-
teretur vox ad illos / Item si talis
vox esset causa resurrectionis / esset fortis
naturalis / licet enim vox illa
tanta virtutem adeo dicatur
illud sicut dicit glosa super psalmum Ecce
dabit voci sue vocem virtutis / tamen
habita tali virtute / effectus natura-
lis sequetur / sicut in ceco illumina-
to restitutio visus est miracu-
losum / sed visio sequens natura-
lis / Item resurrectio corporum fieri non potest
nisi a virtute infinita / sed vox
illa quantumcumque magna / in-
finitam virtutem habere non potest /
Contra / Item glosa Ro. vi dicit /
quod resurrectio Christi est causa resurrec-
tionis nostre Non est inquit causa
quare unus suscitabit alios sed
quia suscitatus est / Ad oppositum
est magister sententiarum q. distinctione
xliii ubi dicit quod causa resur-
rectionis mortuorum est vox tube /
que in adventu iudicis ab omnibus
audietur / cuius virtute excitab-
untur mortui / et de monumen-
tis resurgent / Item glosa super
illud psalmus Dabit voci sue
vocem virtutis / i. efficaciam su-
scitandi omnes mortuos
Ad questionem dicendum quod
sic / Sed causa dicitur dupliciter /
principalis et instrumentalis
Causa principalis resurrectionis est vir-
tus divina / assistens illi voci /
eo modo quo virtus divina assistit
verbis sacramentalibus in ecclesia
militante / causa non instrumen-
talis est vox illa / sicut verbum
prolatum est causa instrumen-
talis aliquo modo transsubstantiationis
panis in corpus Christi / Qualis
autem est vox illa / diversimode
dicitur / Dicunt quidam quod
ipsa evidens putatio filii dei
in mundo / dicitur vox propter illud
verbum Gregorii qui dicit Tubam
sonare nichil aliud est /
quam mundo iudicem filium
demonstrare / sed videtur dicendum
melius / quod vox tube est so-
nus quidam sensibilis et im-
perium vocis Christi / quo preciet
mortuos resurgere / iuxta illud
Jo. v. Mortui audient vocem
filii dei / et qui audierint vi-
vent / et paulo post omnes qui
in monumentis sunt audient
vocem filii dei / Hoc dicit unus
doctor / quod videtur sibi quod
ista tria que enumerat apostolus Thess.
iiii in iussu / in voce archangeli /
et tuba dei / distinguuntur per
modum istum / erunt quasi
tria precepta Christi / Primo cum Christus
in suo descensu iubebit pul-
veres sive partes quascumque cor-
porum mortuorum recolligi ministe-
rium angelorum / et hoc notatur cum
dicitur Descendet in iussu / Secundo
preciet corpora reformari / et
ex illis pulveribus recollectis et
formatis corporibus animas
reuniri / et ista duo fient per
divinam virtutem / et istud pre-
ceptum notatur cum dicitur in
tuba dei / Tertio Archangeli
qui fuerunt custodes provinciarum
in provinciis / quas custodie-
runt clamabunt fortiter et

Questio utrum vox tubalis precedens
iudicium sit aliquo ca resurrectionis corporis

et spiritus/ sicut sono articulato/ et
mediante aliqua creatura sen=
sibili formata/ quod omnes corpora
iudicii corporaliter compareant/ que
notabilem sinam audituri/ illa
vox notatur cum dicitur/ in voce
archangeli/ et de voce ista tuba=
li prophetavit Sibilla/ sicut dicit
Augustinus 18 de civitate capitulo
43 Tuba cum sonitum tristem
dimittet ab alto orbe/ gemes fa=
cinus/ varios que labores Ad primum
in proposito dicendum/ quod fiet
virtute divina principaliter/ median=
te voce instrumentali/ primo modo
quo dictum est/ Ad secundum di=
cendum est/ quod forme verborum sa=
cramentalium habent suum effectum
non ex hoc quod audiuntur/ sed
ex hoc quod proferuntur/ et sic in pro=
posito/ Ad tercium dicendum/ quod
virtus non est in voce substantive
sed dicitur esse in voce/ quia voci
assistet operando/ Ad quartum patet/
quod fiet principaliter virtute in=
finita/ Ad quintum dicendum/ quod
resurrectio Christi est causa exemp
laris nostre resurrectionis non effica=
ciens propter

Sap 4a cam 4 — Lectione 4a Iusti Cam 4m

Tunc stabunt iusti in ma=
gna constancia/ ad=
versus eos qui se angustiaverunt/ et
qui abstulerunt labores illorum
Postquam sanctus spiritus de=
claravit formam confusibilem/
in qua iniqui comparebunt in iusti=
cia/ in iudicio generali/ hic consequenter
et ordinate occasione tam bonorum
quam malorum/ aggreditur enar=
rare ordinem eiusdem iudicii
in speciali/ In quolibet autem iudicio
quatuor persone requiruntur ad
unius desiure terminum/ scilicet iudex
actor testis et reus In illo vero

iudicio iudex est deus/ reus erit
peccator/ actor peccatum/ et testes in
stus/ in quem etiam peccator delinquit
si agatur de iusticia particulari/ vel
deus ipse si agatur de iusticia ge
nerali modo dictum est in lectione
precedenti quod in iudicio generali
peccata tenebunt locum accusan=
cium/ sicut dictum fuit/ quod
traducent illos ex adverso iniqui=
tates ipsorum/ ergo nunc non restat
describere illud ad iudicium nisi
quantum ad tres personas/ scilicet ad
testes reos et iudices/ et hoc fa=
cit sanctus spiritus in isto toto ca=
pitulo capitulum sic introducitur
in declarando qualiter se habebit accu=
satores/ hic declarat qualiter se ha=
bebunt testes iudex et reus simul et
hoc totum capitulum dividitur in tres
partes Nam primo declarat quod
testis non terrebitur ab adversitate/
Secundo quod reus confitebitur
sine fallacia Tercio quod iudex non
movebitur a sentencia equitatis per pars
ibi/ videntes turbabuntur/ 3a ibi/
Iusti autem in perpetuum vivent
Est ergo intencio hujus capituli quantum
ad reprobos declarare tria/ scilicet quod
accusabuntur cum fiducia lauda=
bili/ conturbabuntur cum timore
nimio/ confitebuntur cum pudore
inextimabili Primum ostenditur in
ista lectione/ 2m ibi/ videntes tur
babuntur/ 3m ibi/ dicentes intra
se penitentiam agentes/ sicut inferius
patebit Quantum ergo ad primum/
qualiter scilicet testes non terrebuntur ab
adversitate/ sed accusabunt ma=
los cum fiducia laudabili/ dicitur
sic Tunc stabunt iusti etc In
quo processive circumstancie
iudicial testimonii iustis assig
natur/ scilicet tempus componendi/ se
sus componendi/ modus componendi/

Ad primum
Ad 2m
Ad 3m
Ad 4

x19

forma resistendi / causa contra di-
cendi Tempus compendi compri
mit cum dicit Tunc / gestus pro-
ponendi stabunt / modus prosequen-
di in magna constancia / forma
resistendi adversus eos qui se an-
gustiaverunt Et causa contradicen-
di qui abstulerunt labores illorum.
Dicit ergo Tunc i. in die iudicii
non modo durante vita huius
vite / sed tunc / quia Luc 21 Tunc
videbunt filium hominis venientem
in nube cum potestate magna et
maiestate supra vos Tunc loquetur
ad eos in ira sua / et in furore suo
conturbabit eos / et ideo tunc sta-
bunt / quia prius iacuerunt con-
culcati · ligati · oppressi · et prostrati Za-
char. Stare nunc contra inimicos /
et oppugnate eos / Vult enim scrip-
tura / quod iusti stare debent ad
quatuor actus / ad videndum / ad
docendum / ad testificandum / ad
pugnandum / Primo ad videndum
Nam ille qui stat / remocius previ-
det et melius quam qui sedet Ier.
6. State super vias videte / et
interrogate de semitis antiquis
que sit via bona et ambulate
in ea. Secundo ad docendum / pre-
co clamatus edictum regis as-
cendit malum / ut eminentius
audiatur / predicator quicumque
est quasi preco / proclamaturus edi-
cta i. precepta dei christi Act v. Sta-
ntes loquimini in templo omnia
verba vite huius Neem viii. Ste-
tit esdras supra gradum ligne-
um / quem fecerat sibi ad loquen-
dum / Tercio stare debent ad testifi-
candum Mt x. Stabitis ante
reges et presides propter me Quarto
ad pugnandum Eph. 6 Accipite
armaturam / ut possitis resistere
in die malo / et in omnibus perfecte

stare. Stabunt ergo iusti in magna
constancia / qui in hac vita abiecti
fuerunt in magna miseria primo Mach. 2.
Mathathias et filii eius steterunt
constanter Quidam Rex francie
nomine robertus / qui floruit cir-
ca annum domini 996. Cum
enim esset vir literatura et sub-
tilitate celebris / et moribus humili-
ter urbanus / carmina multa latino
sermone ad honorem dei compo-
suit / ut prosam Sancti spiritus
assit nobis gratia / et Responsorium de
natali domini Iudea et Ierusalem / et
Responsorium de beato petro Cornelius et
centurio / et de omnibus sanctis
concede nobis. Cuius uxor voca-
batur constantia / que moleste tu-
lit quod de ea nichil composue-
rat / quod posset ad eius laudem
cantari. Ille ad placandam ipsius
impaciam / composuit O constan-
tia martirum quod ipsa dese qua-
nit decantari / et placata est. Sta-
bunt ergo iusti in magna consta-
ntia / et hoc adversus eos qui se an-
gustiaverunt in mirus aut flage-
llis / Hebr. xi Circuierunt in melotis
et in pellibus caprinis / egentes
angustiati afflicti / quibus dig-
nus non erat mundus Et subdit
qui abstulerunt labores illorum i.
auferre voluerunt / cogendo eos le-
gem christi delinquere. Dubitatur
circa materiam huius lectionis / Utrum
in iudicio generali erit aliqua di-
sceptatio vocalis / Videtur quod non / quia
secundum beatum augustinum 20
de civitate dei Ca° 26. Deus
conscias reproborum convincet sine
ulla sermonis prolixitate / sed
si fieret accusacio singulorum / fieret
magna sermonis prolixitas /
ergo nulla erit ibi vocalis discep-
tacio / neque iudicis neque testium / neque

Questio Utrum In iudicio generali erit
aliqua disceptacio vocalis Videtur quod non

Nota

Constancia Regina

Dubio

reor[um] Contra augustinus libro 20 de ci-
ui[tate] c[apitul]o 14 loquens de libro vite / quem
scriptura omnes iudicabuntur / sicut
dicitur Apoc. 20 non debet intelli-
gi corporalis / quod haberet magnitu-
dinem inestimabilem / et vix in
longissimo tempore posset legi / quia
non minus tempus requiritur
adnarrandum opera eius / quam
adlegendum in libro / si essent
ibi scripta / ergo sic liber vite debet
intelligi scientia / pro quadam virtu-
te diuina / per quam fiet ut unicuique
opera sua tam bona quam mala
in memoria reuocentur / atque ob-
simul in singulis iudicentur / ita
quod iudicium et quantum ad sententiam
et quantum ad disceptationem in
illo mentaliter. In Rom. 2 Testi-
monium reddente illis consciencia illorum /
et inter se inuicem cogitationum
accusantium / seu etiam defende-
tium / in die quando iudicabit
dominus / ergo accusationes ibi non
erunt nisi mentales / et eadem
ratione disceptatio est sententia iudicis
26 Ad oppositum gregorius 26 moralium c[apitul]o
21 / ubi loquens de reprobis dicit
illi verba iudicis audient / qui eius
fidem saltem verbo tenuerunt /
sed hoc de verbo mentali intelligi
non potest / ergo de verbo vocali. Item
sententia debet congruere statui rerum / quorum
quos sententia est / ergo sicut in iudi-
cio particulari inter contra animas
contrarias fertur sententia spiritualis / ita quia
tunc cum fertur in homines cor-
porales assistentes / debet esse cor-
poralis. Item augustinus 20 de ci[uitate] dei
c[apitul]o 1 dicit / quod per quot dies
hoc iudicium tendatur incertum
est / sed si fiet mentaliter statim
expedietur / ergo erit vocalis / Ad
questionem istam dicendum / Unde
sanctus Thomas q. scientia 24 distinc-
tione q. a. q. 1 / articulo 2 o d. Quod
quid in ista questione sit verum / pro eo

diffinire non potest / probabilius tamen
estimatur quod totum illud iudi-
cium / et quo ad discussionem / et quo
ad accusationem malorum / et quo
ad commendationem bonorum / et quo
ad sententiam ~~de utraque~~ scilicet mentaliter perfi-
cietur / quia si singulorum facta nar-
rarentur in estimabilis magnitu-
do temporis exigeretur / sed secundum
eum probabile est / quod processus
recitatus est 24 Esurivi etc.
mentaliter tantum perficietur / salua
reuerentia ipsius alij dicunt
probabilius / atque concordantius
cum textu sacre scripture / quod
ibi erit disceptacio tam menta-
lis quam vocalis / quia ipse
qui iudicabit est deus et homo /
et ideo iudicabit modo diuino et
modo humano / et ex hoc erit ma-
ius gaudium sensibile bonorum /
et maior dolor sensibilis ma-
lorum / magis etiam congruet corpo-
li apparicioni iudicis et iudican-
dorum / et etiam vocali eorum citacioni
precedenti pertinebant de qua in lectione
precedenti dictum fuit / Unde
dicendum videtur quod vocalis erit ac-
cusacio malorum a Christo / dicente
realiter consimilem processum / sicut
ipse posuit 24 / et commenda-
cio et sententia diffinitiua quorum / et
similiter sicut accusacio mentalis /
ut supra in precedenti lectione est
dictum / Quia traducent eos
ex aduerso iniquitates ipsorum An
aut homines testificabuntur
contra malos vocaliter / est incerti
dubium. Dicunt quidam quod
sic / angeli non qui fuerunt custo-
des reprobarum / sparsim testificabunt
contra eos / sicut tenent sancti /
et hoc idem dicit Apuleius in
libro suo de deo socratis / Notan-
dum est tamen / quod fiet discus-
sio de nobis / quod de preceptis iustitie / No

et decepcionibus eius. Reprobi enim
dampnabuntur propter duo. Quia
peccauerunt transgrediendo precepta
iusticie, et quia peccata sua non
redimerunt per opera eius, prima et
demeritis et erit mentalis. 2a est
deceptionibus misericordie, ut appareat
eos non esse dignos illa et erit
vocalis, vel verba vocalis, sicut sonat
textus eius. Ad primum in oppositum Ad 2m
quod hic dicendum est quod Au-
gustinus non negat sermonem,
sed sermonis prolixitatem. Ad 2m
dicendum, ut Augustinus quod non
fiet discussio in particulari, et si-
gillatim de culpis ~~deculpis~~ nostris
mentaliter, simul tamen in illis in- Ad 3m
dicabunt vocaliter, sicut dictum est. Ad
tertium simul tamen et in illis in-
dicabunt nostri, sicut dictum est.
Ad quartum dicendum, quod ac- fiet
cusaciones utroque modo et pro-
gitaciones utrumque ad scripturam
mentam, et propter clarificatorem indi-
guar decepcionibus eius neglecte. Ad
motiuum doctorum tenencium oppositum
de prolixitate temporis, patet quod
non requiritur magnum tempus
ad replicandum contra omnes inge-
niali, et ad profundum sanam
mo perdito, sed discussio tam
iniciorum quam peccatorum in particulari
et mentalis ut dictum est. De
die uero iudicii hoc gratiar tenemus
et tenemus, quod non erit antequam
antixpus veniat, sicut dicit apostolus ~~primo~~ 2a
Thessalonicenses 2, Cuius aduentus nobis
omnino est incertus nam circa eius
aduentum multi calculatores
astronomi sunt seducti. Hoc ter-
sciendum, sicut dicit quidam
expositor super capitulo xi Apocalipsis. Anti-
xpus regnabit 42 mensibus, id est
tribus annis cum dimidio, et tunc
veniet Enoch et Helias et predica-
bunt 1260 diebus, id est toto tem-
pore quo regnabit antixpus a-
micti saccis ut prouocent homines
ad penitentiam, quos tandem occidet
antixpus, et insepulti iacebunt
per tres dies et dimidium propter ti-
morem antixpi, et postea resur-
gent et ascendent in celum, et po-
stea occidetur antixpus a xpo vel
a Michaele, sicut dicit gloza 2
Thessalonicenses 2. Post mortem autem anti-
xpi dabuntur quadraginta quinque
dies ad penitentiam paruulis, qui in per-
secucione antixpi titubauerunt et
timent ergo iniusti et sequaces an-
tixpi, licet ipse sit mortuus, pacem
et securitatem habentes ubique, du-
cent uxores, et celebrabunt convi-
uia, et tunc dixerint pax et secu-
ritas, tunc repentinus eis super-
ueniet interitus, ita grauis et su-
bitus, sicut est dolor mulieris et
non effugient, sicut dicit apostolus
1 Thessalonicenses 4, ubi in gloza omnia predicta
se ponuntur, sicut etiam dicit
Haymo, et habetur in gloza 2a Thessalonicenses
2. Post ea detribuit Daniel, occidetur
autem in monte oliueti, in papi-
lione et in solio suo, illo in loco
illo contra quem dominus ascen-
dit, quando autem sit dominus
venturus post illos 45 dies, penitus
ignorat, hoc Haymo. Lectio 48 Lco 48

Videntes turbabuntur
timore horribili, et
mirabuntur in subitacione insperate
salutis, gementes pre angustia spiritus
dicentes intra se penitentiam agen-
tes, et pre angustia spiritus gementes
de personarum statuum est supra
quod tria genera personarum ut sic
apparebunt in iudicio generali, iudeos
iniustus, et reus iniustus non terre-
bitur de aliqua aduersitate, reus
confitebitur sine omni conflictu, iudeos
non monebit aliquis commentum. De
istis tribus quantum ad pri-
mum, declaratum est in lectione precedenti

Ubi ostensum est quo iusti se habebunt
apud semetipsos in iustitia fortiter
opponendo contumacia. Ergo lectio ista
sit. Postquam sanctus spiritus decla-
ravit qualiter iusti in iudicio testi-
ficabunt veritatem laudis, hic osten-
dit quod reprobi in iudicio confi-
tebuntur veritatem in iudicio con-
fusibili, et circa hoc duo facit. Primo
ostendit confusionis causam iniquitatis,
2o subdit eiusdem confessionis mul-
tiplicem materiam. 2a pars ibi Hii
sunt quos aliquando. Circa primum
dicit sanctus spiritus quod illam
tardam et inutilem saltem ~~etc.~~
confessionem quam facient in
iudicio reprobi tria precedunt, quia
turbabuntur, mirabuntur et contri-
stabuntur, et coram suis tamen sibi contra
veritatem de seipsis iudicio fatebuntur.
Quantum ad primum dicit Quod
videntes turbabuntur horribili ti-
more. Unde Gregorius 24 moralium capitulo
2o Oculos quos culpa claudit pe-
na aperit ~~culpa~~. Sed hic culpa in-
puniti claudit oculos malorum ne
videant veritatem, sed statim in
morte pena solvit oculos. Ergo
isti homines videntes se de gloria
mundi tussientes(?) statim ad penam
infinitam multo debent turbari et
terreri. Nec mirum, quia horrendum
est incidere in manus dei viventis,
ad Hebreos 10. Ergo tantum est quod
nullam evadendi viam viden-
tes confitebuntur illud quod post-
ea subiungetur. Secundo mira-
buntur sicut in littera dicitur, et hoc in
subitatione insperate salutis. Quia
homo vehementer sperat unum nego-
cium et prosequens propositum suum
deficit, miratur de subitatione
negocii, eo modo sic est quod iniusti
nullam habent spem de eternali essen-
tia iustorum, post quam fiunt ab eis
suppressi, et ideo multo admirati
sunt in subitatione insperate salutis,
quia de iniustis dicitur Sap. 2 Nec

speraverunt mercedem iusticie. Ista
autem salus licet fuisset inspe-
rata a malis, tamen fuit sperata con-
tinue a bonis. In psalmo In te domine
speravi non confundar in eternum,
quia salus iustorum a domino
et protector eorum in tempore tri-
bulationis. 3o reprobi ante con-
fessionem eorum inutilem contri-
stabuntur, et quantum ad hoc
dicit, gementes pre angustia spiritus,
et merito, quia hic noluit an-
gustiari sed delectari, et impossi-
bile est, sicut dicit Gregorius, quod
aliquis a deliciis ad delicias
transferatur, et ideo cruciabuntur
qui hic delicate et deordinate
vixerunt. Et dicent intra se vel
dicentes intra se, sicut legitur
cetera, licet textus biblie sic di-
cat: dicunt intra se penitentiam
sed inutilem agentes. Hebr. 12 Non
invenit penitencie locum, quamquam
cum lacrimis inquisivisset eam.
Et iterum addit pre angustia spiritus
gementes, propter duplicem materiam
gemitus. Gement enim ~~in~~ pe-
na quam sustinebunt, et pro
gloria qua in perpetuum carebunt.
Quia ergo in lectione ista de pena
et contritione agitur, maxime quam
mali homines sustinent post
mortem, fit talis dubitatio utrum
verus dolor penitentie possit
esse nimius, et videtur quod non,
quia dolor de peccato procedit de
dei amore, quia omnis dolor fun-
datur in amore. Si enim homo
non amaret deum, non doleret
si eum offenderet, sed amor dei
non potest esse nimius, ergo nec do-
lor de peccato. Contra Anselmus in qua-
dam oratione: Utinam impinguarent(?)
viscera anime mee, ut medulle
corporis mei consumantur. Ergo ta-
lis dolor de peccatis qui morte

Questio utrum dolor penitentie possit
esse nimius et videtur quod non etc.

A. corp(?) Nota(?) in(?)

Dubium b Anselmus

corporis in dubio est laudabilis / ergo
licet sit tantus / non est nimius
Item de pe. di. 3. c. co post principium de
de penitente / quod semper doleat /
et non sit satis quod doleat
Item ad contritionem requiritur dolor ma-
ximus / ergo nullus potest esse nimius
Assumptum patet / quia quanto
est amor contritionis ad deum /
tantus debet esse dolor de sepa-
ratione / sed amor contritionis debet
esse maximus / quia maior debet
esse quam amor contritionis circa
ad corpus / ergo dolor debet esse ma-
ximus / ergo nullus dolor de peccatis
potest esse nimius Ad oppositum est Ro. 12°
exhibeatis corpora vestra hostiam
vivam scilicet deo placentem. rationabile enim sit
obsequium vestrum / sed dolor peni-
tentis potest esse tantus / quod inter-
ficeret penitentem / ergo talis foret
irrationabilis Item virtus moralis iustitie
consistit in medio / et corrumpitur
tam per superhabundantiam quam
per defectum / sed contritio est virtus
moralis iustitie / ergo in medio consistit
Ad questionem dicendum / quod in
penitente est considerare triplicem
dolorem Unus est essentialis
principalis / et est in voluntate / ipsa scilicet
displicentia de peccato / prout quanto
peccatum est offensa dei / et ista di-
splicentia voluntatis est essentia
contritionis / et quia iste dolor di-
recte causatur ex caritate in deum /
que secundum legem datam in
infinitum intendi non potest / iste dolor
non potest esse nimius Alius est
dolor non essentialis principalis / et
est in sensualitate / et est passio ap-
petitus sensitivi / et iste dolor
causatur uno modo ex redundan-
tia doloris vel displicentie in vo-
luntate / per modum quo vires in-
feriores obtemperant in suis acti-
bus superioribus / secundum quod dicit
Aristoteles libro 3° de anima / quod appetitus
intellectivus rapit aliquando appetitum
sensitivum / sicut spera speram
Tertio potest accipi dolor in penitente
pro de afflictione corporali / et istis
duobus modis possibile est quod do-
lor penitentis sit nimius secundum
doctores multos / sed de isto tertio
dolore qui causatur ex afflictione
corporali / constat quod potest esse
nimius / quia non licet inferre ali-
cui sibi ipsi ex intentione causam
mortis / sed de secundo dolore
potest esse dubium / ex quo ille
dolor causatur directe et naturaliter
ex displicentia voluntatis / et ipsa
displicentia non possit esse nimia /
ergo non apparet quo talis dolor potest
esse nimius / ideo breviter dicendum / quod
si penitens vehementissimo
amore ad deum tantum doleret
de suo peccato / quia causaretur do-
lor in appetitu sensitivo tante in-
tensionis / quod corrumperet armoniam
corporis necessariam ad vitam / et sic
induceret mortem / non esset iste do-
lor excessivus in genere moris / immo
superfluus sed virtuosus / et opus per-
fecte penitentie / hoc tamen supposito /
quod voluntas sit penitentis
non feratur directe in istam passio-
nem causandam propter mortem
consequendam / sed tantum propter
displicentiam de peccato in quantum
offendit deum / et sic legimus
quosdam commendatos de perfectione
contritionis Ad primum concedenda
est conclusio de dolore / qui est displicen-
tia voluntatis / vel de dolore ab
ea naturaliter vel ex electione causato
Ad secundum de dicto Augustini quod est
excessivus modus loquendi et
intelligatur / vel apparet quod humo-
res sui corporis exsiccarent ad-
huc / sed ut motiones carnales
in eo extinguerent / vel potest dici quod
apparet dolorem secundo modo

possibile

Ad ar

Ad 2m

No^a quod Allex^r voluit a suis fidelibus repre(hen)di etc.

ad 3^m

dictum quo ponitur opus perfecte
contritionis. Ad tertium loquitur
de displicencia voluntatis. Ad quar-
tum dicendum quod dolor pro-
modo acceptus dicitur esse maxi-
mus ingenere quia quantum
aliquid magis placet tantum cont-
rarium displicet. Deus autem
summe placet et ideo deberet
summe displicere peccatum. Non
est tamen necesse quod dolor sen-
sitivus sit maximus sed tantum
intellectivus quia sic debet peccatum
homini displicere quod nichil plus
displiceat et quod pro nulla re
vellet peccare et hoc est necessarium ad
contritionem pro tanto dicitur esse maxi-
mus dolor per comparationem ad
alios dolores de rebus creat-
is causatos sicut dictum est. Nota-
bilit(er) autem dicit quod viden-
tes turbabuntur. Causa enim
quare peccatores modo non turbantur
vivunt est quia non vident de-
fectus suos nec pericula suorum
defectuum. Et una causa est quare
non vident est negligencia prelatorum
et doctorum. Homo enim se non
videt nisi per speculum obiectum
prelati autem vel doctores sunt
vel esse debent specula laicorum
vivendo docendo corripiendo
et si sic esset peccatores se cognosce-
rent et se viderent et agerent pe-
nitenciam. Istud autem speculum
offensivum est insipientibus sed
valde placitum est sapientibus.
Proverbiorum 9 Argue sapientem et dili-
get et vatat opus maxime cari-
tatis est premunire hominem de
suis defectibus moderate non est
enim quantumcumque sapiens qui
omnes defectus suos vide(re) possit.
Unde in libro quodam qui inti-
tulatur de dictis philosophorum et sapien-
tum capitulo de dictis allexandri sic narra-
nt^a

te

No^a quod quidam vir dominus dun
ficat in sermocinio allexandri commoratus
et nunquam allexandrum mor-
pancat ad partem. Iste igitur go-
vino die ad se vocato allexandro dixit
Non delector in sermocinio tuo et
alius quare domine et allexandro
quia homo sum et homines qui
peccent perfecte non possunt et
tu si tanto tempore nullum
meum perpendisti errorem mi-
nus ignarus fuisti et si percipi-
ens occultasti amicus mei fran-
dator et consimilis sicut ponit
in eodem libro capitulo de dictis
philosophorum philosophus dixit: Sic homines
ex inimicis magis quam ex
amicis proficiunt quia dum i-
nimici eius errores impetrant
exinde corriguntur dum vero amici
suos eis non annunciant erro-
res eorum augmentant et con-
tinuant. Unde si peccatores annun-
ciantibus sua peccata ardenti
vel deum penitentem pro suis
peccatis viderent non est dubium
quin salubriter turbarentur. Ipsos
viderunt te aque deus et ti-
muerunt turbate sunt abyssi vi-
dent te aque glossa id est ipsi apostoli
aque multe populi multi et ti-
muerunt de peccatis et turbate
sunt per contritionem abissi id est pro-
fundissimi peccatores

Hi sunt quos aliqua-
ndo habuimus in
derisum et in similitudinem im-
properii nos insensati vitam eorum
estimabamus insaniam et fi-
nem illorum sine honore quo-
modo computati sunt inter filios
dei et inter sanctos sors illorum
est. Postquam sanctus spiritus as-
signavit confessionis confusi-

sed tollerant et occultant ipsi errores

nobis
penitentem
viderunt te aque
vere

reprobis in iudicio faciende causa
nostram / hic narrat eiusdem confes-
sionis nostram multiplicatam / primo
n. fatentur se in proximos pec-
casse / 2o se errasse quo ad seip-
sos ibi / 3o erravimus. Circa pri-
mum duo sunt / quia primo ponit
interrogacionem perversitatis / 2o admi-
racionem vanitatis ibi / Quo-
3o computati. Quantum ad primum
recognito eorum stat in duobus / fa-
tentur enim expresse primo quod
viros iustos contempserunt /
2o quod vitam eorum male iudi-
caverunt. De primo dicunt sic
hii sunt quos aliquando habuimus
in derisum / et in similitudinem
improperii / aliquando simple brevi tempore
vite mundialis habuimus in de-
risum Job 12 Deridetur iusti sim-
plicitas / sed certe non impune / quia
prov. 3 illusores ipse deludet / et
mansuetis dabit graciam / et eius-
dem 19 / parata sunt derisoribus
iudicia / et mallei percucientes
stultorum corporibus / communiter de-
risores sunt ~~parata~~ primates et
duri sine fide vinct... Ideo dyabolus
sicut faber ferrarius malleabit
super eos / quasi super candens
ferrum in ~~futuro~~ in fine / et in
similitudine improperii / i. in
similitudinem improperium
quod fecerunt sancti / non fuit verum
improperium / verum n. est de malo /
ipsi autem improperaverunt illud quod
non fuit malum / ymo bonum /
sicut quod ipsi erant pauperes et
abiecti in mundo / quod ipsi arde-
bant in bonum hominem crucifi-
xum / quod crux non fuit in-
6\. properium sed gloriosum. Gal. 6 mi-
chi autem absit gloriari / nisi in
cruce domini n. ihesu xpisti. Vides ergo
2o fatentur quod viros iustos in iuste
contempserunt. Secundo fa-
tentur quod vitam eorum male

iudicaverunt et hoc dupliciter / quia quantum
ad vitam / et quantum ad finem /
Quantum ad vitam fatentur
quod vitam sanctorum estimaverunt
insaniam. Unde dicunt sic nos
insensati vitam illorum estimaba-
mus insaniam. Certe, mirabilis
tua mutacio / qui dixerunt et alios
rexerunt / reputabant se sapien-
tissimos sapientes / ad decipien-
dum sapientes / ad acquirendum
sapientes / ad semetipsos defen-
dendum / sed revera stultam fe-
cit dominus sapienciam huius mundi /
et ideo bene incipiunt suum
confiteor / Nos insensati vitam il-
lorum estimabamus insaniam / ubi
de nostris temporibus predannis /
quorum vita magis reputatur insa-
nia / quam vita illorum qui xpistum
totaliter imitantur in voluntaria
paupertate / qui relinquunt habita
et quida / renunciant curis ... /
et hereditates amplas permittunt
alios occupare / isti apud fatuos mun-
do deditos / fatui fabulosi et in-
sani putantur / sed a quibus certe
non nisi ab insanis mundi ama-
toribus / et istud mirabile est / certe
dicunt fatui xpistiani xpistum salte
verbotenus esse / et fuisse sapienciam
dei patris / et venisse in mundum
ad docendum homines viam
dei rectam et futuram intelligunt
et tamen illam viam sectantes
derident et abhominantur / et
quantum possunt depravant. Notan- b
dum quod quatuor genera xpistum i. hominum
legimus derisisse / scilicet divites a-
varos / principes peccatores / mili-
tes amaros / simplices igna-
ros et isti ultimi minus pecca-
verunt inter omnes. De primis ha-
bemus Luc 16 ~~ubi~~ ubi xpistus le-
gitur docuisse / quod nemo potest deo
servire et mamone / et ibi sub-
ditur sic audiebant hec omnia
pharisei qui erant avari / et deri-

debant eum. De hiis Luc. 23. Deride-
bant eum principes dicentes: ali-
os salvos fecit, semetipsum non potest
salvum facere. Et in eodem capitulo:
Spreuit autem eum Herodes cum
exercitu suo et illuserunt indutum
veste alba. De 3° genere hominum Luc.
23. Illudebant autem ei mili-
tes accedentes et acetum offeren-
tes illi dicentes: si tu es rex iu-
deorum salvum te fac. De quarto
Luc. viii°. Qui suscitavit filiam
archisinagogi, quia dixit non
est mortua puella sed dormit,
deridebant eum scientes quia
mortua est. Cum ergo Christus tot
pro nobis derisiones patienter pro
nobis sustinuerit, felix est qui
pro eo vices rependendo derisiones
malorum equanimiter sustinebit
nisi ii. sanctus mundi delectatio- ·/· dilectoribus
nibus contempnat. Viam Christi
non sequitur nec discipulorum eius.
Qui ii. mundum relinquit et
honorem tamen mundanis re-
quirit, iste videtur deo servire, sed
mercedem recipit adhuc. Gaude-
ant ergo mundi contemptores, quo-
tiens vite sue inveniunt irri-
sores, ymo cohortes accipiunt ar-
gumentum quod viam dei imita-
ntur, si mundi dilectoribus tanquam
fatui contempnantur. Unde Seneca
libro de moribus: Non dum felix
es, si non te turba irriserit. Si bea-
tus esse vis, cogita hoc primum con-
tempne et ab aliis contempni. Et
prima Cor. 4: Spectaculum facti
sumus mundo et angelis et homini-
bus. Dicit apostolus de se et de suis se-
quacibus: Nos stulti propter Christum,
vos autem prudentes in Christo. Et
est ironice dictum secundum glossam,
q. d.: Nos reputamur stulti, quia
Christum predicamus, et putatis vos
esse prudentes quia tacetis, quod
non est verum. Unde Augustinus
super ps. 36. et ponitur ibidem in

glosa super illud preallegatum: an-
gelis et hominibus. Boni enim an-
geli et boni homines laudant
nos, mali irrident. Hec sunt dex-
tera et sinistra, quibus utimur quasi ar-
mis ad feriendum dyabolum, scilicet lau-
dantibus et vituperantibus, si-
ne ista elevant nec illa frangat.
Hec Augustinus. Dicent ergo vita
Christi et Christi sequaces contemp-
nentes in iudicio generali: Nos
insensati vitam illorum etc. Et ideo est
fi. illorum sine honore. Istud
sunt dictum sicut fatue propter
falsitatem auctoris, tamen sat-
guis estimat. Si enim vita fo-
ret insania, finis foret sine ho-
nore. Nam honor est premium
virtutis secundum omnes. Secundo
principaliter in ista lectione ponitur re-
cognitione perversitatis, ponitur
admiratio novitatis et subno-
tatur questio talis. Quo ergo compu-
tati sunt inter filios dei et inter i d
sanctos sors illorum est. Istam
homines querent ideo quia tunc est
de mirabili eventu, sed tunc que-
rent cum nimis tarde pro salu-
te sua. Si ii. hanc quesivisset dedisset
in vita, eam perfecte propter Christi predi-
catores, quia Joh. primo: Dedit eis
potestatem filios dei fieri, hiis qui
credunt in nomine eius. Unde
qui natura eramus filii ire, ta-
lem a deo per gratiam recepimus
caritatem, ut filii dei nominemur
et simus. 1 Jo. 3. Videte qua-
lem caritatem dedit nobis
~~dominus~~ deus, ut filii dei
nominemur. Ad hec tamen ali-
quid retinentes de ea fatui- vetri
tate exprimunt eam in titulo
hominis cum dicunt quod inter
sanctos sors illorum est, quasi
status beatitudinis non meriti
sed sorti debet attribui, ut

tamen pro tanto merces sanctorum re-
vocari dicitur / quia quandocumque ho
dum vixit in ictum est quod deo
finaliter eveniet / propter immutabili-
tatem voluntatis de facili inclina-
bilis ad peccandum. Eccl. 9. Sunt
iusti atque sapientes / et opera eorum
in manu dei / et tamen nescit ho
minum amore vel odio dignus
sit / sed omnia in futurum servantur
incerta / et bene dicunt quod iusti
computati sunt inter filios dei.
Illa que sunt preciosa / hominum ser-
vantur sub certa computatione / q
uo sunt vilia non cadunt sub
computatione. Isto modo sancti qui
sunt preciosi coram deo ps. 115 preci
osior est vir auro / et homo mundo
obriso / fatui vero non cadunt
sub computatione / quia Eccl. 1.
Stultorum infinitus est numerus.
Alii sunt quos aliquando habe
mus in derisum / notandum quod
in locutiones humanas / vna
que vehementer contraria virtuti
est derisio / et est derisio locutio
inordinata de defectu hominis
propter ludum / ut inde homo
erubescat / unde intencio deridentis
secundum quod derisio est / peccatum
est diminuere gloriam / quam ho-
est in conscientia, sua de bono / peccatum
verecundiam tanta in ea sub specie
ludi / Unde Aristoteles dicit 4. Ethicorum
nono capitulo / quod circa ludum contin-
git reperire super habunda-
tiam et defectum / et medium / in
quo consistit virtus Est enim
ludus necessarius ad vitam / sit
quedam requies mentis / quia
si mens humana semper occupa-
retur circa seriosa / hebetaretur et
fatigaretur nimis et convenientis
est quod loco et tempore ha
beat requiem / hoc autem fit
per ludum / tamen tamen debet ma

nere superhabundancia / quia sicut
dicit Aristoteles 4. Ethicorum delectatio neces-
saria est ad vitam / sicut sal ad
cibum / modicum de sale suffi-
cit pro magna quantitate cibi
unde si quarta pars cibi foret
de sale / nichil valeret / eodem mo-
modicum de ludo certis tempo-
ribus / sufficit ad quietem mentis
unde illi qui totum tempus su-
um expendunt in ludis venaci-
onibus alcis et taxillis / ex-
cessivi et viciosi sunt in ludo
de quibus dicitur illud Sap.
14 Estimaverunt ludum esse vi-
tam nostram. dicit quoque Aristoteles loco
preallegato / quod nimis derisi-
vi superhabundant in ludo / et
sunt tales qui nichil curant
quid dicant / sive placitum sit
sive offensivum / sive honestum
sive inhonestum / dummodo
causent risum / et tales onero-
si sunt nichil desiderantes
nisi risum / et vocantur bomo-
lochi / i. raptores templorum /
et imponebant eis hoc nomen
ad similitudinem milvorum
volitantium circa templa genti-
lium / in illis enim locis relin-
quebantur intestina de sacri-
ficiis animalium / unde sicut
milvi continue volitant circa
templa / non aliud vacantes
nisi ut rapiant intestina / ita
bomolochi in conversando cum
hominibus nichil aliud explorant
nisi defectus hominum / quos pos-
sint recitare ad causandum
risum in aliis / et in aliis ve-
recundiam / et talis ludus non
est liberalis nec disciplinatus / sed
servilis et indisciplinatus /
quia ad ludum liberalem re-
quiritur quod dicantur placita et

et honesta in collatione. Le(c)tio 9ª no-
tandum, quod derisio quatuor fa-
cit, vz quia ostendit stultitiam,
suspendit amicitiam, offendit
iustitiam, et intendit malitia(m).
Primo ostendit stultitiam, quia
qui deridet hominem sibi si-
milem, pro defectu quocumque
naturali vel morali, ignorat
propriam fragilitatem, ut enim fi-
at derisibilis de consimili, si deus
permittat. Unde Greg. 24 mor-
alium c. vii°. Quid sumus hodie no-
vimus, quid autem paulo post
esse possimus nescimus. Illos vero
quos fortassis despicimus, et tarde
possunt incipere, et tamen vitam
vitam fruentibus studiis an-
teire, timendum itaque est, ne nobis
tardantibus surgat, qui nobis
stantibus irridetur, quamvis sta-
re iam non novit, qui non sta-
tim novit irridere. Hec Gregorius.
Et ideo advertat quilibet illud
XI Job 11. Cum ceteros irriseris, tu
:/ anime non confutaberis. q. d. Constat
quod sic, quia prov. 3. Ipse de
illusoribus ipse deludet. 2° suspen-
dit amicitiam. Est enim ut fre-
quenter causa contentionis et di-
scordie. Prov. 22. Ejice irrisorem, et
exibit cum eo iurgia. 3° offe(n)-
dit iustitiam. Facit enim irrisor
alteri quod sibi nollet fieri, et io
prov. 19. Parata sunt derisoribus
iudicia. Quarto intendit ma-
litiam. Incipit enim in ludo, et
in specie ludi intendit in hone-
statem proximi, et sic committit
mendacium facti. Ecc. 9. Omnis
aug iniquus fraudulent(er) incedet, et
vir fratrem suum deridebit, et
veritatem non loquetur. Et io co(n)-
tra derisores dat scriptura qua-
tuor minas. Dicit enim quod ipsi
sunt arguendi de iniquitate, ipsi
sunt instruendi de fatuitate,

sunt arcendi a societate, sunt
dimittendi a dei maiestate. De p(ri)mo
prov. 9. Noli arguere derisorem ne
oderit te. Argue sapientem et di-
liget te. De secundo quia irrisor
sapientiam et non invenit. De
3° prov. Ejice derisorem ut deo
in ps. Tu domine deridebis eos,
et ad nichilum deduces omnes gen-
tes. Et sap. 12. Propter hoc tamquam
pueris insensatis iudicium in derisu
dedisti.

Ergo erravimus a via veritatis, et iusticie lumen

non luxit nobis, et sol intellige(n)-
tie non est ortus nobis. Posita
est victoria confessionis, quam reprobi fa-
ciunt compulsi iudicio generali, quod
ad iustitiam qua proximis
intulerunt. Hoc igitur facto se-
quitur. s. s. ponere eorum confessio(nem)
quantum ad malitiam, quam in se-
metipsis senserunt. Et circa hec
duo facit. Primo ponit eorum con-
fessionem, 2° dictorum recapitulationem,
ibi, talia dixerunt. Circa primum ta-
men. Nam primo fatentur se
fuisse iuste fraudatos a vera cog-
nitione, 2° fatentur se fuisse
frustra fatigatos in vera operatione.
Et tertio fatentur se fuisse vane
deordinatos in delectatione. 2ª
pars ibi, lassati sumus. 3ª ibi, quid
nobis profuit superbia. Dicunt
igitur primo conditionaliter in-
fondo sic. Ergo erravimus. 2° optime
concludunt de seipsis dicentes,
Nos insensati vitam estimabamus
sanctorum fuisse insaniam, et
finem illorum sine honore. Et-
iam videmus quod vita eorum
fuit summa sapientia, et finis eorum

est in maximo honore Igitur constat
nobis modo quod tenuit circuitus
a via veritatis i. doctrina xpi Jo. 14.
Ego sum via veritas et vita et iusti-
tie lumen non luxit nobis sic
ille qui relictis viis in superficie
terre ambulat per preceps substanc-
ias ipse met recedet a lumine et
est causa sibi ipsi carentie lu-
minis Sic et isti sunt Sap. 5
et sol iustitie non est ortus no-
bis Dicit enim xpus sol intel-
ligentie et sol iusticie Sol intel-
ligencie quia facit intelligere
eum per fidem Ys. 14 Nisi credide-
ritis non intelligetis Secundum
vnam litteram sol iusticie quia re-
tribuet nobis iuxta opera facta
nostra Malachie 3° Orietur vobis
timentibus nomen meum sol iu-
sticie Comparatur enim xpus soli
propter quia sol est fons luminis
et causa caloris et vite corpora-
libus in floribus Unde dicit
Aristoteles secundo physicorum quod homo
generat hominem et sol ita xpus
verus sol iusticie deus noster est
causa luminis i. noticie spiritualis et
causa caloris i. dilectionis et cari-
tatis et causa vite i. gratie in omnibus
creatur Unde sicut sol radios
suos ubique proicit supra pulcra
et supra feda ita xpus radios
sue bonitatis extendit non solum
ad bonos sed etiam ad malos
eos ad penitentiam alliciendo eis
temporalia largiendo et penam
eis debitam differendo Ecc. 42
Sol illuminans per omnia respexit
et Mt. 5. Solem suum facit
oriri super bonos et malos Quia
autem ita est quod sol proicit
radios suos super nivem vel
super glaciem et non liquescunt
signum est quod aliquis planeta
frigidus impedit radios solis et
eius effectum Ita est moraliter Quia
xpus proicit radios sue clemen-
tie super cor congelatum alicuius
peccatoris s. facit eum cogitare de
beneficiis xpi s. sue incarnationis
sue redemptionis sue mortis et
suorum peccatorum remissionis et pre-
miorum distributionis Et si tunc
non liquescit illud cor durum
Certa signum est quod frigidus
planeta i. dyabolus per maliciam
infrigidavit Jere. 6 Sicut frigida
facit cisterna aquam suam sic fri-
gidam facit maliciam suam
dico signum est quod dyabolus dominatur
super regionem talis cordis et per
oppositum est de peccatoribus conge-
latis non tamen in tanto excessu
frigiditatis Illi enim lique-
scunt ad radios solis xpi Ex-
emplum de petro Luc. 22 quia
postquam xpm ter negaverat
Tandem de ipso scribitur Conversus
dominus respexit petrum et
sequitur egressus foras flevit amare ubi dicit glossa
esse non potuit ut amplius
maneret in tenebris quem respexit
lux mundi Iste fuit liquefactus
qui fuit usque ad lacrimas amaras
resolutus egressus foras flevit
amare Ecce quomodo liquescebat
et convertebatur in aquam Exem-
plum de Magdalena Luc. 7°
irradiata a xpisto sole cepit lacri-
mis rigare pedes xpi et capillis
tergere Quia tamen eam liquefecit
et refecit resolutam in lamentis
verbum missum celitus De talibus
exponi potest illud 4. Reg. 3° Surgentes
orto sole e regione aquarum viderunt
moabite Secundo xpus
comparatur soli ratione sue motionis
Quia ita est quod sol tubet de mane

erit

morti suo/ signum est tempestatis
sequentis/ et quando rubet in occasu
suo/ signum est serenitatis Unde Matthei
16 Facto vespere dicitis/ serenum erit
rubicundum enim est celum/ et
mane hodie erit tempestas/ rutilat
enim ~~et~~ triste ~~est~~ celum/ sic circa Christum ac-
cidit/ Nam post ortum sue nati-
vitatis/ statim rubor apparuit/ quia
die octavo venerunt circumcide-
re puerum/ unde statim effudit suum
sanguinem/ et circa istum ruborem
sequebatur tempestas valida-
per diem vite sue ps. In circuitu
eius tempestas valida Item
etiam circa occasum istius so-
lis apparuit rubedo magna/ quia
totum corpus eius effluxit sangui-
ne/ flagellatum clavatum la-
nceatum et spinis in capite coro-
natum/ sed iste rubor fuit signum
future serenitatis in resurreccione/
et tranquillitatis perpetue/ Tobie 3o
Post tempestatem tranquillum fa-
cis/ et post lacrimacionem et fletum
exultacionem infundis Sicut
autem sol sine lesione oculorum
respici non potest/ sed si nube te-
gatur/ que non est nimis grossa/
delectat tamen Eccl. xi Dulce
lumen et delectabile est oculis
videre solem/ Ita filius dei in sue
nature puritate/ ab oculis morta-
libus non potuit videri ante in-
carnacionem Et ideo volens se ho-
minibus visibilem exhibere/ nube
humanitatis nate de virgine sup-
ra se involvit operante spiritu sancto/
sicut prophetatum fuerat Ezechielis 32
Solem nube tegam Tercio sicut
sol radio intromisso in domum/
quantumcumque prius videatur pura/
ostendit tamen habere pulveres/ qui tamen
non videntur nisi in radio/ ut
patet in athomis/ Ita declarat Christus
domum consciencie unicuiusque hominis/

quantumcumque videatur honesta/ et habere
magnam copiam venialium
peccatorum Quia quanto magis
aliquis gracie radium recipit/
tanto magis se frequentius
de criminibus propriis reprehen-
dit Item solem et suum radi-
um terra a nobis subtrahunt
et abscondunt/ terra nubes et lu-
na/ Terra mundialis cupiditatis/
nubes temporalis vanitatis/ et
luna carnalis voluptatis/ que eciam
terra interponitur inter aspectum nostrum
et solem/ sicut quandoque contingit
de nocte nec tunc videmus so-
lem/ nec solis radios/ sed ma-
nemus quasi in tenebris/ in si-
militudinem terre Isto modo multi
sunt/ inter quorum aspectum et
deum interponitur terra/ quia
tota eorum sollicitudo cogitacio
et affeccio ad terram dirigitur/ et
eis occidit sol in meridie/ sicut
dicitur ~~Dan. 8~~ Sunt alii quibus Amos viii
sol absconditur propter nubem
interpositam/ id est propter dignitates vo-
luptates et huiusmodi/ que sunt
quasi nubes sine quiete/ que
interponuntur inter oculos super-
borum et ambiciosorum et
deum/ sic quod eum videre non
possunt/ sed in morte eum
satis clare videbunt ad timo-
rem et iudicium/ 2o Machabeorum primo
Tempus affuit quo sol refulsit/ qui prius erat sub nube Sunt
alii tercio quibus sol eclipsatur
per interposicionem lune carnalis
voluptatis/ et hii sunt bestiales
dediti libidinibus/ et igne con-
cupiscencie toti inflammati/ psalmus
Supercecidit ignis et non
viderunt solem Dictum est
superius/ quod Christus soli comparatur

propter operacionem vnificantem / se-
cundum quod est nuncte apparicionem signi-
ficantem / ut patet in rubedine
celi mane et sero / et in incorporacioz
obscurantem / ut patet de eclipsi in
solis et luna. Restat ergo adhuc con-
siderare / qualiter iste sol moratur com-
plet et peragit motum suum / Sub-
sciendum / quod sol sicut ceteri
planete describit zodiacum / com-
plens cursum suum in anno
solari / et pertransiens diuisa sig-
na que sunt duodecim iuxta illos
versus: Est aries thaurus / ge-
mini cancer leo virgo / libra que scorpio
architenens caper amphora pisces
Dicitur autem aries esse pars
dextra celi et nobilior ubi incipit
motus / Vnde aries est primum sig-
num secundum phisicos / et secundum
theologos sol fuit creatus in arie-
te / et ideo in ariete fuit primo sicud
tenetur communiter. Moraliter per ista
12 signa transit et transibit christus
primo in statu innocencie / quia
creauit primos parentes / et in
paradiso collocauit / nullam eis ad-
huc felicitatem ostendit / sed tantu-
mmodo potenciam in creando res / et
gubernando in corpore innocencia
Aries autem est animal naturaliter
innocens secundum genus suum /
potens tamen et forte in specie
sua / et ideo moraliter tunc filius
dei fuit quasi in ariete vel in
signo arietis / quia adhuc nichil
aliud in mundo signauit / preter zo
Aries non est leo qui resistat
ei / sed statim homine peccante
contra arietem / et transiuit in thau-
rum / qui est animal magne forti-
tudinis et magne ferocitatis / quia
statim eos expulit de paradiso in
tantum infixit eciam eis necessitatem
moriendi in corpore / et ad inferos
descendendi in morte. Est autem
natura thauri / quod quantumcumque sit
ferox / si alligetur ficui mansuescit /
sicut dicit ysidorus Ethimologiarum libro 12
capitulo 1. Et ita fuit de filio dei / do-
nec esset alligatus ficui dulcissime
id est virgini gloriose per incarnacionem / et
continuam ferocitatem adeo
humanum seruauit / sed alliga-
tus ad eam vinculo filiali / con-
tinuo mansuescit / et verificatum
fuit illud Mathei 21 Ecce rex tuus
venit tibi mansuetus / et ideo tunc
recessit de thauro / et intrauit iste
sol in signum geminorum / quia duas
naturas in utero virginis ineffa-
biliter copulauit / procedens de tha-
lamo suo / pudoris aula regia / ge-
mine gigas substancie / alacris ut
curreret viam. Dicit Ambrosius
super genesim 27 Gemini in utero eius
repti sunt. Depingitur autem
hoc signum in forma duorum
iuvenum se inuicem amplecten-
cium / et sicut quidam fingunt /
illi fuerunt castor et pollux duo fi-
lii iouis / se mutuo diligentes /
In tantum quod cum castor esset
aptus in mortalitatem / idem posse
non mori si noluisset / mori tamen
voluit pro germano suo ad tempus /
ut utrique darentur in mortalitas
Vnde ambo stellificati sunt / et
in signum illud manicipati quod
gemini dicitur / ita christus factus est
germanus hominis / quamuis posse
non mori habuit si noluisset /
pelegit tamen pro homine mori /
ut nos sue inmortalitatis tri-
buet esse participes. De isto transiuit
sol iusticie christus in cancrum. Sol
ut intrauit cancrum / dum motu
retrogrado de sublimitate throni
glorie sue venit ad penas / et
est motus oppositus aliis creaturis /
que de non esse procedunt motu
nature ad esse / christus autem motu-

causa

Aries

Thaurus

Gemini

signo

Cancer

opposito de esse dignissimo ad esse pe-
nosum processit non tamen desc-
rens gloriam quam habebat Est
autem cancer animal caute crucial
vel piscis retrocedens i. passu re-
trogrado vadens iuxta illud A-
vianum in quodam apologo tum va-
retrocedens dum fecit vestigia
cancer isto modo xpistus videbat
continuo retrocedere dum hic dicit
Rectus homines insti incessus de
esse decenter ad honores de virtu-
ad primum delabere delabere ad
regimen sed xpistus continue re-
trocessit de virtute in vituperium
de vituperio ad verbera de verberibus
ad supplicia de suppliciis ad cruce
de cruce ad mortem et tandem ad
infimum unde toto tempore quo
fuit inter eius nativitatem et resurrectionem
moratus est sol in cancro et sicut
sole existente in cancro maximus
suos calores circumfundit iuxta illud
Ethiopum terras et ceteras iam tan-
to solis et ita xpistus isto tempore
in cancro maximam caritatem
hominibus demonstravit sed de
isto signo intravit in leonem i.
resurrectionem Sol in i. xpistus signum leo-
nis intravit dum virtutem sue
resurrectionis ostendit dicit enim ysi-
dorus 12 ethimologiarum capitulo 2° Quod
catulus leonis de novo natus
tribus diebus iacet quasi mortuus
tandem post tres dies patris rugitu
suscitatur adormitione sine morte
Isto modo xpistus cum mortuus
fuisset in cruce tribus diebus
in sepulchrum mortuus iacuit
postquam tempus venire patris i.
in divinitate que est virtus patris re-
suscitatus surrexit hic est leo
de tribu juda Apocalipsis 5 Degno
syhamt jacob filio suo inde be-
nedicens Gen 49 catulus leonis
juda ad predam fili mi ascendi-

sti requiescens accubasti ut leo et
quasi leena quis suscitabit eum
De leone transivit in virginem Sol
nostri i. xpistus signum virginis intra-
vit dum medio tempore inter
resurrectionem et ascensionem in virgi-
ne matre sua spiritualiter vacillantibus
discipulis requievit In ipsa enim
toto tempore medio inter resur-
rectionem et ascensionem suam
doctrina et fides ecclesie in beata vir-
gine potissime conservabatur
Hanc interim apostolos et discipulos
docuit monuit et consolata fuit
ut pote illa que fuit spiritu sancto repleta
plenissime in ubi dei contemplacione
et ideo tunc temporis stetit in
signo i. in fide virginis De qua
dicendum 3° de bestiola capitulo ulti-
mo O virgo felix O virgo significata
per stellas ubi spica inter
quas det iniechi tantum Bone
ut possim laudum precio fore
tuarum etc Ubi prophetat diffuse quod
deus omnipotens sumeret de ca-
tarnem et quod resurget a mor-
tuis et quod matrem suam virgi-
nem assumet in corpore et in
anima in celum unde dicit sic
in fine libri Non opus est ut
eam velit exaltare gratiam
simul assumat sibi filius co-
thedralit illic ergo tui memo-
rum memor optima virgo illic
dum fuis pro nobis tracta tra-
hendis pro nobis te non pigeat
suadere quod ad se nos trahat
ista parte qui parte venat ad nos
aris ipsi sit gloria laudis ab
ipso sit gratia nobis et inere-
hostia vita Iterum 3° fuit li-
ber fuit omnino ait non deus
nouit quamuis aliene patrono-
cinio sarti palacii bastagii pri-
apis referat liber iste contractus

Ethiopum terras i. ex fida torruit estas Jn tanto solis du volvunt circus axis

leo

Virgo de leo

repleta

de sepulchro ovidii sub testamentu
ovidii intitulatur. Dicit enim q
inventus sit in quodam sepul-
cro in cimiterio publico in suburbio
distonie civitatis que est caput re-
gni colicorum. Et quia ibi non erat
copia latinorum eo quod arme-
nici latinam linguam non intel-
ligunt rex colicorum misit liber
ipsum constantinopolim tunc
ibi tunc erat copia latinorum
sepulchrum vero inventum est cuius
epigrama sculptum erat literis ar-
meniacis cuius interpretatio sic so-
nabat. Hic iacet omnibus inge-
niosissimus poetarum obiit autem
anno christi 18 sicut refert guillel-
mus de wag. in cronica sua tercio
anno tiberii. Unde constat quod
si liber verax sunt eius erat fuit
pulcherrima prophecia sed contra propo-
situm sunt hec. Septimo sol in
parte tunc fuit de virgine in libram
Sol iusticie christus transyt in libra
qui virgine benedicta matre sua
simul discipulis licenciam acci-
piens ipsis videntibus est ele-
vatus in celum. Actuum primo. Tunc
enim transiit ad libram qui co-
ram patre passionis sue merita
contra primi parentis prevaricacionem
et peccatum appendit ostendens
se plus solvisse in pena quam
adam commisit in culpa iuxtaquod
de persona. Dixit iob Utinam
appenderentur peccata mea scilicet quam
ipse in humana natura non que
commisit christus sed que commisit ada
cuius naturam assumpserat christus
Utinam in equam appenderentur
peccata mea quibus iram merui
et calamitas mea verum quia in
sua ea subtraxit christus quem no
rapuit exsolvendo et calamitas
me quam passus in statera quasi enim are-
na maris hec gravior apparet. id est ca-

lamitas quam passus est christus quam
peccatum quod adam commisit. Secundo de
libra. Et calamitas quam passus
id est christus loco nostri in statera quasi
arena maris hec gravior apparet.
Octavo de libra transiit in scor-
pionem. Sol iusticie christus intravit
signum scorpionis qui corpus
suum quod est universalis ecclesia
cuius ipse est caput ~~tyrannorum~~
~~qui corpus suum~~ tyrannorum
et hereticorum persecucionibus quasi
quorundam scorpionum aculeis
lacerari permisit ut tunc dice-
retur ecclesie sue illud Ezechielis
2. Subversores sunt tecum et
cum scorpionibus habitas. Nono sol
iusticie christus intravit in sagitta-
rium qui ecclesia dei primo dicens
in sagitata fuit. Non enim fuit
a tempore silvestri pape et consta-
tini imperatoris qui temporalia
ecclesie primo dicitur dedisse nisi indi-
cia placitaciones et dissensiones in-
terclericos quibus eorum videtur esse
maior ad pascendum oves christi.
Hec est causa quare volant sagi-
tte acute inter regalium suppli-
cacionum ad romanam curiam
tunc accusacionum, nunc diffa-
macionum ad invicem audi-
enciam, ita quod plena est ecclesia
advocatis, modo causa addesse
videndum in curiam, et eo usque
in hodiernam diem sol stat in
sagittarii signo. Proverbiorum 25 iaculum
et gladius et sagitta acuta homo
qui loquitur contra proximum
suum falsum testimonium, et hii
sunt qui spoliant christum in eius
ecclesia et predantur. Si esset ita
pauper modo sicut fuit quando vi-
xit quando fuit hic in suis in
mundo non habet tales in ecclesia
placitatores nec tales in baso-

libra

refert eciam inter latinorum

et Guillelmus

Scorpio

Nono Sagittarium

ros/ pauper et inneniens mercator no
timet predones nec patitur insultus/
sed tunc est diues/ tunc inci[pit] eu
homines spoliare/ etiam qui prius
conabantur eum ditare/ ita est
quando ecclesia studuit paupertati
bone valuit/ modo studet ditari
et patitur a sagittariis/ et vulnera=
ta est vehementer a sagittariis/ Modo
de xpo dicatur illud primo Reg.
31 Consecuti sunt eum viri =
sagittarii/ et vulneratus est ve=
hementer a sagittariis. Decimo de

Capricornus

isto signo transiuit in signum
capricorni. Sol id est xpus tran=
sibit in capricornum/ qui perfidum
antixpm per se quem suam eciam =
sustinebit/ Capricornus enim habet
partem primam sui corporis capra/
et tunc sol est in magna elon
gatione a nobis/ quia in primo pun=
cto capricorni est solsticium hye=
male. Unde istud signum signat
tempus antixpi/ qui capricor
nus dici potest/ tum quia capra =
est animal valde libidinosum
De Antixpo scribitur Dan. xi. Erit
in concupiscentiis feminarum
nec quemquam deorum curabit/ tum
quia capra generat edos/ et filii
sui atque sequaces hedi vocantur
Mt 25. Statuet oues quidem
a dextris/ edos autem a sinistris
Unde tempore antixpi erit xpus
sol iusticie in signo capricorni/ et
tunc videbitur quasi maxime
elongatus ab ecclesia/ sed non du=
rabit quia statim in capricorno
sol incipit ascendere/ et xpus sta=
tim Antixpo occiso/ in cordibus
suorum fidelium refulgebit/ =

Aquarius

11 Undecimo de isto signo de pescatione =
istius iniqui transibit in sig=
num aquarii. Sol id est xpus
transibit in signum aquarii/ =
tunc veniam tribuet hiis qui

deliquerunt sub illo maligno Aq=
rius enim depingitur in ymagine
hominis tenentis urnam subuersa
de aqua/ et aqua per plura foramina
prorumpit/ et significat quindecim dies =
tunc toto residuo temporis post
mortem antixpi/ in quibus xpus
pluet aquam super iniustos/ qui
tempore antixpi vacillauerunt/ sicut
supra dictum fuit/ Unde tunc
xpus erit in aquario/ qui quasi lar=
gam graciam effundent Ezech.
36. Effundam super vos aqua
mundam/ et mundabimini ab omni
bus inquinamentis vestris. Duodeci=
mo de isto signo intrabit signum

Pisces

piscium. Sol id est xpus intrabit
signum piscium/ qui adiuuenem
et indiciam omnes qui sunt
a mundi principio conuocabit/ quia
enim sol ad signum piscium per=
uenit/ tunc desinit hyemps et
incipit ver/ iuxta illud Cedit =
hyemps retro/ cathedrato symo=
ne petro/ quo die sol est in pisci=
bus vere/ Isto tempore quecumque
radices et semina sub terra latue=
runt/ incipiunt erigere se/ et
terra se incipit aperire/ et pandere
que occultauit/ et designat tempus
in omnibus generalis omnium corporum hu=
manorum/ quando terra se aperiet/
et reddet luci mortuos occul=
tatos/ et tunc erit xpus in
piscibus/ qui cum suis piscatori=
bus quos olim apostolos fecerat ad
iudicium veniet/ et tunc visi
tabitur illa parabola Mt 13. Simile
est regnum celorum sagene misse
in mare/ et ex omni genere piscium
congreganti/ quam cum impleta
esset educentes etc. Sic erit in consu
macione seculi/ et Abacuk i. Fa
cies homines quasi pisces maris
et sicut in fine piscium est ip

oriens quod est caput arietis | ubi
sol fuit creatus | et ubi stabit post
iudicium in perpetuum | nec movebitur ultimus. Ita tamen faciens ortum et occasum | ita post demones tunc inter in medio suorum electorum sine fine | tunc erit dulce lumen | et delectabile oculis videre solem. Ecclesiastes xj | et implebitur illud Abacuc 3° Sol et luna steterunt in tabernaculo suo etc. Leccio lxi

Lassati sumus in via iniquitatis et perdicionis | et ambulavimus vias difficiles | viam autem domini ignoravimus. Postquam declaratum est quod impii et male viventes in puteo | fatebuntur se fuisse fraudatos propter culpam suam a bitate | et assensitiva cognitione | hic ostendit sanctus spiritus quare fatebuntur se fuisse frustra fatigatos in operatione. Unde dicit sic lassati sumus. Non est mirum | stat enim quia grave impositum viatori | facit eum cito lassum | De iniquitatibus scribitur in ps. Sicut onus grave gravate sunt super me. Velint nolint peccatores ab eis lassabuntur. Ita lassatio ista occulto operimento velatur in omnique pressorum hominum | qui in tribubus et militibus et per vanitate et fama volanti in ore hominum se totaliter opponunt suam tamen est ergo quod plus sustinebunt de pena in uno torneamento vel bello | quam sanctus monachus in decem annis. Item mercatores quam maria transeunt personaliter passos periculosos | latronum insidias | et in viis sorrore | Hec operiuntur vias mundi esse difficiles. Sive clerici vel laici | qui curias magnorum regum vel comitum vel

corporum ingrediuntur ad serviendum | sciunt quantum ista vita habeat difficultatis | ubi per decem vel septem annos serviunt tum remorsu conscientie | si non sunt de spati vel omnino factum | tum obmurgationibus dominorum | tum in bivia sororum | tum omni in fortunio corporali. Et ista est una vita infernalis sine requie | sine bono | sine pace | ideo omnes sine subditi sine domini | qui peccato serviunt pro felicitate mundi | dicere poterunt in die iudicii lassati sumus etc. Est autem hic notandum | quod viii sunt vie iniquitatis que sunt valde difficiles | et tamen hominibus mundanis multum amabiles | et huius causa esse non potest nisi ignorantia vel desperatio. Omnis enim via est difficilis si sit montuosa. Spinosa | lutosa | tenebrosa | tumultuosa | sumptuosa | tediosa. Primam viam istarum scilicet montuosam ambulant superbi et ambitiosi | qui semper vadunt vias altas et montuosas | et tamen hoc est valde periculosum | quia de modico lapsu imminet magnum periculum | quia secundum Gregorium Quanto gradus altior | tanto casus gravior. Sed est de eis sicut de lepore | quia lepus multo melius currit contra montem ascendendo | quam descendendo de monte in vallem. Ita isti de monte superbie cum difficultate descendunt | sed ad locum dignitatis cum magno conatu ascendunt. Ratio de lepore est | quia hic crura anteriora breviora quam alia. Ideo vero affectiones hominis eadem sunt que tibie anteriores | affectiones ad mundum sunt tibie posteriores. Unde ergo in homine affectiones ad deum breviores sunt quam affectiones ad mundum |

ille homo currit velociter contra mo-
tem ad acquisitionem dignitatum
quarum est cupidus / et divitiarum
quarum est avidus Job 15. Cucurrit
17 adversus deum erecto collo et pin-
gui cervice armatus est. Secundam
istarum viarum eligunt cupidi
et avari / sed spinosam unde sal-
vator dicit Luc. 8. quod divi-
tie sunt spine / et hoc ideo / quia
habent compunctionem laboris in ac-
quirendo / timoris in custodien-
do / et doloris in amittendo Osee
2° Sepiam viam tuam spi-
b nis etc. Tertiam istarum viarum
scilicet lutosam ambulant luxuriosi
qui declinant viam hominum / et
ambulant per viam bestiarum / que
semper est turpis / tam propter pedes
animalium / quam fetens etiam
propter feces eorum / Sic via lu-
xurie carnalis turpis est et fedi-
ssima / quia plena est fecibus bru-
torum Eccl. 9. Mulier fornicaria
quasi stercus in via conculcabitur
Est etiam turpis ista via / quia
lutum agitatur pedibus bestiarum
et ex hoc causat magnum feto-
rem / Sic affectiones carnalium
semper agitant et commiscent in
cogitationibus et in actibus immun-
dissima carnis ps. Deduxit eos
in invio et non in via. Non enim
talis est dicta via / quia per viam
deviatur per conculcationem. Et sic
isti bestiales homines et luxurio-
si / semper accipiunt viam mag-
nam / et illa est communiter et
communiter turpiorum / ita isti
illam viam preeligunt quam
plures frequentant / cum tamen
Seneca doceat oppositum / quia in
via pedum forte illa erit est
securior / sed non in via morum
quia pauci sunt virtuosi et
multi viciosi / de istis luxurio-
sorum in ps. Iniquitate sunt

vie illius in omni tempore etc.
a. Elata est via que perducit ad per-
ditionem / et multi ambulant
in ea / et propheta de via celesti dicitur
in psalmo in via immaculata ambulans
qui mecum ministrabat / et de iusto
dicitur ps. 3° Sic omnes sic pulchre
Quartam viam que est tene- 4
brosa eligunt invidi / qui prima-
liciam propriam sunt excecati
et ubicumque sunt / in tenebris
ambulant ps. 2 Relinquunt
iter rectum / et ambulant per vias
tenebrosas / qui letantur cum ma-
le fecerint / et exultant in rebus
pessimis Et in ps. Fiant vie
illorum tenebre et lubricum
et tunc necessario habebunt ca-
dere nam ps. 1 Via impiorum te-
nebrosa / nesciunt ubi corruant
Quintam viam eligunt iracun- 5
di / sed viam tumultuosam et
plenam pressura nam ubique
sunt pressura etc. unde Seneca
3° de ira cap° 6 narrat de ce-
lio oratore qui iracundissimus
extitit etc. quod ps. Contritio et in-
felicitas in viis eorum / et viam
pacis non cognoverunt Sextam 6
viam eligunt gulosi / sed viam
sumptuosam / quando sit est quod
magna caristia sit in aliqua
civitate de vino et pane et
aliis necessariis / isti mercatores
qui vadunt ad nundinas propter
lucrum / non libenter intrant tales
vias / quia plus perdunt in una
nocte / quam lucrari possent
in duabus vulgariter loquendo / ob liter
simile mercatores et negociatores
Luc 19 Negociamini dum venio
Scala loca et sumptuosa sunt
taberne / ubi homo plus expendit
in una hora / quam sibi sufficere
posset una die Similiter vivis

gulosus ubicumque ipse fuit plus consumit quam sibi expedit uno die / et ideo omnis via gulosa est superflua et sumptuosa / et ideo detestanda / in persona illorum scandalum ipsis / et postea in ore suo complacebunt. Septimam viam scilicet tediosam eligunt accidiosi isti nichil faciunt ubicumque fuerint / et tamen semper sunt fatigati. Est enim accidia quoddam spirituale tedium in hiis que dei sunt / ita quod omne illud quod ad deum spectat officium / totum reputatur ab eis longum nimis / hii nolunt habere longa convivia et breves horas / garrulaciones diutinas / sincopatas / Completorium infantis et missam venantis infans et nuncio dei dormire. Prima in sompno maxime mittitur. Septima pueri mittitur ex delectacione sompni conveniunt. Et primo. Relinquite infanciam et vivite / per vias prudencie / hec sunt vie iniquitatis. De quibus ysa. 55. Derelinquat impius viam suam / et vir iniquus cogitaciones suas. 2a Ezechi. 6. Consilium abissus pessimus / et quare moriemini domus israel / et ideo humiliter petere in prosa. Debemus a deo / vias tuas domine demonstra michi. Et iterum notam fac michi domine viam in qua ambulem. Ubi notandum / quod via xpistiana non potest esse continue uniformis / et ideo apud sanctos vita xpistiana communiter dividitur in vitam activam et contemplativam / quod non est sic intelligendum / quod ab una et eadem persona continuari debeat semper actus vite contemplative / quia

hoc non esset humane fragilitati possibile / nec recte com conforme / et ideo ab una et eadem persona pro loco et tempore utraque istarum teneretur / intendere / scilicet active / quam contemplative vite. Et ideo vita xpistiani aliquando nominatur in singulari apud psalmistam / quando inquit / in qua ambulem / id est quam de duabus eligam pro loco et pro tempore. Et tamen ambas sunt sibi petens declarari dicit / vias tuas domine demonstra michi. Aristotiles de problematibus particula 4. problemate 10 / querit istam questionem / quare homo magis laborat continuando diu viam planam / quam ambulando viam non planam / sed aliquantulum montuosam et aliquantulum vallosam / et videt / quod causa est / quia quando homo incedit continue et uniformiter per viam planam continue et uniformiter fatigat instrumenta sive partes corporis quibus ambulat / sicut genua et crura et tybias / unde quia in istis instrumentis ambulandi continue tenetur una figura motus in via plana / ideo convenit homini maior labor et maior fatigatio / in processu vero plano / ubi aliquando ascenditur aliquando descenditur / non semper tenetur eadem forma motus in instrumentis huiusmodi / nec tales partes uniformiter vexantur continue sed alternatim / quia ascendendo plus laboramus in genibus et tibiis. Descendendo vero in femoribus / et propter istam alternacionem labor inter partes supra genu et reliqua sub genu / in via non plana convenit minor labor et minor fatigacio alternatim inter vallosa nunc montuosa / quomodo minor contingit.

inviniendo virtuose. Fragilitas enim
humana nullomodo permittit quod
mens et studium hominis uni-
formiter contendatur in contempla-
cione. Iterum expedit quod homo
semper descendat ad opera vite
active circa mundum, quia tunc
fit nimis aridus et indevotus,
et ideo sicut homo corporalis e-
xcercicio et corpore de quo primo
mo corpus fatigatur per oraciones,
vigilias et studia et contempla-
tiones anima desiccatur et fatiga-
tur descendendo et se occupan-
do circa temporalia proximis dis-
pensanda, et ideo sic alternatim
et vicissim debemus intercedere
quantum possumus fatigacionem
et tedium devitemus in serviendo
deo, et interdum ascendere con-
templando, et postea descendere
proximum iuvando. Istius
figuram Jacob vidit angelos
ascendentes et descendentes de
celo ad terram, et de terra ad celum
vicissim Gen. 28. Unde sicut in
vita fratrum predicatorum nar-
ratur, quod quidam iuvenis
quesivit a fratre Jordano, qui
fuit sanctissimus homo, et dictus
2us magister ordinis post sanctum
dominicum, quid esset sibi utilius,
vel oracionibus insistere, vel se
studiis scripturarum occupare. Cui
magister respondit: Quid inquid
est melius semper comedere aut
semper bibere? et utique sicut ista
competit alternatim fieri, sic et illa.
Unde de paulo scribit Haymo,
quod unam partem dici solebat
expendere in oracione, aliam in predi-
catione, terciam in operacione manuum,
aliter et nec enim ipsis malis dica-
mus in ultimo nostro fine, ambu-
lavimus vias difficiles, viam autem
domini ignoravimus, petat cum

libet nostrum et dicat cum psalmista:
Notam fac michi viam in qua ambu-
lem. Multum conferat ad solacium
ambulantis bona noticia vie,
per quam homo debet ambulare.
Viam certis passibus ipsa videtur
ambulanti brevior, quam via
ignota eiusdem quantitatis. Unde
Aristoteles de problematibus parte 4
problemate 24. Quare
ambulantes viam et nescien-
tes quanta ipsa est, et apparet no-
bis longior quam cum scimus
eam, et frequenter sumus eius
quantitatem experti et unde quod
anima in tali via parologisatur quo-
dam modo decepta, concipitur circa
enim anima istam consequen-
tiam esse certam, scio mensuram
huius vie, ergo est finita, et quia
nescit mensuram alterius vie, co-
ncludit quod ambae aut huius vie
nescio mensuram, igitur est in-
finita, et sic in iudicando de-
cipitur. Isto modo moraliter homines
dati viciis non iudicant quod
aliqui homines possunt vivere virtuo-
se. Unde homo luxuriosus mi-
ratur quomodo aliquis possit servare
perpetuam continenciam. Homo
gulosus estimat quod nullus
homo possit facere abstinenciam.
Homo iniustus et cupidus cre-
dit quod omnis homo cupit esse
divitiarum habundancia, et
ideo omnis homo iudicat ali-
um secundum se ipsum, sicut Chriso-
stomus docet de opere imperfecto omelia 36.
Omnis homo secundum se esti-
mat alterum, non potest enim
ipse melius sentire de aliquo
quam sentit de ipso. Ecce fornica-
rius neminem estimat esse ca-
stum, castus non facile suspi-
catur de fornicatione. Cupidus

nemicem putat humilem / humilis neminem credit superbum / et sic- dealis Est 2o causa quare via virtutis et pure et sancte religionis reputatur laboriosa et difficilis in cepientia et ignorancia / et quod anima per abusum paralogizatur a se ipsa / et ideo nobis dicitur Jer. 6. State super vias et videte / et interrogate de semitis antiquis / que sit via bona et ambulate in ea / et invenietis requiem animabus vestris etc. sto 62

Quid igitur nobis profuit superbia / aut diviciarum jactantia quid contulit nobis? Declarato in parte precedenti quod mali in iudicio generali fatebuntur se fuisse indicando fraudatos / et operando vexatos / hic prosequitur enarrando qualiter fatebuntur se fuisse amando deordinatos. Et circa hoc duo facit / primo ostendit qualia fuit illa que sunt amaverunt / 2o quam parum per ea contraxerunt ibi Transierunt. Circa primum est sciendum quod affectus hominis primo fuit deordinata per appetitum singularis excellencie / secundo per amorem secularis opulencie / et ideo quantum ad primum dicit sic Quid profuit nobis superbia. Certe facilis est responsio / quod certe nichil profuit sed multum obfuit / quia deus resistit superbis humilibus autem dat graciam Jac. 4. Est autem notandum quod non solum est confessio / ymo vehementer contricionis recognitio / quando peccata sua cum quodam improperio sibi ipsis obiciendo confitebuntur / Unde non solum confitebuntur / ymo eciam sibi ipsis vehementer insultabunt / per ineffabilem remorsum consciencie / et hoc notant iste questiones / quas non aliis sed sibimetipsis proponunt solvendas. Igitur Quid profuit superbia. Est nam superbia inter vicia magis gloriosa nascendo magis animosa invadendo magis cautulosa in alliciendo. Primo ergo superbia est vicium valde gloriosum in nascendo quia spirituale / et inter angelos primus adinventum et in nobiles mentes nimis impetit. Unde Iohannes in Summa Superbia natione celestis / sublimium appetit mentes / et que ad ipsos revolans ortus / appetit gloriam et puritatem omni tempore / que de gloria et puritate angelorum cecidit / ut quos invenit participes nunc / faciat consortes tunc / sic tam fatua est quod ad dominum nescit redire. Unde Hugo libro suo de anima Superbia in celo nata est / sed velud immemor qua via inde ceciderit / illuc postea redire non potuit. Secundo superbia est vicium animosum in invadendo / quia non parcit loco nec persone nec tempori nec statui / non parcit loco / quia quanto locus sollempnior / tanto superbia promptior / ut in congregationibus in predicationibus / in quibuscumque publicis negociis / statim

supbia se in miscet/ ut in ecclesijs
ubi psone deuotius stare debe-
rent aggreditur/ Secundo non
parcit psone. Cum enim maiores
dignitate et sanctitate existerent
a supbia sunt temptati/ ut ada.
lucifer et alij multi. Sed et xpo
nec parcit supbia xpo/ quia bru-
nus secundus psone inornatu-
et gestu maxime in ecclesia/ ubi
contricionem et humilitati se dare
debent/ ornatum et supbie
magis student quam deuo-
cioni/ Nec parcit supbia xpo/ ipm
enim spus supbie in basit
ut q. angelum/ primum hominem/
et demum quemque est sanctum
quia dicit Johannes. Difficilius
arrogancia quam auro vel ge-
mis caremus/ vnde Augustinus
in epistola ad dioscorum/ vicia cetera
in peccatis/ supbia vero in recte
faciendo est/ ne illa que lauda-
biliter facta sunt/ ipius laudis
cupiditate amittantur. Idem in
regula. Alia quecumque iniqui-
tas in malis opibus exercetur
ut fiat/ supbia vero eciam bo-
nis opibus insidiatur ut pereat
Tercio non parcit tempori/ immo
quanto dies est sanctior/ sicut
in natali et in pascate et huius
modi/ tanto magis infestat
nimis deuote quam dedicte
amat enim luxum/ quia sunt
de vna patria/ ambo enim de-
uenerunt de celo. Quarto non
parcit statui qui omnes inuadat/
senes cum iunioribus/ religio-
sos cum secularibus/ diuites
cum pauperibus/ subiectos cum
superioribus/ ut non sit qui se
abscondat a calore eius/ Sed
metrice dicitur. Sunt bene-

pugnatis/ cum cuncta subiecta pu-
taris. Que post infestat/ vincen-
da supbia restat. Et ideo orat
in ps. Non veniat michi pes
supbie/ et manus pt^r n m. me.
Ibi .i. in pede supbie ceciderunt
omnes qui operantur iniquita-
tem/ expulsi sunt nec po. stare/ pes
supbie est affectio qua itur adeo/ et
manus peccatoris est temptacio
ab exteriori/ vel impulsio p sug-
gestionem dyaboli/ vel malum
exemplum proximi. Tercio sup-
bia est vicium magis cautelo-
sum in alliciendo/ facile enim
est declinare gulam/ et deuitare
luxuriam/ et respuere furtum
homicidium/ et huiusmodi grossa
peccata/ vnde sicut sagittarius si
percusserit bestiam in pede vel in
dorso/ non est securus de ea/ sed
tantum si in corde/ ita dyabolus
maximam securitatem se re-
putat habere de homine/ qui ipm
penetrat in corde p supbiam/ Ier. xi
q. egressa est sagitta p cor. Legis/
statim ex cucurrit. Ier. 49 Arroga-
cia tua decepit te/ et supbia cor-
dis tui/ omnis enim homo sup-
bus habet deum aduersarium/
quia Eccli. x. Odibilis deo et ho-
minibus supbia. vnde metrice
dicitur. Actibus aut verbis/ homo
tu quicumque supbis/ hoc retine
verbum/ frangit deus omne
supbum/ vererunt q° impu-
mento quare/ quid profuit nobis
supbia/ aut diuiciarum iacta-
cia quid contulit nobis. Vnde bn
coniungunt supbiam et diuici-
as/ quia sicut dicit Augustinus
sermone xxxi/ vermis diuiciarum
est supbia/ difficile est quod non
sit supbus/ qui diues est/ Tolle

superbiam / et divicie non nocebunt
Hec Augustinus. Quid ergo divi-
ciarum iactancia contulit nobis fa-
tuus esset saumarius / qui se ia-
ctaret de onere quod portat / cum
nichil inde lucratur / nisi dorsum
excoriatum et corpus fatigatum /
et cum tota die portavit onus
suum / in fine deducitur ad sta-
bulum / et onus suum portatur
in thalamum / et abeo elongatur /
sic malus dives est quasi equus
saumarius / portans thezaurum
domini sui / qui est mundus / et
nichil sibi inde lucratur nisi re-
morsum consciencie / et fatiga-
cionem corporis et anime / et in fi-
ne dierum vite sue ducitur ad sta-
bulum inferni / et divicie sue re-
ponuntur in thalamo mundi / ymmo
sunt peiores quam saumarius /
quia saumarius aliquam requiem
habet in stabulo / sed malus di-
ves nunquam requiem habebit
in inferno. Eccl. v. Est alia infir-
mitas pessima quam vidi
sub sole / divicie conservate in
malum domini sui / et paulo
ante / ubi sunt multe opes / ibi
multi qui comedunt eas / et quid
prodest possessori / nisi quod cernit
divicias oculis suis. Quis fa-
tuus gloriaretur vel se iactaret /
quod spinam portaret in pede
spine divicie sunt. Luc. 8. spes
affectus cordis / fatuum est igitur
de diviciis gloriari. Unde Seneca
Epistula 43. Nemo alius est deo di-
gnus / quam qui opes contemp-
sit / quarum possessionem tibi non interdi-
co / sed efficere nolo ut illas intre-
pide possideas. Tercio fatuus
foret qui de tali re glorietur et
se iactaret / que eos cum leticia
et securitate privaret. Hoc autem
faciunt divicie. Unde Seneca
Epistula a a. Certe magna accessit li-
bertatem nostram extorserunt
nostri essemus / si ista nostra non
essent. Unde idem Epistula 4. Ani-
mus sapientis vadit audacter
contemptor omnium / nec ad pecuniam
respicit / aurum et argentum
illis quibus iacuit tenebris
dignissima non estimat / scit
alibi portas esse divicias / quam
quo congregantur / animum implere debere
non archam / divites cum
suis opibus despicit / hoc est
sub se positos respicit / quorum
nemo tam letus est suo quam
tristis est alieno. Auferunt ergo
divicie ab homine libertatem hi-
laritatem et securitatem / quia omnis
dives est suspiciosus / si videt
pauperem / estimat eum esse fu-
rem / si divitem / putat esse pre-
donem. Unde Boecius 3° de consolacione phi-
losophia / probat quod divicie non
auferunt tristiciam sed semper
ponunt hominem in quadam
anxietate. Unde philosophia querit a Bo-
ecio / tunc igitur te ipsum qui pa-
ulo ante diviciis affluebas
interrogo / inter illas habundantis-
simas opes nunquam ne ani-
mum tuum concepta ex qualibet
iniuria confudit anxietas.
Boecius respondit. Atque in-
me liberiore animo / qui aliquid se-
angeret meminisse nequeo / et philosophia
Nonne quia vel aberat quod
abesse non velles / vel aderat
quod adesse noluisses. Ita est
inquam dicit Boecius / ergo dicit
philosophia / huius ergo absenciam / et alterius
presenciam desiderabas / ergo indige-
bas / ergo divicie non conferunt
sufficienciam / nec auferunt in-

indigenciam sed conferunt / non auferunt

digentiam/ et tamen hoc promi-
ttere videbantur. Item divitie
possunt auferri in vito domino/
quod dives indiget in transitus
~~petito~~ pito presidio/ quo suam
tueatur pecuniam/ et ideo non
eget presidio/ si nec pecuniam po-
ssideret/ ergo divitie que promise-
runt satis sufficientes/ faciunt
potioribus indigentes. Item
inquid divites esurire nequit/
inquid sitire non possunt/ inquid
frigus hybium// pecuniosorum corpora
non sentiunt. Concludit quo-
que metrum sequenti/ quod omnem
avarum divitem duo mala se-
quuntur/ in vita cura mordacitas/
et in morte paupertas/ unde dicit
sic Quamvis fluente dives ~~au~~
ri auri gurgite/ Non expleturas
cogat avarus opes Oneretque
baccis colla rubri maris Ruraque
~~que~~ centeno scindat opima bove/
Nec cura mordax deserit sup-
erstitem Defunctumque leves
non comitantur opes. Vult
dicere/ quod licet avarus cogat
i. congregat opes non expletu-
ras indigentiam suam/ congre-
get inquam in tanta habundan-
tia/ quasi gurgites fluvius auri ad
se sponte fluxerint/ et hoc quantum
ad pecuniam/ Honeret etiam colla
i. collum/ ponitur numerus pluralis pro singulari
baccis i. gemmis collectis in littore
rubri maris/ quod est mare egi-
ptiacum/ et hoc dicit quantum
ad iocalia et ornamenta corporis/
etiam sit ita dives quod scindat
agris rura centum bobus. i. quo. inquam
quamvis inquam sit sit dives
ista duo tamen inconvenien-
tia cum vitio consequentur i.
in vita cura mordax non de-
seret superstitem Defunctumque

leves i. levem tussientes opes non
comitabuntur. Job 27. Dives cum
dormierit nichil secum auferet
aperiet oculos suos et nichil in-
veniet/ Fatuum est igitur de di-
vitiis gloriari. lco 63 lco 63

Transierunt omnia
illa tamquam um-
bra/ et tamquam nuncius
percurrens/ tamquam navis
que pertransit aquam fluctua-
ntem/ cuius dum preterierit non
potest vestigium eius inveniri/
neque semitam carine illius in
fluctibus. Posita confessione
facienda ab impiis in iudicio
generali/ per quam declaratur quod
ipsi amaverunt temporalia tamquam
summam felicitatem/ hic ponit
confessio per quam declarabunt
temporalis felicitatis vanitatem et
circa hoc duo ~~faciat~~ faciunt/ nam
primo exemplificant/ secundo
exempla applicant// secunda pars
ibi/ sic et nos nati. Circa primum
ponunt quinque exempla/ et secundum
hoc littera dividitur in quinque partes
Comparant enim temporalem felici-
tatem umbre evanescenti/ nuncio
percurrenti/ navi transfretanti/
avi transvolanti/ et sagitte fe-
stinanti. Dictis quinque terra po-
nuntur in lectione patet/ sicut
patet// Dicent ergo sic/ Transie-
runt omnia illa/ que nos hic
tantum amavimus in seculo/
tamquam umbra// sicut enim
umbra abscondit hominem
a lumine solis in illis/ ita divitie
honores et cupiditates munda-
ne/ absconderunt homini gratiam
dilectionis dei/ sicut dicitur supra capitulo 2°

umbre transit

Umbre transitus est tempus no-
strum / et in ps. Sicut umbra
cum declinat ablatus sum.
A Ubi notandum / quod in pcta-
tia qua peccatorum / triplex um-
bra torindet. Est enim peccatum
originale / peccatum veniale / pec-
catum mortale. Pcto origina-
le si non deleatur p baptismum / tor-
indet pena eterna / mitissima
tamen est secundum Aug. In pec-
cato veniali torindet pena
temporalis vel hic vel in pur-
gatorio. Peccato mortali torindet
pena eterna / et tanto maior quanto
in hac vita fuit diuturnior vel
intensior. Isti triplici pcto tor-
indet triplex umbra. Est enim
umbra secundum figuram que-
dam chelindroydes. Quedam
conoydes. Quedam vero calathoy-
des. Chelindroydes est quedam
figura rotunda et longa / et inter
lineas eque distantes contenta.
Unde quando corpus opacum
et corpus luminosum sunt equa-
lia / procreatur umbra chelindroy-
des in infinitum semper inter
lineas eque distantes / posito
quod nullum aliud corpus lu-
minosum impediat. Sic peccatum
originale est quasi essenciale /
et quasi umbra gratie / que primo
fuit concessa homini in statu
innocentie prose et prosus
successoribus / et ideo pena tor-
indens isti pcto est infinita / et
tamen semper inter lineas eque
distantes / quia illud peccatum au-
geri non potest / licet alia sibi
possint addi. Unde pena ista
tenet quasi figuram chelindroi-
des. Sed pene pcti venialis
torindet umbra conoydes. Co-
nus est figura alata tendens in

acutum / et causatur corpus obscu-
rum / et est minus corpore lumino-
so cui obicitur / tunc enim umbra
necessario tendit in conum et cuma-
sicut patet de umbra terre v. solis.
Sic peccatum veniale minus est
quam gratia / quia gratiam amorti-
care non potest. Unde licet fervorem
gratie impediat in operacione
meritoria / stat tamen cum gratia /
et ideo pena sive umbra qua
causat peccatum veniale / fini-
tur necessario et tendit in conum.
quia per satisfactionem temporalem fi-
niri potest. Pene vero peccati mo-
rtalis torindet umbra calathoy-
des. Calathus enim est figura con-
traria cono / que incipit ab acuto
et tendit in latum / et hec figura con-
venit umbre / quando corpus
luminosum est minus corpore opa-
co / et hec umbra signat penam
peccati mortalis / incipiente ~~a~~
a modica computacione / et tende-
tem in latum pro continuacione as-
suefactione et recidivacione / et hoc in
infinitum / et hec est umbra mor-
tis / ubi nullus ordo / sed sempi-
ternus horror inhabitat Job 10.
Secundum exemplum de felici-
tate temporali est quod compa-
ratur umbre precurrenti / licet omnes
nimium debeat festinare / ille tamen
maxime / qui precedit dominum su-
um prosperitate sua et cibo va-
rio / et ideo felicitas mundana
non comparatur cuicumque nuncio /
sed cursori velocissimo / qui pre-
cedit dominum suum. Job 9. Dies
mei velociores fuerunt cursore
transierunt et non viderunt
bonum. Tercium exemplum
est de navi transeunti per mare /
et quantum ad illud dicit sic-
ut tanquam navis que per-

Pcto originali si no deleat(ur) p bapt(is)m(u)m torindet
pena infinita tam mitissima parte c. s(ecundu)m Aug(ustinum)

tūsit fluctuantem aquam, cum
tu pterierit non est vestigium inve-
nire, neque semitam carine illius
in fluctibus. Carina est venter sive
media pars navis iuxta illos ver-
sus: prapor navis pars dicitur
ultima puppis, dic latus esse ca-
tem, ventrem esse dicat carina.
Exemplum est satis planum,
quia sicut navis non relinquit
vestigium post se, ita vita hominum
mundalium nullam relinquit
memoriam transacto parvo tempore,
et hoc est verissimum, plures i-
nobiles perierunt quam habeant
in memoria, sive perpetuam
sive prememorialia quecumque,
et hoc intense recogitare ad con-
temptum seculi multum iuvat.
Unde Iohannes c. 44. narrat quod
Xerses rex persarum, cum semel
sublimi loco quasi infinitam homi-
num multitudinem et in iu-
mentis considerasset, dotitumque
prerupit in lacrimas, et cum ab eo
queretur causa, respondit: post cen-
tum annos nullus illorum quos
primo video super viventes erit.
Tamquam navis que pertransit
etc. Notandum est quod status
prime quam iam inchoamus
comparatur navi triplici racione, scilicet
propter figure qualitatem, propter
vecture comoditatem, propter vec-
ture possibilitatem. Navis fi-
gura stricta est in extremis,
et lata in medio, et isto modo de
prima, quia in principio difficilis
est propter defectum assuefactionis,
et resistencia carnalis delectatio-
nis Mt 7. Arta est via que du-
cit ad vitam, et pauci ambu-
lant per eam, et in fine eciam est
angusta, quia dyabolus insidia-
tur sibi insti tunc temporis. Unde
dicit gloza Thob. vi super illud:
Exivit piscis in mari ad devora-
dum eum, dicit: Domino in cruce
passo, dyabolus quo moriente
crucifixus erat advenit que-
rens si quid peccati in eo in-
venisset. Unde mors est illa
angusta porta, de qua dicitur Luc.
13. Contendite per angustam por-
tam intrare. Ista porta est ita
stricta, quod nullus onceratus
divitiis, nullus impignatus
deliciis, nullus adornatus ve-
stibus preciosis potest pertransire,
donec omnia deponat et nudus
evadat. Iob primo: Nudus egre-
ssus sum de utero matris mee,
nudus revertar illuc, id est in terram, que
est mater omnium tenorum. In me-
dio est via prime aliquantulum
et sufficienter ampla, quia secundum
Boecium paucis minimisque natura
est contenta. Unde Gregorius: Via
domini non nisi arcto itinere
inchoatur, sed amoris dulcedi-
ne dilatatur. Psalmus: Ego eandem te
psemitas equitatis, quas cum in-
gressus fuis non artabuntur
gressus tui, et currens non ha-
bebis offendiculum. Unde gloza:
Semite equitatis cum inchoan-
tur videntur et anguste, cum
vero profectum capiunt, iam ex con-
suetudine spaciose videntur et late.
Unde prodiverso tempore dicebat
ps.: Propter verba labiorum tuorum
ego custodivi vias duras, et
viam mandatorum tuorum cucurri
c. di. c. m. Econtrario mali ho-
mines ingrediuntur latam viam
in principio, et postea in progressu
artabuntur. Iob 18: Artabuntur
gressus virtutis eius. Erit ergo bina
condicio figure primus navis esse
stricta in extremis, et lata in me-
dio. Secunda non condicio eiusdem fi-

que est quod est inclusa unius ma-
ris et apta unius celum. Sic ani-
ma penitens claudi debet ad mun-
dum et aperiri ad celum. Facta n(am)
est navis ad calcandum mare
et superandum et non ad reci-
piendum. Ita anima penitens
debet mundum nec tangere ad
delectamentum sed ad calcan-
dum et dissipandum. Prov. 31.
Facta est quasi navis insti-
toris de longe portans panem suum. Secundo
penitentia navi comparatur propter
vecture commoditatem. Facit enim
merces et quecumque necessaria
deportantur de terra ad terram per
naves. Item cum quis in insula
in qua non potest eam exire nisi me-
diante navi. Isto modo nos
qui sumus in insula mundi nullo
sensu exire possumus ad celum
nisi per naviculam penitentie. Et ip-
sam naviculam Christus et di-
scipuli eius primo intraverunt ut
nos audaces efficerent et securos.
Isti enim qui non sunt experti
navigium cum timore intrant
naves, experti vero et assueti sine
difficultate. Cuius figuram habemus
Matthei 8 ascendente Ihesu in navi-
culam secuti sunt eum discipuli.
Item navis est vas commune pre-
ciosis et vilibus, omnia recipit
et salvat et ad portum optatum
perducit. Isto modo penitentia nullum
respuit peccatorem quantumcumque sit
turpis. Provocat se in navem pe-
nitentie et salvabitur. Cuius fi-
guram Genesis vii legimus, quod
omnia animalia que non intra-
verunt navem, que archa Noe
3° c vocabatur, mortua sunt. Tertio
penitentia comparatur navi propter cau-
te passibilitatem. Est enim
navis quasi incontinuus pi-

riculis propter scopulos, propter fluc-
tus, propter voragines. Et quia
qui navigant mare enarrant
pericula eius. Et ideo navi pericli-
tanti quadruplicater succurritur:
per exonerationem, per foraminum ob-
turationem, per aque ejectionem, per an-
chore fixionem. Primo pru- f
dens nauta qui venit ad pa-
ssum periculosum ubi timet sub-
mergi exonerat navem suam,
sicut dicitur Actuum duodecimo xxvij
quod illi qui cum Paulo erant
in navi armamenta navis proie-
cerunt. Isto modo primo qui sunt
onerati divitiis vel peccatis ante-
quam venerint ad passum pe-
riculosum mortis exonerent
se per confessionem et elemosinarum lar-
gitionem. Secundo iuvatur na- 2°
vis contra periculum per foraminum
obturationem. Sensus enim nostri sunt quasi
quedam foramina vel fenestre
per quas aque temptationum ingre-
diuntur, et ideo isti debent obtura-
ri per bonam custodiam eorum,
quia si intraverint pro compulsione
sine nocumento spiritualis gratia dei
requiritur. Hoc recognovit psalmista qui
dixit: Salvum me fac deus
quoniam intraverunt aque usque ad ani- 3°
mam meam. Tertio aqua debet eici- ita quod si aliqua no-
cia per confessionem. Quarto xia delectacio sub-
debet figi anchora in re firma hoc intraverit debet
est in deo qui non mutatur. An-
chora est spes. Ad Hebr. vi. Con-
fugimus ad tenendam propositam
spem, quam sicut anchoram
habemus tutam et firmam. Et
ad Ro. 8. Si deus pro nobis quis 4°
contra nos. Sed est no- no
tandum quod inter pericula maris
insolita tria sunt metuenda,
scilicet Syrenarum cantica, Sirtis
pocula, et Ceti fallax insula.
Syrene secundum fabulas

tres fuerunt corpore virgines et corpore vo-
lucres habitantes in mari et di-
cebantur sirene vel sirenes quasi
trahentes sirenes syren enim grece
tracio dicitur latine eo quod per
dulcissimam armoniam homines
auscultantes ad se traherent et
attritos occiderent Una enim
cantabat voce humana alia
tibiis et tercia lira sonabat sic
recitat alleg. in scintillario poe-
tarum Ulixes igitur transiturus
per eas tali cautela usus est au-
res sociorum suorum obturavit
cera ne aliquid de armonia au-
dirent se ipsum malo navis
alligavit et sic evasit Moraliter
Ulixes sapiens interpretatur et desig-
nat mentem in qua prudencia
inhabitare debet Tres iste syre-
nes corporales designant illece-
bras que per diversas lascivias
attrahunt ad peccatum navi-
gantes per mare huius mundi Sapi-
ens per sensus aures sociorum id est
sensuum corporeorum potencias
obturat cera i. memoria nostre
fragilitatis et semetipsum alli-
gat ad lignum crucis quod est
2m malus navis i. principium et sic
evadit Secundum periculum in
mari est Circes pocula Narrat
enim Boecius de conso. met.
3o quod et Ulixes rediens de
bello troiano decennio erravit per
mare Uno vero tempore videns
quandam insulam in qua
Circes pulcherrima domina que
filia solis dicebatur habitabat ad
eam applicuit et intravit Ista
per incantaciones et carmina mi-
scuit quedam pocula per que omnes
bibentes permutavit sicut voluit
a natura humana in bestias Unde
statim sociis Ulixis prebuit de
pocione sua et statim mutavit

eum in aprum alium in leonem alium
in cervum et sic de aliis Ulixi non
dederat mercurius qui deus ar-
chadie dicitur unum florem
cuius virtus fuit contra tales in-
cantaciones resistere Unde nichil
passus evaginato gladio ma-
gam insequitur et eam ad revoca-
cionem sociorum cogit Moraliter Ista
maga est cupiditas seculi hec
per incantaciones suas homines
transformat in bestias et eos
spoliat racione et mansuetudi-
ne per que dno homo efficitur
bestialis et in hiis ad tantum
quam multiplicat homines
in varias bestias transformat
per seculi cupiditatem patet per
hoc in dominatione Aliqui quidem
sunt lupi rapaces sicut in-
iusti milites Quidam vulpes
fallaces sicut subdoli merca-
tores Quidam canes inna-
tes sicut fals falsi advocati
et placitatores qui contra quemlibet
latrant nisi ab eo aliquid ac-
cipiant Tercium periculum
insolitum est Ceti fallax in- 3m
sula est enim cete balena
marina maxima hec alli-
quando colligit in dorsum suum lutum
et super illud lutum crescunt
gramina et herbe virescunt
Unde quasi monticulus videtur
navigantibus apparere dicitur
qui decepti applicant vela sol-
vunt et ibi figunt Cum autem
se estimantes in terra solida
collocatos ignem accendunt
pro cibis decoquendis bestia
calorem persenciens subito se
subtrahit et in mari se sub-
mergit et tunc ea omnes illi-

in profundum fecerunt. Hec beata=
moria dignitatem et statum nobi-
lium potest significare. Quam simpli-
ces navigantes in mundo deside-
rant, estimantes ibi esse locum
soliditatis et quietis. Unde unus
desiderat episcopatum, alius comi-
tatum, alter abbaciam, alter prioratum,
putantes se fore felices si
statibus hujusmodi assignantur. Sed
cum iocundius se habent, pacem
et securitatem solum modo cogi-
tantes, statim interitus repenti-
nus in eos superveniet, et multo
velocius descendunt ad infimum
quam si talem non ascendissent
gradum etc.

Lectio 62

Aut tamquam avis
que transvolat in
aere, nec invenitur argumentum
itineris illius, sed tantum so-
nitus alarum verberans leve
ventum, et scindens per vim iti-
neris aerem, alis commotis tran-
svolavit, et post hoc nullum
signum invenitur itineris illius.
Postquam comparata est feli-
citas temporalis navi transeunti,
hic quarto comparatur avi trans-
volanti. Sicut enim avis volo-
citer transvolat et nullum argumen-
tum itineris relinquit quod vo-
lavit, ita divites et potentes vo-
lant in honoribus et dignita-
tibus, et subito ad tempus sub-
trahuntur, nec remanet de eis
vestigium sive signum. Sicut
autem in volatu avis tria sunt,
scilicet sonitus, impetus et transitus,
ita in vita potentum et nobi-
lium est sonitus pompe et ma-
gnificencie, impetus prede et vio-
lencie, transitus culpe et impune.
Et ista notatur signanter in hoc
textu ubi dicit: sed tantum soni-

tus alarum verberans leve ventum,
et scindens etc. Commotis alis tran-
svolat etc. Habent enim isti homines
nobiles mali alas suas, scilicet con-
siliarios, senescallos et ballivos
malos. Isti sunt ale adjutrices
et sinistre; per famam et bo-
nam famam, per istas alias volat
ad predam suam. Non enim fie-
rent depredaciones et iniurias quas
faciunt circa pauperes nisi per ma-
los consiliarios, qui sunt dap-
nabiles ale dominorum. Jer. 2° In
alis tuis inventus est sangu-
is animarum pauperum et inno-
centum. Avis est sonitus istarum
alarum, iactancie, comminaciones,
pompe et fle magnificencie,
ubi nichil veritatis subest. Sed quia
non solum habet sonitum pompe et
magnificencie, sed etiam impe-
tum prede et violencie, ideo sub-
iungit: et verberans levem ven-
tum, et scindens per vim itineris
aerem. Aer sive ventus qui ac-
cipiuntur pro eodem designat populum
mediocrem, divitibus magnis sub-
iectum. Sicut enim sine aere
nullus potest vivere, sed aer est
quasi respiracio omnium, ita vita po-
puli mediocris, qui terras colunt,
qui artes mechanicas exercent,
talis est, quod sine eis nullus
potest aliqualiter victuare, et tamen
in tales isti nobiles potentes
exercent vires suas, verberant,
scindunt, spoliant et excoriant
per vim, hoc est per violenciam et
suam propriam potenciam. Ubi ma-
los predones et eis consimiles
sine insultu transire permittunt.
Unde signanter mali recollige-
tes in mundo statum dicent:
Sicut volatus avis verberans
levem ventum, et scindens
per vim itineris aerem. Tercio in

vita in mistorium potentum est tu-
situs culpe et impenitencie / et ad
quantum ad hoc subiugit commo-
tis aliis etc. Sunt inter aves
quedam que mare transvolant /
sed certis temporibus redeunt / et
quedam que transvolant et nun-
quam redeunt. Sic est in pecca-
tis / quidam adeo avolant pec-
catum / et redeunt et mansue-
scunt per manum / sed frequenter
isti nobiles sicut falcones in
unis lastum avolant / quia raro
penitent per se / et post hoc nul-
lum signum invenitur itineris
illius / non est sic de devotis di-
vitibus / qui largas elemosinas
faciunt in perpetuum duraturas /
sicut de illis qui abbatias per-
petuas fundant / et ecclesias collegia-
tas dotaverunt / pauperes religiosos
edificaverunt / Et ecce isti omnes trans-
volaverunt / sed signa itineris re-
manserunt. Scimus enim quia
tempore ipsi iter tenuerunt ad
celum / et multo magis illi qui
omnia mundana mundo relin-
quentes ad statum sancte reli-
gionis volaverunt / narrat Ge-
lenius strategicon libro primo capitulo
2° / quod est de explorandis con-
siliis hostium / quod emilius
paulus consul Romanus / apud
opidum quoddam divissimum
cum exercitum in quadam pla-
nicie / et subito circumspiciens
vidit quandam avium multi-
tudinem subito excitatam a
quadam silva consurgere / et sta-
tim concepit quod ibi essent
insidie / missis igitur explora-
toribus didicit ibi 10 milia
armatorum se abscondisse / ut
exercitum romanum debellassent /
Emissis igitur per viam aliam
viam militibus eos circumdedit
et confundit / hoc pro tanto dixi /

quod argumentum accipere debemus
deo placendi et bene vivendi a sa-
nctis qui nos precesserunt / et quan-
do avolaverunt / ingredientes pa-
more christi sanctam religionem
/ et si tales consideremus / videbi-
mus multas sanctas aviculas
avolasse a silva mundi / ubi insi-
die multe latent / Et est sciendum /
quod homo viator avi volanti
merito comparatur Job. 5 / homo ad
laborem nascitur / et avis ad
volandum / possumus autem quatuor
genera hominum quatuor generibus a-
vium comparare. Sunt enim quatuor
similes milites / curatores / pre-
lati / predicatores / milites enim sive
nobiles assimilantur falconi-
bus. Sunt enim falcones aves
gloriose que vivunt de preda / ita est
communiter de isto genere hominum / vivunt
enim depoliatione cleri et re-
ligiosorum / et pauperum subditorum /
et sicut dicit Ambrosius in
exameron / omnes aves bona
les predantur predam altius quere-
quam de sua specie excepto solo
niso. Nisus enim expers est hu-
ius pietatis / istam formam obser-
vant communiter nobiles / quia po-
tentes et divites qui sunt e-
iusdem speciei cum eis non de-
nantur / sed tantum illos
qui non possunt resistere / sicut sunt
quidam clerici et religiosi donati
divitiis / quibus plura sunt
data quam ipsi possint defen-
dere / sed huius pietatis solus
nisus est expers. Nisus est par-
vus falco in sua specie / et tamen
animosus et crudelis pro quan-
titate corporis sui / et venatur
parvas aviculas / et tamen
in necessitate speciei sue non parcit /
sicut faciunt maiores falco-
nes. Iste nisus figurat divi-

genus militum qui non propter stre-
nuitatem corporis non propter
ingenuitatem sanguinis appli-
cantur multi etc sed propter predam
mi armati n sunt legibus et
statutis non lanceis neque scuti
isti in venando multi perimunt in-
quos pueri spoliant milites qui
sunt precio spoliatos rusticos
monachos canonicos quia insatiac
copiam ad quam tenentur no
cogibent nisi provinciam condu-
cant. De istis et aliis conquerit
Je in persona pauperis Tren 3o Ve-
natione ceperunt me q. avic in-
imici mei gratis et ancholc. Non
frat fratrem suum venatur ad morte
isti ergo milites et armigeri sunt
falcones dyaboli et portantur super
pugnum dyaboli quia constituuntur
in officiis et balivis in inistris. Sic
locus status et gradus quem
habet est pugnum dyaboli caveat
tamen sibi quia in domo ubi
lo sunt quia habent oculos coop-
tos quodam velamine ne terra se
considerent et habent pedes laque-
atos quodam ligamine ne a do-
mino suo avolent nisi quando
placet domino prelato suo et
luc. Ita est de istis nobilibus
sedent super pugnum dyaboli
in magna reverentia et dignita-
te sed tamen excecati ad omne
illud quod ad eternam et perpetua
felicitatem pertinet que non ha-
betur in vita ista. 2 Cor 4. De-
us seculi excecavit mentes in-
fidelium quantum placet dyabolo
quod isti veniuntur ista mundia-
lia deponit capellum eorum ut vi-
deant predam suam et permittit
eos quasi liberos ad tempus et
statim reclamat eos et quia
ita sunt assuefacti ad manum
suam quod nolunt avolare
sed quid eis accidet finaliter
iuxta antiquum exemplum falco
et gallina sunt facta contraria
Nam falco dum vivit et potest vo-
lare ponitur super perticam in aula
revenienti et habet vestes sub pedi-
bus ne ledat ungues nec audet
ei aliquis appropinquare pascitur op-
timis carnibus balneatur et solle-
mpnissime tenetur. Gallina autem
fugatur ab aula vivit in curia
scalpit in terra et colligit grana que
potest sed in morte mutatur for-
tuna falco mortuus eicitur de aula et proi-
citur in fimum. Gallina vero sca-
lutellas argenteas assatur ad me-
sam et ponitur ante dominum ita
erit ita erit de divite predone et
paupere iusto Exemplum Luc.
16. Factum est ut moreretur men-
dicus et portaretur ab angelis in
sinum abrahe mortuus autem est et
dives et sepultus est in inferno et
hoc est quod de eis pretatur Ba-
ruch 3o Ubi sunt principes gen-
tium et qui dominantur super
bestias que sunt super terram i.
super pauperes qui non repu-
tantur ab eis nisi bestie qui
in avibus celi ludunt qui ar-
gentum thesaurizant et aurum
in quo confidunt homines et
non est finis acquisitionis eorum
et statim respondetur exterminati
sunt et ad inferos descenderunt
et alii in loco eorum surrexerunt
Secundum genus sunt mer-
catores et isti assilant perdici
corvo et tigno. Perdix autem
ut dixit Ambrosius ova alterius
perdicis rapit et furatur. Sed pul-
li procreati ad vocem matris re-
linquunt falsam nutricem et sequuntur
matrem. Quidquid est iniuste
acquisitum et illicite totum est
furtum. Videmus ergo quod mer-
cator vel per viam usure vel aliam

conuencionem in usuram/ emit citas
redditus et mancia/ que alii p-
curauerunt/ et occupant ad tempus
sed hec post mortem suam omnia
abeo et heredibus suis recedunt
ut communiter/ quia de male quesito vix
gaudet tercius heres. De tali dici-
tur Je. 17 Perdix fouit quem non pe-
perit/ fecit diuicias et non in
iudicio. Secundo comparatur cor-
no coruus, furatur quidquid
potest asportare et abscondit/ et ad-
dit illud aliis in ventrem/ sed
veniunt bestie et totum come-
dunt sic est usus. Sic multi
de istis prelatis auarissimi
sunt et viuunt pessime/ et quid-
quid possunt lucrari abscon-
dunt in archa donec moriantur
et totum cedit in manus aliorum.
Tercio comparantur cigno/ qui sua-
uissime canit in imminente mor-
te/ et ideo canendo cignus appe-
llatur secundum Ysidorum Ca° a. l.
Sic auarus nunquam dulce
canit nisi in imminente morte/
quando condit testamentum/ et in-
cipit dispergere que prius congrega-
uit. Unde Seneca. Auarus nichil
boni facit nisi cum moritur.
Tercium genus hominum sunt p-
lati ecclesie/ et isti comparantur Aquile
quia aquila sicut dicitur in li-
bro de natura rerum. Dextrum
pedem maiorem sinistro/ dili-
gentissime nutrit pullos suos/
uno corpus suum ponit inter
eos et sagittarium ad defenden-
dum eos/ capta preda ita est li-
beralis quod omnibus assistenti-
bus impartitur. Sic moraliter
prelati licet habeant duos pe-
des i. duas affectiones/ unam
ad animas cordium cure commis-
sas/ aliam ad decimas/ que sunt

quasi pes sinister/ tamen zelus anima-
rum qui est pes dexter/ est longe ma-
ior alio pede prelati graciam/ sed
illa est causa quare tales plan-
tant in curiis pro acquirendo pro-
decimis et oblacionibus/ sed pro
omnibus xpi tuendis/ quarum
zelum maximum habent illud e-
uerum vos bene scitis. Secundo
sicut pullos i. prochiales et
sagittarium/ militem videlicet
uel tyrannum in ius suum im-
ponunt/ non sustinent eos in-
iuste pati/ pugnando eorum su-
pplent facultati/ et 3° predam suam
i. bona ecclesiastica curialiter impar-
titur uel impertiunt in elemosi-
nas vicinis indigentibus/ ut
xpus loquens prochianis eorum
dicere possit illud Exo. 19 Vos
ipsi vidistis quo portauerim vos
super alas aquilarum/ et assump-
serim michi. Sed timendum
est ne quidam eorum sint simi-
libus suis quasi Strutiones
Bubones Vultures. Strutiones
habent pennas sicut falco Job
39 Penna strutionis similis
est penne herodii et accipitris/ hero-
dius est girfalco/ unde strutio
habet pennas sed non volat
alta/ ita prelati quidam habent p-
bendas dignitates et scienciam
et tamen et semper accipiuntur
in terris. Bubones diligunt
ecclesias propter oleum/ unde ex-
tinguunt lumen et consumunt
oleum/ ita quidam ecclesiasti-
ci lumen consciencie extinguunt et pin-
guedinem comedunt/ Vultures
pullos suos in summa macie
custodiunt/ ita quidam pro-
chianos in summa paupertate
detinent per placitaciones/ nunc

in curia ecclesiastica / sunt in curia secu-
lari per iniustas exactiones / per diversi-
tates extorsiones / nec in eis au-
gmentum permittunt vel pinguedinem
gratie / vel substantie secularis
veruntamen tales prelati semitam
Christi ignorant dicendo Job 28. Se-
mitam ignorant avis / nec in-
tuitus est eam oculus vulturis.
Quartum genus sunt predicato-
res qui docent alios viam vite et
salutis ostendere / et hii debent
esse galli predicando / calandri
confitendo / grues provolando.
Primo inquam debent esse galli
predicando Job 38. Quis posuit
in visceribus hominis sapientiam / aut
quis dedit gallo intelligentiam.
Gallus enim annunciat horas
noctis / excitat homines a sopore
sic predicatores. Sed gallus ante-
quam cantat verberat se cum alis /
Sic predicatores prius quam pre-
dicent / debent se prius operibus
mactare / et excitare ad contemp-
lationem que per alas designatur /
postea intendere actionem que est
predicatio. Secundo debent esse
calandri in confitendo. Dicit
in libro de natura rerum / quod ca-
lander est avis alba / que si in-
firmum aspexit / infirmitatem au-
fert. Sic confessores infirmos re-
spicere debent / ut peccata deleant. 3^o
debent esse grues provolando et
ostendendo viam predicatores ei
debent antecedere in bonis operibus / ut eos
eius operibus alii insequantur. Nota
de illo imperatore / qui dixit mili-
tibus suis venite non ite. Sed
valde timendum est / ne quidam
sunt similes psitaco adulando /
girfalconi indignando / gallina-
ceo educendo. Psitacus naturaliter
salutat voce humana / et ideo
significat adulatorem / quod con-

fessoribus loco confessionum simile
est periculosum. Girfalco si primo
ictu non capit predam indignatur /
nec ad reclamationem redit. Sic
quidam confessores de peccatore
desperantes / quia quem non capi-
unt eum primo ictu indignan-
tes desperant / quod nullomodo est
faciendum. Gallus gallinaceus
si sub pectore et ventre deplu-
metur et urtica verberetur / fovet pul-
los more galline / hoc tamen
est dicta / quod gallina facit hoc
naturaliter propter comodum ip-
sorum pullorum / Gallinaceus
vero effigiative / propter comodum
proprium / quia plus boni a pullis
recipit / quam pullis impendit /
sic non nulli predicatores fovent
filios suos spirituales eis confessos /
propter bonum temporale quod ab
eis intendunt recipere / non pro
zelum animarum / et sunt unde
effectu potius quam affectu.
Sunt enim pauperes deplumati
et ideo pullis insident / non-
ut abipis pulli / sed ut sibi a pu-
llis potius talescant / qui pro tem-
pali ypocrisi / incubunt tribulatione
pectora tonari Ysa. 22 Ecce domi-
nus asportari te faciet / sicut
gallus gallinaceus asportatur /
et quasi amictum sic sublevabit
/ coronans coronabit te tribu-
latione etc. · Lectio · 67 · ......

**Aut tamquam sagi-
tta emissa in locum**

destinatum / divisus aer mox co-
ntinuo reclusus est / ut ignoretur
transitus illius. Iuxta ista po-
nitur quintum exemplum / quod
terrena felicitas comparatur sagi- felicitas
tte festinanti ad terminum / et ista
hoc duo sunt / Primo ponitur

exemplum/ secundo applicat ad p-
positum/ Sap. v. ibi/ Sic et nos nati
Exemplum est manitum/ sicut
lia pendit/ quod sicut sagitta
missa ab arcu velocissime transit
usque in metam/ ita nos missi su-
mus ut p mundum transeamus
citissime ad mortem/ quamvis enim
ista quinque exempla quibus mun-
di felicitas comparatur/ scilicet umbra
vanescens/ nuncius pertransiens/ na-
vis transfretans/ avis transmigra-
ns/ sagitta penetrans/ declarant
satis temporalis prosperitatis veloci-
tatem/ habent tamen singula ex-
empla suas proprietates desig-
nativas maliciarum/ quas di-
versi mundani exercent/ Nam per
umbram vanitas lascivie/ per
nuncium fatuitas humane pro-
videntie/ per navem instabilitas
avaricie/ per avem sublimitas
superbie/ per sagittam dolositas
malicie significatur/ Est ergo notandum/
quod sicut sagitta velocissime
transit/ et nescit quo vadat/ quia
aliquando infigitur in luto/ ali-
quando reperitur aperta/ ita miseri
qui mittuntur a dyabolo sciunt/
sunt quasi sagitte sue/ et mit-
tuntur ab eo ad certas malicias ad-
implendas/ sicut sibi placet/ et
sicut dimissus aer in se continue
reclusus est/ ita multitudo populi/
sive in regno/ sive in patria/ sive
in civitate/ subtracto uno homine
malo/ qui perturbavit totam pa-
triam/ statim reconciliatur/ una
parva vel multitudo sicut prius/
et tu ipse putares quod eo sub-
tracto patria dissolvetur vel ci-
vitas/ tanta erit unitas populi eius
et concordia/ ipso in inferno dimerso/
sicut ante/ et hoc est quod dicit
Dimissus aer in se continue reclu-
sus est/ ut ignoretur transitus
illius/ Tunc lectione ista homo ma-

liciosus comparatur sagitte/ Notandum
quod dyabolus habet arcus
et sagittas ad nos occidendum/ et nos
habemus similiter arcus et sagittas
ad regendum/ Habet enim dyabolus
tres malos arcus contra sanctos/
scilicet arcum carnalis concupiscentie/
arcum spiritualis invidentie/
arcum mundialis consciencie/
De arcu carnalis concupiscentie proce-
dit mala sagitta mulier va-
ga inquieta et impaciens/ parata
ad capiendas animas/ sicut dicitur
Prov. vij/ qua capitur et vulnera-
tur cor innocentis/ De quo ibidem
subditur/ quod sequitur eam
quasi bos ductus ad victimam/ et
ignorat quod ad vincula stul-
tus trahatur/ donec sagitta tran-
sfigat cor eius/ Ista enim sagitta
est pennata peccatorum amo-
rum/ ferrata peccatum maliciosum/
inflammata per amorem libi-
dinosum/ Unde Cupido filius
Veneris dicebatur/ qui sagitta
et facula pingebatur/ quia amor
carnalis vulnerat et in-
flammat/ Tunc hac sagitta vul-
neratus fuit David in aspectu
Bersabee/ cum prospexit eam se
lavantem/ 2. Reg. xi. Ista sagitta
absconditur in pharetra/ quam-
diu mulier se occultat in ca-
mera/ arcus tenditur/ quando
cum perversa intentione ornatus
componitur/ sed sagitta emit-
titur/ cum ipsa in publicum pro-
greditur/ et ideo sicut periculosum
est hominibus non armatis in-
ter sagittas volantes procedere/
ita periculosum est invenibus
non habituatis virtutibus et so-
lidis moribus inter mulieres
frequencias conversari/ sed qui
habitat in adiutorio altissi-
mi/ in protectione dei celi commo-

rabitur et talis non timet sagitta
uolantem in die nec a negotio per-
ambulante in tenebris sicut di-
cit psalmista. Secundus arcus dyaboli
est fraudalis in videntie. De quo
procedit sagitta pestifere detracto-
nis. De quibus dicit psalmista
parauit sagittas suas in phare-
tra ut sagittent in obscuro rectos
corde. Quia dyabolus isto arcu insi-
diatur in obscuro et sicut bonus
sagittarius non mittit ceteras
sagittas suas contra lapides
ubi resiliunt et franguntur. Ita nec
dyabolus uba detractionis iacit
ad aures sanctorum virorum quia
in verbis talium non delectantur
Unde Jeronimus in quadam epistola
ad Rusticum monachum. Sicut
inquid sagitta si mittatur con-
tra duriam materiam non numquam
in mittentem reuertitur et uulne-
rat vulnerantem. Ita detractor
cum tristem videt faciem au-
dientis immo non audientis sed
obturantis aures suas ne audi-
at sanguinem. Ideo conticescit.
pallet vultus herent labia
saliua siccatur. Hec ille. Item
Jeronimus. Nemo inuito auditori
libenter refert. Sagitta in lapi-
dem numquam infigitur. Sed
interdum resiliens percutit dirigen-
tem. Hec est sagitta dolosa que
simul tres occidit sicut dicit
Bernardus. detrahentem. audientem
et absentem. Jeremie 9. Sagitta uul-
nerans lingua eorum dolum
locuta est. Tertius arcus dy-
aboli est arcus mundialis concupi-
scencie. De quo procedit sagitte
maliciose conspirationis falsarum
suggestionum et adinuentio-
nes accusationum contra inno-
centes. Jeremie 29. Sagitta acuta

homo qui loquitur contra proximum
falsum testimonium. Isti figu-
rantur per illos sagittarios qui
utraque manu fundis saxa ia-
ciebant et sagittas similiter sicut
dicitur primo Paralipomenon 12. Ita isti eque
bene formant accusationes in
iustas sicut iustas. Ita libenter
contra innocentem sicut contra
nocentem vel prosequuntur
Unde conqueritur ecclesia in persona
iusti. Trenorum 3. Tetendit arcum
suum et posuit me quasi signum
ad sagittam. Misit in renibus
meis filias pharetre sue. Isti
arcus sunt arcus sine sagitte
dyaboli. Per oppositum xpus
habet triplicem arcum et tri-
plicia sagittarum genera. Arcus primus
sagittarius est lux scripture. Se-
cundus est mors nature. Tercius
lex censure. De arcu scripture
procedit predicatio verbi dei. De quo
Ysaie 49. Posuit me sicut sagi-
ttam electam. Sagittarius est xpus
cuius sagitte sunt in principio
apostoli pennati virtutibus. Unde
habuerunt tres pennas que
nominantur 1. Corinthiorum 13. fides spes
et caritas tria hec. Isti sunt fir-
mati per constanciam et inflammati
igne spiritus sancti iuxta illud
psalmiste. Sagittas suas ardentes
effecit. Et item. Sagitte potentes
acute cum carbonibus desolatoriis. Sed si sa-
gitta sit nimis onerata terra
uel luto numquam bene uo-
labit. Isto modo quidam qui
deberent esse sagitte xpi mit-
tende predicandi sunt nimis onera-
ti terrenis. Ita quod uolare non
possunt. Quidam uero carent
pennis. Quia licet scienciam ha-
beant tamen eminentia vite

at pennata

X Hec est defectus. Questio una deest ista vtrum licet ypocrito paganum occidere vel culpare defendere

taret. Et notandum est quod nisi
principalis sagittarius manum
apponat ad arcum, arcus non
bene emittet sagittam. Unde le-
gimus 4 Reg. 13 quod Joas rex
Israel petiturus consilium ab He-
liseo infirmato accessit ad eum
dicens: pater mi, pater mi, currus
Israel et auriga eius. Et dixit He-
liseus: affer arcum et sagittas.
Et posuit rex manum super ar-
cum, et Heliseus manum suam
super manum regis, et dixit: Sa-
gitta salutis domini, et sagitta
salutis contra Syriam. Syria
interpretatur sublimis, manus no-
stri Christi est gratia que supponitur
manui predicatorum. Nota de
Cleomino Atheniensi Frontinum
in libro stratagematum libro 3o capitulo
vj. Secundus arcus Christi est
mors nature, de quo egreditur
sagitta penalitatis et infirmita-
tis. Ps. Sagitte tue infixe
sunt michi, et non est sani-
tas in carne mea. Et loquitur de pe-
nalitatibus consequentibus ori-
ginale peccatum. Iste arcus percutit
ante nos tum inficiat, immo
retro impetu nos tum anfert,
nobis in etate pares, super nos
tum potentiores, subtus nos
tum inferiores. Sed nemo tamen
eciam percutiet nos. De isto ar-
cu quo ad omnes alios dicitur in
Ps. Emitte sagittas tuas etc. Quo ad
nos vero dicitur: Sagitte domini in
me sunt etc. Ps. Emitte sa-
gittas tuas et conturbabis eos.
Tercius arcus Christi est Christo con-
sistere in iudicio finali, a quo
egredientur ille acutissime sa-
gitte scilicet sine diffinitive: Venite
benedicti patris mei, percipite. Et ite
maledicti in ignem eternum. De
isto arcu dicitur Ps. Dedisti

/ nobis antiquos
/ retro nos a tergo?

me ... sig. ut fu. af. a. De malis
vero adimplebitur illud Deut.
32. Congregabo super eos mala
et sagittas meas complebo in eis. Iste arcus
quanto diucius expectat, tanto
gravius vulnerabit. Unde tunc
adimplebitur illud Deut. Mittam
in eos sagittas famis pessi-
mas, que ingerere conantur ut
disperdam eos. Jere. 50. Sagitta
eius quasi viri interfectoris non re-
vertetur vacua. lc̄o 66 X

lc̄o 66.

Sic nos nati conti- nuo desinimus esse

Et virtutis quidem nullum sig-
num habuimus ostendere, in ma-
lignitate autem nostra consumpti
sumus. Ponitur reprobatione
terrene felicitatis per exempla, que
ponuntur ad optatio preba ple-
na. Dicunt enim mali contem-
plantes vitam suam transactam
sine fructu: Sicut umbra eva-
nescit, sicut nuncius qui pre-
cessit, sicut navis transiens,
et sicut avis transvolans, et sic
sagitta aerem penetrans. Sic
et nos nati continuo desinimus
esse. Homo enim natus statim
cum incipit hic, incipit mori
eius est hinc a vita transire. Unde
Augustinus 13 de civitate dei
capitulo 9. Ex quo quisque in isto cor-
pore moriturus esse cepit, semper
in eo agitur ut mors veniat.
Hoc enim agit eius mutabili-
tas toto tempore vite huius, si tamen
vita dicenda est, ut veniatur
in mortem. Nemo quippe est
qui ei post annum sit propinquior
quam ante annum fuit, et cras
quam hodie, et hodie quam heri,
et paulo post quam nunc, et
nunc quam paulo ante, quam

quidquid temporis vivitur depputato
vivendi demitur, et cottidie fit
minus quod restat, ut omnino ni-
hil aliud sit tempus vite huius
quam cursus ad mortem. Unde
Seneca epistola 49 secundi libri: Nam
cottidie morimur, cottidie de-
mitur aliqua pars vite nostre,
et tunc quoque cum crescimus vita
decrescit. Infanciam amisimus,
deinde pueriam, deinde adolescen-
ciam usque ad senium. Quidquid
enim temporis transiit periit. Etiam ipsam
quam agimus diem cum mor-
te dividimus. Non solum autem
fatebuntur se fuisse dum vixe-
runt morientes continue mori,
sed et delinquentes mortui. Unde
subdit: Et virtutis quidem nullum
signum habuimus ostendere. Sta-
tim vero malicia quam amavimus,
sicut dicitur de ligato quod non potest
ambulare, et tamen si solutus
potens est ad ambulandum.
Eodem modo peccator cum ligatur
peccato, ad opus virtutis nichil valet,
sed ista invalitudo non excu-
sat eum, quia ipse est sibi ipsi
causa talis illicite impotencie, ut
dicit Anshelmus primo Cur deus
homo capitulo 20, et ideo conclu-
dunt flebilem conclusionem
dicentes: In malignitate autem nostra
consumpti sumus. Econtrario autem
est de iustis, in quibus si pec-
cent et fiant maligni, propter
tamen malignitas in eis con-
sumitur primam et unam
divinam. Treni 3o: misericordie domini quia
non sumus consumpti. Virtutis
quidem nullum signum ~~fig~~
10 habuimus ostendere. Nota quod
tria sunt signa virtutis in opera-
tione humana. Nam homo
operatur faciliter, delectabiliter, per-
severanter. Unum enim omnis virtus

sit ita difficile operari cum facilitate opera-
cio difficilis, signum evidens est
magne virtutis. Secundum sig-
num est delectabiliter operari, non
cum murmure, non cum con-
tristacione, non cum tedio. Unde
dicitur 4o Ethicorum 2: Dicitur quod sig-
num habitus geniti est superveni-
ens delectatio, et ideo de sanctis
dicitur in psalmo: Ibunt de virtute in
virtutem, scilicet delectabiliter. Tercium 3m
signum est operari bona perseve-
ranter. Unde de Talopo dicitur
Ecclesiastici 46: usque in senectutem per-
mansit eius ~~virtutis~~ virtus. Ista
tria sunt vera signa virtutis, que
nullus malus potest ostendere.
Sed sunt quedam signa extra
virtutis, que mali possunt habere.
Primum: honor virtutis signum est,
dicitur 4 Ethicorum 2. Unde qui ho-
norat aliquem, signat eum esse vir-
tuosum. Sed certe istud signum
est falsum, quia frequenter ho-
norantur qui parum valent. Si-
militer dignitates et dominia tempora-
lia et prelaciones et officia sunt sig-
na virtutis, sed frequenter fallunt.
Sicut ipse posuit in Egipto signa sua,
Egiptus inter tenebras et intene-
brosis ponuntur frequenter ista signa.
Nota quod delectabiliter et gaudio-
se debemus insistere operibus vir-
tuosis. Unde glosa super illud
psalmi: In custodiendis illis
retribucio multa, dicit: Non tantum
in futuro processis reddetur premium,
sed hic in eorum custodia mag-
num est gaudium. Tunc gau-
dium est talis quia virtus consistit
in medio, sicut dicitur 2o Ethicorum, et
natura semper delectatur in medio,
sicut per exempla ostenditur. Visus
enim delectatur in viridi, qui est
medius color inter album et

perque bonus cognoscitur

ingenium | tactus in tepido | qui simili-
ter excessivo calido et frigido cor-
rumpitur / similiter mulier gaudet
naturaliter cum peperit filium | si
buffonem vel monstrum peperisset
mirabiliter tristaretur | quia foret
contra naturam. Similiter anima
racionalis que profert viciosum vel
monstrum peccati | valde debet con-
tristari | quia contra naturam ra-
cionis est quod monstrum | sed que
profert opus virtuosum cum di-
fficultate et labore | maxime debet
gaudere Joh. 16. Mulier cum parit tristi-
ciam habet | quia venit hora eius |
cum autem pepererit iam non meminit pres-
sure | quia natus est homo in mun-
dum. Gaudium virtutis gau-
dium mundi quadrupliciter exce-
dit | scilicet continuitate | puritate di-
gnitate salubritate. In continuitate
quia prov. 14. Extrema mensis luctus
est sola viciosa age | quasi iuge
convivium / homo enim carnalis
non semper sedet ad mensam cor-
poralem / sed homo virtuosus semper
ad mensam delectacionis sue sedet
/ philip. 4. Gaudete in domino sem-
per iterum dico gaudete / prov. Job 20
Gaudium ypocrite ad instar
puncti. 2º precellit puritate. Dul-
cedo enim felicitatis humane
est multis amaritudinibus per-
mixta secundum Boecium. Et in hoc facit
deus sicut nutrix | que amari-
cat mamillam ponit quando vult puerum
ablactare / Unde Augustinus
2º conf. ca. 2. Tu semper aderas
misericorditer seviens | et amari-
ssimis offensionibus aspergens
omnes illicitas iocunditates
meas | ita ut quererem sine offen-
sione iocundari | et nisi hoc po-
ssem | non invenirem quidquam
preter dominum. Item in eodem libro
6. in fine. Ve anime audaci | que
speravit se melius habere si a te

recessisset | versa et reversa | in dorsum
in ventrem in latera | dura sunt
hec omnia | tu solus requies.
Tercio in dignitate precellit quia
non datur nisi sanctis et dei
amicis | temporalia autem et
naturalia dantur bonis et
malis frequenter habundancius
malis. Unde Augustinus 5º
de civitate dei ca. 3º. Ista tempora-
lia bona et mala voluit deus
bonis et malis esse communia | ut
nec bona cupidius appetantur
que mali quoque habere cernuntur |
nec turpiter mala evitentur |
quibus et boni plerumque affi-
ciuntur. Unde notandum quod
gaudium de virtute precellit dig-
nitatem. Item patet quod ga-
udium virtutis est nullis de-
quibus dignum est gaudere | sic
dicit glossa super illud Gal. 5.
Fructus spiritus est caritas gau-
dium et pax. Econtra de gaudio prov. 3.
Stultorum exultacio ignorancia ignominia
est / prov. 2º. Letantur cum male fe-
cerint et exultant in rebus pessimis / Unde Augustinus
Quid est mundi gaudium bre-
viter dico | scilicet leticia est impunita
nequicia | scilicet luxuriari in spec-
taculis inebriatate | ingurgitari
turpitudine fede | et nichil ma-
li pati | hoc gaudium dectius
est dolore / penis vero est gau-
dere de iniquitate | quam dolere
de corrupcione. Quarto gaudi-
um virtutis precellit gaudium mun-
di salubritate | facit enim mundi
contempnere | et dyabolo triumphare
/ Unde in vitis patrum dixit an-
thonius | Unica est vincendi
inimicum est leticia spiritualis. Item
2º. Iocunditas cordis est vita
hominis | et thezaurus sine
defectione sanctitatis. Unde in
libro de spiritu et anima | virtus sic

describitur virtus est habitus mentis
bene instituta admodum regni
quod est bene institutum si recte
meo consulatur si recte meo pre-
cipiatur et recte obediatur isto-
modo mens bene instituta est
tamen ratio bene consulit voluntas
recte percipit et sensus perfecte obe-
dit sine isto regimine mens pre-
cipitate regitur et assimulatur re-
gno roboam 3° Regum 12 qui relic-
to consilio senum iuvenum consilio
acquievit ubi enim virtus non
est illud quod servire debuit
imperat et quod dominari debuit
ministrat et ideo regnum subversum
missum est Gaudium virtutis e-
ciendis foris in domo ipsa nascitur
unde seneca in quadam epistola
Hanc ante omnia fac mi lucili disce gaudere
ammans me tibi detrahere mul-
tas voluptates qui fortuita sub-
moneo qui spe dulcissima ob-
lectamenta censeo devitanda
contra nolo tibi unquam deesse
letitiam nolo illam tibi domi
nasci nascatur autem aliquid sine
nec impositum tu unquam indi-
tas cum gaudere qui tristis unquam
debet esse alacer et fidens super
omnia erectus et ideo dicitur
Ecclesiastici 30 Non est oblectamentum
super cordis gaudium unde
virtus facit quasi duplicem pa-
radisum scilicet terrestrem et celestem
in corde hominis Ecclesiastici 40 dicitur
Gratia dei sicut paradisus in
benedictionibus Assimilatur enim mens
virtuosi paradiso in tribus scilicet in
amenitate fecunditate securitate
Unde prima faciunt quatuor virtu-
tes vel quatuor flumina paradi-
si mentem irrigantes unde
glosa gregorii super illud Genesis 2°
Flumen egrediebatur de loco
voluptatis ad irrigandum para-
disum quatuor flumina paradisum

irrigant quia his quatuor virtuti-
bus cor confunditur et ab omni
carnalium desideriorum estu
temperatur altitudo autem paradi-
si facit securitatem Dicit ma-
gister in historiis super illud Genesis
2° plantaverat autem dominus deus
paradisum etc quod paradisus
attingit usque ad circulum lu-
narem et seneca dicit quod
talis est sapientis animus qualis
mundus supra lunam 2° no-
tandum quod paradiso ceti
mentis virtuosa in quatuor as-
simulantur Est enim locus divine
habitacionis locus qualis illu-
minacionis locus ordinate
delectacionis locus gaudii
et exultacionis Sic mens vir-
tutibus adornata est dei ha-
bitacio unde Iohannes Chrysostomus quic-
quid vel primus ea mente
debet esse que in dei habitaculum
preparanda est quem non tem-
pla fulgencia non altaria gem-
mis distincta delectant sed
anima ornata virtutibus per
picturam in domo potest discer-
ni officium domini aliter enim
depingitur tabula aliter capella
in capella depinguntur gesta sa-
nctorum in tabula gesta fatuorum
ita modo qui mentem hominis
posset videre que est ornata
virtutibus diceret eam capel-
lam vel templum dei 1 Corinthiorum 3°
Nescitis quia templum
dei estis et spiritus sanctus habitat
in vobis ex quo arguit apostolus
sic Si quis autem templum
dei violaverit disperdet illum deus
templum enim dei
sanctum est quod estis vos

A Ioseph ad ostendendam mansue-
tudinem venit moyses

Qm̄ non mens humana spoliatur
virtutibus | et viciis deturpatur |
tunc fit taberna demoniorum
i Cor x. Nolo vos socios de-
moniorum fieri. In hoc quo loco mente
s. humana | habitat in civitate dei
secundum Bri | quia est celum-
suum | quod non sicut cetera
dixit ut fieret | sed pugnavit ut
acquireret | occubuit ut redimeret.
Solent enim homines maxima
laboribus edificata et perdita et iterum
acquisita multum diligere. 2° mens
virtuosa est locus gratialis illumina-
tionis | tota lux cognitionis hu-
mane ante dimat. Unde sicut
terra sine celo obscura est et opa-
ca | sic corpus sine mente | et
lux autem sapientie non in-
troibit in malivolam animam |
sed tantum in virtuosam. 3° est
locus ordinate delectationis ista
anima virtuosa. Unde Augustinus
decimo de civitate dei. diffinitio virtutis est |
quod virtus est ordo amoris.
Quarto celum est locus gau-
dii et consolationis | sed certum
tibi est gaudium nisi ubi est
virtus. ps v. Gaudete et exul-
tate | etc. quia merces vestra multa est
in celo. Unde Seneca in epistola 80
summum hominis bonum ipsa virtus
est | que nec prospera fortunata
et adversa superba incedit | cum
magno utriusque contemptu. Virtus
rectorem ducemque desiderat | sed
sine magistro vicia discuntur. Hec se-
neca. Unde idem de naturali-
bus questionibus libro vij° Difficilis
inventionis est virtus | ducemque
~~rectorem~~ desiderat | sed sine ma-
gistro vicia discuntur | et ~~tamen~~ tu
~~hoc quod fit inclinatio~~ ad vi-
cia | totus mundus nos docet |
ad virtutes vero pauci | et etiam ma-
gis recte quam modici. Unde

si in vitam antiquorum inspici-
mus | multos virtutum doctores
habemus. Gregorius primo mora-
lium c° vij°. Ad ostendendam inno-
centiam venit Abel | ad docen-
dam munditiam Enoch venit | ad
insinuandam longanimitatem spei
et operis venit Noe | ad manife-
standam obedientiam venit Abra-
ham | ad demonstrandam con-
iugalis vite castitatem venit
Ysaac | ad insinuandam labo-
ris tolerantiam venit Iacob | ad
respondendam pro malo bone
retributionis gratiam venit A
ad insinuandam inter adversa
constantiam venit Iosue | ad osten-
dendam inter flagella patientiam
venit Iob | sed ad exhibendum
omnium morum regulam venit filius
dei homo Christus Ihesus. fo 6a

Talia dixerunt in
inferno hij qui pe-
caverunt quoniam spes impii quasi
lanugo est que a vento tollitur |
et tamquam spuma gracilis
que a procella dispergitur | et tamquam
fumus qui a vento diffusus
est | et tamquam memoria hospi-
tis unius diei pretereuntis. Post-
quam sanctus propheta recitavit re-
proborum fassionem sive confes-
sionem | quam de sceleribus con-
fusibiliter fecerunt | tam in iudicio
generali quam de eorum poena
infernali in perpetuum | hic ponit
spei eorumdem confusionem et
circa hoc duo facit | primo ponit q2
dictorum recapitulationem | 2° eorum
confirmationem | 2a pars ibi Quoniam
spes impii | primo dicit quo sic
Talia dixerunt in inferno hij qui ta-
lia expressiva humane fragi-

litatis/condempnatiua p[er]fane p[ro]=
sp[er]itat[is] et extimatiua mundane
felicitat[is]. Dixerunt in in[ferno] suo/ et
non fuit/ quia in inferno nulla
est redempcio/ quia si talia cum
p[ene]nia confessi fuissent in vita/
fuisset eis confessio fructuosa
Talia igitur dixerunt in in[ferno] suo
hii qui peccauerunt .i. in p[e]c[ca]to final[ite]r
sine p[eniten]cia decesserunt/ et hec=
corum dicta sunt vera. Unde po=
sita replicacione/ ponit sequent[er]
eiusdem confirmacionem/ et specialit[er]
quantum ad vnum articulum s[cilicet]
de spe p[re]sentis felicitat[is]/ qua
mali hic dum viuunt/ quam
aut spei vanitatem ondit scilicet
spes p[er] quatuor exempla co=
parat enim spem sine prosperi=
tatem impiorum/ qui reputant
se felices p[er] voluptates et diuici=
as/ sine cultu dei et bonis mori=
bus/ quatuor rebus multum tri=
sitoris et parum valoris s[cilicet] flori
desiccato super herbas/ spume
congregate super aquas/ fumo
ignis/ et memorie hospitis vnius
diei. Quod sit/ talia dixerunt in inferno
hii qui peccauerunt/ et bene dixe=
runt/ quia spes impii .i. prosperi=
tas iniqua sperauit est tamquam
lanugo que vento tollitur. La=
nugo in proposito est illud quod
stat super capita quarundam=
herbarum flore desiccato/ et habet
similitudinem aliquomodo ad
lanam/ et ideo notatur lanu=
go ipsa lanugo que est sicca/ sta=
tim adueniente modico vento to=
llitur/ et relinquit extremita=
tem herbe q[uasi] caput rasum/ sicut
patet super florem mericatum
et desiccatum. Herba que notat=
dens leonis/ super capita car=
duorum similiter inueniuntur lanu=
gines vana et valde transitoria

Lanugo etiam secundum pap[iam] dicitur
p[ri]mi capillacio barbe/ sed non acci=
pitur sic hic. Secundo spes impii
est tamquam spuma gracilis que
a procellis dispergitur. Spuma sec[undu]m
Britonem dicitur a spuis spumis/
quia spuitur .i. extra proiciatur
est enim sordes vndarum. Unde
mustum et ea que coquuntur spu=
ma purgantur. Fit autem ex colli=
sione aquarum ad inuicem/ quare
spuma stans in superficie aque/
procella autem est repentinus=
impetus venti vel maris fluc=
tus/ vel tempestas pluuie.
Manifestum est autem quod
spuma congregata in superficie
aque/ facile dispergitur a procel=
la. 3o spes impii similis est
fumo/ qui statim a vento di=
ssoluitur. Fumus enim quanto
altius ascendit/ tanto magis
deficit/ et quanto magis diffun=
ditur et dilatatur/ tanto citius
dissipatur. Impius defici quasi ad fu=
mus defi. Quarto spes impii
.i. prosperitas seculi iniqua sperat
impiis/ est tamquam memo=
ria hospitis vnius diei p[re]tereuntis.
Hospes autem qui tantum vno
die manet in domo et statim
recedit/ cito traditur obliuioni
apud illos qui ipsum receperunt/
et alios continue nouos reci=
piunt. Mundus est quasi hospi=
tator/ qui nouos hospitatores
receptat/ et receptos emittit=
a domo. Eccl[esiast]es primo. Generacio preterit
et generacio aduenit/ terra autem
in eternum stat. Talis autem ho=
spitator multa facit/ primo vsum
domus et utensilium suorum
concedit hospitibus/ sed non
dominium. 2o idem frequenter ven=
dit diuersis/ mundat .i. cameram
et denudat/ ut hospes ornat

papiam
2o
b 3o
4o
b

paleas / et tunc recessit tamen tam
irato denudat / ut easdem pale-
as alijs denouo emat / 3° non
permittit hospitem suum emere
meliora extra hospicium suum /
Unde licet melius vinum meliores
auene et panis melior sit in
hospicio / quam in suo / non licet
hospitato illa comparare / sed post-
quam hospicium suum accepit /
quidquid necessarium est ab ho-
spite suo emat / Quarto hospi-
tator pulcherrimum vultum facit
in principio / et obedit prompte et
deseruit / sed in fine strictissimum
computum exigit / Quinto ho-
spitem recedentem et non re-
uersurum obliuioni perpetue tradit /
Ista quoque hospitator i. mundus fa-
cit ~~mundus~~ homini / Primum ut re-
rum mundanarum concedit homini
dominium / Unde nichil secum per-
mittit apportare / sed tantum cum
illis exibit / Iob v. / Sicut egressus
est nudus de utero matris sue /
sic reuertetur / et nichil aufert se-
cum de labore suo / miserabilis
prorsus infirmitas / quomo-
do venit sic reuertetur / Et prima Thimo. 6.
/ nichil intulimus in hunc mun-
dum / haud dubium quia nec au-
ferre quid possumus / 2° idem
successiue vendit diuersis / Sic
mundus eandem dignitatem /
idem officium / eundem statum
successiue vendit multis / 3° non
permittit aliud aliunde emere / Sic
mundus non permittit permittit
hominem gaudium celi emere et
delicias extra mundum quere-
re / licet sint meliores quam
ipse habeat / Non enim multum po-
nderat mundus quod homo largiatur
elemosinas / sed quod expen-
dat circa delicias et cetera

pompas / Unde Gregorius in mor-
ra° 13 Desiderium celestium
nesciunt / qui cor in voluptatibus
terrenis defigunt / Quarto fa-
cit homini quem intendit decipere
optimum vultum / sicut Christo Iu-
das fecit qui eum prodidit /
Unde Aug. in epistola quadam
ad dyoscorum et est epistola 68 mun-
dus iste periculosior est ~~tam~~ bla-
ndus quam molestus / et ma-
gis cauendus est cum se illicit
diligi / quam cum se amonet
cogitare contempni / Facit igitur
homini ad inicium / dat sanitatem
diuicias delicias et amicici-
as / sed in fine strictissimum com-
potum exigit pro expensis / Unde
Aug. in confessionibus / O ama-
tores mundi / cuius rei gratia mi-
litatis / maior non poterit esse
spes vestra in mundo / quam ut
amici sitis mundi / ibi quid non
fragile / plenum periculis / et per
pericula peruenitur ad maius
periculum / pereant ergo hec omnia /
et dimittamus hec vana et
inania / et conferamus nos
ad solam inquisitionem eorum
que finem non habent / Vita hec
est misera / mors incerta / subito
subrepit / et post hec negligencie
supplicia luenda sunt / Quinto
hospitem recedentem perpetue
obliuioni tradit / Eccl. ij / ma-
licia huius hoc / obliuionem fa-
cit luxurie maxime / et in fine
hominis denudatio operum illius
/ et Sap. 2° Nomen nostrum obliuio-
nem accipiet per tempus / et
nemo habebit memoriam
operum nostrorum / Dubitatur si alis
utrum dampnati in inferno
agant penitenciam de eo quod peccauerunt

In ista questione deficit fere medium

Ubi notandum quod penitens de peccato
est duplex, ipse et peccator, quod ipse
penitet de peccato qui detestatur
peccatum inquantum peccatum est, vel
inquantum est dei offensivum.
Peccatus non penitet quis tunc
aliquis amittit peccatum, sed penc se-
quentur peccatum, primo modo non agent
penitentiam, secundo modo agent pe-
nitentiam, unde vellent esse se
non peccasse propter dolorem quem
sustinent, non propter iustitiam
quam amiserunt etc. ps 68

68 Iusti autem in perpetuum
vivent et apud dominum
est merces eorum, et cogitationes
eorum apud altissimum. Post-
quam declaratum est qualiter reprobi
se habent in pena, hic ostendit qualiter
iusti se habebunt in gloria, et circa
hoc duo facit, quia primo describit
scilicet retributionem sanctorum, 2° redit
ad describendum malorum punitionem.
2a pars ibi et accipiet armatu-
ram. Circa primum duo facit. Nam
primo dicit quanta impii habent
securitatem, 2° quanta in futuro
accipient felicitatem. Secunda
ps ibi, et ideo accipient regnum.
Quantum ad primum dicit sic: Iu-
sti autem in perpetuum vivent
scilicet vivent in aeternam vita glorie, quia
prius vixerunt vita nature et
gratie, que vita consistit in nuda
dei visione Jo. 17 Hec est autem
vita eterna ut cognoscant te solum
verum deum, et quem misisti
ihesum christum. Vivent ergo sed in perpe-
tuum. Nec mirum dicit n. commen-
tator super librum de vita et morte
al' contra quod res in quibus durat[ur] mix-
tio ignis et aque sunt longioris
vite. In iusto autem est commixtio
ignis caritatis et aque pietatis et tri-

[bu]la-
tionibus, et ideo non est mirum si in
perpetuum vivent, quia apud deum
est merces eorum, quia qui servit
fideli et domino, certus est de merce-
de, qui autem infideli, frequenter
decipitur. Sed deus est iustissi-
mus dominus in ps iustus dominus
in omnibus, item iustus dominus
et iustitias dilexit, et ideo verum
est iusto dixit deus illud Genes.
15. Ego sum merces tua magna
nimis. De hac mercede dicit Au-
gustinus de verbis domini loquens
de deo: Domine, in quid promisisti
michi omnia bona tua, si autem
te da te solum et sufficit michi.
Per oppositum mali dominum defraudant
suos servientes de mercede con-
digna, et hoc est grave peccatum.
Quatuor n. quia in scriptura in-
venimus que dicuntur clamare
ad deum pro vindicta: oppressio pa-
uperum, clandestinum homici-
dium, flagitium sodomiticum,
defraudatio operariorum. De pauperum
oppressione et rapina pupillorum et
viduarum quomodo clamant ista ad
deum, dicitur Exo. 3 ubi dicitur
quod ascendit clamor filiorum israel
ab operibus ad deum. Sed inter omnes
oppressiones clamantes, maxime
videtur clamare oppressiones et ex-
torte exactiones facte contra vi-
duas et pupillos, que sunt pre ceteris in-
digentes auxilio. Unde signanter
dicitur Exo. 22 Vidue et pupi- 22
llo non nocebitis, si leseritis eos vo-
ciferabuntur ad me, et exaudiam
clamorem eorum. Secundo cla-
mat ad deum clandestinum ho-
micidium. Unde Genes. 4 Cum
cayn occidisset fratrem suum occidisset
abel, dixit ad eum dominus:
Quid fecisti? Ecce vox sanguinis
fratris tui clamat ad me de terra.

Tercio clamat vicium contra naturam
Gen. 19. Clamor sodomorum et gomor=
rorum multiplicatus est / et peccatum
eorum aggrauatum est nimis. Dicit
Augustinus 3° confess. ca° 8^uo
flagicia que sunt contra naturam /
ubique et semper detestanda sunt
atque punienda / qualia sodomi=
tarum fuerunt / que si omnes gen=
tes facerent / eodem criminis reatu di=
uina lege tenerentur / que non sic
fecit homines / ut se illo uterentur
modo / violatur quippe ipa socie=
tas / que cum deo nobis esse debet /
cum eadem natura cuius ille auctor
est / libidinis peruersitate polluitur
Quarto clamat ad deum prohi=
bita defraudacio seruientium siue
famulorum / quam multi in iusti
domini faciunt / qui mercedem de=
bitam certo tempore non persoluunt / et
famulos suos furari non compel=
lunt / quia iniqua erit famulus
fidelis domino / qui infidelem co=
piatur in retribuendo. De isto cla=
more Jacob v. Ecce merces operariorum
vestrorum qui messuerunt sege=
tes vestras / que fraudata est a vobis
clamat / et clamor eorum in aures
domini sabbaoth introiuit. Non
sit sedens hic ad hominem sibi
seruientem / sed mercedem semper
hic paratam. Ecc. xxx. Auditio dei
in mercedem iusti / et ira in hono=
nestis protegens suos fructifi
cat / et Apoc. ultimo. Ecce venio
cito / et merces mea mecum est /
reddere vnicuique secundum opera
sua. Est ergo merces sanctorum apud
dominum / et cogitaciones eorum apud
altissimum / quasi diceret / in nichil
perit de labore sanctorum / non sum=
mo verbum / ymo nec cogitatio / quin
totum erit perfecte redditum. Sap.
10. Reddet deus iustis mercedem
laborum suorum. Ecquo quo sumus
sicut serui vel operarii conducti
promerende recipienda / iuxta illud
Mt 20. Simile est regnum ce=
lorum homini patri familias qui
exiit primo mane conducere opera=
rios in vineam suam etc. usque
ibi. Redde illis mercedem / non
decimus esse ociosi / vita ista presens
est tempus operandi / et vita fu=
tura est tempus feriandi et sa=
batizandi i. requiescendi. Unde
qui modo uult hic sabbatum ha=
bebit in futuro tempus laborum
in quo laborabit in eternum / et vi=
uet ad hoc usque in finem. No=
tandum est secundum medi=
cos / quod crisis vi^a die contin=
gens regularis est ad malum /
vij die contingens est ad bo=
num accidentis. Unde Galienus
libro suo de creticis diebus / natu=
ram a^c dicta regi assimilat / 2 6^a
assimulat tyranno / et moralis per
in similitatem / labor vite presentis
in tercia in qua pro opera presenti laborare
tenemur. Luc 13. Sex sunt di=
es in quibus operari oportet. Debet
autem in finitate aliqui acci=
tare pro omnium sexta die / i. in
vita presenti / et sunt illi qui ocio
et quieti dant se totaliter in presenti /
sed ista crisis regularis est ma=
la. Nam qui hic opera presentis recu=
sant / in futuro opera pene eterne
persoluent. Leuit. 23. Omnis anima
que afflicta non fuit hac die /
peribit de populo suo / et per oppositum
qui hic tribulatur in operibus
presentis et propter eius vexantur /
quia per sex dies laborant / et in
septima die vite sue requies=
cunt. Exo. 31. Dies septimus
dies sabbati est / i. requies sa=
cra domino / et ecce tunc est perfecta requies
quia tunc cessabit perfecte ab
infirmitatibus et temptacionibus=
[illegible]

carnis mundi et dyaboli Io. 4. hora
septima reliquit eam febris et
qui sic arctitant sam sunt est
igitur moraliter septimus dies mac-
titando quasi tyrannus secundum
galienum quia illi qui delicijs et
quieti sedant in hac vita tar-
di se subiciunt tanquam sonitem
vocat Augustinus tyrannum
sed dies est varius rex sub quo
spus libertati donatur iuxta
figura dicitur Dan. 14. Rex ve-
nit die septimo ad danielem et
accepit eum de lacu leonum
Nos igitur qui in eadem speramus
opibus misterijs in vita preti-
ndeamus Ro. 4. Ei autem
qui operatur merces non imputa-
tatur secundum graciam sed secundum
debitum Narrat scotus Julius
primo libro ca. 13. qualiter Cirus
rex persarum animos suorum mo-
titum animavit ad pugnandum
primo in toto uno die eos in qua-
dam silva excidenda mirabiliter
fatigavit sequenti vero die preparavit
liberalissimas epulas inter quas
accessit ad eos et quesivit ab
eis quo die magis gauderent in
die scissionis vel epulationis illi
responderunt quod die secundo
tunc subiunxit per hoc innuit
ad illa perveniendum est Et ad-
didit Sic libi et vobis esse non po-
test nisi medeatis viatibus atque
ita eos ad cupiditatem plus co-
atavit Isto modo nobis indefes-
se cogitandum est quod ad eun-
dem vite eterne non possumus
pervenire nisi prelaboremus penitencie
filum enim peccatorum unde secun-
dus lignatur ut ac ob perconfessio-
nem surcide dic hanc vite si ve-
limus ad eternam vite eterne feliciter
pervenire Ie. 21. Remestat vox

tua a ploratu et oculi tui a lacrimis
quia est merces operi tuo ait dominus
Sed quia hec merces non nisi iu-
stis promittitur videndum est
quis sit vere iustus dicendus
describitur enim iustus Eze. 18.
sic Vir si fuit iustus et fecit iu-
dicium et iusticiam in monti-
bus non comedit et oculos su-
os non levavit ad ydola domus
israel et uxorem proximi sui non
violavit et ad mulierem men-
struatam non accessit et hominem
non contristavit pignus debi-
tori reddiderit per vim nichil rapuit
panem suum esurienti dedit et
nudum operuit vestimento ad u-
suram non accomodavit et
amplius non accepit ab iniquita-
te avertit manum suam et iudi-
cium verum fecit inter virum et mu-
lierem et in preceptis meis ambu-
lavit et iudicia mea custodivit ut
faciat veritatem hic iustus est vita
vivet ait dominus In ista de-
scriptione ponuntur xv gradus in
quibus iusticie continentur perti-
nentes ad deum et proximum et
ad seipsum si bene considerentur et ab
invicem si distinguantur ad quod
faciendum et ad quod fugie-
dum Auctas clara est Primus
gradus est facere iudicium et iu-
sticiam iudicium plenariam sui
reatus confessionem iusticia
per condignam satisfactionem ps.
fecisti iudicium et iusticiam
Sed quia forte non nulli faciunt
primam ut videantur ab hominibus
ideo secundus gradus est in
montibus non comedere In mon-
tibus comedit qui de altitudi-
ne honorum operum in delectando
gloriatur inaniter qualis fuit ille
phariseus de quo dicitur Luce 18.
Qui dixit gratias Domine gratias

dij
e
Iusticia

ago tibi quia non sum sicut ceteri
homines etc. Ieiuno bis in sabbato de-
cimas do etc. Inhuius figuram
legimus Gen. 31 quod laban in-
Iacob · vitavit Iacob ad comedendum
in montibus galaad super acervum
lapidum quod facit dyabolus
fugit hominem ut de altitudine
bonorum operum glorietur sed quia
non sufficit de peccatis preteritis
facere nisi sequatur penitenda
3a · non committere Ideo tercius gradus
est oculos non levare ad ydo-
la domus israel ydola sunt
peccata que a multis coluntur
Ad hec nec oculos levare de-
bemus per complacentiam de pec-
cato sed potius dicere cum propheta
4a · Averte oculos meos ne videant
vanitatem Quartus gradus est
uxorem proximi non violare proximus
proximus noster est christus Luc 10 Quis
tibi videtur proximus fuisse
illi qui incidit in latrones et
dicitur samaritanus qui ibi fi-
gurat christum uxor proximi est
anima humana qui igitur mala
doctrina vel malo exemplo
animam proximi corrumpit et
allicit ad peccatum hic moraliter de
statuat uxorem proximi violat
et in inimicum se esse declarat I
Cor 3 Quicumque templum
dei violaverit disperdet illum deus
5a · Quintus gradus est ad mulierem
menstruatam non accedere id est
malum in pluribus accedere hoc est
ad personam viciis infectam so-
cietatem non habere Levit 15
Qui tetigit menstruatam in-
mundus erit secundum legem
L. xviij · Ecclesiastici Qui cum sapientibus
graditur sapiens erit amicus
stultorum similis efficietur

et 10 in prophetis Cum sancto sanctus eris etc.
Menstruata mulier inficit spe-
culum et maxime novum sicut
dicit Aristoteles de sompno et vigilia
sic mala persona in sua peccato in-
ficit hominem quantumcumque pu-
rum per malam societatem et
maxime iuvenem Sextus
gradus est hominem non
contristare per iram et inpaciam
quod non faciunt pacis perturbatores
batores in te prius contra Eccli 13 Omne
animal diligit sibi simile Exo
22 Advenam non contrista-
bis neque affliges Et Roma 12
Si fieri potest cum omnibus homi-
nibus pacem habentes Septimus
gradus est pignus debitori
reddere Ille pignus debitori red-
dit qui iniuriam sibi factam
omnino ex animo dimittit Exo
22 Si pignus a proximo acce-
peris ante solis occasum redde
illi hoc est si quis te offendit
statim quantum ad rancorem
reddes ei Ephes 4 Sol non oc-
cidat super iracundiam vestram
Octavus gradus est per bonum
nichil rapere moraliter non solum
rapina corporalis in isto intelligitur
sed spiritualis est enim rapina
triplex scilicet carnis glorie et pecunie
gloriam rapiunt superbi a deo qui
dicit Thi 1 Soli deo honor et gloria
et Ys 42 Gloriam meam alteri
non dabo Et Ys 61 Ego dominus
odio habens rapinam in holocau-
sto id est vanam gloriam ex bonis
operibus Carnem rapiunt luxuriosi
quorum figuram filii Beniamin
qui interpretantur filii
animi rapiunt sibi uxores
de virginibus choros ducentes
in silo Pecuniam rapiunt avari

vs 3° rapina pauperis in domo vestra
et pau[peris] rectitudo alii diuidunt propria
et ditiores fiunt / alii rapiunt
aliena et semper in egestate sunt /
quia rapaces fiunt semper ma-
lediccionis 1 cor. 6 neque rapaces
regnum dei possidebunt. Nonus
gradus est / esurienti panem
dare / non sufficit non rape[re] / ymo
oportet alteri indigenti liberaliter ero-
gare ys 58 frange esurienti
panem tuum. Decimus gradus
est nudum cooperire vestitu. nudus
quicumque virtutibus et gratia caret
unde anima in sui creatione est sicut
tabula nuda et rasa in qua nichil
depingitur / 3° de anima / ys 58
cum videris nudum operi eum
Undecimus gradus est ad
usuram non accomodare ps. quo-
modo coniugium est quod de . 10
ad usuram comodat / qui pene
etiam se obligat propter momen-
taneam oblacionem / sicut patet
in glosa super p illud ps / con-
surrexit et in iquitate. Duodecimus
gradus est ab iniquitate auertere
manum suam / hoc est animum
et ponit effectus pecuniarum / quia ubi
aliquis accrescit munera, ibi quilibet fit
iniquitas / Unde ps Dextera eorum dex-
tera iniquitatis / et quare dicit
quia dextera eorum repleta est mu-
neribus. Tercius decimus gradus
est iudicium verum facere inter
virum et virum vicinum suum / et istud est
non solum contra malos iudi-
ces in publico / sed etiam contra
malos iudices in occulto / sicut
faciunt suspiciosi in vidi et de-
tractores / isti auferunt quasi
dyadema de capite dei. Sibi
n. conuenit solummodo iudicium de occul-
tis / Job 19 Spoliauit me gloria
mea / abstulit coronam de capite

mea. 14 gradus est in preceptis dei
ambulare / proficiendo de virtute
in virtutem. Quintus decimus gradus
est iudicia dei custodire / ut faci-
ant veritatem / hoc est penitentiam
tiam habere fidelem / et qui ista
quindecim habent iustus est et ta-
dem ad vitam ubi iusti in perpe-
tuum viuent deducetur. l 69 lco 69

Ideo accipient regnum decoris / et diadema

speciei de manu domini / quoniam
dextera sua teget illos / et brachio
sancto suo defendet illos. De-
clarato qualem iusti habent in presenti
sanctitatem / hic declaratur qualem
in futuro habebunt felicitatem /
et dicuntur de eis quatuor in
presenti lectione / scilicet quod donabuntur
in honore / coronabuntur cum
decore / conseruabuntur sub bo-
no tutore / deffensabuntur ab omni
timore. De primo dicit sanctus
spiritus / quod iusti in futuro tam
to quali iudicio donabuntur in
honore / quia accipient regnum
decoris / quia cum anima beata op-
tinebit perfectum regnum super
corpus gloriosum. clarum. sub-
tile. et agile. ac impassibile / tunc
erit anime gloriosum regere corpus
suum / quod tamen modo est
valde tediosum / quia dicitur sap 9
corpus quod corrumpitur aggra-
uat animam. Et io regnum
anime super corpus erit tunc
temporis regnum decoris / quia anima
humana subiecta erit perfecte
voluntati dei / et corpus volun-
tati anime. mt 6. Adueniat
regnum tuum / fiat voluntas
tua sicut [illegible] nondum / quod regnum
decoris est celum / regnum timoris

Nota

Nota quatuor genera hominum regnum celorum possidentium

mundus regnum horroris in fine b=
Celum namque est regnum de-
coris et glorie. Psalmus. Gloriam
reg. tui d. et po. tuam loquentur
ut no. fa. fi. ho. po. tuam et g.
mag. reg. tui. Et Job. Gloria celi species
stellarum. Et mt xi. Regnum celorum
vim patitur et violenti rapiunt
illud. Unde Au. in floribus libro
9 ca. 16. Quatuor sunt qua-
si homines regnum celorum posside-
ant. Alii violenter rapiunt. Alii
mercantur. Alii furantur. Alii com-
pelluntur. Ad illud rapiunt qui
relinquunt omnia et secuntur xpm.
Sunt alii in fidelis gradus qui
emunt spiritualia et seminant car-
nalia et dicuntur mercatores. Sunt
alii qui non nulla bona faciunt
occulte et hii furari dicuntur quia
laudem humanam vitantes
solo divino testimonio sunt contenti.
Illi autem qui compelluntur sunt
pauperes necessario quos sicut ignis
paupertatis probat deo dispensa-
te. De quibus dicitur Luc. 14. Com-
pelle eos intrare. Compelluntur n.
variis compulsionibus et necessita-
tibus afflicti. Hec Au. Secundo
mundus iste est regnum timoris
mt 24. Surget gens contra ge-
ntem et regnum adversus regnum et
erunt pestilentie et terre motus
per loca plurima. Istud regnum con-
tempsit xpus qui fugit ab ho-
minibus qui eum regem facere
volebant sicut patet Jo. 6. Et Jo.
18. cum dixit. Regnum meum
non est de hoc mundo. Et quod istud
regnum timoris est regnum sicut
declarat Boecius 3o de consol. prosa va
alludens historie de dyonisio Sicilie ty-
ranno. Sextus inquid sortis
sue periculum tyrannus cum me-
tus pendentis sup. verticem gladii
timorem simulat. Narrant historie plu-
rimus narrat Macrobius de somp-
no Scipionis libro primo. Dioni-
sius inquit aule sicule incle-
mentissimus incubator famili-
ari quodam suo bonam esti-
manti vitam tirannum nolens
quam spectus metu quamque impe-
dentia plena esset periculorum
ostende gladium vagina raptum et
a capulo de pilo equino pende-
tem mucrone dimisso iussit fa-
miliaris illius capiti inter epu-
las imminere. Cumque ille inter
siculas et tyrannicas copias peri-
tus mortis periculo gravaretur
talis est inquid Dyonisius vita
quam beatam putabas. Sic mor-
tem nobis semper imminentem
videmus. Estimo quo felix esse
poterit qui timere non desinit.
Istud bene advertit ille nobilis
triumphator romanus cypus. De
quo narrat Ovidius 15 metamorphoseos.
Cipus ille veniens
de bello magno pro romanis pug-
navit et triumphum habuerat
subito sic a casu respexit in
undam deprehendit quod faciem
suam esse cornuta. Estimans
autem se esse illusum per yma-
ginem in aqua manum ad caput
posuit et in fronte cornua sibi
tetigit statimque sacrificans diis
suis in testimoniis hostiarum
misit prophetam inquirens quid istud
prodigium designaret. Propheta
vero nomine Tages considerans
et consulens respondit diligenter
quod statutum erat quod si in-
traret muros urbis romane
rex fieret romanorum prose et suis
successoribus metuens. Unde di-
xit sibi sic. Rex ait o salve
t. cum et tue tuis quod hic locis
et latie parebunt cornibus

latie i. latine
arces eu
latius a ...
latia ... latiores i. ytalia
...

xvi

artes In modo rumpe moras/ por-
tas quoque intrare patentes/ prospera
sunt fata iubent frangeque urbe re-
ceptus Rex eris/ et semper tutus
poteris regnum retulit ille pedes/
torquatque a menibus urbis a-
uertens faciem/ procul hec procul
omnia dixit Talia dii pellant/
multo quoque est melius esse Consulaga/
quam me videant capitolia rege
uti dixit/ quod audito nuncio prophetie/
quod futurus esset rex romanorum
si urbem intrasset/ statim auertit
faciem torno uelut a ciuitate/ et
cepit redire et fugere a ciuitate/ ro-
gans deos ut talia fata procul-
pellerent ab eo/ asserens se malle
consulare semper/ quam dyadema
suscipere et ciuitatem intrare Sta-
tim ergo misit pro patribus et pro
senatu romano/ ut ad eum extra
ciuitatem venirent/ et facto mo-
ticulo de terra optisque coriis [?] co-
na declarato/ alloquebatur romanos
in hac sententia Vos inquit patres con-
scripti viuis in hac multitu-
dine quam videtis/ quem nisi
ab urbe via repulissem/ fieret rex vester/
et sicut nobis dicit propheta Dabit
regulas familiares et onera serui-
tutis/ et iam dudum intrasse
potuit/ nisi ego impediuissem/ quis
autem sit/ non dicam nomine
sed signo Ille est qui cornua in
fronte gerit/ populus motus quis
est ille et quilibet respexit fronte
alterius/ tunc Cipus dixit ad populum
Ecce inquit quem queritis habetis/
et statim populo respiciente dissoluit
coronam de capite/ et cornua eis
ostendit/ quo viso omnes supra
modum doluerunt/ et cum irato
fecerunt coronam capiti imponere
et quia muros ciuitatis intrare
nolebat/ tantum sibi de terra dede-
runt/ quantum ad unum aratrum

circumiungere potuit uno die/ Sic ergo iste
patriam ciuitatis maluit quam vi-
tam suam/ Unde metrice alia dixit sic
Ille quidem potuit rumpere por-
tas sed nos obstitimus/ quamuis
quicquid ille Nemo mihi est/ nos
urbe virum prohibere/ queritis aut
si dignus erit grauibus vicissitu-
tudinibus aut finire motum fatali-
morte tyranni/ Est ergo regnum
mundi regnum timoris Unde Vale-
rius libro 6. cap. 2. Rex inquit so-
tilis iudicii/ quem ferunt sibi
traditum dyadema/ prius quam
capiti imponeret diu retentum con-
siderasse et dixisse O nobilem ma-
gis quam felicem pannum/ quem
si quis penitus cognosceret/ quam
multis sollicitudinibus periculis
et miseriis sit refertus/ nec humi
iacentem tollere vellet 3o in suo
est regnum horroris sine doloris/
ubi dominatur ille tyrannus/
qui est rex super omnes filios
superbie Job. 41. Ubi nullus ordo sed
sempiternus horror inhabitat/ Job. x.
tanquam horrori nichil super terram
potest comparari Capitulo primo Non est
inferiorum regnum super terram
supra in superficie terre/ sed terra centra
Non ergo hoc tercium regnum nec
secundum/ sed primum accipient
sancti/ et ideo dicabuntur in ho-
nore/ quia accipient regnum
decoris Secundo coronabuntur
cum decore Unde subiungit et ac-
cipient dyadema speciei de ma-
nu domini Dyadema est corona
regia/ et dicitur a dya quod est duo
et demo demis/ quia duo demit
scilicet principium et finem/ et est
proprie de auro et de lapidibus
preciosis/ Unde Ugwicio est sertum clari-
que corona pontificalia/ rex gestat
dyadema vel imperator/ et est
hic sequentes per metrum i. impa-

tor. Et etc btitudo sanctorum bn
vocatur dyadema Duo n. mala
patiuntur impii s. culpam et
penam, que duo et penitus ce-
ssabunt Denique et in anima ig
norantiam, et in corpe corrup
tionis pen. Unde de quolibet
iusto pt exponi illud psalmi
s. aliam translationem, sup te ipm
efflorebit dyadema meum. Ubi
nra translatio ht sanctificatio-
mea. Et ysaie 62. Eris corona
glorie in manu domini et dya
dema non accipient de mani-
bus alicuius aut angeli vel archan-
geli, sed de manu domini id e
de xpo. Quia manus dni dicit
quia dominus pat omnia opat
p filium. In ps. Fiat manus tua
ut salvet me, quoniam man-
data tua ele., vel de manu dni
de ptate mediataria xpi. Tercio con-
servabuntur sub bono tutore et
ideo subdit Quoniam dextera tua
teget illos. Dextera pars in omni ania-
li fortior est sinistra et dignior,
ut dicit Ar. primo de animalibus
et 2o de celo. Dextera igitur domini
sancti protegentur, quia subeius
omnipotencia requiescunt. Unde
dicit Aug. prosolo 27. De ptate
bonorum. Si potestas queritur, omni-
potentes erunt volumtate sue
sicut deus. Nam sicut deus po
tit omnia que vult per se ipm, s
ita poterunt illi quid voluit
p illum, quia sicut illi non aliud
volent quam quod ille volet,
ita ille volet quidquid illi volet.
In ps. Et enim illuc manus tua
deducet me, et tenebit me dextera
tua. Quarto deffensabuntur
ab omni timore, et ideo ultimo
subinfert, et brachio sancto suo
defendet illos. Brachium dei
patris et dicit xpus ys. 43. Do

mine quis credidit auditui nro
et brachium dni cui revelatum
est. Non solum autem xpus d-
brachium patris, sed brachium
nrm, si summus dnm corpus tn
deo pcaritatem ys. E33. Domine
miserere nri te n. expect. esto brach.
n. in mac. et sa. n. in tempe
tribulationis. In isto brachio est
una minutio una tinctio una sum-
tio. Prima est quod in brachio fit
minutio sanguinis ptotius
corporis sanitate ps. n. sana mi-
num penitatone pris in fine.
In toto autem corpe quis huma-
ni non fuit aliqua ps tota pfec
sana, nisi istud brachium nrm
xpus. Et ideo in ipo fuit minu-
nutio ptotius ecclie sanitate.
In ps. Salvavit sibi dextera eius
et brachium scm eius. Istud
brachium talescens fuit pmotu
et igitur pmotum est itiner tri-
ginta trium annorum in quo spacio
frequentius legis cum fatigatum
p ignem uero cum in imminente
tempe passionis extenderunt
eum iudei facibus et lateribus
fuit ligatum brachium in fla-
gellatione, fuit profunde per-
scisum in lancea. Gabuit ta-
men valde malum potum
in sua minutione, quia in ps.
dicitur Dederunt in escam mea
fel, et in siti mea potaverunt
me aceto. Datur enim potus
hominum minuto, ut sanguis
fervens excitet et sanguis
suus fuit nobis medela sa-
lutis. Unde Augustinus effu-
sus est sanguis medici et fa-
ctus est medicamentum fre-
netici. ps. Redemisti in brachio
tuo po. tu. filios ia. et ioseph.
Secundo in brachio isto est

ma tuacis in quo solo inimicos -
nos premimus vultu non operibus -
virum est mirandum nec sufficiens
satisfactio proprijs meis nisi virtute
ipsius brachij tueatur Contra -
quod nichil possunt omnes adver-
sarij mei ps In brachio virtutis
tue dispersisti inimicos tuos et
Sap virtuti brachij tui quis re
sistet Tertio in brachio isto est
nostra firmacio ys 40 in brachio suo
portabit agnos et in sinu suo
levabit fetas ipse portabit quasi di
ce in die iudicij quando dividet
bonos a malis sicut pastor se-
gregat oves ab hedis tunc agnos
portabit id est innocentes accep-
tabit et hoc brachio suo quia
semper innocentes non habentes
usum liberi arbitrij per solam -
munitionem huius brachij salva
buntur et in sinu suo levabit
ducens eos in celum et fetas sibi
portabit id est acceptabit sicut ps secun-
das nuptias non solum innocen-
tes vero etiam penitentes omnes
salvabuntur non virtute propria sed
in isto sancto brachio Unde ps
brachium eorum non salvabit
eos sed dextra tua et brachium
tuum et illuminacio vultus tui
quoniam complacuit in eis Secundo
Et accipiet armaturam
zelus illius et arma-
bit creaturam ad ultionem inimi-
corum Induet pro thorace iusti-
ciam et accipiet ~~et accipiet~~ pro
galea iudicium certum et assumet
scutum inexpugnabile equita-
tem Acuet autem diram iram
in lanceam Postquam supra ps
declaravit futuram bonorum re-
tributionem hic redit ad declaranda
futuram malorum punitionem Et circa
hoc tria facit Nam primo describit
iudicis adventum in expug-
nabilem apparitionem 2º creature
suam consequentis intollerabi-
lem cooperationem ibi et pugnabit
cum eo 3º finis inditi indi-
spensabilem executionem ibi contra
illos stabit spiritus virtutis Circa primum
duo facit primo tangit quo ar-
mabitur in generali secundo exprimit
maliciam magis in speciali ibi Induet
et circa primum dicit tria primo
quod armabit se ipsum 2º quod
summum exercitum 3º ostendit ad
quem effectum 2m ps ibi Et
armabit 3 ibi ad ultionem Circa
primum est advertendum quod
quia homines volentes se ~~ad~~
vindicare de inimicis communiter
solent armari Ideo xpm ve-
nientem ad iudicium descri
bit hic sanctus sicut tamquam
hominem armatum ut ondat
in eo securitatem et sufficientem
potestatem quia sicut armatus
ledere potest inermem et non ledi
ita xpus reprobos puniet nec
aliquo poterit impediri Dicit
ergo quod accipiet armaturam
zelus illius id est xpus zelans
admodum zelantis et offensi se
habens accipiet arma In primo
non adventu venit mitis et in-
ermis Mt 21 Ecce rex tuus
venit tibi mansuetus et bo
~~ni bene~~ inermis quia videlicet in carne
mortali et passibili venit ideo
potuit vulnerari ys 43 Vulnera-
tus est propter iniquitates nostras
Sed in secundo adventu ve-
niet cum talibus armis videlicet
in carne impassibili et immor

talis quod omnino iudicari non poterit. Hec .21. Videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate, et tunc non parcet, quia pro .vi. zelus et furor viri non parcet in die vindicte. Secundo dicit quod non solum armabit scutum, sed etiam summum creatorem. Unde subdit: quod armabit creaturam, dando scilicet tam angelis bonis quam hominibus virtutem et voluntatem acceptandi illud iudicium, et penam faciendi in reprobos. Et .ii. omnibus bona concordes in sententia cum Christus illa die, sine una et contra aliqua inimicis exhibenda, et ideo 3° subiungit ad quod est iudex cum exercitu marchis ad ulcionem in inimicos. Ille .ii. qui modo est pater misericordie cit tunc temporis deus ultionum. In psalmo Deus ultionum dominus. Deuteronomio .v. li. ergo et deuteronomio .32. mea est ultio et ego retribuam eis in tempore. Consequenter describitur ista armatura in speciali quantum ad duo, primo quantum ad arma deffensiva, 2° quantum ad arma invasiva. Arma non deffensiva specificantur hic tria, scilicet lorica, galea et scutum. Quantum vero ad arma invasiva non specificatur nisi unum, nisi unum genus armorum, videlicet lancea. Dicit ergo sic: induet pro thorace iustitiam. Thorax secundum papiam armatura est et ad partem corporis que est pectus, et ad munimentum militare quod dicitur latine lorica. Induet ergo Christus pro lorica iustitiam. Ysaias: Indutus est iustitia sicut lorica. Sicut enim lorica ex circulis ferreis sibi invicem connexis componitur, ita iustitia dei ex legibus et preceptis

divinis sibi invicem sine contradictione concordantibus constituitur. Sequitur: Et accipiet pro galea iudicium certum, quia sine quocumque errore iudicabit. Proverbiorum 16. Divinatio in labiis regis, non errabit in iudicio os eius. Sumet scutum inexpugnabile equitatem, et in psalmo iudicabit orbem terre in iustitia et populos in equitate. Istud iudicium appetunt sancti, in quo pro dicit psalmus: Apprehende arma et scutum, et exurge in adiutorium mihi. Sequitur: Acuet autem duram iram in lanceam, hoc est in vindictam pungentem, per suam dampnationis contra malos. Job .16. Circumdederunt me lanceis suis, et vulneraverunt lumbos meos, et dicitur ira dei tunc temporis dura, eo dicam ut quam econtra modo, que est mitis et suavis. In psalmo Iratus es et misertus es nobis. Et Abak. 3°. Cum iratus fueris misericordie recordaberis. Circa sententiam hic tactum est quod boni tam angeli quam homines sine compassione adversus eos reprobos assistent in iudicio. Dubitatio talis potest esse: utrum boni post diem iudicii gaudebunt de penis dampnatorum, et videtur quod non, quia quod vitiosum est in viatore, non debet poni in comprehensore. Sed hoc est maxime vituperabile in viatore, quod letetur et gaudeat de penis aliorum, ergo etc. Item compassio procedit ex caritate, ergo ubi est maior caritas ibi est perfectior compassio, sed in beatis est summa caritas, ergo perfectissima compassio, ergo non gaudebunt de eorum penis. Contra: beati erunt summe deo confor-

Questio utrum boni post diem iudicii gaudebunt de penis dampnatorum

mes / sed deus non delectatur de pe-
nis inimicis / ymo compatitur nobis
quia misericors dicitur / ergo similiter sic
habebunt boni ad dampnatos
Item in bonis nullum odium erit /
sed ad odium pertinet gaudere de
malo alterius / non ergo gaudebunt
de penis dampnatorum / Ad oppo-
situm est psalmus letabitur iustus
cum viderit vindictam / Ad istam
dubitacionem respondet magister summarum
capitulo ultimo quarti libri / allegans
glossam in quadam omelia super lucam / et
quod eciam dicitur apud eum in textu /
non suscitat beatitudinem aspecta
pena reproborum / quia ubi iam
compassio miserie non erit / minuere bo-
norum leticiam non valebit / et
licet iustis sua gaudia sufficiant
ad maiorem gloriam / videbunt tamen
penas malorum / quas per dei gra-
ciam euaserunt / et hoc est quod
dicitur ysaie ultimo Erunt usque ad
sacietatem visionis omni carni
i. electis / notant tamen doctores quod
aliquid potest esse materia gaudii
dupliciter / uno modo per se / alio modo
per accidens / ad mentem vero in penis
autem malorum est duo con-
siderare / scilicet ipsum nocumentum
malis illatum / et ordinem divine
iusticie secundum quem iustum
est eos sic puniri / primo modo non
gaudebunt boni de ~~bonis~~ pe-
nis dampnatorum / sed secundo modo
tantum / Unde per se loquendo divina
iusticia et eorum liberatio sen-
cacio de penis illis est materia gau-
dii bonorum / sed ipse pene per
accidens tantum / Ad primum di-
cendum / quod laudabile est in
viatore quod delectetur in penis
malorum patitur / inquantum iuste
puniuntur / viciosum autem est quod
letetur per se loquendo de penis /
Ad 2^m dicendum / quod compassio est
boni / qua quis desiderat malum
ab aliquo repelli / quando autem
malus est in statu tali / quod sua
pena potuit ab eo repelli vel re-
moveri / tunc ex caritate procedit
compassio / ideo quantumcumque homo sit
malus in presenti / quia tamen est in
statu in quo potest corrigi et fi-
dignus carencia illius pene / ideo
potest iuste pendere procedere ex cari-
tate / bonorum compassio ad eos / Sed quia
dampnati sunt extra statum
illum / in quo possunt fieri boni
ideo ex caritate bonorum / nulla
compassio ad eos oritur / quia talis
compassio esse non posset sine
preiudicio divine iusticie / Ad 3^m di-
cendum / quod deus per se loquendo
de penis nostris non delectatur / sed
per accidens / sicut delectatur de operibus
suis / iustus similiter compatitur
et est misericors pro statu isto in quo
possunt corrigi / non in illo in quo
dampnati nunquam possunt emen-
dari / Ad quartum patet ex predictis / quia
quia gaudere de malo dampnati
~~non erit odium~~ quia iuste est
sibi inflictum / Nota quod sicut
iustus in deo / corpus armabitur
moraliter lorica et galea scuto et
lancea / ita et nos in presenti / Unde
apostolus ad ephesios / Induite vos ar-
maturam dei / ut possitis resistere
adversus insidias dyaboli / Arma autem
sunt ista quatuor virtutes car-
dinales / 2^a corinthios 10 Arma enim
milicie nostre non sunt carnalia
sed potencia a deo / ad destructionem
municionum / est ergo iusticia quasi
lorica / temperancia quasi galea / scu-
tum paciencia / lancea prudencia /
Tunc enim in presenti operari et pugna-
re simul et semel / ut simus edifi-
catores et pugnatores / sicut fuerunt
iudei de quibus Neemie 4 Media
pars parata erat ad bellum / et la-

Margin notes: i / sic / videlicet materiam / Ad 3^m / Ad 2^m / Ad 1^m / videlicet / Ad 3^m / Ad 4^m / : / alterius / quia est malum suum / est actus odii / non autem gaudere de malo alterius / e / deo

gladium

ensa et scuta arcus et loricas / una ma-
nu faciebant opus / et alia manu
tenebant gladium. Refert Vegecius
de re militari libro secundo capitulo 8.
De quodam consule Romanorum /
quod ista cautela contra primum co-
mitum usus est. Cum enim quendam
comitatum duxisset / de quo non
multum confidebat / elegit sibi
comitatum alium fortissimum et
fidelissimum / et illum reposuit
secum in castris et in tentoriis suis /
primum vero comitatum suum misit
procedere / et fecit apud eos procla-
mari quod vel eligerent pugnare
cum hostibus vel cum civibus.
Illi vero considerantes quod necesse
oportuit eos pugnare contra bo-
nos vel contra malos / elegerunt
cives dimittere / aggressi vero sunt
hostes / et victoria potiti sunt. Moraliter
deus habet demones hostes suos /
contra quos misit unum magnum
comitatum / totum scilicet genus huma-
num. Unde Ephesios vj. Non est no-
bis colluctatio adversus carnem
et sanguinem super terram / sed ad-
versus principes et potestates / adversus
principes mundi rectores / contra
spiritualia nequitie in celestibus / et
quia vult quod nos mittamur ad
pugnandum / elegit sibi unum
alium comitatum fortem et fidelem /
scilicet comitatum bonorum angelorum / et hunc
comitatum secum retinuit in castris
et in comitatu nostro id est in ecclesia mili-
tante misit proclamari / quod
eligamus unum de duobus / aut
pugnare contra demones hostes
nostros vel contra bonos angelos
cives nostros. In hoc ergo bonorum perligamus
pugnare contra demones hostes
nostros. Sed contra ipsos potestate ergo succincti
lumbos nostros in veritate / induti
lorica iusticie / et calciati pedes in
preparatione evangelii pacis / calciate pedes
est per exempla sanctorum qui mor-

[F]

tui sunt affectiones nostras innue-
re. Secundo comparatur quidem
galee / sicut enim ad literam galea
protegit caput in quo sunt omnes
sensus / ita comparantia in cibo et
potu facit hominem habere bonum
caput et sensum sanum. Ysaie
49. Galea salutis in capite eius.
Tertium est patientia sive fortitu-
do. Trenorum 3º. Dabit eis scutum
cordis laborem tuum id est patientiam /
qua sustineat forti cordis labo-
rem propter te. Quarto lancee
prudentia / homo enim per lanceam
inimicum et repellit procul a se /
ita homo prudentia illa que
sunt procul videt / prudet / et occurrit
eis quia rerum eventus prudentia
metitur 2ª 2ᵉ q. 6. Unde in galeis
polite lanceas / induite vos lo-
ricis etc. // Lectio ci Lectio ci

Et pugnabit cum illo
orbis terrarum contra

insensatos / ibunt directe emissiones
fulgurum / et tamquam habe-
ne curvato arcu nubium exter-
minabuntur / et ad certum locum
insilient / et a petra ira plene
grandines mittentur / et excande- (vel ex)
scet in illos aqua maris / et flu-
mina concurrent duriter. Post-
quam Salomon descripsit ipsi iudicis
adventum admirabilem in-
expugnabilem patronem / hic de-
scribit creature eum consequentis (vel obsequentis)
intollerabilem cooperatorem / ubi
notandum / quod sicut deus
omnia creavit propter electos / ita
omnia movebit suo modo ad
vindicandum se de reprobis.
Unde sicut omnia elementa
serviunt hominibus / ut ipsi deo
serviant / ita servient deo ut
de reprobis qui ei servire nolunt

ultionem accipiant/ et quia omnis
creatura corporalis infra celestes
orbes continetur/ ideo primo insi-
nuat conclusionem in generali/ secundo
cum magis manifestat in speciali
ibi/ z/ sunt directe/ quantum ad primum
dicit sic/ et pugnabit cum illo/
quasi dicit/ non solum corpus in-
deo in iudicio apparebit sic arma-
tus lorica iusticie et galea iu-
dicii certi/ et sic de aliis/ de quibus
in hesterna lectione dictum est/ ymo
pugnabit cum illo orbis terrarum/
i. omnis motus circa terram Luc
21. nam virtutes celorum mo-
uebuntur/ vel ipsimet orbis ce-
lorum i. spera terre/ et hoc contra
insensatos/ reprobi uocantur
insensati/ non quia sine sensu
sunt/ sed quia sua discipline et
voluntate deo serviendi ca-
rent/ Sap 12 Tamquam pueris
insensatis iudicium in derisum
dedisti/ de ista pugna loquens
Crisos super illud Matth 24 Virtu-
tes celorum mouebuntur/ dicit
sic surgente rege celi iudicare
viuos et mortuos/ virtutes an-
gelice mouebuntur terribiles in tam
terribilem dominum presentes/ Et in sicut
dum pater familias moritur/
domus et familia turbatur
et plangit/ et nigris vestibus
induitur/ sic humano genere pro quo
facta sunt omnia celi sine co-
sutis corpora celestia lugent/ et can-
dore deposito tenebris indue-
ntur/ hec Crisos/ Quam terribil
erit et hec pugna corporalium
creaturarum contra mundum in-
minente iudicio/ describit in
speciali per quatuor ex parte coruscati-
ones fulgurum/ per inundaciones
nubium/ perturbaciones grandinum/
per elevaciones marium Quantum

ad primum dicit sic/ ibunt directe
emissiones fulgurum/ fulgur
est vapor igneus/ et expulsus
a nubibus/ sicut dicitur 3° metheororum
Unde per emissiones fulgurum
intelligit sanctus spiritus in ppo-
sito generale mundi conflagracionem per
quem fiet purgacionem de qua dicetur
in psalmo ignis ante ipsum precedet/
et in circuitu ciuitas eius de qua confla-
gracione qualis erit etc in debito
in dubitatione/ Quantum ad 2m
scilicet quomodo creatura pugnabit
contra reprobos dicit sic/ et ta-
quam habente curvato arcu nu-
bium exterminabuntur/ i. sicut
bene fuit curvatus arcus nubium/
i. iris in diluuio aquarum tem-
pore/ quando omnes mali fue-
runt submersi per inundacionem
diluuii/ ita fiet in iminente
iudicio/ quod omnes reprobi
exterminabuntur/ et tamen iusti
saluabuntur illesi/ et reprobi ce-
ad certum locum insilient scilicet
ad infernum/ 3° describit qua
terribilis erit illa pugna crea-
ture corporalis per exemplum
de perturbacione grandinum/ et
quantum ad hoc sic dicit/ quod scilicet
plene grandines mittentur a pe-
trosa ira/ plene grandines id
est ponderose in creaturas/ quod
faciet iudex quando dicet
Esurivi et non dedistis michi
etc Matth 24 mittentur a petro-
sa ira illa vindicta per Deg. prima
Cor 10 petra autem erat Christus
Quarto exprimit pugna crea-
ture contra malos per elevacionem
marium/ In psalmo mirabiles ela-
tiones maris/ et quantum ad
hoc dicit/ excandescet in illos
aqua maris/ et flumina concur-
rent duriter/ et vi. hic primum tange

de illis 15 signis que Jeronimus dicit
se repisse in analibus hebreorum
que sunt ista. Primo die omnia
maria exaltabuntur 15 cubitis
ultra montes orbis terrarum non effluencia
sed sicut muri stabunt. Secundo
prostuent in profundum ita ut vix
vix videri poterunt. 3° regredie-
tur in antiquum statum. Quarto
omnes belue et animalia que
moventur in aquis congregabuntur
super pelagus in vicem mugien-
tes more contentionis. Quinto
omnia volatilia celi congregabuntur
in campis et omnes in vicem la-
mentantes nichil gustantes nec
comedentes. 6° flumina ignea
surgent ab occasu solis contra
faciem firmamenti usque ad ortum
currencia. Septimo omnia sidera
errantia et fixa surgent spargentia
ex se igneas comas sicut come-
te. Octavo die erit tantus terre
motus ita quod nullus homo
possit stare sed omnia edificia
prosternentur. 9° omnes lapides
tam parvi quam magni in quatuor
partes se dividentur una pe-
tra aliam collidente. Decimo
die omnes plante sanguineum
fluent rorem. Undecimo omnes
montes et colles et edificia in
pulverem redigentur. Duode-
cimo omnia animalia veni-
ent ad campos de silvis et
montibus rugientia et nichil
gustantia. 13° omnia sepulchra
ab ortu solis usque ad occasum
patebunt cadaveribus ad resurge-
ndum. 14 omnes homines ex-
ibunt de habitaculis suis non
intelligentes sed more fatuorum
discurrentes. Quintodecimo omnes
morientur et resurgent cum mor-
tuis longe ante defunctis. Et
comprehenduntur hec signa me-
trice. Ascensus descensus aque

nox piscis et ardor et terre et ca-
sus collisio motio planum cunc-
tantes tumulisque patens stelleque
cadentes mors homini vel con-
bustio cunctis resurgens. Hec tamen
signa quia de apocrifis sunt
accepta certitudinem non habent
in hoc tamen quod dicitur in littera
quod candescet in malos aqua
et flumina concurrent dimittitur
tangi primum signum de collisione
aquarum et earum in altum ele-
vatione. Nota quod propter intensionem
de diluvio ignis quod in sensibus
tancius frequenter est possibile secun-
dum quia supremus tactum est
quod percussiones fulgurum in-
ter grandino ignis miraculose per
totius mundus conflagrabitur
ante diem iudicii ideo fit hic
dubitacio talis utrum mundus
purgabitur per ignem et videtur quod
non quia vel ignis ille foret
productus naturaliter vel supernaturaliter ergo non
habebit operationem naturalem si naturaliter
tunc possibile est quod naturaliter
fiet diluvium universale ignis.
Sed iste articulus est excommuni-
catus a domino Stephano
Parisiensi episcopo. Item si sit non gra-
tetur nisi ex certa constellacione co-
stellacione planetarum et aliarum
stellarum et si sic tunc posset scire
illud tempus per calculaciones
astronomicas quod est falsum. Quia
si mundus purgabitur per ignem
quod aut ille ignis precedet illud
iudicium aut sequetur. Et dicitur
quod precedet propter illud quod ignis
ante ipsum precedat. Si precedat dicatur
contra videtur Augustinus 20 de civitate
dei capitulo 16 indicat hos qui scripti
non sunt in libro vite sequitur
tunc quod figura mundi mun-
danorum ignium conflagracione pe-
ribit. Item ex libro capitulo ultimo
in fine. Circa illud iudicium hab

Questio utrum mundus purgabitur
per ignem et videtur quod non

nec admirare loquentes

Dubia

si spiritualiter

res dicimus esse venturas / hec iam credit / fidem iudeorum / antichristum persecuturum / christum iudicaturum / moriendorum resurrectionem / bonorum malorumque diiudicationem / mundi conflagrationem / eiusdemque renovationem. Et ista omnia ea que nunc commemorata sunt ordine esse ventura / ergo secundum beatum augustinum mundi purgatio per ignem est post iudicium / si non dicatur quod post contra / sicut dicit augustinus de civitate dei 20 / capitulo 18 et allegat ipsum magister sententiarum libro 4 dist. 47 / Hoc est incendium mundi sanctis quod sunt communibus tribus prius sunt quo non aliquid purgandum sunt in illum purgabitur / sed constat quod post iudicium nullus purgabitur per illum ignem / quia omnes sancti statim post resurrectionem habebunt corpora glorificata / et per consequens in patria / ergo ille ignis precedet resurrectionem et iudicium. Ad oppositum est beatus petrus in canonica sua 2a capitulo 3 Adveniet inquid dies domini sicut fur in quo celi impetu magno transient / elementa vero calore solventur / terra autem et que in ipsa sunt exurentur / et infra / per que celi ardentes solventur / et elementa ignis ardore tabescent / novos vero celos et novam terram / et promissa ipsius expectamus. Item 1 cor. vii super illud preterit figura mundi huius dicit glosa sic pulchritudo huius mundi mundanarum ignium conflagratione peribit / ergo mundus per ignem purgabitur. Hic dicit augustinus 20 de ci. dei capitulo 16 de illa conflagratione mundana / elementorum corruptibilium qualitates que corporibus nostris corruptibilibus congruebant / ardendo penitus interibunt / atque ipsa substantia eas qualitates habebit que corporibus immortalibus

mirabili mutatione conveniat / ut sic mundus innovatus in melius accommodetur hominibus / et in carne in melius innovatis. Ad quod dicendum quod sic / sed tamen primo videndum est propter quid purgabitur mundus / Secundo in quibus partibus / 3o unde causabitur ille ignis. Circa primum est advertendum / quod cum mundus factus sit propter hominem / unde Hugo dicit quod nos sumus quodammodo finis omnium / conveniens est quod cum homo glorificabitur / mundus etiam suo modo innovetur. Ad hoc autem quod homo glorificetur / duo oportet removeri ab homine / corruptionem in corpore / et infectionem culpe in anima conformiter. Ad ista oportet mundum a nobis purgari / sunt enim elementa in quibus conversamur sicut ignis terra aqua et aer sibi commixta quasdam partes extraneas habent / quia aer est admixtus cum vaporibus terreis et aqueis / sicut dicitur metheororum Similiter partes terre et aque sunt ad invicem commixte / sicut cognitum est et convenientes habitationi hominum corruptibilium / ita quod nullum decisis tribus elementis est in sua naturali puritate / et ista impuritas correspondet corruptibili corporis in homine. 2o sunt elementa ista quandam impuritatem correspondentem infectioni culpe / hec est quandam ydoneitatem ad futuram innovationem / propter peccata in hiis locis commissa per magnum tempus / tam a rationalibus hominibus quam a rationalibus angelis / sicut dicimus quod loca prophanata indigent reconciliatione Purgabitur ergo mundus ab utraque impuritate / propter hoc quod omnes dispositiones nec elementi commixte corrupte

ad propositum
F
2m
angelis

et restituentur elementa ad suam simplicitatem — puritatem. Unde non manebit postea animalia nec plante nec mineralia nec mixta, sed sola elementa. Secundo patet ex istis in quibus partibus mundus purgabitur, et hoc secundum quod fuit habitatio hominum et demonum secundum Augustinum 20 de civitate dei capitulo 18. Ignis incipiet purgare aerem in superiori parte aeris ultra medium interstitium, et descendet successive purgando versus terram, et ante altitudo illius aeris quantum ascenderunt aque diluvii, que 15 cubitis ascenderunt super montes quos operuerant sicut dicitur genesis 7. Quantum ad tertium dicendum quod erit productus super naturam sicut fuit aque diluvium sicut textus sacre scripture innuit, et procedet tam vehemens siccitas et calor precedentes ignem quod desiccet terram circumstantibus imbrium, et quecumque humide impressiones sicut sunt pruine, nix, grando, et ros et huiusmodi, et generabitur a sub descendens in tanta multitudine et apparebit aspicientibus quod sint stelle de celo cadentes, et sic intelligitur istud Matthei 24: Stelle cadent de celo, qua locutionem accidendum est esse tropicam secundum Augustinum 20 de civitate dei capitulo 24. Ad primum dicendum est quod ille ignis generabitur super naturam ut dictum est, et non secundum naturam, ergo non habebit operationem naturalem. Ad secundum dicendum quod ignis ille quantum ad aliquam operationem precedet et quantum ad aliquid concomitabitur et quantum ad aliud sequetur. Actio enim illius ignis et sua ... quia ante iudicium fiet preveniens ignem in cineratio corporum hominum tunc viventium, et per modum istum

quod perfecti resolventur sine pena sensus ab illo igne illata, et imperfecti purgabuntur. Quo facto statim erit resurrectio mortuorum, postea residente iudicio inflammabitur totus mundus penitus. Peracto vero iudicio dividetur impurum et turbidum illius ignis, et illud cum omnibus feditatibus relictis de purgatione mundi involvet reprobos, sicut dicit Basilius super illud psalmi Vox domini intercidentis flammam ignis, et deportabitur ad infernum. Unde aliqua pars istius addetur igni infernali qui nunc est, et alia pars que est nobilior et pulchrior addetur igni superiori ad gloriam electorum. Et sic patet quod ille ignis purgans mundum quantum ad primum opus iniciale precedet, quod est purgare et concomitabitur, sed quantum ad eius consumptionem sequitur, et sic intelligit Augustinus, alias a se ipso discordaret, sicut patet per auctoritates superius allegatas.

Contra illos stabit [spiritus] virtutis et turbo venti dividet eos et ad heremum perducet omnem terram iniquitas illorum et malignitas evertet sedes potentium. Rabanus: et antiqui hostis iniquitas, sed modum iniquitas. Postquam descripsit Christi adventum ad iudicium inexpugnabilem operationem et creaturarum intollerabilem contra reprobos cooperationem, hic describit sive finalis indispensabilem eorum executionem, et circa hoc duo facit. Nam primo assignat modum quo omnes reprobi punientur; secundo assignat causam quare in ista

no 2 18 c. / 16 ille
Adver[te]
apponit

nobiles subiicientur ibi et maligni-
tas Circa primum dicit tria primo
quod condempnabuntur simul
2o separabuntur postea 3o incarcera-
buntur locaqui 2a pars ibi et tur-
bo venti / tercia venti ibi / et ad ter-
cium Quantum ad primum dicit
sic contra illos stabit spiritus virtu-
tis spiritus in scriptura dicitur vox
cognite 1 Cor 14 psallam spiritu psa-
llam et mente Quia ergo vox spiritus
iudicantis erit vox virtutis et ve-
ritatis iuxta illud psalmus Dabit
voci sue vocem virtutis Cui virtu-
ti nullus poterit resistere / Ideo signat
Et contra illos stabit spiritus virtu-
xi tis ys 11 Spiritu oris eius inter-
ficiet impium 2 2a Tess 2o tunc
revelabitur ille iniquus quem
dominus ihesus interficiet spiritu
oris sui Quantum ad 2m dicit
a Et turbo venti dividet eos / secundum
ysidorum ethi ubi agit de ventis
turbo est volubilitas ventorum
et dicitur turbo et a terra / quia quo-
tiens talis ventus consurgit
terram in circuitu inquietat Sicut
ergo pulvis sicut statum sine re-
sistencia elevatur de terra / et de-
fertur secundum motum venti /
ita et reprobi prolata sententia sine
quacumque resistencia involue-
tur illo turbido igne inferni De
quo dictum fuit in precedenti lec-
cione / et mergentur in infernum
In ps non sic impii non sic / sed
tamquam pulvis quem proicit ventus Iob 21
Erunt sicut palee ante faciem
venti / et sicut favilla quam
turbo dispergit / Favilla est ignis
extinctus et siccus / qui arcto
circulari moto statim dispergit
qui ventus est turbo Naum 1o
Dominus in tempestate et in turbine
vie illius et Jer 23 Ecce turbo
domini indignacionis egredietur /
et tempestas erumpens super

caput impiorum veniet Tercio dicit
quod reprobi incarcerabuntur lo-
caliter / et quantum ad hoc dicit
quod ad gehennam deducet eos
tiram iniquitatis illorum / et
hoc est lectura antiqua quam ex-
ponit Rabanus / et sicut dicitur
verus textus est / et est sensus
quod ad infernum deducet deus
omnem tiram iniquitatis illorum
hoc est omnem terrenam et car-
nalem affectionem illorum ad
puniendum in perpetuum Si
autem sit textus iniquitas
illorum / tunc est sensus quod
iniquitas illorum deducet eos
causaliter et demeritorie ad in-
fernum / sed sententia non mutatur
per hoc infernus in ista lectura notatur
gehennis / quia sicut gehennis est
locus vastus et incultus / ubi
nullum animal rationale inha-
bitare facit potest convenienter /
ita infernus locus est nulli
rationali creature aptus / nisi pe-
catum esset / quia malum
bene ordinatum et loco suo posi-
tum / eminentius commendat
bonum / sicut dicit Aug Ethi
6 / et est gehennis secundum quosdam /
Unde declinatur hec heremus
heremi / in signum quod per pri-
mum genus ad heremum illum
homo primo ducebatur / unde
hic et hec heremita / id est persona
que solitudinem vel heremum
inhabitat Unde quecumque civi-
tates vel urbes inhabitant etiam
vocantur heremite / quod contra-
nomen reri / sunt enim urba-
nite / sed vocantur heremite
Ultimo assignat causam spe-
cialem quare in inferni nobiles sub-
iicientur / et dicit quod malig-
nitas evertet sedes potentium /

non dicit ignorancia, quia illa mi-
tum excusat, nec dicit impotencia quia
illa similiter excusat, sed dicit dicit
malignitas illorum dampna-
bit eos, quia tamen sciunt et po-
ssent nolunt. Unde bonum
fuit illud dictatis pronobiu[m]
sicut allegat Aristoteles v. Ethicorum principatus virum ostendit et bene, inc-
talis dicitur. Cum potius quod
sis probat actio te tua quid
sis. Quando enim princeps
male facit sciens et potens bene
facere, sicut semper debet homo
deprauare per fructus, tunc mani-
festum est quod malignitas
est in causa, sed propter malig-
nitatem finaliter subuertetur.
Item quod homo licet videat homines
malignos florere ad tempus,
non debet de hoc irritari, nec
eos imitari. Unde psalmista
Noli emulari in malignan-
tibus. Gloza: Tu in fine qui
forte irritaris quod mali flo-
rent, Noli emulari id est sequi ma-
lignitates, neque zelaveris id est ne
imiteris ut amicos facientes
iniquitates. Et hoc quare in fine
assignat causam. Noli inquid
emulari ut maligneris, quia
qui malignantur exterminabuntur.
Gloza: Qui malignantur etsi
modo florent, tamen in
fine exterminabuntur id est extra ter-
minos domus dilectionis ponentur.
Dubitacio 4a — Dubitatio talis utrum pena
dampnatorum debeat dici cor-
poralis, et videtur quod non,
quia si ille ignis foret cor-
poralis corpora dampnatorum
tabescerent et alterarentur ab i-
gne. Falsum — Falsum, quia cessante motu
celi nulla erit alteratio nec ali-
quis motus esse poterit in univ-
erso. Probatur — Unde Aristoteles viij physicorum patet quod

Questio utrum pena dampnatorum
debeat dici corporalis et ut quod non

motus celi circularis est et perpetuus
et primus motuum, quia illo subtra-
cto nullus motus esse potest.
Item si ignis esset corporalis et ageret
continuo in corpora, corpora ista
per consequens magis facta abierit aliquid
a substancia, ut videtur contra
tormentum, et sic non foret pena
dampnatorum perpetua in igne, quo
ad corpus saltem. Item preterea sicut
dicitur quod est ibi ignis, ita
dicitur quod erit ibi fletus. Matthei 22
Unde ibi erit fletus et stridor
dentium. Sed fletus non potest fi-
eri nisi per resolucionem lacrimarum. Sed
non est ymaginari quod ibi esset
perpetua resolutio aque ab
oculis, nisi foret generacio novi
humoris et preparacionem ali-
cuius alimenti, ergo non erunt ibi
lacrime, ergo nec fletus. Item sicut
ponitur ibi ignis, ita dicitur et
quod erunt ibi vermes, sed hoc
non potest intelligi corporaliter, cum nul-
lum corpus mixtum manebit
post iudicium nisi corpus huma-
num, similiter. Sicut dicit Augustinus
20 de civitate dei capitulo 22: Inferius ma-
lorum erit inextinguibilis ignis
et vivacissimus vermis, ab aliis
aliter atque aliter expositus est, aliis
utrumque ad corpus, aliis ad animam retulerunt,
alii proprie ignem ad corpus, ad
animam vero vermem, quod credibilius
esse videtur. Item preterea si sic ibi forent
tenebre corporales. Unde Matthei 22 mit-
tite eum in tenebras exteriores.
Que fieri... quia sicut patet secundo de
anima, nichil videtur in lumine, sed dam-
pnati videbunt mutuo suas penas,
quia aliter visus esset otiosus et
superfluus, ergo ibi et lumen.
Item preterea ibi non est verum sulphur,
ergo nec verus ignis. Apparet consequencia,
quia de utroque apte dicit propheta:
ignis sulphur et spiritus procellarum

Vor
Fletus corporalis
ad corpus aliis vero utrumque
Dubitacio

confirmatur quia in purgatorio est
solus ignis ergo in inferno. Ad
oppositum est beatus Augustinus
21 de civitate dei ca. [illegible] p. Gehe-
na que stagnum ignis et sulphuris
dictum est corporeus ignis erit
et cruciabit corpora dampnatorum
item Gregorius 4 dyalogorum dicit
parum dare mens ignem ge-
henne corporeum esse non am-
bigo. Ad istam questionem dicendum
est quod sit racio huius est quia
omnis pena quam corpus pati-
tur est pena corporea sed corpora da-
mpnatorum ibi paciuntur post
diem iudicii quia sicut beati
gaudebunt in anima et in corpore
glorificabuntur ita dampnati cruci-
abuntur in anima et punientur
in corpore. Ad primum argumentum
est opinio sancti Thome quod
ignis non aget in corpora damp-
natorum materialiter seu mutatione
materiali sed tantum spiritualiter eo modo
quo sensus mutantur. Hoc enim
commune est omni sensui quod sensus
est susceptivus specierum sine materia sicut
sicut oculus patitur a colore
et tamen oculus non colorat-
ur nec alterat recepcionem materialem
coloris ita tactus in dampnatis
immutabitur spiritualiter a calore et
tamen non recipiet calorem nec
alterabitur per calorem. Unde licet
calor imprimetur speciem tactus secundum
esse spirituale non secundum esse
materiale potissimum autem quod vi-
detur ipsum ad illud movere est ipsa
de cessacione motus celi. Ad quartum
argumentum fuit ergo cruciabunt
per formas receptas intencionaliter non
materialiter ab eo cui sed contra illud
arguitur quod in posse est non per-
fectum per naturam oppone sua prima
ignis erit ibi perfectus ergo poterit
realiter calefacere similiter illa corpora

non erunt impassibilia sed sufficiunt
approximata. Preterea ad peticionem Josue
sol et luna steterunt Josue 10 et
si alia corpora celestia non simul
stetissent totus ordo celestium corporum
fuisset mutatus et tamen tunc
temporis Josue pugnavit et in
mundo ubique actiones naturales fuerunt
ergo corpora celestia non solum agunt
in mixta inferiora per motum sed
per formas suas sicut per diversos
effectus naturales ergo dato quod
quiescerent adhuc aliquam di-
sposicionem tenerent mixtis in floribus
licet non talem alteracionem gene-
racionem et corrupcionem sed
modo. Preterea iste articulus est con-
dempnatus Parisius. Si celum
staret ignis in stuppam non
aget. Preterea esto quod nulla actio
naturalis esse posset cessante
motu celi [illegible] tamen dico quod et
ibi actio et passio in corporibus da-
mpnatorum manifestum est
enim quod quasi omnia que circa damp-
natos ponuntur futura sunt et super-
naturaliter a divina virtute facienda nec
enim ille ignis in stuppam impetu-
um posset manere violentum secundum
dictum Aristotelis nullum violentum sit
perpetuum. Nec iterum corpora mortalia
cum dissolvi erunt corpora hominum posset
esse secundum naturam perpetua
cum sint composita ex contrariis
et multa talia facile est addu-
cere ad propositum. Ideo dicunt alii
quod corpora non solum spiritualiter
sed etiam materialiter immutabuntur
et calefient et tunc patet ad primum
argumentum quod est dictum contra
illud dicendum quod illud ar-
gumentum est contra utramque
viam quia excellens sensibile cor-
rumpit sensum sicut agens naturale
corrumpit passum. Unde ad ar-
gumentum dicendum quod deus

noleret vorage igni ad altandum[?] no
ad torrimpendum | quod Aug9
2i de ciuitate dei ca^o v. vi. decla
rat per exempla | quomodo quedam
animalia et corruptibilia viuunt
in igne | et ca^o e. de salamand^a
licet secundum Alb^r libro de pro
prietatibus elementorum nullum anial
in igne viuere possit diu | certum
est tamen pilos eius ab igne no
posse comburi | Unde Vincencius
dicit | et quod ignis cruciabit et
tamen corpus in perpetuum du
rabit | sed quali^r ignotum est
nobis | quia certum est quod illud
oz reducere ad miraculum singu
lare Ad tercium de fletu dicunt
doctores quod in fletu duo consi
derantur | resolucio lacrimarum | et
turbacio capitis oculorum | et
fletus ~~et fletus~~ Quantum ad
primum non est ibi | sed quantum ad
secundum | sicut argumentum bene
deducit Ad quartum de verme | consimili^r
consenciunt quod est spirituali
bz remorsus consciencie | qui
oritur ex contracfatione peti me
tha^ce loquendo | et affliget Ad
quintum de tenebris dicendum
quod dispo in fine erit talis | quas
est potest maxime ad afflictos
dampnatorum visio vero si se est
delectabil | sicut pz primo me^re | pac
ides vero est terra tibi | secundo quod
aliquod modicum visu apprehen
datur est ergo dispo in fine tal |
quod nichil perspicue ibi vide^r
sed sub quadam umbrositate |
ut illa videantur que amare
pnt ingerere afflictos Unde sim
pliciter loquendo est magis tene
brosus quam lucidus | quia
ibi non potest esse ignis nisi
feculentus et turbidus Ad sex
tum dicendum | quod non solum
pigneum puniens dampnatis

sicut dicit Basilius sup illud ps
Vox domini intercidentis flamma
ignis In ultima mundi purga
cione fiet quedam separacio in ele
mentis puri ab impuro | ut quid
quid est purum et nobile | rema
neat superius ad gloriam electorum
et quid quid feculentum et tur
bidum | descendet ad infimum
ad penam dampnatorum | ut
sicut omnis creatura dei est
electis in gaudium | ita dampnati^s
ex omnibus creaturis tormentu
fiat | et sic intelligunt non in
telli principium precedentis lectionis |
pugnabit cum illo orbis terrarum
contra insensatos | et illa vala
imperturbata similitudinem fecit sulphur
pt vocalis quia vero pena purga
torii non est principaliter ad affligen
dum sed ad purgandum | ideo
dicunt eam proprium ignem si
non sit aut in in suo | tamen pena
est ad affligendum et nullomodo
ad purgandum lco 43 Cam 6 lco 43

Melior est sapiencia
quam vires | et vir
prudens magis quam fortis
Postquam ostensum est apud
illi^s usque ad hunc | quomodo prudencia
et bonos mores pt acquirere homo
sapientiam | hic declarat qualiter quo
sapiencia acquisita pt hominem
perficere Est tamen notandum | quod
ista divisio libri vel processus
non est ita perpendicule facta | quin in
utraque parte utrumque fiat | nam
in precedentibus aliquid dictum est
quo sapiencia possit hominem perficere |
et in sequentibus docebit ali
quid quomodo homo possit sapienciam
acquirere Agit enim alternatim
nunc de sapiencia acquirenda nunc
de sapiencia acquisita

Alexandre [?]
ut
& no

protinus liberum/ quia nos finis et
perfectio sapientie est facere hominem liberum
a se ipso/ et ad alios gubernandos
strenuos/ ideo decreto fine principaliter
hic intendit/ Unde intentio Egidii
est informare reges et princi-
pes iudices et prelatos/ quo tam
se quam sibi subiectos debeat
gubernare/ hoc autem fit spe-
cialiter et alternatim duplici via/ scilicet
sapientiam commendando et ad
sapientiam invitando/ Unde nunc
commendat eius valorem nunc i-
nvitat ad eius continue poti-
tam/ commendans quoque sapientiam in
ista lectione comparat eam ad for-
titudinem corporalem/ que fuit
principium presumptionis humane
ad alios regendum et guberna-
ndum fortes enim homines et
robustissimo ceperunt per tyranni-
des debiliores opprimere/ ut eis ipsa
utilitate non ad subiectorum co-
modum dominari posset/ sicut
de Nemroth patet Genesis 10. De quo dicitur
cepit esse robustus venator ho-
minum coram deo/ i. oppressor et
extinctor amore dominandi. In tem-
pore autem invaluit illa opinio/ quod
fortitudo corporalis valet digni-
ficare hominem ad principatum/
et quod etiam usque hodie a plu-
ribus fatuis approbatur/ quam opi-
nionem excludendo quia falsa est
dicit/ quod ad regendum et gub-
ernandum/ melior est sapientia quam
vires etc. Sapientia inquam que de-
sursum est/ que includit fidem
spem et caritatem/ cum omnibus virtutibus
cardinalibus/ quia non loquitur
de sapientia stricte prout est quedam
virtus intellectualis per se/ sicut in prin-
cipio libri dictum fuit/ Unde
Seneca epistola c. dat etiam nunc sapi-
entiam et alias artes/ quia alie
artes sunt instrumenta vite/ sicud

navigatio vel edificatio vel plan-
tatio. Sapientia autem est ars vite
idem epistola 86. secundum communes
quotationes/ queritur an contingat
aliquem non futurum esse sapientem
qui litteras nescit. Sapientia autem
res non verba docet/ humanis
tradit/ quia cogitat de presentibus de
futuris/ de caducis de eternis. De
ista sapientia loquens Bonaventura in
quibusdam sermonibus et ponitur Auc-
toritas 8. libro florum capitulo 20. distin-
guit sapientiam triplicem/ cordis/
oris/ operis/ et quamlibet ponit in
tribus consistere. Sapientia inquam
cordis est in penitentia peccatorum preteri-
torum/ in contemptu presentium
commodorum/ et in desiderio futurorum
premiorum/ Invenisti inquid plane
sapientiam/ si pro vite peccata de-
fleas/ si huius seculi desiderabilia
parvipendas/ si etiam beatitudi-
nem toto desiderio concupiscas/
Invenisti sapientiam/ si tibi horum
singula sapiunt prout sunt/ hec qui-
dem ut amara et omnino fugien-
da/ ista non velud caduca et tran-
sitoria et contempnenda/ illa non ut
perfecta bona totaliter appetenda/
desiderans in tuum animum quodam
sapore inditos et distinctos/ hec
quantum ad sapientiam cordis. De
sapientia vero oris subdit/ sane in hiis
tribus oris consistit sapientia et pru-
dentia/ sit in ore confessio proprie
iniquitatis/ sit gratiarum actio et
vox laudis/ sit etiam sermo edi-
ficationis. De operis sapientia dicit
Sit querimus in opere triplicem
affluentiam/ itaque puto esse quan-
tum ad opus pertinet illum co-
piose satis affluere sapientia. Omnis
qui continens patiens et obediens
conversatur/ ut scilicet fidelis obedientia
ipsa mortificet voluntatem/ hu-
milis continentia carnalem prurit

et secularem amputet voluptate|
hilaris paciam interiam^q simlr cor=
palem s^z et mundialem viliter
suspiciat adu'sitatem. hec Aug=
st^t. ecce ista sapia melior est qua
vires Exo 34. Quisquis vir'm
est sapiens veniat et faciat q̄
dominus imperavit. Est enim sapia
triplex s^z mundialis. bestialis et
spiritualis. primam sunt ambiciosi=
et cupidi. secundam voluptuosi et lu=
xuriosi. 3am viciosi et solidi.
1 De prima sapia dicitur 1. Cor 3.
Si quis inter vos videt esse sa=
piens. stultus fiat ut sit sapi=
ens. Sap^a enim huius mundi. stul=
ticiam est apud deum. De ista sa=
piencia loquitur beatus Greg^o 10
moral. exponens illud Job. 12 de=
ridetur iusti simplicitas et dicit
sic. huius mundi sapia est cor tege=
re machinacionibus. sensum verbis ve=
lare que sunt falsa vera ostendere. et que
vera sunt falsa demonstrare. hac
qui sciunt superbiendo despiciunt|
hanc qui nesciunt subiecti et
timidi in alijs ipam mirantur.
hec sibi subsequentibus precipit
honorum culmina querere. adepta
temporalis glorie vanitate gaudere. ir=
rogata ab alijs mala multipliciter
reddere. Cum vires suppetunt=
nullis resistentibus cedere. Cum
virtutibus possibilitas deest quicquid
quid per maliciam expedire non
valet hoc pacifica voluntate=
2 simulare. hec Gregorius. 2a sapia
est sapia bestialis. De qua ad
Rom. 8o. Sapia carnis inimi=
ca est deo. legi enim dei non
est subiecta. hanc sequuntur vo=
luptuosi. qui totam suam so=
licitudinem circa carnis deli=
cias perpetrandas apponunt
3 3a sapiencia est spiritualis. de
qua coll. primo impleamini agni=
cione voluntatis dei. in omni sapia
et intellectu spirituali et Jacobi 3o
Que desursum est sapia. primo=
quidem pudica est. deinde paci=
fica. per primum excludit sapiam
bestialem. per secundum mundialem que
nunquam est pacifica. sed semper
in tribulacione et in bello. Spiritua
lis vero sapia sanctorum est. De
qua Gregorius ubi supra. Iusto=
rum sapia est nichil per ostentacionem
fingere. sensum verbis aperire. vera ut
sunt diligere. falsa devitare. bona
gratis exhibere. mala libencius
tollerare quam facere. nulla in=
iurie vindictam querere. pro veritate con=
tumeliam lucrum putare. sed
iustorum simplicitas deridetur.
et a mundi sapientibus fatui=
tas reputatur. Quod enim in mun=
do stultius quam amissa non
querere. possessa rapientibus rela=
xare. nulla perceptam in iniurijs
paciam reddere. ymo adiunctis
paciam prebere. hec Greg. hec ma^s
sapiencia melior est quam vi=
res. et vir prudens magis quam
fortis. prudencia et sapia acci=
piuntur in proposito pro eodem. Prover.
14. vir prudens diriget gressus
suos. sed qualiter prudens hoc
faciat bene docet Seneca de
copia verborum. Si inquid prudens
es animus tuus tribus temporibus
dispensetur. presencia ordina. futura
provide. preterita recordare. Nam qui
nichil de preteritis cogitat vitam
perdit. qui nichil de futuris preme=
ditatur in omnia incautus inci=
dit. sed qualis ista prudencia
esse debet dicit Seneca in eodem
libro. quod non debet esse nimis
sicut aliqui desiderant pruden=
tes videri et sunt astuti. prudencia
cia inquid in modicitate callidi
facit in minutum attentum. semper

al' filij dei
ceteros
x virtutibus
/ explē
vindictam
alijs

aliquid timentem / aliquid requirentem / astucia plenum / versipellem simplicitatis imitatorem / criminatorem culparum / et ut possum uno nomine concludere malus homo vocatur / perfecta prudencia nec obtusum unquam habet aliquid / nec versutum. Hec Seneca. Ubi plane patet quod tamen prudencia debet adiungi simplicitas iuxta doctrinam salvatoris Matthei 10 Estote prudentes sicut serpentes / et simplices sicut columbe. Ubi notandum / quod triplex est prudencia serpentis in bono / quam nos contra mundi insidias penitentes debemus pitulis imitari. Prima est quod secundum Iohannem totum corpus pro salute capitis exponit / quo caput involvit. Isto modo nos pro Christo capite nostro nos et nostra exponere debemus / et propter honorem dei iniurias sustinere / tam in corporibus quam in rebus. Secundo prudencia serpentis est quod obturat aures suas ne audiat incantantes. Demencium incantatores vene / que sunt in capitibus serpentum ad medicamenta vite conficiendum. Serpens vero hoc presenciens / caput suum in spiras corporis involutum abscondit et unam aurem applicat ad petram / et aliam cauda obturat. Sic nos ... fatue convenit incantatores sunt mali homines et corrupti / allicientes nos sub specie amicicie ad vicia mundi / vel carnis suggestionibus vel operibus perversis. Nos igitur quando tales incantant / superiorem partem cordis tanquam aurem Christo petre coniungamus. Ecclesiastici 10 Et in fletum obturemus cogitatione finis nostri / et cauda corporis vite nostre / ne illi

qui blande et leniter voluptates nobis suggerunt / pertrahant ad consensum. Tercia prudencia serpentis est / quod pellem veterem deponit. Qui enim senescit / et putredine corpus suum gravari sentit / transit per angustum foramen atque petre / ubi pellem omnino relinquit / et sic renovatur et sanatur. Petra sicut prius dictum est / est Christus / foramina multa sunt ipsius plurima vulnera. Cum igitur veterem pellem id est nostram conversacionem corruptam / et abhominabilem deponere volumus / devota contemplacione et recordacione passionis Christi / per ista foramina transeamus. Exodi 33 Ponam te in foramine petre et protegam te dextera mea. Canticorum 2 Veni columba mea in foraminibus petre. Et bene dicit Estote prudentes sicut serpentes / et non dicit pungentes sicut serpentes / vel estote venenum emittentes / sed estote prudentes tantum. Non est enim aliqua creatura ita mala / que maligno instruat hominem ad vivendum. Ephesios 4 Deponite vos secundum pristinam conversacionem veterem hominem / qui corrumpitur per desideria carnis. Duo tamen requiruntur ad hoc quod serpens in foramine pellem deponat / foraminis angustacio sive subtilitas / si non esset foramen spaciosum / sine difficultate transiret et pellem veterem secum portaret. 2o stabilitas requiritur / si non non esset stabile / pocius foramen secum fieret quam pellem ibi relinqueret. Isto modo si volumus pellem veteris conversacionis deponere / oportet artam et angustam viam penitencie pertransire / et hec non quocumque / sed in stabili proposito vitam nostram includere comitante. Nichil non est magis contrarium prudencie / quam instabilitas mentis

bilitas/ unde seneca Si prudenciam
amplecteris ubique idem eris/ et
prout rerum aut varietas temporis
exigit ita te tempori accomodes/
nec te in aliquo mutes sed po-
tius aptes Sap. 6

Sto a q Cam 6

Audite ergo reges et intelligite/ et di-

scite iudices finium terre Cum
igitur finis et perfectio sapiencie
sit hominem dirigere ad se ipsum/ et
ad alios virtuose regendum/ et
hoc maxime ad reges principes
iudices et prelatos pertineat/ etiam
declaratum sit quod sine sapiencia
non possunt esse iusti/ nec sine
iusticia sapientes concludit hic
s.s. ex omnibus precedentibus istam
persuasionem d. Audite ergo reges
etc q. d. vos estis qui sapienciam et
iusticiam subditis vestris iusticie
tenemini Sapiencia vero sine discipli-
na haberi non potest/ ergo audite reges et
erudi. qui iudicatis persuadet ergo s.s.

intelligite super pos et nunc reges intelligite

in hoc textu quatuor/ scilicet humilita-
tem ad discendum ibi audite ergo 2a
subtilitatem advertendi ibi in-
telligite/ Audi 3a inquirendi i.
discite 4a veritatem cognoscendi
ibi iudices finium terre Dicit ergo sit
finium ordinando litterae O reges
i. quicumque prelati/ audite auri-
bus corporis/ quia Eccli. 6. Si di-
lexeris audire sapienciam/ sapiens
eris/ et hoc est cuilibet non satis
utile cum sit rex/ quia Eccli. 10.
Rex insipiens perdet populum suum/
propter quod signanter Salomon cum
rex cum rex constitueretur a do-
mino/ petiit secundo paralip. 1o. Da
michi domine sapienciam et intel-
ligenciam/ ut egrediar coram
populo tuo et ingrediar/ sed quia
non sufficit aure percipere nisi per-
cipiat et mente ideo subdit intel-
ligite/ quia per i. audiens sapi-

ens sapiencior erit/ et intelligens gubernacula possidebit
Et iterum/ vos iudices finium
terre/ i. vos iudices generales/ quia
quanto maior est vestra iurisdictio
tanto maior requiritur in vo-
bis iusticie dilectio/ discite vos s.
Discite bene facere/ et hoc sufficiat
Primo ergo in hac littera regibus
persuadetur humilitas ad discen-
dum/ unde dicitur Audite reges eni-
m. nulla virtus in nobis nascitur
a natura/ neque moralis/ ut patet 2o
ethicorum/ neque intellectualis ut patet
3o de anima eo quod anima est
sicut tabula nuda 2a Reges
vos sine virtutibus indigeatis/ et
tercium auditus sit sensus
multum disciplinalis/ iuxta illud
Altius imminutant cum immis-
sa pariete Ergo audite vos
reges iudicium. v. Audite reges
auribus/ et percipite principes/ 2a
eum regem docet deum suum
timere/ et legem dei scire unde
Deutro. 17. lex mosaica sic pre-
cipit/ postquam sederit rex in
solio regni sui describet sibi de-
uteronomium legis huius in volu-
mine/ accipiens exemplar a sacerdo-
tibus levitice tribus/ et habebit
secum/ legetque illud omnibus
diebus vite sue/ ut discat ti-
mere dominum deum suum/ et custo-
dire verba et ceremonias que in
lege eius precepta sunt/ et in cor-
onatione regum presertim aliqua
verba vel consecracio semper conti-
neat/ ista ita faciet iuramenta/
subhac forma In proprio nomine
promitto hec tria populo christia-
no michi subdito. In primis me
precepturum/ et ope viribus im-
pensurum/ ut ecclesia dei et omnis
christianus veram pacem nostro ar-
bitrio in omni tempore servet/ ali-
ud ut capacitates et omnes
iniquitates omnibus gradibus
interdicam/ 3o ut in omnibus in-

dicis equitatem et iniquam/suam/
clemens et misericors deus erit,
quam secura conscientia potest talis dicere/
qui est subiecte quod iniustitiam propter
regem tamen sicut tu ~~dixit~~ scrinac
...bolli gentes/ et falsa familia
est sumere difficile. Non enim ad
ludum vel ad honorem tuum/ non
decorum sed ad periculum. sollicitu-
dinem et summum negotium est vo-
tatus. Postquam ante regem sic
tria muniunt(?) das super eum quibusdam
ordinibus/ Metropolita-
nus inungat ei manus de oleo
sanctificato/ postea pectus et scap-
ulas/ compages quoque brachiorum/ et tan-
dem de oleo fiat crux super
caput eiusdem postea deteriniate
cum ordinibus/ prece ab episcopis ac-
cipiet ensem/ et cum ense toti
regnum sibi fideli ad regendum
sciat esse commendatum/ dicente
metropolitano/ si tamen sollemp-
nitatem faciat/ accipe gladium
per manus episcoporum licet indignas/
vice tamen et auctoritate apostolorum
consecratas/ tibi regaliter impo-
situm/ nostreque benedictionis officio in
defensionem sancte dei ecclesie divinitus
ordinatum/ et esto memor de
quo psalmista prophetavit d. Accin-
ge gladio tuo super femur tuum
etc./ ut per eundem vim equitatis ex-
erceas/ molem iniquitatis potenter
destruas/ et sanctam dei ecclesiam
eiusque fideles propugnando pro-
tegas/ nec minus sub fide fal-
sos filios quam christiani nominis
hostes execreris ac destruas/ vidu-
as ac pupillos clementer adiu-
ves ac defendas/ desolata resta-
ures/ restaurata conserves/ ulci-
scaris iniusta/ confirmes bene di-
sposita/ quatenus hoc agendo virtutum
triumpho gloriosus/ iustitie que cu-
ltor egregius/ cum mundi salva-
tore cuius typum geris in nomine
eius sine fine regnum merearis.

Cum accinctus fuerit ense/ accipiat
armillas a metropolitano/ et sus-
cipiat cum hac brevi oratione. Acci-
pe armillas sinceritatis et sapientie divineque
circumdationis indicium/ quibus
intelligas omnes operationes tuas contra
hostes visibiles et invisibiles posse
esse munitas/ et deinde accipiat
pallium et postea coronabitur/ post
hec accipiat anulum/ deinde sce-
ptrum et ultimo virgam. Coronatus
ergo episcopos osculetur/ a quibus choro
cantante Te deum laudamus
ad solium regale ducitur/ metropo-
litano dicente/ Sta et retine a modo
locum quem usque huc paterna succe-
ssione tenuisti/ hereditario iure tibi
delegatum/ per auctoritatem dei omni-
potentis/ et presentem traditionem
nostram/ et omnium episcoporum ceterorumque ser-
vorum dei/ et quanto clerum sacris
altaribus propinquiorem perspicias/
tanto ei potiorem in locis con-
gruis honorem impendere me-
mineris/ quatenus mediator dei et
hominum te mediatorem cleri et ple-
bis in hoc solio regni confirmet/
et in regnum eternum faciat
regnare/ Ihesus christus dominus
noster rex regum et dominus dominantium.
Letanie et orationes multe dicuntur
super eum/ que omnes decla-
rant eum esse debere cultorem
iustitie/ et fidei zelatorem/ que
sine doctrina sapientum exerceri
non possunt. Et ideo signanter
dicitur eis sub figura/ in dictis verbis
audite verbum domini/ non solum
isti reges dicuntur in sacra scrip-
tura/ sed etiam clerici qui se et
alios bene regunt/ sicut dicitur
12 q. 2. Duo sunt genera/ et ad
illos dicitur per Audite reges vos
quibus gentis clericum regale sacerdo-
tium/ gens sancta. Sed cave-
ant ne de eis verificetur quod dicit

+

8

8 et prima petri 2°

gilbertus de coronato in quodam sermone
Vos inquit estis genus electum
simile sacerdotium genus prophana
populus perditionis quod absit
2us Secundo persuadet sancto spiritu re-
gibus et prelatis non solum
humilitatem addiscendi sed etiam
subtilitatem advertendi. Unde
dicitur Et intelligite reges intelli-
gite ipsi in populo et stulti aliquan-
do. est enim intelligere quasi intus
legere hoc est ponderare et recordari
ac memorie retinere quia legere et
non intelligere est negligere. Sed gra-
viter conqueritur ps. Dominus de celo pro-
spexit super filios hominum ut vi-
deat si est intelligens. Et sequitur Omnes
declinaverunt simul inutiles facti sunt
3us non est qui faciat. Tercio persuadet
sumit originem de hoc mundo / et
ideo vera littera est / nunc autem
regnum meum non est hic / Secunda
species politici pncipatus est aristo
cratia in qua plures virtuosi / pauci
tamen dominantur / et est minor
pncipatus quam regnum / Et ter
tia species est minus bona / que vo
catur timocratia in qua magna
multitudo non optimorum sed me
diocres dicuntur / sicut autem
illi tres pncipatus sunt boni sed
non equaliter / ita correspondet eis 3^es
corruptiones pncipandi / que hec
non sunt pncipatus politici / sed
transgressiones et corruptiones eorundem
Nam regnum corrumpitur in tyra
nidem / aristocratia in oligarchia

Tymocratia in democratiam / Primo g^o
corrumpitur regnum in tyrannidem qu
deterius fit tyrannus / sicut enim in
regno dominatur unus ita in tyra
nide / quia tam regnum quam ty
rannia videntur monarchie / sed in hoc
est differentia / quod tyrannus in omnibus
intendit utilitatem propriam / rex vero
utilitatem subditorum / Et ideo sicut
regnum est optimus pncipatus / ita
tyrannia est pessima et corruptio
monarchie contrarium / enim optimo
pessimum est / regnum autem et tyra
nia sunt contraria sicut in tyrannia — rex
et tyrannus / Contingit g^o rex qu=
malus rex fit tyrannus / Secunda — 2^a
autem species politici pncipatus que
est aristocratia est in qua pauci virtuo
si dicuntur / Sed in oligarchia pauci omnia bona civitatis — et corrupta oligarchia qua divi[tes] pauci d[ominantur]
attribuunt sibi ipsis / et amicis suis
et non intendunt bonum totius
civitatis sed tantum bonum suum / et
amicorum suorum / unde dignitates
et officia civitatis conferunt tantum
amicis suis / vel usurpant sibi ipsis
Tertia species politia pncipatus que — 3
est timocratia / in qua multi boni
mediocres tamen dominantur et
corrumpitur in democratiam in qua
multi non tamen mediocres sed
pauperes dominantur / et ista corrupo
minus est de malo sicut pncipatus
cui contrarius minus est de bono
Aristocratici namque intendunt bo
num eque / tam divitum quam
pauperum / quia aristocratia est
pncipatus multitudinis collecte de virtu
osis / sed democratici intendunt
pncipaliter bonum pauperum et de=
dignantur divitum / nichil curant
et hoc est minus malum quam bo
nitatis arrogare et usurpare sibi
ipsis et amicis suis sicut faciunt
oligarchici / Et similiter oligarchi
ci sunt minus mali quam tyranni
quia tyrannus est tantum oculum

ad bonum proximi et nichil curat de-
aliis. Sic ergo patet quod tres sunt
partes potestatis principatus et tres cor-
ruptiones, et quod optimus princi-
patus est regnum vel monarchia et eius
corruptio pessima est tyrannia. Dicit
ergo Salomon quod in tantum sapientia
apparebat que docet recte cognoscere
vel tollere demum quod proponit circa
potestati cuiuscumque principatus. Quan-
tum inter species principatum regnum sit
optimum, proponit illam regno primo
regnis et est hoc est nomen regni
communium, ita quod uno modo re-
gnum vocatur ipsa terra vel regio
cuius regi subiecta, sicut dicimus regnum
Francie et sic accipitur Matthei 4 ubi legitur
quod dyabolus assumpsit Christum in
montem excelsum valde et ostendit
ei omnia regna mundi. Secundo accipitur
regnum pro potestate principandi solita-
rie sive monarchie, et sic exponit
Crisostomus illud Johannis 18: regnum
meum non est de hoc mundo, id est potestas
vel auctoritas qua sum rex non est
origine ex causis humanis vel per
electionem humanam sed aliunde,
quia a deo. Tertio modo, scilicet ipsi ho-
mines occupantes terram subditi mo-
narchie vocantur regnum,
et sic accipitur regnum Apocalypsis 5: fecisti
nos deo nostro regnum. Sive quarto lo-
quimur de regnis que sunt regiones
terrarum, sive pro regnis que sunt prin-
cipatus et potestates regnandi, sancti
viri proponunt bonam vitam regnis.
Hebreorum xi: Sancti per fidem vicerunt
regna. Et preponenda est quarto vite sa-
nctitas non solum regnis sed etiam
sedibus et honoribus mundanis et
transitoriis. Luce primo: Deposuit po-
tentes de sede et exaltavit humiles.
Sedens super equum qui excitat
libenter et proiciunt equitantem, ex-
ponit se periculo si non descendat
quando equus videatur aliquid por-

tare suaviter. Honor mundi est qui-
dam equus elevans homines alte et
portans eum suaviter, quia delectabile
est homini honorari per multa homi-
num adulationes, inclinationes et ge-
nuflexiones et vocari magister
et domine, sed caveat ipsi sic ho-
norati quia iste equus est valde
dolosus. Narratur de quodam histrio-
ne qui habuit quendam parvum equum
super quem equitabat, et cum
quo frequenter coram hominibus
malea ludebat et inter alios lu-
dos quos equum suum docuerat
docuit eum quod quandocumque di-
ceret sibi: flectamus genua, statim
equus obediret et genuflecteret,
cum autem diceret: levate, surgeret.
Contigit autem quod marescal-
lus, hoc est histrio iste, accedens
ad quoddam festum cuiusdam
domini, equum suum cum equis
aliorum hospitum collocavit in
stabulo, cum autem homines co-
medissent iste marescallus inca-
batur et occupabatur sicut de-
buit circa dominum suum in aula,
et interim venit quidam armiger
ad stabulum et videns equum
marescalli et recessit, et cito postea
invocavit marescallo, qui relic-
tis omnibus cucurrit et insecutus
est illum armigerum, et ar-
miger videns quod se eum atti-
geret et deprehenderet, temptavit
transire aquam quandam, quam nullus
pedes potuit transvadare. Videns
ergo marescallus quod erat in
periculo perdendi equum suum,
equo existente in medio fluminis
clamavit fortiter ad equum: Fle-
ctamus genua. Statimque equus au-
dita voce domini sui flexit ge-
nua, et armigerum proiecit ad aquam

F Nota historiam

Accedendum et
sequentem reliquit
ubi equum suum et assce-
dit equum marescalli

et equus surrexit et rediit ad domi
num suum acuesparllus ille i. equus qui lu
dit et illudit et decipit homines
est mundus equus cum quo ma
xime et optime ludit est honor
temporalis. In p(ro)ver(biis). fallax equus ad
salutem. Auriga qui equum sus(tinet)
est quilibet ambiciosus ut ad ho
nores scandat ergo talis quia quan
tumque placet mundo et quando est
in maxima securitate. Alius di
cit sibi flectamus genua et prua
bit eum honore obtento. Unde
boecius loquens in p(er)sona fortune
hominibus qui impaciens sustinent
quod de honoribus et dignitatibus
deponuntur. 2º de consolatione p(ro)sa
2ª dicit sic. Haec mea vis est hunc
continuum ludum ludimus rota
volubili orbe versamus infima
summis summa infimis mutare
gaudemus ascende si placet
sed ea lege ne tu ludi co depo
sceret descende in miram partes
Ecci 10. Sedes ducum superborum
dis. deus. et se. fecit p(ro)cis mites.
No   1 Ergo ponenda est vite sanctitas
que sapientia vera in comparatione non
solum regibus i. potestatibus sed et
sedibus i. honoribus. Sed quid
de diviciis sentit salomon statim
subdit. Et divicias nichil esse di
xi in comparatione eius i. sapientie. Et
Diuicie nichil compar(an)t 1º bene dicitur divicie nichil quia
quia p(er)ditis se homines annichilat
irritando insidiando machinando
et bellando. Unde propter divici
as unus quisque adnichilare ni
titur alium. 2º quia quia in ma
xima necessitate non iuvant scilicet in
morte et in iudicio quando homo
maxime indiget tunc divicias suas
delinquunt. In ps. Dormierunt
sompnum suum et nichil inve
nerunt viri diviciarum in manibus suis.
Et Job 27. Dives cum dormierit
nichil secum auferet aperiet oculos
suos et nichil inveniet. 3º dicitur nichil
quia non saciant animam possi
dentis sicut beatum dicitur Ecci
1º Ecci. Non saciabitur oculus visu
nec auris implebitur auditu nec
num quia omnia terrena sunt va
na. Ecce 2. aspexi terram et ecce va
cua erat et nichil. Ergo multo omnibus
predictis est sapientia preponenda.
~~[illegible]~~ lco 91   lco 91

Nec comparavi illi la pidem preciosum:

quia omnis aurum in comparatione illius
arena est exigua et tamquam lu
tum estimabitur argentum in
conspectu illius. Postquam salomon decla
ravit valorem sapientie prepone
do eam omnibus potentibus ho
noribus et diviciis generaliter quia
divicie videntur placere et prodesse
ea que specialiter videlicet gemme aurum
et argentum et ideo in parte ista
ondit valorem sapientie propa
torem ad ista tria que sigillatim
et singulariter. Primo de gemmis 2º
de auro 3º de argento et est satis
conveniens ordo. Quantum ad primum
dicit sic nec comparavi illi lapidem
preciosum. De istis tribus simul loquens
boecius dicit 2º de consolatione metro
v. Heu primus quis fuit ille auri
qui pondera tecti gemmasque
latere latentes volentes ~~primo~~ precio
sa pericula fodit. Narrat boecius
in illo metro qualiter patres in i
etate aurea et mundi principes
fuerunt contenti de hiis quibus
natura indiget. Comedebant fructus
arborum et bibebant aquas fo
ntium. Dormiebant in pratis
vivebant lanis naturaliter coloratis.
tunc enim ignorabant tinctu
ras pannorum immixturas liquorum
dolositates mercatorum et candelita

tes bellorum. Quia enim ista a tempore
sumpserunt originem. et ideo ista
preciosa panno pro argento pugnant
homines sine quibus humana natura
sufficit regi potest. Primo ista latet quia
velle videtur natura signum in pro-
fundo et in visceribus terre latent.
quid quid enim necessarium est ad
vitam humanam vel est elongatum
alta sicut corpora celestia vel ad
minus detecta oritur. et in superficie terre
se offert sicut herbe arbores et
blada id est talia que vero ad humanam
vitam necessaria non videntur sub terra
latent. cuiusmodi sunt aurum et ar-
gentum. et lapides preciosi. quorum
gradus est in abscondito. et ideo
qui primo talia scrutatus est et
fodit preciosa pericula perquisivit et
hoc est quod dicit Heu primus quis
Dicit ergo Salomon nec comparavi illi
id est cultui divino que est summa sapientia
inhiat vita lapidem preciosum nec
aurum. quia summa virtus lapidis
preciosi tantum proficit ut ad salu-
tem corporis / cultus vero dei pro-
ficit ad salutem mentis. Et ideo
bene dixit Job 28. non conferetur
tinctis Indie coloribus nec lapidi
sardonico preciosissimo nec saphi-
ro. Dicit ergo quantum ad gemmas
quod eas sapientie non comparavit
id est non adequavit. Quantum ad aurum
et argentum. et ponderationem sapientie
in estimatione sua per duo exempla
Nam aurum comparatur arene / ar-
gentum vero luto et per ista duo
intelligit pecuniam / et ideo sicut
lutum et arenam conculcamus
et contempnimus. Ita omnem pe-
cuniam vilipendere debemus in comparatione
ad bonam vitam / Hoc est contra eos
relinquere quam transgrediamur vel
negligamus mandata dei. Psalmista
Dilexi mandata tua super aurum
et topazion. Inventa est notanda
triplex conditio / et istas tres con-
ditiones causat amor pecunie in men-
tibus mundanorum. Sterilitatem dis-
solubilitatem et gravitatem. Primo sterili-
tatem per avaritiam per quam im-
pediuntur ne liberaliter fructum
faciant. Ecclesiastes 5. Primo qui amat
divitias. fructum non capiet ex
eis. Et Jeremie 22. scribe virum istum
sterilem. virum qui in diebus suis
non prosperabitur etc. 2o discordi-
natus amor pecunie causat in ho-
mine dissolubilitatem. sicut la-
pides marina sunt inter se di-
visi non conglutinati per coheren-
tiam. Ita inter amatores
pecunie. semper est divisio dis-
cordia et litigium. 3o causat in eis
gravitatem que est appetitus ten-
dendi deorsum / subtrahit enim
mentem a celestibus. et facit
eam inherere caducis / et ideo dicitur
signanter Proverbiorum 8. accipite
disciplinam meam et non pe-
cuniam / doctrinam magis quam
thezauros eligite. Notandum
est tamen quod pecunia prejudi-
cat sapientie in diversis / scilicet in preci-
piendo / in dirigendo / in protegendo.
isti enim actus sunt proprie operationes
sapientie / recte precipere / iuste dirigere
et salvos protegere / sed iam venit
pecunia. et istas operationes sibi usur-
pat / precipit enim magnis et parvis.
divitibus et pauperibus. et eciam
ei obediunt cum timore. sicut mona-
chus abbati suo / Ecclesiastes 10. pecunie
obediunt omnia. Secundo de-
cernit et iudicat. et facit omnia in ora
mundi. et in iudiciis allegat pro et
contra nobiscum. et depositum sub-
sedet in consistoriis pro tribunali
tam in foro ecclesiastico quam civili
De quibus omnibus dicit Micheas
3o principes eius in muneribus
iudicabant / et sacerdotes eius in
mercede docebant. et prophete eius
in pecunia divinabant / 3o pecunia

protegit et deffendit. tam iustos
quam iniustos. Eccl^s c. sicut n.
protegit sapiencia. sic protegit et
pecunia. Recitat auctor lapidarii
c. q. de iaspide tres condiciones.
vna est quod si caste geratur. facit
portantem tutum. potentem et
sanum. secundo dicit quod si
gestans dat fluxum indiciorum lapis per-
dit virtutem suam. 3^o addit quod
lapis non exercet virtutem potissime
nisi includatur in argento. Moraliter
iste lapis figurat iusticiam. hec enim
est virtus quedam. que virtutem facit
tutum sanum et fortem. prouerbiorum
12. Non contristabit iustum quidquid
quid acciderit ei. Erit etiam pro-
tectus quia sapientie 3^o iustorum
anime in manu dei sunt. 2^o ista
virtus est talis. quod si ille qui
eam gerere portare debet facit fluxum
indiciorum statim perdit virtutem suam.
Ezech. 18. Si autem auertit se
iustus a iusticia sua. et fecit in-
iquitatem. omnes iusticie sue non
recordabuntur. in preuaricatione qua
preuaricatus est. in peccato suo quod
fecit in ipso morietur. 3^o iusticia
perdit virtutem suam et premium
sibi debitum. si homo fecit fluxum
indiciorum. sed dolendum est
nimis. De tercio. quia iusticia
hiis diebus non exercet virtutem
suam. nisi inuoluatur argento
quantumcumque sit clara causa pau-
peris non expeditur nec absoluitur
in curiis regis vel pape nisi in-
uoluatur argento. et ideo nimis
vbique visitatur id vlnum propheticum
supius allegatum. principes eius
in muneribus iudicabant. Quantum
ad principes et dominos. et sacer-
dotes eius in mercede docebant.
Quantum ad viros ecclesiasticos. et
prophete eius in pecunia diuinabant.
Quantum ad viros religiosos. Eccl. 10
bene dicit Eccl^s. vni. Multos per-
didit aurum atque argentum et

vsque ad cor regum extendit. et conuertit.
conuertit vero ad iniquitatem. et lc 16 vocatur
mamona iniquitatis. Eccl^s x^o. Nichil
iniquius quam amare pecuniam. 2^o
Salomon comparat argentum luto cum
dicit. Tanquam lutum estimabitur
argentum in diebus illius. Et merito tamquam
lutum. lutum enim est deturpatiuum
tamquam quod tangit propter suam
feditatem. Unde qui cadit in luto
totaliter deturpatur in corpore. isto
modo qui cadit in amorem argenti
vel pecunie necessario maculabitur.
Si protrahatur argentum super
albissimum pargamenum. relinquitur
tamen ab argento vna linea nigra
in pergameno. et tamen argentum est
album et pergamenum. sic eodem
modo licet anima sit innocens et
munda et argentum sit res in suo
genere bona. quia omnis creatura
dei est bona. bene cum utentibus tamen
si fortiter imprimatur anime per amorem
relinquit lineam nigram pecca-
ti cuius vltimus punctus est casus
ad infernum Job 21 Ducunt in bonis
dies suos. et in puncto ad infernum
descendunt. De isto luto dicitur
abac. 2. Ve qui multiplicat non
sua usquequo aggrauat contra se
densum lutum. 2^o lutum est
tenax et retentiuum. Unde homo non
ambulat in profundo luti. nisi cum
magno labore. et frequenter infi-
gitur et stat immobilis nisi sibi
caueat. ita est de ambulante in
amore pecunie. retinetur mente et
infigitur ne possit perficere iusto
spirituales. Veteris testamentum figuram pharao
rex egipti oppressit filios israel fortiter
te luti et lateris ne essent liberi
in regno suo. exo. 5. Ita dyabolus ex-
istens in mundo mittitur opprimere
seruitute argenti et diuiciarum
racione quod nemo potest duobus
dominis seruire. Math. 6. Non potestis

Deo seruire et

deo servire et mamone/ et qui serviunt
mamone in figuntur in luto quod
non possunt proficere/ psalmus Eripe
me de luto ut non infigar Re-
citat Aulus in poetria sua quod poete
Daniel — Babilonici vocaverunt dona compedes. quia
sicut compeditus non potest in-
cedere sicut vellet et posset secun-
dum virtutem motivam corporis sed con-
stringitur et retrahitur ad ambu-
landum secundum mensuram
quam compedes sibi limitant
et concedunt/ Ita recipientes dona
quantumque sint districti et fortes
in iusticia sentiunt se tamen
constrictos et retentos et quasi
quodammodo compeditos ne libere
agant quod iusticia eis suadet
Tercio de luto de cocto fiunt
lateres durabiles contra ignem
et sic amatores luti id est pecunie
sunt apti ut ponantur in igne
infernali in perpetuum/ pri. 22. Super
aurum et argentum gratia bona f. 92

Super salutem et spe-ciem dilexi dilexi

eam et proposui pro luce habere illam
quoniam inextinguibile est lumen illius
Postquam salomon declaravit
sapientiam esse preponendam bonis
exterioribus puta potentijs divi-
tijs et honoribus/ hic ostendit sapientiam
esse preponendam bonis interioribus
quamvis corporalibus et circa hoc facit tria
nam primo ostendit quod sapientia prepon-
derat omni corporali prosperitati 2° ea
assimilat tamquam spirituali quali-
tati 3° declarat causam cuius dicitur prius
ibi proposui pro luce 3° ibi quoniam
inextinguibile. Circa primum est ad
attendendum quod duo bona sunt
ad corpus pertinencia que apud mundanos
nos appreciantur videlicet consistencia
sanitatis et apparencia speciositatis
hec enim affectat maxime homo

habere quantum ad bona corporalia scilicet
corpus sanum et pulcrum/ sed
secundum sententiam scilicet quam nobis
salomon proponit utique istorum
preponenda est sapientia id est conversatio
bone vite vel devotus dei cultus
unde dicit sic. Super salutem
quantum ad primum/ et speciem quantum
ad secundum dilexi eam id est sapientiam
Ratio primi est quia sapientia est anime
salus et ideo quantum preponderat anima
corpori tantum prevalet sapientia cor-
poris sanitati Ecclesiastici 30 Salus anime
in sanctitate iusticie/ Ratio secundi est
quia pulcritudo corporis est mini-
mum vana proverbiorum ultimo fallax gracia
et vana est pulcritudo Cum ergo salus
anime magis sit diligenda quam
salus corporis et salus corporis
magis quam forma corporis patet
quod super utrumque est sapientia di-
ligenda Notandum est quod sani-
tas corporalis non est minus dili-
genda nec corporalis infirmitas est nimis detestanda que
immittitur cum gratiarum actionibus que adeo
est accipienda/ quia valde cedit in
bonum anime infirmitas corporis
sit si tamen assit paciencia men-
tis/ Est enim ut antiquus dicit
vitar infirmitas corporalis quasi
arcte preciose concathenacio/ per se
lapse incarcerato/ Roma fugiens
arcta hostis resistentis oppug-
natio/ primo dico quod infirmitas
corporalis est quasi arcte preciose
concatenatio/ quanto enim arcta
vel arctius fortioribus cathenis
est alligata et quanto pluribus ser-
ferreis est clausa tanto est aptior
ad servandum thesaurum thesaurus
qui intus securus est reconditus
sic quando corpus hominis est
infirmatum ligatur sicud solet
dici vulgariter vinctis ipsius dei
et seratur sera quam solus deus
aperit et tunc tale corpus aptum
est ad servandum thesaurum

charitatis ipius anime i. merita eius
que sunt nobilissimum iocale dei
Unde Aug(ustinus) de charitate seruanda
accepi per quod mercator non incipies
sanguinem suum dedit. Similiter
quia infirmitatis patienter et grant(er)
sunt sustinenda que deus nobis ea
immittit. Eccl. 6. Subiice humerum
tuum et porta illam et ne acidieris in
vinculis illius, et in fine. Dextor in-
uenies illa et vincula illius alli-
gatura salutaris, et hoc est quod sig-
nanter dicit ap(ostolu)s 2 cor 12 Libenter
gloriabor in infirmitatibus meis ut in-
habitet in me virtus christi. q. d.
Cum sum vinctus in infirmitatibus
tunc sicut fortis cista aptus sum
ut inhabitet in me virtus, quia
cum infirmor tunc fortior sum et
potens. 2o infirmitas corporis est
more qui post scelus se in carcerem
qui unus fur vel predo capitur
qui multos socios habet et multorum
malorum est consciens vinculatur
et magnis tormentis affligitur
donec confiteatur veritatem et so-
cios socios in crimine proclamet
et accuset. Caro mortalis est res
multum criminosa socii sunt se-
sus corporis qui frequenter spo-
liant animam virtutibus. Istum
furem deus capit et incar-
cerat et ponit ad questiones et tor-
menta, quando immittit sibi
fortes febres vel guttam vel
palisum et sic dealbus et causa
est quia alias non confitetur
veritatem nec socios in crimine p-
clamaret. Unde videmus communiter
quod illi qui sunt sani vix
in anno vel in duobus semel
confitentur statim ante cum in-
firmantur prius confessoribus
mittunt et faciunt accusationem sive
confessionis coram ipsis. Unde in
ps. Cum occideret eos querebat
eum et reuertebantur dilu. ve. ad

deum. Et ideo est quia deus credi-
tor eorum est et dominus corpor-
e est, et in alio ps. multiplicate
sunt infirmitates eorum et pos-
tea accelerauerunt. 3o infirmitas cor-
poralis est quasi socii fugientis
arrestatio. contingit enim quod multi socii
peregrinantur simul et in itinere faciunt
expensas suas quas et unus
delicate simbolum computantes
et consentientes ut unusquisque pro
rata sua soluat. Euenit ergo inter-
dum quod unus eorum fugere intendit
simbolo suo nondum soluto et i
tendit arrestare ratam suam ut
alii soluerent pro eo talem de-
prehensum iniustum est arrestare et
ad symboli solutionem compelli. Pro-
mo ad ad anima et corpus pere-
grinantur simul in hac vita 2 cor
5. Quamdiu sumus in hoc corpore
peregrinamur. faciunt expensas commu-
nes, quia nec anima sine corpore
nec econtra corpus sine anima delectatur
peccando, iustum est ergo quod sicut
utrumque delectationem percipit sic utrumque
pro rata sua impensam simbolum
sive portionis exsoluat, modo sic
est quod caro est quasi socius fu-
gitiuus et inconstans et soluere
nollet solue quod qua iob 13
fugit velut umbra et nunquam in
eodem statu permanet. Deus ergo
qui iustus est et iusticias diligit
facit eam arrestari per infirmitatem
et compellit eam soluere quantum
iusticia exigit velit nolit. Matt
18. misit eum in carcerem donec red-
deret vniuersum debitum. Exemplum huius ha-
bemus ysaie 36. de rege Ezechia
qui cum peccasset contra dominum in hoc
quod sibi non reddebat tantam re-
gratiationem pro victoria nobilissima quam
sibi deus fecerat sicud 4 Regum
19 p(atet) quod angelus domini in
una nocte percussit in castris Senna-

exercitus regis assiriorum clxxxv milia
Offensus ergo dominus contra eze-
chiam immisit infirmitatem quinsi-
nancia de qua egrotauit usque ad mor-
tem. et misit etiam ad eum ysa-
yam prophetam qui sibi dicit Dispone do-
mui tue. quia morieris tu et non
uiues / et fuit secundum quia
et non secundum prophetiam / et sta-
tim Ezechias conuertit fa-
ciem suam ad parietem et orauit
cum lacrimis deum et fleuit ma-
gno fletu et statim egressus ysa-
ya de palacio regio antequam pertrans-
isset mediam partem atrii dixit deus
ad ysaiam reuertere et dic Ezechie
duci populi mei Audiui oracionem
tuam et vidi lacrimas tuas et sa-
naui te. die tercia ascendes in tem-
plum domini et addam diebus
tuis annos 15 / et tunc die tercia
ascendit in templum. et cantauit
id canticum. Ego dixi in dimidio
dierum meorum etc. Ecce quod ezechi-
as quia non soluerat deo quod
debuit arrestatus fuit per infirmi-
tatem. donec perfecte soluisset canti-
cum preces pro victoriis eis conce-
ssis diuinitus tanta regratiacione cantico
se solebant componere sicut dicit
magister in historiis. 3° infirmitas
corporalis est hostis resistentis
expugnacio. Caro enim concupiscit
aduersus spiritum et spiritus aduersus car-
nem hec enim sibi inuicem ad-
uersantur ad galatas 5 / et ideo de-
bilitacio carnis sobriam facit aciem
Vnde Bernardus exponens illud apostoli
cum infirmor tunc fortior sum et
potens / quid mirum si hoste debi-
litato forcior efficiaris nisi forte
in sanissimam illam dicam ami-
cam. que non cessat concupiscere ad-
uersus spiritum Ex quibus omnibus satis
patet quod sanitas corporis non est
nimis affectanda / nec infirmitas
corporis nimis detestanda / et quod
super salutem corporis est sapiencia a-

manda / propter quod merito dicit salomon
super salutem dilexi eam. Secundo po-
nit sapientiam pulcritudini dicens Super
speciem dilexi eam / Nec mirum species si-
ue pulcritudo corporis est Bonum
defectiuum Bonum infectiuum Bonum
deceptiuum / primo dico quod forma
pulcritudo uel species est bonum de-
fectiuum nam continue fugit
continue perditur et diminuitur
Vnde Boecius 3° de consolacione prosa
8 forme vero nitor ut rapidus est
velox / et vernalium florum muta-
bilitate fugacior / et in fine extimacione
quis vult ymo corporis bona di-
scatur hoc quodcumque miramini tri-
duane febris igniculo posse dissol-
ui. De hoc ipse dicit Ovidius 2°
de arte amandi forma bonum
fragile / que tamen accedit ad annos
fit minor / et spacio carpitur ipsa
suo / nec viole semper / nec florent
lilia semper / et riget amissa flore
relicto rosa et tibi iam venient cani
formosi capilli iam venient
ruge / que tibi corpus arent et
ideo dat optimum bonum doctrinam
homini / qui vult se facere amabilem /
quod studeat animum suum colere
per virtutes et sciencias / quia ita
est pulcritudo permanens usque
ad mortem / Vnde subdit iam
molire animum qui duret / et astrue
formam / solus ad extremos permanet ro-
gos / nec leuis ingenuas pectus
coluisse partes / cura sit et lig-
uas edidicisse duas scilicet grecam et
latinam / et eciam eodem libro 3° dicit
quam cito me miserum laxant cor-
pora ruge et perit in tuto
qui fuit ore color. Est 2° species
bonum defectiuum. Vnde Ecclesiasticus 11 Ne lau-
des hominem in specie sua / nec sper-
nas virum in visu suo / 2° est bonum
infectiuum raro enim conueniunt
pudicicia et pulcritudo / Vnde cicero
libro de natura ca. carminum ad iohannem nor-

mus dicit sic libro secundo Vbi a
semine gula que in culto nascitur
agro absque comitantibus zizaniis
rarissime convalescunt. Elegancia
pulcritudinis vigor fortitudinis
suavitas vocis pulcritudo enim
iuvenem alicuius predam libidi
nis aut predonem efficit castitatis
fortitudo audaciam ingerit. Auda
cia vero ad iniurias committendas
impellit. Et vero hii qui vocis ame
nitate pereminent lascivia mode
stis studiant professionis et iocosa
seriis anteponunt. Unde Helinandus
sicut recitat Vincencius li° 3°
c. 19. Difficile invenitur aliquis
levis vocis et gravis vite quippe
cum vocis levitas tum vite gravi
tas plantum desideret. Et subdit
Vidi infinitos tam viros quam
feminas tanto vite peiores quanto
vocis meliores. Hec ille. Est ergo pul
critudo sive species quedam corporis
bonum quod multis est occasio
magni mali. Et ideo sicut dicit
Eccl. 9. Averte faciem tuam a mulie
re compta et ne circumspicias speciem ali
enam propter speciem mulieris multi
perierunt et ex hac concupiscencia quasi
ignis exardescit. Tercio species corpora
lis est bonum deceptivum. Erigit
enim hominem in superbiam ali
quociens et sic per formam corporis per
dit homo graciam mentis. In
cuius figuram legimus Matth. 14 quod
Herodes in convivio suo celebrans
diem natalis sui iussit occidi
Johannem Baptistam. Herodes interpretatur
glorians in pellibus et signat despicientes
corporis gloriantes que tota est in
pellibus sive in superficie et non
in profundo. Unde Boecius 3° de con
solacione. Si inquid lincei oculis
homines uterentur ut eorum visus
queque obstancia penetraret nonne
introspectis visceribus illud Al
cipiadis corporis superficie pulcher
rimum turpissimum videretur. Igitur
te pulcherrimum videri non tua natura sed
oculorum spectancium reddit in
firmitas. Homo ergo glorians in pelle
sive pulcritudinis celebrat suum
diem natalem. Dum inanit gloriatur
de bono tam vano quod non opera
ndo sed nascendo recepit et iste
statim occidit Johannem id est graciam
per vanam gloriam deceptus. Dan. 13
Species decepit te.

Venerunt autem michi omnia
bona pariter
cum illa et in manibus illius honestas
innumerabilis. Postquam
Salomon declaravit quod bonum e
ternum tolerit quod vocatur sapiencia
quia maius est omni honore
temporali omni decore corporali omni
valore mundiali et sic per consequens quod
habet singularem excellenciam
hic ostendit quod ipsa habet suffici
enciam generalem et circa hoc duo facit. Primo
narrat affluenciam diciarum libera
litatis. 2° vehemenciam Unde lo
cunditatis qui tabat in eo sapiencia
acquisita adeo 2° parte ibi letatus
sum in omnibus. Circa primum
dicit sic. Venerunt autem michi
omnia bona et cetera. Quomodo est hoc
in hystoria de Salomone quia post
3° Reg. 3. Salomon post mortem patris
promotus ad regnum cum hostias
deo ymmolasset nocte sequenti
apparuit ei dominus dicens. Postula quod
vis ut dem tibi. Cui indit Salomon dicens
Domine deus ego sum puer parvulus ig
norans ingressum meum et exi
tum meum et tu elegisti me
regem super populum tuum qui
innumerabilis est sicut arena ma
ris. Da michi ergo domine cor
docile ut discernere possim inter
bonum et malum ut possim

zizaniis
F
cantu
2°
3
Leo 93
No

iuste iudicare populum/ placuit ita
petitio domino/ et dixit deus ad Salom=
nem Salomoni/ quia postulasti verbum
hoc/ et non petisti dies multos nec
divitias/ nec animas inimicorum
tuorum/ sed postulasti sapientiam ad=
discernendum iudicium/ ecce feci tibi
secundum sermonem tuum/ et concessi
tibi cor sapiens et intelligens/ in tantum quod
nullus ante te similis tibi fuit/
nec post te futurus sit/ insuper=
et que non petisti concessi tibi/
scilicet divitias et gloriam/ et si in precep-
tis meis ambulaveris/ longos fa-
ciam dies tuos/ Ex ista hystoria
est notandum/ quod deus benigne
dat quando iuste petitur/ immo dat
amplius quam petatur/ et circa
hanc materiam notari solent versus
isti/ plus dat quam tollat cogi=
tantibus pollicitatur/ Job Salomon
deus virga florente probatur=
quorum sensus est iste/ quod tanta
est divina liberalitas/ quod cum
aufert homini bona temporalia
ad eius experientiam et meritum/
et tamen ea reddit plusquam ab-
stulit/ 2o plus concedit quam
petatur/ 3o plus tribuit in effectu/
quam exprimit in promissione/
et ista tria per tres hystorias sacre
scripture declarantur/ primum signum
liberalitatis divine/ scilicet quod plus
reddat quam abstulit/ patet
de Job/ cum deus abstulit primo
tam prolem quam substanciam/ scilicet
vii filios et iii filias/ et septem
milia ovium/ et tria milia came-
lorum/ et quingenta iuga boum/ et
quingentas asinas/ sicut patet Job
primo/ et cum Job per suam in omnibus
exhibuisset pacienciam/ placuit deo
facere Job restitucionem plenam ab=
latorum/ et non solum restituit/
immo omnia bona sua mobilia du-
plavit/ Job ultimo/ addidit dominus
omnia quecumque fuerant Job duplicia/ Unde

cum prius habuisset septem milia ovi-
um/ et tria milia camelorum/ quingen-
ta iuga boum et quingentas asi-
nas/ postmodum habuit quatuor-
decim milia ovium/ sex milia ca-
melorum/ et mille iuga boum/
et mille asinas. Secundum signum
divine liberalitatis primo expressum
est/ quod ipse plus tribuit quam
rogatur/ et hoc declaratur in hysto-
ria supius posita/ et habetur 3o Regum 3/
et 2 paralipomenon primo capitulo. Tercium
experimentum divine liberalitatis
est/ quod tribuit plus promissum
complendo/ quam expressit promit-
tendo. Istud patet per hystoriam que
ponitur numeri 17/ ubi legimus quod
cum essent 12 tribus filiorum Israel/
et dominus sacerdotium contuli-
sset tantum uni tribui scilicet Levi/ murmu=
rabant alie tribus contra Moy-
sen et Aaron/ et allegabant causam
quod forte racionabile foret quod
de alia tribu forent similiter sacer-
dotes/ allegabant etiam quod for-
te placeret deo/ quod de qualibet
tribu forent aliqui sacerdotes/ ne
tanta dignitas unius domini et
tam parvis traderetur iniustius=
Dixit ergo dominus ad Moysen/
quod 12 virgas 12 principum/ et de-
scriberet in unaquaque virga nomen=
principis cuius erat/ excepta virga
tribus Levi/ quia in ea iussit
dominus scribi nomen Aaron/
etiam iussit dominus quod
post istas virgas 12 acciperet unam
aliam que foret virga communis
omnium hominum/ in qua nomina=
omnium hominum scriberentur/ ita quod
essent in universo virge 13/ et pre-
cepit Moysi quod cum ab eis
virgas singulas accepisset secundum
formam predictam/ poneret eas
in tabernaculo coram domino
una nocte/ et promisit quod

b 3o

accipet

illius vrga quem elegisset pro offi
sacerdotis in crastino germinaret et
si illa que esset vrga communis
omnium tribuum germinasset sig-
num foret quod ex qualibet
tribu fierent sacerdotes et sic p
illud miraculum cessaret murmur
populi de sacerdotio contra moy
sen et aaron factis igitur omnibus
istis redijt moyses in crastino
et inuenit solam vrgam aaron
germinasse floruisse et folijs dila
tatis amigdala protulisse et sic
determinatum est primo quod tm
apud aaron et stirpem suam
deinceps sacerdocii dignitas per
maneret patet ergo quod dominus
plus impleuit in ope quam po
llicitus fuerat in promissione
quia non promisit nisi florem et
contulit gemmas flores cum
folijs et fructu in quibus per
sensus istorum verborum tria cog
nouimus diuine liberalitatis
continencium plus dare quam promisit vt
pediam autem historiam tan
git deistis salomon in littera quomo
locutus est venit autem omnia
bona mihi pariter cum illa scilicet
cum sapiencia de dono dei vnde
dicit glosa quicumque xpo placere
quod noticiam cum presenti veritatem et
gratiam et in futuro vitam
eternam et innumerabilis hone
stas prouenit illius in manibus
qua spetua et eterna temporalis cum
quantitatem quam sint inmensa et p
ea innumerabilis est et cum tempus sit
numerus motus secundum prius
et posterius vnde de racione temporis
est numerus quarto physicorum sed honestas
eterna innumerabilis est et in
finita aperte patet honestas vero
idem est quod virtus vno mo
et honestum id est quod virtuo

sum et sic accipit a honestu
m .4. ethicorum ubi distinguit tres
spes amicicie secundum tria ama
bilia scilicet vtile delectabile hone
stum et sic accipit honestum
in tractatu primo qui sic incipit
moralium dogma philosophorum vbi
auctor loquens de consilio dicit quod
triplex est deliberacio consilij ca
pidissima est tantum an scilicet
illud de quo consilium petitur
sit honestum an non 2a est
de vtili an videlicet sit vtile
an non 3a est de conflictu vtili
s quia si ad sit vtile et non
sit honestum id est virtuosum et
iustum nullo modo est eligendum
vnde narrat valerius libro
vj. ad tyberium c. v. quod te
mistocles atheniensis virtute
et prudencia patriam suam de
bilitatam ad statum pristinum
reformauit et xerxem regem
cum suo exercitu fugaret de gre
cia et cepit intelligere tam po
tenciam quam eciam et an
helare ad hoc quod athenienses
obtinerent grecie principatum ipse
vero temistocles intrauit quo
dam die concionem hoc est con
gregacionem potentum et sapien
tum de ciuitate athen et dixit se
deliberasse de quodam negocio quod
si posset ad effectum perduci nec
quid magis pro athenis esset p
ficuum sunt tamen talia quod
oportet celari et occultari vn
petijt vt concione quod vnus de
septem sapientibus ei deputaretur
cui deliberacionem suam aperi
ret occulte et si ille eam appba
ret primo poneretur in effectum
Datus est ergo sibi quidam sa
piens qui dicebatur aristides

Dixit ergo se liberasse quod si subi
to darent in fultum adnaues
lacedemoniorum que omnes in
una classe fuerant mari vicino
et eas statim incenderent ipsi
fierent domini maris et sic multo
potenciores lacedemoniis effecti
obtinerent de facili totius grecie
principatum isto audito rediit
aristides ad concionem et dixit
sicut inquid consilium demisto
clis est utilissimum ita est omo
in iniustum nec publicavit ullo
quale fuit statim tota contio
declamavit quod omnino non vi
detur nec expediens nobis et
et misit omnino demistides desistet
ab incepto quia demistidis pru
dencie annexa est iusticia ymo
non esse prudentiam sed pocius
calliditatem cum iusticia adversa
asserebat unde apud antiquos
et virtuosos nichil fuit utile in
quod fuit honestum et iustu
et virtuosum Dicit ergo salomon quod
advenerit sibi in innumerabilis
honestas per manus sapiencie i.
preceptum et operationes virtutum
~~c[illegible]~~ lec 92

Et letatus sum in omnibus quoniam antecedebat me ista sapiencia et ignorabam quoniam omnium bonorum mater est. Postquam salomon declaravit affluenciam divine si
bealitatis in concedendo sapiam de
notis precibus postulatam hic con
declarat vehemenciam sue
iocunditatis quam mens sua
concepit per sapienciam impetratam
et circa hoc duo facit primo ostendit
quomodo per sapiam redditur homo
compositus 2° quomodo ad sapiam

sit homo dispositus 2a pars ibi
Quam sine fictione etc primum
duo facit nam primo narrat quo
sapiencia sibi contulit quandam
sanctae iocunditatis 2° quomodo abstu
lit sibi ignoranciam in nectate et
cecitatis secunda ibi Et ignoritibat
narrans ergo quomodo per sapiam i. per se
consolationis saciam dicit quandam
iocunditatem dicit sic Et letatus
sum in omnibus quoniam ante
debat me ista sapiencia letari
debet iustus et multo tam in presenti
quam in futuro in presenti quidem
de tribus de sui divini infinita bo
nitate de sue consciencie puritate de
sui proximi prosperitate primo
ergo debet iustus letari de sui divini
bonitate unde in psalmo letabitur iustus
in domino et sperabit in eo et lau
dabuntur omnes recti corde est
enim leticia dilatacio cordis sic
tristicia est cordis constrictio sed cor aut
iustorum sic est dispositum quod
lata pars est versus deum et stricta versus
proximum et ideo cor iustorum
semper est letum de deo dici
tur leticia quasi laticia a latitu
dine unde sicut lampas in ecclesia
quam dum habet latitudinem
suam versus superius continet
lumen et oleum quod subtititur
ut concus lampadis vertitur supra
et latitudo in ferius tunc lumen ex
tinguitur et oleum effunditur
ita modo quam diu homo habet
suam latitudinem versus celum
et concum versus terram continet lu
men gracie et oleum caritatis qui vero
subtitit totum extinguntur et
similiter cor hominis debet per hoc latitudinem ad deum dō
leticiam a deo unde in psalmo iubi
late deo omnis terra servite domino
in leticia 2° debet letari iusto
de sue consciencie puritate unde in psalmo letetur
mons syon et exultent filie iude

Syon

Syon interpretatur specula. Est autem
specula locus altus et elevatus
a quo potest homo de facili circumspi-
cere assc prodeuntes sicut in turribus
castrorum patet. Mons ergo syon est
animus viri iusti altus per contem-
ptum terrenorum et aptus ad specu-
landum armonias per consideracionem pre-
teritorum et futurorum. In isto monte
debet esse leticia et quies. In cer-
tatumine altissimorum mon-
cium non sunt turbaciones ven-
torum nec inundaciones pluviarum
sed est quies et serenitas semper.
Et eodem modo est in mente viri
iusti. Quia sicut docet seneca

b

mens sapientis est sicut celum
supra speram lune, ubi non sunt
pugne nec passiones, sed si in
mente iusti contingat turbacio per
peccatum, hoc statim remedium con-
fessionis. Et ideo subdit: exultent
filie iude, q. d. non solum debent
letari innocentes et perfecti in sue
consciencie puritate, sed eciam penite-
tes et confessi. Iudas confessio
interpretatur. Dicit ypocras in aphso-
rismis suis parte c. Desipiencie
cum risu facte securiores, que vero
cum sollicitudine molestissime.
Simile dico quod in finis dupliciter
contingit alienacio mentis, quedam
cum risu et leticia, quedam cum de-
solone et tristicia. Prima desipie-
cia de facili est curabilis. 2a di-

2^a

fficulter, quia provenit de mate-
ria melancolica, que est difficilis
ad digerendum. Moraliter quilibet
peccans desipit et alienacionem
mentis patitur. Unde de peccatori-
bus dicitur ysa. primo: dereliquerunt
dominum, blasphemaverunt sanctum israel,
abalienati sunt retrorsum. Inter
istos enim est tamen diversi-
tas, quia quidam desipiunt
cum tristicia desperacionis de

divina misericordia et de sacramentis
ecclesie, et talis desipiencia est mo-
lestissima, sicut desipuit caym
gen. 4: maior est iniquitas mea
quam ut ve. me. Alii peccant
et desipiunt, sed tamen cum le-
ticia spei de divina misericordia iuxta ps.
secundum multitudinem dolorum
meorum in corde meo, consolationes tue
le. animam meam. Tercio debet
delectari iustus in puritate de sui
proximi prosperitate, sicut unum
membrum letatur de alterius sa-
nitate, et contristatur de eius infirmitate. Dicit
enim bonus de suis confratribus id
quod scribitur 1 machab. 12: Sic
phas est et decet meminisse fratrum,
letamur igitur quam de gloria vestra.
Dicit 9o salomon: letatus sum in
omnibus. Nec mirum, quia Ro. 8 dicitur:
Diligentibus deum omnia coopera-
ntur in bonum, et hoc sive sint pro-
spera sive adversa. Prov. 12: non con-
tristabit iustum quidquid acci-
derit ei. Et ideo nulla fortuna

c

mala est apud sapientem, sicut
declaratur boecius 4 de consolacione
prosa 7 q. quilibet potest formare
fortunam suam sicut voluerit.
Si enim est aspera et sustinet eam
paciencer, facit eam victoriam
et occasionem merendi, si est leta et bene
ea utitur, bona sibi fit. Et ideo
dicit philosophia boecio in vita commu-
nis tua est manu, qualem vobis
fortunam formare malitis. Omnis
enim que videtur aspera aut ex-
ercet aut corrigit aut punit, hec
est omnis adversa fortuna, aut ex-
ercet perfectos, aut corrigit imperfec-
tos, aut punit iniustos. Et ideo
sicut dicitur philippensibus: In omnibus gracias agite (p^a ad tess.)
et ad philippenses 4:
Scio humiliari et scio habundare,
ubique et in omnibus institutus

sum/ et saciari et esurire et habun-
dare et penuriam pati/ omnia po-
ssum in eo qui me confortat. Leta-
tus sum quod in omnibus/ sed quod
certe quia antecedebat me ista
sapia .i. timor/ quia inicium sapie
timor domini/ uel cultus dei
deuotus/ qui vocatur pietas. Iob
28. Ecce timor domini ipse est sapia
Et ideo illa sapiencia semper de
bet hominem antecedere/ et viam
ostendere et parare. prouerbiorum 4. Oculi tui
recta videant/ et palpebre tue
precedant gressus tuos. Sunt
tamen duo genera hominum/ quos sa
piencia non precedit propter cor-
defectum/ videlicet impetuosi et
accidiosi. Omnes enim capitosos per
capites et impetuosos non precedit
sapiencia sed stulticia. Dicit Seneca
quod duo sunt maxime contraria
consilio/ festinacio et ira. Et ideo ira
cundi et impetuosi nunquam da
bunt sapiens consilium indigenti/
sapia enim indiget quiete et de
liberacione. Unde Seneca de quatuor
virtutibus/ prudentis proprium est ex-
aminare consilia/ et non cito facili
credulitate ad falsa prolabi/ sed
tales non precedit sapiencia/ sed
aliquando subsequitur/ quia se ne pre
sumpcionis pena addiscunt accidiosos
cauens negociaturi. Secundo
accidiosos non precedit sapia/ quia
negligentes sunt in providendo/ et pre
ordinando ante tempus/ et ideo
cum tempus transierit tunc est ni
mis tarde. Et ideo dicit Seneca de
copia verborum sive de quatuor
virtutibus cardinalibus/ si prudens
esse cupis/ in futura prospectum
intende/ et que possunt contingere
animo tuo cuncta propone/ nichil tibi
subitum sit/ sed totum ante pro
spicias. Nam qui prudens est non
dicat non putaui hoc fieri/ quia non
dubitat/ sed expectat/ sed suspi
catur sed cauet/ istud est quod scio pe

nitentes/ contra ordinacionem de
statu suo dicentes/ contra illos qui
sunt desides animas carnalibus
nimis confidentes/ et propter de
salute propria disponere deuit/ aliter est
de sapientibus et iustis/ quia eos
semper antecedit sapiencia/ iuxta
illud Eccli. 4. Sapiencia filiis suis
vitam inspirat et suscipit exqui
rentes se/ et precibit in via iusticie.
Sic ergo patet quod sapiencia con
fert habundanciam secunde iocunditatis
2o aufert ignoranciam in veritate cognoscenda
et quantum ad hoc subiungitur nesciebam
et ignorabam quia omnium bonorum
mater est ipsa cum est. Quedam dicit Eccli.
24. Ego mater pulcre dilectionis et timoris et
agnicionis/ et sancte spei/ sapia
ergo magis dicitur mater quam pater quia
sicut pater est causa principalis
in generacione/ et mater causa secundaria
quia principium passiuum/ ita
in omni operacione mundo deus est
sicut pater. Et humana industria
est sicut mater/ et loquitur de sapia me
taphorice ymaginando sapiam quasi
personam quandam/ sicut fecit Boecius
libro suo de consolacione philosophie prosa prima
tunc post descripcionem ponit Boecius
libro primo prosa prima talem refert sibi
apparuisse iacenti in lecto/ et fuit talis
similitudo de antiqua prosperitate desti
tuti/ mulierem quandam fore reuerendi
de fulgentibus oculis/ colore vi
uido/ et inexhausti vigoris/ quamuis
etatis pronecte/ in statura fuit am
bigue discrecionis/ quia aliquando appa
ruit quasi statura communis hominis/ quandoque
aliquando videbatur celum pulsare
capitis summi vertice/ aliquando etiam
videbatur ultra celum caput ele
uare/ in tantum quod hominum respicientium
frustrabat intuitum/ vestes fuerunt
quas sibi manibus propriis di
scoluit tenuissimis materia/ subtili artificio
fecerat/ in quarum fimbria texta grecum/ (ante lineam ad marginem) describitur philosophie

No^a

In inferiori vero margine .p. lra scribe-
batur. In dextra portabat libellum
in sinistra sceptrum. Illius descrip-
cionis in titulis est talis. Philosophia sive
sapiencia in sexu describitur
mulieris. quia philosophie idem conve-
nit officium moraliter. quod naturaliter
convenit mulieri. Sicut enim
officium mulieris est virum parere et
postea ad sufficientem etatem per
semetipsam nutrire in esse natura-
li. ita philosophie debetur virum in esse
morali parere et nutrire. Intimo sig-
num antiqui philosophi vocaverunt philosophiam
matrem suam. sicut plato et de-
mostenes dixisse leguntur libro
de vita philosophorum. Unde isti duas ma-
tres se fatebantur habere. scilicet naturam
et philosophiam. Dogmatibus moribus ita
fuit eorum fama. Natura nos genuit
mortales et rudes. sed philosophia nos
peperit divinis virtutibus informatos. Haec est ergo causa. quare apud
omnes tam grecos quam lati-
nos philosophia pingebatur in specie mu-
lieris. Oculi fiebant fulgentes.
i. luminum emittentes. quia philosophia
nihil patitur obscurum latere. Color-
abat vividus. Vigor in exhausto.
quia virtus philosophie donacionibus
ipsa adeo est antiqua. quod non
est unius temporis. Quia ante-
quam ad inventorem. ab eterno
fuit possessio divina. sicut dici-
tur Eccli. 1^o Omnis sapiencia a deo est. et
cum eo fuit semper. et est ante
evum. Statura fuit discrecionis
ambigue. quia modo simplicis
communis staturae quaevis. modo celum pul-
sare. modo celum transcendere vide-
batur. Ad designandum quod in
aliqua parte sui tractat de mora-
libus et naturalibus. et de hiis homo
comprehendere potest. et aliqui de celesti-
bus. que vix homo attingere va-
let. sicut astrologia. et aliqui de

super celestibus. ut de deo primo mo-
tore et intelligenciis. insuper nobis mul-
ta latent. que pertractat. Vestes
subtilissime sunt artes libera-
les. quia sicut corpus sub veste
tegitur et ornatur. ita philosophia sub
sciencijs simoniacis. que sunt grammatica
rethorica dialectica. et sub geometrie
dimensionibus. sub arismetice porcio-
nibus. sub musice modulacionibus
cooperitur. et velut suis ornatibus
vestitur. et tamen istas vestes philosophia
texuit manibus proprijs. communia
indissolubili et subtili artificio.
quia licet diverse sint vestes
ornative philosophie. sunt nichilominus partes
fimbrie de invicem connexionibus subtilissi-
mis concepte. In superiori parte. theo-
rica scribebatur. que vel theorica vel contemplativa.
et significat theoricam. In inferiori vero
margine .p. lra greca scribebatur.
et designat practicam. Ad scalarum
modum quidam gradus insig-
niti fuerunt. quibus ab inferiori
elemento i. p. usque ad superius quod
est .t. esset ascensus. et tamen ut
de Macrobio. vel quod ad philosophiam ali-
pertinet contemplari. aliqui operari.
aliqui studere vite contemplative.
et aliqui intendere vite active. et
quod vita activa sive practica
per contemplacionem regitur et con-
sistit. et ita temporalia administran-
da vita vero contemplativa con-
sistit circa eterna. Ideo theorice
littera capitalis in superiori. et prac-
tice littera capitalis in inferiori et
fimbria ponebatur. Et inter scala-
res hos gradus constituerunt.
ut rationalis fiet ascensus et
descensus per tempore. nunc ab ac-
tiva ad contemplativam. nunc
econverso descensus. Et ita tamen vestes
philosophie nota Boecius quasi duos
defectus habens erat quod esset

obducte quadam caligine neglecte
vetustati . 8 | sicut videmus in an
tiquis ymaginibus circumcir ce
lis obtectis . Alius defectus erat |
quod vestes erant in aliquibus
partibus violenter lacerate . Primum
signat philosophie ornamenta | cuius sunt i. e
7 artes liberales | de quibus dictum
est que non habentur in tanta beneuo
lencia nec in tam communi exercitacione
modernis temporibus | sicut anti
quitus habebantur | sed sunt q.
neglecte et quasi oblinioni tra
dite | nisi apud paucos . 2m designat
quod diuersas sectas et varias
opiniones philosophantium . Vn
vnus accipit vnam particulam et
alius aliam | et sic philosophiam sum
appendentes lacerant | quamuis integri
tate lacerari non possit | cum ipsa
de insolubili materia sit effecta
In manum dextram portat libellos |
in sinistra sceptrum . Et addendum
dum quod duo sunt opera sapientis |
vz in forire et tacere . vel docere
vel regere . Et libellos habet in ma
nu dextra | quia nobilius est
docere quam punire . Liber enim in
formacionem et sceptrum punicionem
signat . Addendum sit quod in
sapiente debet esse prudencia
et iusticia | habet hec ymago libe
llos per quos prudencia denotatur
in dextra et sceptrum per quod denotatur
iusticia in sinistra . Hec est descripcio
philosophie secundum Boecium . Athenienses vero
preter Boecium istum modum philosophie sic de
scripserunt | aliqui sicud dominam
delicatam iacentem | aliqui sicut
impatientem stantem | aliqui sicut
reginam in kathedra sedentem |
Primi monebant debere quod de
uitari philosophie inquiescendo namque
et sedendo . fit anima sciens et
prudens | et ideo addendum
quod sine quiete et pace aptur
bacionibus seculi et sensualitatis
nullus potest sapienciam adipisci
Vlterius antiqui philosophie quatuor
pedes portabant | duo in parte anteriori
s. philos et thopos i. amor et
labor | et duo in parte posteriori puellarum scilicet
filimeria et agrimon i. cura et vi
gilia secundum hugonem Didascolicon . Sicut
ex posteriori pedum verbis medius
dicit | quas omnes 9 or habebant
species puellarum . 2o inter athenienses
fuerunt alij qui philosophiam depingebant
quasi impatientem stantem | et hoc in ia
nuis templorum | et super caput
suum sic erat scriptum | Vsus me
genuit memoria me peperit | odium stu
ltos et opera ignaua . 3o depinge
bant in picturis sicut reginam se
dens in kathedra | cum et subaste
llis ordinabant duo reuerendi
senes hinc et inde | qui vno genu
flexo suggebant philosophie mamillis
ipsa vero super vtrumque consone
do ostendit vbera . Et hoc vel mang
sit aut mysterio depingebatur . Ad
denotandum quod sine sapiencia vo
tas iuuenilium continere non potest . Et quod
iudices quantumcumque sunt senes
vel experti | semper indigent no
uo sapiencie nutrimento . j. pe. 2o Deponentes
vbera sine dolo lac concupiscite |
Deo quo crescatis in salutem . Eccl.
xxvj . Quam pacifica tamquam
uidi in et prohibiciis cognoscere
consilium | quam preciosa vetamus
sapiencia et gloriosus intellectus
et consilium . 2c lectio 94

Quam sine fictione
didici et sine inui
dia communico | et honestate illius
non abscondo . Postquam salomon
declarauit quod sapiencia dat in
homine sancte conuersacionis io
cunditatem | hic ostendit quo.

Margin: Primum; 2m; 3o; la descripcio; lectio 94; honestatem illius

requirit absolutione dispositionis stabilitate et in fortune in hac luce spatio vivitur. Quo adde videlicet quod habeat decum solide veritatis in mente, motu placide caritatis in affectu, signum intime bonitatis in effectu, ut sit veritas in addiscendo, caritas in docendo et bonitas in vivendo. Quantum ad primum dicit sic: Quam sine fictione didici. Notandum est quod in addiscendo est virtuosum intendere modum finem et ordinem. Debet enim devotus scolaris ponere utilitatem subtilitati, humilitatem sublimitati, soliditatem vanitati. Primo utilitas ponenda est subtilitati. Matthei xi: Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde. Unde Seneca in quadam epistola contra insistentes super verbis dicit sic: O te torquens in illa questione quam vilius est contempsisse quam solvere. Et epistola 8 in libris quibus 8. Deridet nimis loyce usque ad senium insistentes et dicit sic: mus in quod sillaba est, mus caseum rodit; sillaba autem ergo caseum rodit. Putas me ut istud non posse solvere? Quid in contra istud periculum imminet quid incommodum? Sine dubio verendum est ne quando in muscipula sillabas arripiam aut negligens si negligens fuero caseum liber comedat. Quicquid pueriles ineptias et in fitia si multum super aetatis pro dispensandum esset ut sufficeret nimis. Nunc autem que dementia est super verba discere in tanta temporis egestate. Hec Seneca. Et ideo Augustinus libro primo de ordine declarans prefert utilitatem et loquens de loyca dicit sic: Scientia est utilis sicut scorpio in tyriaca qui licet sit venenum tamen si detur pacienti dolorem minuit et prestat remedium. Solet dicere: sicut scorpio in tyriaca nichil valet sanis sed tantum a scorpione percussis, ita loyca non valet nisi dum a sophistis affligitur. Et ideo subdit: Docet predicare rones et quod sophista non fallat, et intelligat locos et proporciones in quibus fit ei sophistica. Secundo ponenda est per hominum scolarem humilitas sublimitati. Soli homines bene proficiunt in discendo qui a nocendo discere erubescunt. Unde Ieronimus in epistola ad Paulinum scribit de Apollonio qui totum mundum ut addisceret circuivit. Sic invenit ille ubique quod disceret ut semper proficiens semper se melior fieret. Et ideo sicut dicit psalmus: Bonum michi quia humiliasti me ut discam iustificationes tuas. Tertio ponenda est soliditas virtutum verborum vanitati. Quia omnis scientia sophistica respectu vere et realis scientie non facit hominem sapientem sed apparere. Primo elenchorum. Ita bonitas ubi sine bonitate animi facit hominem fictum et ypocritam potius quam verum bonum. Et talis sapientiam dei que est benignitas eius vel gratia non habebit. Quia Sapientie primo: Spiritus sanctus discipline effugiet fictum et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu. Et quia in ista lectione commendat studium et doctrinam, circa materiam istam fit dubitatio talis: utrum religiosis liceat intendere studiis scripturarum. Et dicitur quod non, quia scientia vitanda est ab omni religioso. Corinthiorum 8: Scientia est occasio superbie, unde illud primo Corinthiorum viii: Scientia inflat, caritas autem edificat. Et Ecclesiastes primo dicitur quod in multa sapientia est multa indignatio. Preterea beatus Gregorius

Questio utrum religiosis liceat intendere studiis

Margin notes: 2º; 3º; Dubium; 110; in loyca sicut

secundo dyalog(orum) narrat de beato Ben
dicto qui fuit p(ro)missus in tercio(?)
quod recessit a studio litt(er)arum sciens
nescius et sapiens indoctus. ergo ad
cuius exemplum tenentur religio
si studium deserere. Item beatus Fra
nciscus in regula sua dicit sic
moneo et exhortor in domino Jhesu
Christo ut caveant fratres ab omni sup(er)
bia, vana gloria et invidia, et soli
citudine huius seculi et detractione
et murmuracione et non curent ne
scientes litteras discere, sed attendant
quod super omnia desiderare habere sp(iritu)m
domini. Item Greg(orius) 13 mor(alium) sup(er) id
Job 16 hostis meus terribilibus o
culis me intuitus est dicit sic
incarnata veritas in p(rae)dicatorem sua
paupe(re)s et ydiotas elegit et sim
plices. Ita Antiopus(?) in fine medi
ad suam p(rae)dicacionem astutos et du
plices et sciam mundi habentes electos
p(rae)ssit(?) ergo p(rae)dicatores Christi p(ro)ptereaque an
tiquo debeant esse dissipiles(?). videtur quod
debeant esse ydyote et simplices
et scientiam mundi non habentes. Item
in ps(almo) dicit Quoniam non cogno
vi litteraturam, introibo in potentias
domini. glo(sa) i(d est) mundanam vanam. sed p(ro)
fessio vite Christiane maxime religio
sis convenit. ergo non p(ro)derit ad eos
insistere studio secularium litterarum. Item si sit
tunc licet eis adipisci gradus
et honores studii, quod est falsum
quia tunc licet eis professores
scientiarum et magistri et magistri vocari.
sed hoc videtur eis esse illicitum, quia
videtur esse contra Christi consilium,
Matth. 23 qui reprehendens tales
qui volebant magistrari et ma
gistri nominari dicit sic: Amant
autem primos recubitus in cenis et p(ri)
mas kathedras in synagogis et sa
lutaciones in foro et vocari ab ho
minibus rabi. Vos autem no
lite vocari raby. Unus enim est vester

ergo contra Christi consilium est quod
religiosus vocetur magister vel ascendat kathe
dram in cenis vel in scolis, sed
tantum debet vocari frater. Item 16.
q. p(rim)a monachus non doctoris sed pla
gentis habet officium. sed tales ca
nonici et alii religiosi communiter iure
censentur, ut extra de postulando c.
exceptis et extra de vite statu mona
chorum et timorem. ergo non licet re
ligiosis habere officium doctoris. Item non
minus tenentur ad p(er)fectam humilitatem
quam ad p(er)fectam paup(er)tatem.
sed ad paup(er)tatem sic tenentur quod
nullum dominium possunt recipere. ergo nec ali
quem honorem, quia sicut dominium
repugnat paup(er)tati, ita honor
humilitati. magisterium aut sine ho
nore non confert. Ad oppositum sic
dicitur. Ysa. 4. in p(ro)ptera captivus ductus
est populus meus quia non habuit scientiam.
glosa, quia noluit habere scientiam. ergo
si voluntarius defectus sciencie p(ro)derit
ad eos, studium sciencie erit laudabile.
Item Jeronimus ad rusticum monachum
Nunquam de manibus tuis et
oculis tuis recedat liber, et in
sita anima sciam scripturarum et car
nis vicia non amabis. Item Jeronimus
in epistola ad Paulinum p(re)sbiterum de o
mnibus hystorie libris, ubi p(ro)vocatum
dicit Paulinum ad studium scriptu
rarum, et ad ingressum religionis,
ubi inter alia sic dicit: Sancta
quippe rusticitas solum sibi pro
dest et quantum edificat ex merito vite
etiam ecclesiam Christi tantum nocet si destruentibus
non resistat. et infra, vivus fine
oro te frater carissime, inter hec vi
vere, ista meditari, nichil aliud noscere,
nichil aliud acquirere. et loquitur de scrip
tura sacre libris. Et subdit: Non
ne tibi videtur, iam hic in terris re
gni celestis habitaculum. Ad
istam quaestionem dicendum quod omnis
religio ad colendum deum in

institutis colitur. Et deus propter caritatis ad deum et proximum, tam propter vite contemplative, quam propter active, sicut opera aut vite active est diversitas, quia quedam dependent in merito a contemplatione, et ad contemplationem ordinantur, et tale opus est docere, quedam ordinantur ad contemplationem, sed non in merito, sicut est vigilare vel sedere in finibus, vel recipere hospites vel aliud tale. Patet ergo contingere quod aliquid est illicitum uni religioni, quod non est alteri, quia non repugnat religioni in quantum religio, sed repugnat determinato fini particularis religionis. Secundo de religionibus ordinatis ad contemplationem, sicut sunt monachi, canonici et omnes fratres, dico quod licet eis pro loco et tempore vacare studio scripturarum. Ad cuius evidentiam dico 3 conclusiones. Prima est quod religiosi sunt maxime ydonei ad studium scripturarum, quia sunt magis abstracti et alienati animo a curis et deliciis carnis, quia sicut docet commentator in prologo 2 physicorum, castitas et alie virtutes morales quibus concupiscentie reprimuntur precise valent ad acquirendum scientias speculativas, sed tales debent esse religiosi et maxime pauperes, quorum tota cura debet esse per continentiam et paupertatem respuere mundum et domare carnem, ergo illi ceteris paribus sunt magis ydonei.

2^o Secunda conclusio est quod licet religiosis intendere studio scripturarum. Hoc probo sic: omne id est licitum religioso quod iuvat per se ad observantiam religionis, quia fatuum foret nimis quod aliquis obligaret se ad aliquem statum et tamen abdicaret a se id quod per se confert ad statum illum. Sed studium scripturarum maxime confert ad observantiam religionis. Confert enim multum ad continentiam, sicut patet per Ieronimum ad Rusticum: Ama scientiam scripturarum et carnis vitia non amabis. Aufert enim studium lasciviam carnis et delectationem carnalem, quia sicut dicit Avicenna, qui vires animales intenduntur in suis actionibus, vires animales remittuntur. Et ergo iuxta illud Ecclesiastici 31: Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Valet etiam ad despiciendum cupiditatem et ad amorem paupertatis, sicut patet de philosophis antiquis, qui propter acquisitionem studii pauperes se fecerunt. Unde Sap. 7: Divitias nihil esse duxi in comparatione illius. Et primo Machabeorum 12 dicitur: Nos autem nullo horum indigemus, scilicet exteriorum subsidiorum, habentes pro solatio sanctos libros qui sunt in manibus nostris. Valet tertio ad obedientiam. Unde Augustinus de operibus monachorum: Que perversitas est lectioni nolle obtemperare, si cuius dum vult ei vacare. Unde ex hoc ipso quod vacans studio disponit obtemperare, sinistra vitat officia, quietior et habilior ad obediendum iussis suorum prelatorum.

3^o Tertia conclusio est quod quibus religiosis licet intendere studio scripture sacre, eis licet intendere studio doctrine philosophice, quod patet, quia quibus conceditur principale conceditur eis etiam omne id quod principaliter confert ad illud, sed ad defensionem scripture sacre tam contra philosophos quam contra hereticos principaliter conferunt dicta philosophorum, et sic licet eis studere ad defensionem sacre scripture, sicut enim aliquis fieret miles, si sibi-

Augustinus numquam fuit monachus No(ta)

intelligunt arma sua. Unde Aug(ustinus) 2o de doctrina christiana c(apitul)o 40: philosophi autem qui vocantur, si qua forte vera et fidei nostre accomoda dixerunt, et maxime platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis tamquam ab iniustis possessoribus in usum nostrum vendicanda. Et ponit exemplum, quod sicut populus egiptius de quibus recesserunt filii israel habuerunt ydola, que filii israel tunc detestabantur, habuerunt etiam vasa aurea et ornamenta, que filii israel mutuabant de precepto domini et ea in usus suos convertebant, ita doctrine gentilium licet quedam supervacua et superstitiosa contineant, habent tamen in eis multa utilissima veritati inquirende. Ad idem adducit Ieronimus unam figuram in epistola ad pamachium monachum, et alludit legi mosaice deut(eronomii) 21 que dicit: Si egressus pugnaveris contra inimicos tuos et eos viceris, et videris inter captivos mulierem, et placuerit tibi habere eam in uxorem, radet primo cesariem, et abscidet ungues, et flebit parentes uno mense, et sic intrabis ad eam. Dicit Ieronimus: Si adamaveris mulierem captivam, i. sapientiam secularem, et eius pulchritudine captus fueris, decalva eam, atque illecebras crinium et ornamenta verborum cum remotis unguibus seca, et lava eam prophetali nitro, et tunc requiesce cum illa, et dicito: sinistra eius sub capite meo, et dextra eius amplexabitur me, et multos tibi fetus captiva dabit, ac de moabitide efficietur israhelita. Ex quo patet quod monachis et religiosis licet studere in libris philosophorum. Hoc tamen faciendum est secundum ordinationem prelatorum suorum, quorum interest componere studia [illegible] est quod religio

Quarta conclusio

sis licet et convenit studere. Unde Ieronimus ad rusticum, et habetur 16 q. 1: sic vive in monasterio ut clericus esse merearis. Longo ergo tempore disce ut postmodum doceas. 2o arguitur sic: illud licet religiosis modernis quod sancti patres religiose et virtuose fecisse leguntur, sed omnes isti tam verbo quam opere quam scripto docuerunt, qui etiam religiosi fuerunt, scilicet Ieronimus monachus, Augustinus canonicus. Canonici vero a canone vocantur apud Aug(ustinum) 12 q. 1 Nolo ut aliquis. Unde [illegible] augustinus de communi vita clericorum, que vocatur beati Augustini regula, quam multi alii religiosi postea susceperunt, inter quos sunt fratres predicatores, fratres servorum sancte marie, et longe post heremite sancti Wilhelmi et sancti Augustini, et multi alii convenientes unum collegium fecerunt de heremitis urbanis, et assumpserunt sancti Augustini regulam, que heremitice vite omnino repugnat, et vocatur modo ordo iste ordo heremitarum sancti Augustini. De quo ordine indignatus fuit Aug(ustinus) quia indigna fuit heremita, sicut patet per verba sua 10 confess(ionum) in fine ubi loquens ad deum dicit sic: Conterritus peccatis meis et mole miserie mee, cogitaveram in corde meo meditatusque fueram fugam in solitudinem, et prohibuisti me et confortasti me dicens illud: Christus pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt iam non sibi vivant sed ei qui pro omnibus mortuus est. Sic ergo sequens est religiosos qui tam verbo quam scripto docuerunt, scilicet Ieronimum, Augustinum, Gregorium magnum, Gregorium nazazenum, Iohannem Damascenum, Basilium, Crisostomum, qui omnes monachi fuerunt excepto Augustino, et multi alii quos oportet enarrare. Hoc tamen est notandum quod fuerunt in primitiva ecclesia quidam

No(ta)

Facti

No(ta)

Longius

monachi sunt presumptuosi qui de
sanctitate vite presumentes aut
toritate propria sibi docendi officium
usurparunt et in hoc multum
turbabatur pax ecclesie sicut xvi
q. i. quidam monachi et contra
eos emanavit decreta primo de
Innocentius quod hoc eis non licet
publice etc. et populo nisi ab ecclesiarum
prelatis eis imponatur quo facto
apti sunt ad docendum ita quod
religio non impedit actum doc
toris sed magis adornat Quarta
conclusio est quod licet religiosis
nomen statum et honorem magistrale
recipere hoc patet sic nichil quod
est proximum veritatis et apostolice
perfectionis assimilatum est religiosis
illicitum Sed statum magistralem
et nomen magistri habuit apostolus scilicet
de paulo dicitur j thy ij^o veritatem
dico non mentior doctor gentium
in fide et veritate et 2 thy primo in
quo positus ego sum predicator
et apostolus et magister gentium unde
apostolus se vocat magistrum et doctorem
De honore autem magisterii est quod
est testimonium veritatis unde si
non foret magisterium quia ma
gisterium non est honorabile nec
aliqua virtus foret homini licita
nec etiam aliqua scientia foret lici
ta vel appetibilis meliore tamen omnis
sciencia sit de numero bonorum et
honorabilium sicut dicitur primo
de anima Quinta conclusio est quod
expedit ecclesie quod aliqua religio
instituatur principaliter pro doctrina et
studio scripturarum hoc patet
sic Expedit ecclesie quod aliquae
religiones instituantur pro sublevan
da proximorum necessitate et procuranda
proximorum utilitate corporali ergo a
multo forciori expedit quod institu
atur religio vel religiones que pro

curet utilitatem spiritualem quia maior
est pastus mentis quam ventris et
etiam spirituales sunt corporalibus po
tiores Item licet et expedit instituere
religionem pro milicia corporali ergo
pro spirituali Spiritualis autem mili
tia est predicatio verbi dei contra
hereticos et demonum temptationes
2^a Cor. 10 Arma milicie nostre non
sunt carnalia sed potentia deo ad destru
ctionem municionum consilia destru
entes et omnem altitudinem extolle
tem se adversus scientiam dei et in
captivitatem redigentes omnem in
tellectum in obsequium christi sed ali
que institute sunt ad docendam
militiam contra inimicos
ecclesie corporales ergo etc. Ad rationes in
oppositum Ad primam cum arguitur quod omnis
actio superbie est a religiosis vitan
da hec est neganda Cum virtus sit
frequenter occasio vicii et superbie unde
augustinus in regula sua cetera
queque iniquitates in malis operibus
exercentur ut fiant superbia vero et
bonis operibus insidiatur ut pereant
Et qui allegatur quod scientia inflat
verum est si sit sine caritate nec ad
honorem dei refertur Si autem
sit cum caritate magis edificat
quam caritas sola illa vero auc
toritas ecclesiastes primo ubi dicitur quod
in multa sapientia multa sit in
dignatio non allegatur ad propositum
secundum glosam que exponit
id est de indignatione contra vicia
et errores Similiter si ista ratio foret
efficax concluderet generaliter contra
omnes christianos quia omnes sunt
tenentur superbiam et indigna
tionem vitare sive sint religiosi
sive seculares Ad secundam de
beato benedicto dicitur quod ipse non di
scessit a studio litterarum quasi scientiam
horrens sed secularem vitam
et societatem sicut interdum
formidans

aliquid quod est in se bonum propter
annexum periculum evitatur sed
quia vidit in scolis multos la-
sciviis corporalibus intendere ideo
talia studia derelinquens ad statum
religionem convolant ubi sine
periculo studio sancto vacare possunt.
Ad 3m de regula beati Francisci
intelligo quod noluit a fratribus
nimiam curiositatem amoveri quae
impediret eorum devotionem unde
dicit sic et non curent nescientes
litteras discere sed attendant quod
super omnia debent habere spiritum domini. Hoc
est dictum non curent id est non sint
nimis curiosi discere litteras illi qui
nesciunt sic quod propter litteras postpo-
nant devotionem vel forte de co-
nversis intelligitur cum multi sint
inter eos litteras nescientes nisi co-
nversi quos non est convenibile depu-
tare studio litterarum. Ad quartum cum
arguitur quod praecones Christi debent
esse dissimiles praedicatoribus an-
tichristi et ipsi bene erunt in scienti-
is secularibus hoc argumentum
vadit equaliter contra seculares
sicut contra religiosos dicendum
tamen quod licet apostoli primo fuerint
ydiote et simplices postea tamen
fuerunt discretissimi et sapienti-
ssimi nec habebit antichristus sa-
pientiores quam ipsi fuerunt sed
in hoc differentia est quia Christus vo-
cavit simplices quos fecit scientes
antichristus vocabit doctos secundum
seculum quidquid enim aliis
cogitatio et cottidiana in lege me-
ditatio tribuere solet hoc spiritus sanctus in illis
suggerebat sicut dicit Ieronimus in
epistola ad Paulinum loquens de apostolis
Christi. Ad quintum dicendum quod
intelligit de predicatione legis veteris
sapere sine glosa unde sensus est
qui non cognovi litteraturam id est non
approbavi litteram quia occidit ipsius

quia littera occidit

legis non in codicibus inhibitam christia-
nam et similiter hoc ipso currit contra
omnes christianos inter quos totum
deperiret studium litterarum si ad litteram
vera esset. Ad 6. dicendum quod
religiosis non repugnat statum
nomen et honorem recipere magistra-
lem sicut in quarta conclusione
patuit nec hoc est contra con-
silium Christi ymo magis sub con-
silio Christi cadit et ideo sicut fa-
cientibus secundum consilia
de virginitate debetur aureola ita
doctoribus aureola convenit
sed constat quia nulli qui facit
contra consilium debetur aureo-
la similiter doctrina cadit sub precepto
vel consilio sicut patet Mathei ultimo
Euntes docete omnes gentes ergo eius
contrarium non cadit sub consilio
Christi similiter cum apostoli non fecissent
contra consilia. Si vero arguatur
quod ea que ad solempnitatem
doctoris pertinent perfectis non conve-
niunt propter elationem dicendum
quod si elationem inducerent vel
causarent forent ab omnibus
evitanda modo sic est quod or-
dinata sunt tum in auctoritatem offi-
cii dicenda tum ut inferiores ad
virtutes provocent licet enim propter
honores non possit magisterium
principaliter appeti virtuose nec appe-
tatur ab omnibus propter honorem tum
ex quo est status virtutis et digni-
tatis decet quod fiat sub quibusdam
solempnitatibus per quas non so-
lum virtuosi et perfecti ymo etiam
vitiosi et imperfecti ad dignificati-
onem se gradu tali valeant in-
vitari ut sic ex viciosis fiant sic
frequenter evenit virtuosi. Et ad hoc
addendum est quod sicut ho- al's invitari
nor in vanis hominibus causat ela-
tionem et vanitatem ita perfectis
in solidis causat humilitatem tum co-

sed cant se propter donum dei / et ideo per
sua merita honorari / et sic videntur
se strictius deo obligatos / quam si
tales honores non reciperent / 2o si
virtuosum esset omnem honorem
repellere / quilibet prelatus obligaretur
ad oppositum virtutis / quia tamen subditi
teneantur prelatos honorare / et similiter
dnos / et inuenes seniores / et
filii parentes / et discipuli doctores / omnes
quibus debetur honor / ad oppositum
virtutis tenentur / 3o tamen honor
talis ab omnibus religiosis non ambiatur / sed per obedienciam imponatur / quia nemo sibi assumit
honorem / sed qui vocatur a deo
tamquam aaron i. a superioribus /
patet quod de ambicione hono
ris dissimulit excusant / Quarto
si homo non posset amare honores
omnes virtuose / magnanimitas
periret omnino / que attendit maxime
circa honores / sicut dicit iiiio ethicorum
qui vero arguitur / quod vocari
rabi quod interpretatur magister non potest
convenire perfectis / scilicet manifeste
falsum est / cum apostolus se magistrum nominaverit prima thimothei 2o / et ii thimothei 1o /
sicut supra dictum est / Auctoritas
autem inducta de eo dicto / vos autem
nolite vocari rabi / intelligenda est
de appetitu deordinato et ambicioso /
sicut fecerunt pharisei de quibus
ibidem loquitur / nec amare primos
recubitus in cenis et huiusmodi /
vicosum est per se / alias peccaret
perfectissimum in ecclesia / sicut episcopi et
maiores prelati / prelati qui superiora
loca tenere debent / et similiter si ho
non debet rabi vocari et magister co
silium christi et preceptum debuisset
fuisse datum / sic / nemo vocet ho
minem magistrum / quia non est in
potestate vocantis quod sic vocetur
sed vocantis / sicut honor est in ho
norante et non in honorato / similiter
ibidem prohibet / sicut prius / vos
autem nolite vocare vobis patrem
super terram / vnus est enim pater vester qui
in celis est / et tamen papa vocatur pater
primus / et omnes antiqui religiosi
suos seniores vocabant abbates
i. patres / Et ideo nec est prohibitio
precepti nec consilii / quod homines
non vocentur magistri vel patres /
sed est exclusio ambitionis in
maioribus / ne sic vane vel inde
bite appetant honorari / et est etiam
exclusio adulationis in subditis /
ne homines indignos honorent
indebite / et non ad honorem dei
sed sistendo finem in persona
hominis honoranda / Et ideo sig
nanter dicit sic / nec vocemini magistri /
vnus est enim magister vester christus /
ad quem omnem honorem exhibi
tum referre debetis / Ad quartum quod 1a
nec canonica nec sic eos inter
tenserint quos monachi quantum ad
omnia / sed tantum ad ea que communia
sunt omnibus religiosis / alias
posset argui / quod non licet ca
nonicis vti lineis ad carnem /
nec comedere carnes in refectorio
simpliciter / quamvis monachi ex sua
religione non habeant quod do
cere possint in publico / licet tamen
eis docere si a prelatis ecclesie ad hoc
vocentur / Vnde nec religio auctoritatem / nec sibi repugnat
actus docendi / sicut quidam
errantes / et heretici quidam dixerunt
Vnde quod dicitur quod monachus
non doctoris sed plangentis offi
cium habet / intellectus communis est / quod
monacho ex hoc quod est mona
chus competit primam agere non
docere / quamvis autem ei non co
nveniat docere ex eo quod monachus
non tamen sequitur quod ad docendum
possit assumi / Similiter euangelio
de doctrina predicationis / que prelatis

conveniunt et religiosis ad hoc per gradus dignitatis. Non autem loquitur de doctrina scolastica, cum prelati parum intendere possunt. Ad octavum dicendum quod honor non repugnat humilitati, immo nihil eum prohibet quo de summa humilitate quamvis papa esset, dominium vero plenum rerum temporalium paupertati Christi repugnat. Non autem honor humilitati repugnat. Unde Christum multos honores legimus recepisse tam a discipulis quam a plebe, Matthei 21. Nec umquam dedit Christus consilium nec preceptum dehonorem vitando, sed de ambitione et appetitu inordinato honoris bene dedit preceptum, ut ~~precepit autem~~ lecto. 96

Infinitus enim thezaurus est hominibus, quo qui usi sunt participes facti sunt amicitie dei, propter discipline dona commendati. Postquam Salomon sapientie communicationem persuasit, hic concludit, et hoc quandam ~~dubita~~ dubitationem, que est talis: Posset aliquis ymaginari si eam in diviset sapientiam meam communicem, contingit quod quandoque deficiet, sicut de bonis mundanis experientia quotidie docet. Istam dubitationem concludit Salomon in littera modo dicta per duo. Primo per ipsius augmentum excrescentiam, secundo per ipsius emolumentum et sufficientiam; secundum ponitur ibi: Quo qui usi sunt etc. Primum dicit sic: Infinitus id est thezaurus est hominibus. Hec est causa quare sapientia non est abscondenda sed libere communicanda, quia est thezaurus infinitus, id est numquam deficiens, sed semper proficiens, quia quanto magis communicatur tanto magis crescit et augmentatur. Et

ideo infinitus est, quia non est situs in aliquo, qui si communicetur augebitur in eodem. Unde Seneca: Simul ista sunt et addiscimus et docemus. De isto thezauro et de eius liberali communicatione loquitur pulchre Alanus in Anticlaudiano libro quinto, ubi narratur quomodo Fronesis id est prudentia virtutum studiosum suis ditat muneribus. Dicit sic: Assistens Fronesis sunt omnia dona sophie. Non illas largitur opes, que sepe potentum excecant animos et maiestatis honores inclinant, minuunt, quod leges et iura retardant, sed potius donat thezauros mentis et eas divicias, quas qui semel accipit, ultra non eget, immo semel ditatus semper habundat. Quarum verus amor, possessio nobilis, usus utilis, utilior largitio, fructus habundans. Hec est gaza potens, hec thezaurus inundans, gratia que doctos ditat, que prodiga largos, velut possessores, et dedignatur avaros. Clausa ~~perit~~ (perit), diffusa redit, nisi publica fiat labi, et multas vires acquirit eundo. Non istas depascit opes rubigo, nec ignis devorat, a furibus munit ~~subiectas~~ subreptas, ingit naufragium, tollit predo, depauperat hostis. In istis usibus dat Deum. Unde thezaurus divitiarum et sciarum, quia thezaurus divitiarum concedit notitiam discretorum, et declinat ad mundi quod virorum, et retardat iusticiam legum et statutorum. Thezaurus autem mentis qui est thezaurus sapientie est talis quod eius amor est rectus dum appetitur, possessio nobilis dum habetur, usus utilis in bene vivendo, largitio utilior in docendo, fructus habundans in premium percipiendo. Et in aliis ponderat usus de isto eodem etc.

Nota bene

ulo semel

A

B

Augustinus primo de doctrina xpiana
c^o i in vitans homines ad docen
dum liberaliter, ea que adeo eis
concessa sunt quia si docere cura
verint plura sciunt, non est inquit
metuendum ne dare desinat terra
tum ea que data sunt recipiunt
impende omnis enim res que
dando non deficit dum habetur et
non datur non dum habetur quo
modo habenda est, Quo autem
habenda est, ait ille qui habet
omnia Qui habenti dabit et
habundabit, dabit enim primo
tum benignitate utentibus eo
quod acceperunt, et
addidit ad hoc ibidem beatus
Augustinus duas figuras pul
cherrimas de duobus festis que
xpus fecit panibus qui cu
saciebant ut ab eo docentur xx
festum fecit v millibus homi
de quinque panibus et duobus pisci
bus, et illis saciatis superfuerunt
12 cophini fragmentorum, sicut patet
mt 14, 2m festum fecit 9 quatuor mi
libus hominum de vii panibus et
piscibus paucis, quibus saciat
superfuerunt vii sporte plene fra
gmentis, Istis miraculosis histo
riis alludens beatus Aug^s ibidem
dicit sic illi quinque et illi vii pa
nes, antequam inciperent dari
hominibus esurientibus tunc ut
fieri ceperunt, cophinos et spor
tas saciatis tot millibus hominum
impleverunt, ergo dicit, sicut
panis dum frangeretur accrevit, sic
secundum Augustinum qui doc
tor liberaliter impertitur donando
quod de dono dei recipit multi
plicatur et augetur in docente sapia
ergo est infinitus thezaurus ho
minibus, notandum est autem quod
sunt docentes qui pascunt po
pulum verbo dei in ecclesia dei est,

quia aliqui pascunt de quinque pani
bus, aliqui de vii panibus, de v pa
scunt simplices fortes in fide et de
vocione, sicut multi audiunt in scola
sacra ocitatione isti quinarium
passionis xpi predicando edificat
ad sufficienciam corda simplicium, et
in proprio talium loquntur, apostolus prima
cor 14 In ecclesia volo v verba meo
sensu loqui ut alios instruam,
Ista u verba sunt, quid facien
dum, quid cavendum, quid timendum
quid credendum et quid appete
dum, quid credendum 12 articuli,
faciendum x precepta, quid cave
dum vii vicia capitalia, quid ti
mendum inferni supplicia, quid
appetendum paradisi gaudia, Alii
sunt qui pascunt populum de vii pa
nibus septenarius est numerus uni
versitatis, et hii sunt subtiles do
ctores in universis instructi, et in
formati in libro mistico, qui est
scriptus intus et foris, et signa
tus septem sigillis Apoc v^o
sapiencia est liberaliter docenda
propter suam excrescenciam, quia
infinitus thezaurus est omnibus
si bene dispensetur propter ipsius
augmentum et excrescenciam, 2o
est liberaliter docenda propter se
quens emolimentum et sufficienciam
maximum enim emolimentum
est quod homo fiat particeps
amicicie dei, hoc autem facit bo
nus usus sapiencie unde infra
in isto ca^o dicitur, amicos dei et
prophetas ipsa constituit, et quantum
ad hoc dicit ysidorus quo qui usi sunt
vel quo scilicet thezauro sapiencie qui
usi sunt faciendo quo ad seipsos
et docendo quo ad alios, partici
pes facti sunt amicicie dei mt
v Qui fecit et docuerit, hic ma
gnus vocabitur in regno celorum
et Jo 15 Vos amici mei estis

si feceritis que precipio vobis / propter
dicta ne dona sunt commendati / sicut
sicut spiritales anima apud deum / ipse
discipline dō / quia vz (videlicet) magis doctis
dederunt liberaliter disciplinam =
Eccl. 33 videte quia non michi soli
laboraui / sed omnibus inquirentibus
disciplinam est autem notandum /
quod ita quia homines sapientum est,
thesauro sapiencie nō utuntur adminis-
tium ~~sunt~~ n. quidam sapientu =
sapiencie suppssores quidam sa-
piencie subuersores quidam sapie
absorsores. Supprimunt enim sapi-
enciam / qui eam adeo acceperunt /
ad proximorum edificacionem non ex-
ponunt / et tamen ira illam faciat
... / et hii similes sunt illi =
servo maligno et pigro / qui acceptum
talentum fodit in terram / et ab-
scondit pecuniam domini sui Mt.
24. Et cum socii et conservi deinit
cum suis lucris ad dominum duplicatis /
ipse accessit cum talento et ait
Domine scio quia homo durus
es / et metis ubi non seminasti / et
congregas ubi non sparsisti / et timens
abii et abscondi talentum tuum
in terra / et ecce habes quod tuum est
De isto loquens Crisostomus omel.
19. operis imperfecti dicit / quod hec
excusacio est falsa. Dicit inquam
Nunc videas quo metit ubi nō
seminauit / quis enim homo est
vel gentilium vel iudeorum qui
non sufficiant spiritualibus sen-
sibus adornauit / cui non dedit
scienciam boni et mali / et cui =
non dedit posse fugere malum
et apprehendere bonum si velit / sicud
in quantum ullus est homo cum =
sit magis ad membrorum corporis
ad usum corporalem / sic non est
cum sit magis ad sensus et potencie
admittit boni et mali / et ad hoc
opus bonum faciendum quod
quamque voluerit hec Crisostomus et
vult expresse dicere / quod deus nulli
homini deficiat in concedendo sibi
scienciam necessariam ad salutem /
si homo utatur gracia sibi a deo
concessa / et non apponat obicem = opponat
peccati. Sunt ergo quidam qui
subtiliter abscondunt talentum /
qui in ociacionem scripture sacre et =
cetere discipline subsolicitudine occu-
pacionum terrenarum recondunt vel
subdelicijs et pigricia carnis sue /
Vnde de unoquoque tali illud Eccl. 6 potest exponi
6. Si vixerit homo multis an-
nis / et non utatur ... sue / de hoc ~ hoc
ego pronuncio / quod melior illo sit
abortiuus / quia Eccl. 20. Sapiencia
abscondita et thesaurus invisus =
que utilitas in utrisque / 2° sunt quidam 2^m
sapientes / et tamen sapiencie = e.
subuersores / quia quidquid verbis
edificant moribus expugnant /
et dato quod fortassis edificet
proximos / tamen in nullo promouet
seipsos. Dicit Augustinus de civitatibus /
quod apes cum fecerint magna
copiam mellis in fauis suis =
sugunt de illo melle / et se recre-
ant de eodem / et si hoc nō fa-
cerent / vel illud corrumperet / et de
fauis fierent ~~araa~~ aranee, sicut uide-
licet quando propter cetera habet ma-
gnam copiam mellis i. sciencie sa-
cre scripture / que melli comparat-
ur in Ps. Quam dulcia faucibus
meis eloquia tua super mel ori
meo / necesse habet alere semet
ipsum de melle suo / quod nisi fe-
cerit / vel sumum corrumpet / quia
sciencia in displicencia et peccatum
conuertetur / et de fauis fient ara-
nee ~~fient~~ i. ~~delectacionibus vel~~
·i· de habitibus scienciabilibus ve-
nenose curiositates et vanitates in Ps.
Tabescere fecisti sicut araneam
animam eius in Ps. 89. anni tui

sicut aranea meditabuntur vel =
operabantur secundum aliam glo
sam / glosa bene dicit meditabun-
tur i. non operabantur / quia sine
fructu et utilitate boni operis tu
fecerunt / Et ideo primo et principaliter
debet quilibet studentibus uti scien-
tia sua ad devotionem et edificationem
propriam / et postea ad alienam / et
hoc est quod signatur dicitur Eccl[esiast]es
2^o hanc curatus sum prorsum mea /
si ultra laborem meo / Dicit etiam
dicitur primo deg[...]atione prope fi-
nem / quod es et stannum non bene
misceantur ad invicem / sed sicut
hic commiscentur more balbucientis /
sic commiscent es et stannum Quando
enim more balbucientis una
littera sonat et alia / evanescit / ita stag-
num et es si commisceantur / stannum
subterfugit et evanescit et es
manet Moraliter es quod est me-
tallum sonorum / designat pre-
dicationis eloquentiam / stannum quod
apparet argentum et non est / signat
commixtionis stannum et apparentia /
et ista duo minus male commi-
scentur in prelatis quantumque / et ideo tu
ad examen dei devenerint fuit /
nichil apparebit nisi es id est sonus
doctrine sine utilitate / sed cum argento
bene commiscetur es / quia ubi cla-
ritas et ubi sonoritas delectabilem
inspiciam efficiunt ut patet figuratum
legimus exo. 3. 1. quod dominus
implevit beselehel spiritu sapientie / et omni
doctrina / ad faciendum opus in
auro et argento et ere / in omnibus
que requirebantur ad sanctuarium
tabernaculi / hoc est moraliter quod predi-
catio semper debet esse in scien-
tia / quod operari stat in auro de-
vote contemplationis / argento
honeste conversationis / et ere so-
nore predicationis = 3^o sunt quidam
sapientes sapientie abusores et hii

sunt homines bene in sciencia / qui
sciam suam applicant ad docen-
dum / tolerant / ffa / excusant me-
dacia / impugnant veritatem / unde et
20 q^m in multis utitur verbis contra scien-
ciam suam omnes isti male-
dicuntur et tamen sapientie contrarii et
hii qui mendacia probant / et
falsos auctores allegant ad propriam
ostentationem / et omnem predicantium
diffamia quorum / talis si queat cum
apostolo 2^a cor. primo / numquid levitate
usus sum / an que cogito secundum
carnem cogito / ut sit apud me est et non
~~et~~ dico confidenter quod talis
utitur levitate carnali et fallacie / non
sic fecerunt sancti patres qui
nos precesserunt / sed illi sunt
tamen sapientie sic vivendo / recte do-
cendo / et veritatem deffendendo Et ideo
principes facti sunt amici dei
propter disciplinae dona commendati

Michi autem dedit deus dicere vel dicere

ex sententia / et presumere digna horum
que michi dantur / quia ipse sapientie
dux est / et sapientium emenda-
tor In manu enim illius et nos
et sermones nostri / et omnis sapientia
et operum scientia disciplina = Hec est
quarta pars principalis huius c[apitul]i
in qua ponit salomon gratiarum
actionem sapientiam recognoscentem
unde postquam primo posuit hu-
miliationem sapientiam precedentem 2^o
supplicationem sapientiam deposcentem 3^o
approbationem sapientiam extollentem
hic ponit 4^o gratiarum actionem
sapientiam recognoscentem Et ita
hoc dico facit primo recognoscit
deum esse sue sapientie largitorem in
generali / 2^o enumerat quorum et qualium
dedit sibi sciam deus in dividue

/. evanescat /
3

et in speciali. Secunda pars ibi Ipse
enim dedit michi. Circa primum duo
facit quia primo recognoscit eum
esse sapientie largitorem. 2o fatetur
eum gratiarum omnium continuum gubernatorem. Secunda pars ibi In manu
enim illius. Dicit ergo primo sic
Michi autem dedit deus ex sententia
dicere q. d. ipsi quibus ante queriat=
quare predico et doceo sapientiam et
commendandam. Ecce causa quia
deus ipse dator est sapientie et
quia gratis dat omnibus sapientiam
et scientiam ~~omnibus~~ quibus est=
quod etiam ipsi gratis dare debent. Mt 10 Gratis accepistis gratis date. Et ideo regratiando dico
michi enim dedit deus etc. Nec est
ista vox superbie vel elationis sed
devote gratiarum actionis. Unde Augustinus super id Ps Custodi animam
meam quoniam sanctus sum.
Dicit sic Non est ista superbia
elati sed confessio non ingrati. Sed
habere et cognoscere et nichil esse
habere ut nec superbus sis nec ingratus. Dic deo tuo sanctus sum
quia sanctificasti me. Quia accepi non quia habui. Quia tu dedisti michi. Et isto modo dicit
Salomon Michi autem dedit. Dicere ex
sententia i. ex tota sententia Jo 3 Quod scimus
loquimur et quod vidimus testamur.
Vel dicere ex sententia i. sententiose dicere non
fabulose vel verbose. Quia Prov 14
Ubi plurima sunt verba ibi frequenter
egestas i. paupertas et indigentia
sapientie. Et ideo sapientes solent
habere pauca verba et sententiosa
Jac. primo. Sit autem omnis homo
velox ad audiendum tardus autem
ad loquendum et tardus ad iram
dicit Jeronimus quod inter canes
qui minor est magis latrat ut
patet in experimento. Parvus canicellus
magis latrat quam magnus
mastinus. Ita contingit frequenter
quod qui minus habet de scientia plura
verba effert. Etiam notandum quod
inter omnia pauciloquium multum reddit hominem commendabilem et amabilem. Unde quidam
philosophus interrogatus fuit a quodam
quo inquid hominibus placere
possumus. Cui philosophus respondit Si
inquid gesseris optima et locutus
fueris pauca. Juxta figuram
Levit 15 Qui patitur fluxum
seminis immundus erit. Semen
secundum spiritualem generationis
est scientia sine sapientia. Fluit
autem deordinate et dispergitur quando
sine discretione [illegible] profertur. Vel
sic Michi autem dedit deus dicere
ex sententia i. non subito non repente sed ex solida deliberatione. Sic
[illegible] laturus sententiam debet prius
veritatem investigare. Et maxime
in sententia diffinitiva que finem
ponit controversie. Quia determinatio non debet dari sententia constat
habere 2a q. 3 que. Et presumere digna horum que michi dantur. Supple
deus dedit michi presumere i.
parabolas addiscendum et docendum.
Digna horum que michi dantur
i. vera et correspondentia divine inspirationi non humane fictioni.
Sic verbum nomine presumptionis magistrorum in prologo ubi dicit Ardua
scandere opus ultra vires agere presumpsimus moti non temeritate sed caritate parabolas sumpsimus.
Dedit michi ergo deus presumere
digna non quidem viribus meis
confiso sed in deo. Et ideo subdit quia ipse i. deus sapientie dux
est et sapientie emendator i. ipse est=
auctor sapientie et sapientum emendator augmentator. Et sic recognoscit Salomon deum esse omnis
sapientie largitorem. 2o quia
huius fatetur eum esse omnium gratiarum

conti(nuu)m gubernatorem in manu eius quod illius est, q. d. in manu gubernatiua illius est nostra subsistencia, nostra eloquencia, nostra theorica speculatio et nostra practica exercitatio, in manu inquid illius nos sumus quantum ad nostram subsistenciam. Daniel 4 Deum qui habet flatum tuum in manu sua et omnes vias tuas non glorificasti, et in ps. In manu eius omnes fines terre, et sermones nostri quantum ad nostram eloquenciam, quia 2 Cor. 3 Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficiencia nostra ex deo est, quia nemo potest dicere dominus Ihesus nisi in spiritu sancto, et omnis sapiencia quantum ad scias speculatiuas et operum sciencie et disciplina i. disciplina sue quantum ad scias practicas. Hec est 9 graciarum actio deuota, per quam Salomon se adeo recepisse sapienciam recognoscit, sicut enim omnia flumina dum intrant et ad mare finaliter reuertuntur. Eccles. 1 Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur ut iterum fluant, ita omnes gratie quas habemus a deo procedunt per largitorem, et ad deum redire debent per graciarum actionem. Unde Bern. sup. Cant. Origo fontium et fluminum omnium est mare, uirtutum et scienciarum dominus ipsius christus, continencia carnis, cordis mundicia, voluntatis rectitudo, casta consilia, iusta iudicia, sancta desideria, ex illo manant; si quis pollet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde sciencie, inde sapiencie sermo, ad locum unde exeunt reuertuntur flumina graciarum ut iterum fluant, qualiter dicit apostolus In omnibus gratias agentes. Quid quod sapis, quid quod de uirtutibus habes confidis, dei uirtuti et dei sapiencie reputa, uidelicet si quidem fluminis aqua si stare cepit

computrescit, sic plane si graciarum cessaret decursus, ubi recursus non fuit, nullomodo uel augeatur ingrato, sed et quod accepit ei uertitur et imputatur. Hec Bern. Unde Hermes trimegistus libro suo de natura deorum, uersus finem narrat, quo post longam disputationem diuinarum rerum et humanarum, cum Asclepius et Tacius parant se ad cenam, prius tamen uolebant deum adorare secundum modum [in margin: modum] prisorum. Euntes igitur sole occidente ad austrum respexerunt et preces dixerunt, sicut enim sole oriente ad locum qui dicitur subsolanus se conuertebant adorandum, ita sole occidente se conuertebant ad austrum secundum antiquam eorum superstitione. Dicat ergo Asclepius ad Tacium ut rogaret Trimegistum quod dignaretur apponere thura et pigmenta ad preces eorum, quem intuens Trimegistus commotus ait: Melius est dimitte o Asclepi, hoc enim sacrilegii tunc simile est, ante deum reges thus cetera que incendere, nichil deest ei, quia ipse est omnia, et in eo sunt omnia, sed nos agentes gratias adoremus. Hec enim sunt summe incensiones, cum gratie aguntur deo a mortalibus. Hec Hermes, quod autem dicitur thus deo incendere esse sacrilegio simile, intelligit si fiat supersticiose, cum estimatione quod deus incorporalibus odoribus delectetur, quod omnino falsum est. Unde sic dicit quod summe incensiones sunt graciarum actiones. Unde sic deo regraciamur quamuis gentiles: gracias tibi summe exsuperatissime, tua enim gratia tantum sumus sic inimici tue cognitionis consecuti nomen, sanctum tuum et honorandum nomen unum, quo solus deus

est benedicendus

est benedicendus religione pri[n]ci[pa]li
quoniam omnibus p[re]ma pietate
et religionem et amorem / et quia
est dulcior efficacia p[ro]b[abili]s dignat[ur]
donans nos tunc sensu intellige
ad sensu ut te cognoscamus / tunc
ut te suspiciontibus indagemus /
cognitione ut te cognoscentes gau
deamus / et inmi[n]e tuo salvati
quo te nobis ondis totu gaudeamus /
que nos in corpore sitos eternitate co
tractare dignatus est / Hec est enim
humana sola glorificatio / cognitio
maiestatis tue / cognoscimus et te lu
men maximum solo intellectu sen=
sibili intelligimus te o vita vera /
vita summa / cum secunda p[ro]gnato /
cognoscimus te totius nature hu
mane contemptu plenissime / cogno
scimus te eterna p[er]severatio / in hora
enim ista adorantes te bone volunta[tis]
tue / hec tantum deprecamur / ut nos
conservare digneris perseverantes in
amore cognitionis tue / et numquam
ab ad h[e]c vite que separant quibus deus
servivit ad tenam / In manu dei
sunt quidem ponendum quod manus
divine gubernationis in qua sunt /
v digitos habet / scilicet pollicem / indicem /
medium / medicum / cum auricu=
larem / pollex est potestas puniendi /
index perspicacitas discernendi / me
dius benignitas diffendi / medicus
pietas miserendi / auricularis fa
cilitas exaudiendi / primo igitur pollex
manus dei est potestas puniendi :
Dicitur enim pollex secundum ysidorum 2o
ethimologiarum ca[pitul]o primo / eo quod inter ceteros
digitos polleat virtute et potestate / huius
autem pollicis tanta est potestas / quod
cum tempus advenerit puniendi et
nullus potest eum evadere / Job 10 Neque
est qui de manu tua possit eruere /
et ideo dicit apostolus Hebr[eos] 10 / Horren
dum est incidere in manus dei vi
ventis / Et Job 13 Manum tuam longe
fac a me / et formido tua non me

terreat / Secundus digitus est index /
eo quod illo ondamus et indicamus /
et est in eo v[er]o index manus dei perspi
cacitas discernendi / Isto digito omnia
determinabit unde et apte tam bona
quam mala indicet in die / 2o Mach[abeorum]
6 Manum omnipotentis dei neque
vivens neque defunctus effugiam
omnes enim nos manifestari oportet
ante tribunal Christi ut referat unusquisque
quisque prout gessit 2a Cor[inthios] v. Tercius
digitus est ceteris longior omnibus /
et est medius / unde iste digitus
in manu dei est benignitas in
dicium diffendi / per quem nos expe
ctat ut ad manum redeamus / Gen[esis]
47 Salus nostra in manu tua
domine / Et ps. 108 Fiat manus
tua ut salvet me / et sicut isto di
gito extento super plano nec pollex
nec index prout illud planum con
tingere / ita quamdiu digitus be
nignitatis ad nos extenditur /
nichil nobis nocere prout / nec potestas
puniendi / nec perspicacitas discerne
di / Quartus digitus vocatur medi
cus / est autem medicus manus
dei pietas miserendi / In isto di
gito sed in manu sinistra / sole
bant veteres anulos deportare /
cuius causam reddit Macrobius
3o saturnalium / inventum fuisse
ab egiptiis / eo quod ut patet per anathomie
peritos vena quedam a corde nata
ad illum digitum procedit / et cu
vena illius digiti complicatur
Et ideo ordinatum fuit apud e=
os / quod ille tamquam corona anulo
circumdaret / Iste etiam digitus co
plicatus signat sex secundum com
potum digitalem / qui est numerus per
fectus / et ideo ille digitus merito de
buit coronari / Moraliter apud nos inter
omnes digitos dei / pietas miseren
di debet a nobis coronari / quia inter
missis sapit dulcius / que quidem
pietas a vulnere cordis christi emanavit /

Ca^m A^m

digiti
perque omnis virtus et sensus in nobis
perfecte consummatur. Job. 5. increpatorem
dei ne reprobes, quia ipse vulnerat
et medetur, percutit et manus eius
sanabunt. In sex tribulationibus
liberabit te, et in septima non tan
get te malum. Quintus digitus
est brevissimus et vocatur auri
cularis. Sic autem digitus in ma
nu dei facilitas est exaudiendi pre
ces nostras. Aperis tu manum tuam,
et imples omne animal benedic
tione etc. ~~sequitur alia~~ lco 98

4 Ipse enim dedit michi
horum que sunt sci

1 ps entiam veram, ut sciam dispositionem
orbis terrarum et virtutem eleme
torum, initium et consummationem et
medietatem temporum, vicissitudinum
permutationes et consummationes tem
porum, morum mutationes, et divisio
nes temporum, anni cursus et stellarum
dispositiones, naturas animalium et
iras bestiarum, vim ventorum et co
gitationes hominum, differentias virgultorum
et arborum et virtutes radicum, et
quecumque sunt absconsa et improvisa
didici, omnium enim artifex docuit me
sapientia. Postquam salomon regra
tiatus est deo generaliter in summa
de sapientia sibi data, hic eidem re
gratiatur specialiter et inducitur huiusmodi
rando per materias diversarum scientiarum.
Et circa hoc duo facit, quia primo
enumerat quorum scientiam habuit, secundo quomodo
ad eam pervenit ibi, omnium enim arti
fex. Circa primum duo facit, nam primo
recognoscit sue scientie soliditatem,
secundo sue scientie multiplicitatem
ibi ut sciam. Circa primum dicit sic
Ipse enim deus dedit michi libe
raliter horum que sunt scientiam veram,
id est omnium creaturarum veram et non
fallacem scientiam, nec apparentem no
titiam, quemadmodum se iactant
habere falsi experimentatores, nigroman
tici, alchimici, et partem notoriam ad
doctrinam demonum glauces sci
scitatores et ostentantes se scire que
nesciunt. Tales enim sunt prestigiato
res, divinatores, sompniatores, phi
tonici, palmistici, geomantici, incan
tatores et magici, quorum scientia non est
vera sed falsa. Unde vanitas qua perpetue do
cet vitare apostolus. 1. thimo. 6. o thimo
thee depositum custodi, id est fidem,
devitans prophanas vocum novitates
et oppositiones falsi nominis scientie. Glo.
i. que falso nomine dicitur scientia. Cont
qualem scientiam falsam dicit salo
mon sibi datam fuisse scientiam ve
ram, et per hoc recognoscit sue scie
soliditatem. Consequenter sue scie
multiplicitatem, cum dicit sic
Ut sciam dispositionem orbis terrarum,
id est distinctiones climatum et diver
sitates locorum habitabilium et non
habitabilium in terra, secundum distantiam
a polis mundi et per approximationes
et elongationes a torrida zona, et
virtutes elementorum, id est transmutationes eorum
naturalium, tam secundum locum
quam secundum qualitates in
ipsum, et consummationes et medietates
temporum, id est principium mundi et temporis
christi et diei iudicii saltem in generali
scivit ac futurorum morum muta
tiones, id est diversas consuetudines
et leges humanas, secundum diversita
tem situs temporis et assuefactionis
et complexionis, divisiones tem
porum, id est distinctas revolutiones
planetarum, vicissitudinum permutationes,
id est aeris et terre varias transmuta
tiones, quibus vicissim et suc
cessive et contrarie disponitur,
ut nunc sit ver, nunc estas, nunc
autumpnus, nunc yemps, et con
summationes temporum, id est quomodo
quodcumque istorum incipit et terminatur,
secundum ingressum planetarum
in diversa signa in zodiaco. Anni
cursus et stellarum dispositiones.

i. computatores motuum solis et lune / et figuras et ymagines omnium stellarum / fixarum tamen in spera octaua / naturas / animalium quantum ad furiositatem / et / iras bestiarum quantum ad ferocitatem / et domesticacionem humanam / vim / ventorum i. 12 dicas ventorum quatuor / principalium / et viij collateralium / sicut patet 3° metheororum / et cogitationes hominum i. ymaginaciones et / affectiones / ad quas homines deuenire ualent inclinari ex disposicione et ex / complexione corporum celestium / differencias / virgultorum quantum ad plantaciones in / sertiones uel transplantaciones / fructificationes / de quibus virgilius libro / georgicorum / et palladius de agricultura / et virtutes radicum / que calida / que frigida / que temperata / que corrosiua / que nociua / secundum varietates sanitatum et infirmitatum / et non solum ista / ymo quecunque / sunt absconsa / et improuisa / et / cognouit alijs hominibus occulta / dicit a non per inuencionem sed / per reuelationem / et hoc est quod subdit / omnium n. artifex docuit me sapiencia i. sapiencia scilicet increata que est / xpistus de quo dicit apostolus i cor / i. nos autem predicamus xpistum / crucifixum / iudeis quidem scandalum / gentibus autem stultitiam / ipsis autem vocatis iudeis atque grecis / xpistum dei virtutem / et dei sapienciam / Occasione eius / quod dicitur in litera / et alia que / de sapiencia Salomonis dicuntur / quia / scilicet sciuit scienciam de cursu anni / et / de disposicionibus stellarum / Queritur / vtrum de hijs possit esse sciencia / arguitur quod / non / quia si sit / hoc maxime foret / posset de motibus solis et lune / sed de illis non potest haberi sciencia / ergo nec / de alijs / assumptum probo / quia si / aliqua sciencia esset de eorum motibus / posset / videtur quod esset illa / in qua / omnes periti concordant / motum / scilicet / quod sol facit in continuo circulari / et cetera / et quod sol mouetur motu firmamenti ab oriente in occidens / et quod sol nunquam eclipsaretur in / opposicione solis et lune / sed ista probantur esse falsa ex textu sacre scripture / primum scilicet quod sol non moueatur continue / patet iosue x. Stetit sol in medio celi / et non festinauit occumbere / in spacio vnius / diei / non fuit / ante et postea tam / longa dies / obediente deo voci hominis / vnde patet quod extra / q. 22 vbi legitur xx. / iiij / quod cum ezechias rex inde / grauissime egrotaret / et per fletum / et primam sanitatem meruisset / misit dominus ad eum ysaiam / prophetam qui diceret sibi / quod die / tercia ascenderet in templum domini totus sanus / Ezechias vero signum petiuit / ut certificaretur de sanitate futura / et dixit ad eum / ysaias / vis ut ascendat vmbra / in horologio achaz 10 lineis / aut totidem gradibus / et reuersus / est sol per 10 lineas in horologio / achaz / et posita est vmbra qua / mouens in horologio achaz / sic / fuerat de mane sole oriente in / oriente / hoc autem fieri non potuit / si sol continue mouetur / motu firmamenti ab oriente in occidens sicut patet / ergo illa conclusio est falsa / Secundum scilicet quod posset eclipsari luna existente in / opposicione ad solem / patet matthei 27 et / luce 23 vbi sic scribitur / quod tenebre facte sunt in vniuersa terra / usque ad horam nonam / et obscuratus est sol tempore scilicet passionis / xpisti / sed constat quod tunc luna / fuit in opposita regione ad solem / quia xpistus passus est luna 14 / et sol fuit in nono gradu arietis / et luna in 9 gradu libre / in medio illius fere sexto / ergo patet falsitas illius conclusionis de eclipsi / ad oppositum est litera et omnes / astronomi / Ad questionem dicendum / quod de motibus stellarum / potest esse sciencia / non quidem de cernuis

Margin notes:

A

sol

motu

reuertat

na de matutina

Responsio ad questionem

Questio vtrum de hijs possit esse sciencia 2a quod non

qualit omni tempore mouebuntur/
sed demonstratiua qualiter omni
tempore nate sunt mouerij si deus mi
raculose aliter non disponat/ sicut
enim docet beatus Augustinus/ sic
deus rebus creatis motus et
operationes indidit/ ut tamen
prohibitu voluntatis eas cohercat
vel obmittat/ Unde quamuis experi
menta et sensu videamus quod
ignis natus est comburere/ conti
git tamen aliquando quod ignis
quibusdam proximis approximatus
non nocuit/ et tamen alios qui
magis distabant occidit/ sicut
patet Dan 3 et 10 quamuis sciamus
qualiter res sunt nate agere/ et qualiter
frequenter egerunt/ quia hoc ho
minibus naturale/ quod semper
vel frequenter contingit/ qualiter
tamen res isto tempore agent nescimus/
quia hoc est in manu dei/ pro
nobis/ est notandum/ quod ista ta
men maxima/ que unquam in
corporibus celestibus contigerunt/
adducit dyonisius/ quondam
epistolam missam ad policarpum/ que est
quartam ordine epistolarum beati dyonisij/
ad quorum omnium intencionem decl
arandam breuiter explanabo/ sequens
exposicionem fratris alberti/ qui omnes
libros dyonisij exposuit satis
clare/ sciendum est ergo/ quod in alia
epistola intencionem facit de tribus
personis/ scilicet dyonisio policarpo
et apolliphane/ Fuit autem po
licarpus discipulus beati Johannis
euangeliste/ postea episcopus/ et tandem
martirizatus/ Apolliphanes fuit
quidam philosophus/ qui fuerat magister
beati dyonisij in philosophia/ iste cum vi
sitaretur a policarpo et invitaretur ad
fidem christi/ redarguebat dyonisium
albertum super hoc/ quod philosophia qua
grecis didicerat contra philosophos uteretur/
dicens iniustum esse aliquem uti
aliquo/ contra eos a quibus illud

accepit/ et ideo vocauit dyonisium vbea
torem patrum/ inceptia etc/ quia scilicet
reprehendit grecos de eorum philosophia/ a qui
bus tamen philosophiam didicerat/ sic
a patribus et amicis/ Cum ergo
sic frequenter responderet policar
po dictus philosophus/ policarpus facta
opportunitate mandauit dyonisio quod
sibi aliqua rescriberet/ per que dictus
Apolliphanes ad fidem trahi po
sset/ eo propius principius distinc
quia clarius in astronomia inter
alios habebat/ Hac igitur occasione scri
bit dyonisius ad policarpum
illam epistolam/ ostendens quod Apo
lliphanes abutebatur sua philosophia/
eo quod per eam/ cultum dei decli
nare nituerit/ per tingere/ Addit tamen
notitiam ex astronomia sua
maxime debuit pervenisse/ creator
quando sit/ cum ordo motuum celesti
um corporum sit regularis et certus/
si ille ordo ab aliquo mutaretur/
constat quod ille sit mutans
foret deus/ sed ordo motuum
corporum celestium fuit aliquando
mutatus/ sicut ipsemet apollipha
nes nouit/ ergo debuit concludere/ quod
causa illius mutacionis fuit ca
usa/ continens et regens totum
celum/ et quod per consequens re
lictis ydolis talis deus foret co
lendus/ minorem huius rationis pro
bat dyonisius mirabilibus exemplis/
primo per solis stacionem Josue 10 Sed
argutum fuit in prima racione/ cum
enim dicatur quod sol stetit in
motus cum orbibus superioribus
et inferioribus secundum vnam opinio
nem/ solus vero sol stetit aliis
motis secundum sanctum thomam
secundum aliam opinionem/ hoc tamen
certum est/ solem stetisse/ quod non
potuit fieri nisi per operacionem alicuius
infiniti scilicet virtute diuina/ Secundo probat
illud per ascensionem solis in horo

tamen

c.

+

al debuit

logio achaz sicut angelus fuit in
zone secunda, qui unus dies artifi
cialis fuit sic triplicatus. Dies n.
artificialis habet duodecim horas,
et 3 dies 36 horas. modo ille dies
habuit 32 horas, et prius fuit tri
plicatus ad alium diem artificia
lem, exceptis quatuor horis. quod
sic patet: quod sicut in astrolabio sig
nantur et lineantur 12 hore, ita fuerunt
lineate 12 hore in horologio achaz,
et ita in adventu ysaie ad regem
descenderat sol per x lineas, ita quod
non distabat a nocte nisi per 12 ho
ras. sol ergo reascendit per easdem,
quod tunc complevit 30 horas, et ad
huc restabant due linee ultime
usque ad noctem. ergo illa dies habuit 32
horas. et 10 dicit dyonisius quod
dies ille triplicatus fuit, et hoc
fuit tantum miraculum, quod co
egit in stuporem babilonios, qui fue
runt diligentes in consideratione
stellarum et motuum celestium. et hoc
miraculum subiecit eos regi ezechie, sine
pugna, sicut tridaum centurali deo
et hominum creatori. et deinceps sacer
dotes persarum notantes diem illum
fecerunt annuatim festum tripli
cati solis, et dicebant triplicati
inter sacerdotes, scilicet qui festum tripli
cati solis ~~docebant~~ colebant. ista
ergo signa que non fuerunt localia facta,
scilicet in una regione vel una terra, sed
quia toti mundo, debuerit movisse
apollophanem ad colendum deum
illum qui hec miranda creavit. sed
quia apollophanes ista posset forte
ex pertinacia negare, quamvis sacrarum
predictorum testimonium videret, ideo scribit
dyonisius policarpo, quod si ista
duo mirabilia negaverit contigisse,
reducat sibi ad memoriam tertium, scilicet
de eclipsi, que contigit tempore passionis
christi. et dicit sibi sic dionisius: quod
illam non potest negare, quia nos am
bo simul stetimus in eliopoli civitate egi
pti, et sic stantes vidimus lunam

al in oppositione naturali et in naturali

in oppositionem naturaliter supponitur. sed soli cum
non esset tempus coniunctionis, sed
oppositionis, vel sic: que quidem ecli
psis fuit mirabiliter miraculosa. primo
quia tunc eclipsis solis non fit nisi
in coniunctione solis et lune. coniunctio
autem est propter hoc quod luna est ve
locioris motus quam sol, et ideo at
tingit solem. manifestum est quod
luna accedens ad solem, transit per
~~circulum~~ circulum interceptum inter solem et
lunam et occidentem. quandocumque
naturaliter fit coniunctio, tunc fit eclip
sis. tunc non modo in passione ~~christi~~
christi non venit luna ab occidente usque
solem, sed a parte orientis, quod est omnino
contra naturam, cum pars orientalis
dyametri solis primo eclipsabatur.
et sic consequenter dyametrum solis
que fuit eclipsis universalis, et tunc
recedit usque orientem, ita quod primo
illuminabatur pars dyametri occidentalis
que ultimo fuit eclipsata. quod fuit
secundo contra naturam eclipsis. quia
in omni naturali eclipsi pars occide
ntalis primo eclipsatur, et primo re
illuminatur. tertio fuit mirabilis, quia
luna tunc temporis in spacio 6 horarum
complevit motum fere 14 dierum, quia
inter nonam et vesperas sic 184 gradus
iuit. quod sic patet in oppositione,
et sic constat, quia fuerunt inter
solem et lunam 180 gradus, qui
sunt medietas celi. modo fuit eclip
sis post oppositionem per nonam horam,
ita quod lunaris illius 9 horis
transiebat quatuor gradus ultra locum
oppositionis versus occidentem. recedo
dixit ergo per 184 gradus fuit acce
et simul recedendo, et sic in spacio
sex horarum iuit motum sic 14 dierum.
Quarto miraculosa fuit, quia
sicut probat ptolomeus, tam in
oppositione quam in coniunctione luna
est in augmento, oportuit quod a motu
naturali lune in eodem spacio temporis
~~cadit~~ accederet ad solem cum luna et
quod luna recederet, quod est contra
naturam, quia a motu lune, sicut patet

semper movetur motu contrario lune

Margin notes: ascendit et; 1[a] ca; babiloni os; F; 2[a]; recedit; 3[o]; quod fuit; ergo; a motu; a motu

in communi theorica planetarum. Quanto
latitudo lune fuit tanta quod lu
na non fuit infra terminos eclipsis.
Dato etiam quod fuisset soli con
iuncta etc. ~~[struck]~~ lectio 99

lco 99

Est enim in illa spiritus intelligentie sanctus

unicus multiplex subtilis modestus
disertus mobilis incoinquinatus
certus suavis amans bonum acutus
qui nichil vetat benefaciens humanus
benignus stabilis securus
omnem habens virtutem omnia prospi
ciens et qui capit omnes spiritus
intelligibiles mundus et subti
lis. Hec est quinta pars principalis
huius capituli in qua postquam Sa
lomon posuit gratiarum actionem
sapientiam recognoscentem tam in ge=
nerali quam in speciali hic hac parte
subiungit quandam commendationem
sapientiam extollentem et declarat
quod sapientia sufficiens est ad confunda
tibi totam noticiam veritatum
in ultima lectione. Ubi notandum
quod licet sapientia ita appropriatur
filio sicut patri potentia et amor
spiritui sancto. Hec tamen terminus sa
pientia ita essencialiter significat
quod non relative sicut patet
primo sententiarum di. 20 capitulo 10 et 10
quamvis filius dicatur sapientia ge
nita propter modum procedendi
a patre quia gignitur a patre memo
ria per modum ubi et intellectus sicut
patet a. de t. c. 13. Nichilominus
etiam sanctus spiritus potest sapientie
dici tum quia a sapientia patris
et a sapientia filio procedit tum
quia sapientiam in se devote cole
ntibus efficit et commendatorem vi ti=
mentem deum sicut dicitur Eccl. 14.
Implebit illum spiritu sapientie et in
tellectus. Loquens ergo de sapientia que
deus est Salomon dicit sic est
enim i. sapientia que est divina sen
cia spiritus intelligentie et est mo

A

incipit

4 illa

dus loquendi accipiendo sentiam
pro eo quod est est idem. Unde sensus est
quod in illa s. sapientia est spiritus in
telligentie et per eius sapientia est
sufficiens ad dandam gratiam cuius
cumque sicut 1 cor. 12. Unicuique
datur manifestatio spiritus ad uti
litatem alii quidem per spiritum datur
sermo sapientie alii fides secundum eundem
eundem spiritum etc. Et infra. Hec
autem omnia operatur unus atque
idem spiritus dividens singulis
prout vult. Dicit ergo Salomon non
est attribuendum humano stu
dio vel ingenio sapientia intellecta
tessa sed spiritui sancto qui est sa
pientia increata. Et quod iste spiritus
sit omnipotens ad creandam sa
pientiam in quocumque probatur
eum describendo a 20 condicionibus.
Primo dicit sanctus i. omnia que
sancta sunt sanctificans. Sanc
tus in latino idem est quod ay
os in greco ayos enim grece quasi sine
terra. Spiritus ergo intelligentie dicitur primo
sanctus pro tanto quia eos quos sa
nctificat purificat ab amore ter
renorum et sursum et tangit ad amo
rem celestium et ideo convenien
ter missus fuit non in specie aque
vel aeris que elementa in dimissis
partibus superficiei terre tangunt sed
in specie ignis qui immediate cor
poribus celestibus contiguatur
sicut patet primo metheororum propter
principium in signum quod illos
quos incendit amore terreno sunt
terrena preponderare et ad celum
ascendere et ideo vocatur spiritus sanc
tificationis Rom. 1. Secundo
dicitur multiplex per effectum quia
multiplicia dona que pro terr=
versa ii requiescit super eum spiritus
domini spiritus sapientie et intellectus
spiritus consilii et fortitudinis
spiritus scientie et pietatis et replebit
eum spiritus timoris domini. Ysa. 2.

s. ab agys in
et yyos terra
1
6

2o

3o

unicus formaliter et etiam effective quia
nos unicus deo per fidem et caritatem
et etiam proximo Eph. 4 solliciti ser
vare unitatem spiritus in vinculo pacis
4o Quarto dicitur subtilis quia sanctos
viros facit subtiles in eligendo docen
do faciendo dona quibus sanctos
suos ornat Ezech. 16 induit te
subtilibus et ornavi te ornamento
5o Quinto dicitur modestus quia si
militer nos modestos facit ad Ga
lat. 4. Fructus autem spiritus est
caritas gaudium et pax et infra
modestia continencia castitas
6o Sexto dicitur disertus quia disertos
faciens de balbutientibus et infantibus
quemadmodum die pentecostes fecit apostolos
qui ante suam conversionem et ante
spiritus sancti missionem fuerant
valde rudes sic autem omni die vo
cat ad religionem sanctam probos et
indoctos de quibus si bene consideret
facit predicatores disertissimos sapie 10 sa
piencia aperuit os mutorum et linguas
infantium fecit disertas et est
idem quod eloquens de dissero et sub
trahitur unum s in supino quamvis
geminetur in preterito de ista disertione
loquitur Augustinus libro 2o de natura
et origine anime asserens quod valde
est periculosa eloquentia si non con
iunxerit scientia et dicit valde non sunt
nostra procul diserta hominibus
minus eruditis eo quod diserta sunt
et virtute verba et Tulius in prolo
go rethorice dicit sicut sapientia sine
eloquencia multum civitatibus
profuit ita eloquencia sine sapientia co
stat plurimum nocuisse unde docet
Seneca epistola 3 quod eloquencia non
est nimis contempnenda nec nimis appe
tenda non inquid querant egri
medicum loquentem sed si ita co
ntigit ut te idem qui sanare potest
grape te de hiis que facienda sunt
disserat non tamen gratuletur eger quod
inciderit in medicum disertum hoc
omne est tale quale si gubernator

navis imperitus sit et formosus
contempnenda tamen non est dispositio
loquendi sed est sapienter committenda
Unde idem Seneca epistola 42 libro 9
reprobat multum celeritatem et fe
stinationem loquendi celeritas enim
loquendi nec in sua potestate est nec
satis decora professe que potest de
verba nec prius nec post tentum
procedere nec ergo quod oro tam
impedimento caret perferatur in malo
quam profluat et infra quemadmo
dum sapienti viro incessus mode
stior convenit ita oro pressa non
audax sua sinatur hec ait tar
diloquium te esse precipio hec Seneca
Septimo sanctus spiritus dicitur 7o
mobilis i. mobilem faciens prompte
et obedienter quamvis ipse immobilis est
vero sicut probatur 8o phisicorum 4 isto
modo sanctus spiritus fecit
apostolos mobiles quod in omnem terram
dispersi sunt Hinc Luc. 21 virtutes
celorum movebuntur et Joh. 14 posui
vos ut eatis et fructum afferatis
et fructus vester maneat argentum
vivum est satis mobile si autem mor
tificetur statim sistitur ita predica 4 2 qui miserat
tores vita gratie discurrunt mo
ventur et currunt pro salute proximorum
procuranda psalmo 6 discurre festi
na ~~festa~~ suscita amicum tuum
Octavo dicitur incoinquinatus 8o
et hoc est vim tam formaliter quam
effective honesta enim per se non in
habitat loca turpia et immunda ut
sanctus spiritus mentes turpes gu
losas libidinosas et ideo de apostolis
tamen quod invenit eos vere
preparata munda et tribuit eis ca
rismatum dona Nono dicitur certus 9o
contra inconstantes et mendaces
et desperatos 2a Thim. 1 Scio cui cre
didi et certus sum quia potens
est depositum meum servare in 10
illum diem Decimo dicitur ac sua
vis sap. 12 O quam bonus et sua
vis est domine spiritus tuus in omnibus
nobis sanantes eum et mites facit

quos inhabitare dignatur / non impacien-
amaros tes / non amaros non turbidos / vel
impetuosos / famuli ministrantes
domus / facilime recipiunt remor-
sus dominorum. Et ideo quando servi-
entes aliene sunt bene educati /
signum est quod servierint alicui
no nobili. Unde metrice est dominum facit
os famuli / speculum est nigri di-
scipulus / iurat signum modestia
regis. Et ergo suaves sumus ad in-
vicem / signum est quod sumus de
familia s. s. 2a Cor. 6. In omnibus
exhibeamus nosmetipsos sicut
dei ministros / et infra In longanimitate
xj in s. sto. Undecimo dicitur amans
boni actuum / facit n. homines con-
gaudere de profectu alicuius et hoc contra
invidos / qui de bonis alicuius con-
tristantur. Caritas vero cuius de bono
actu letatur. Rom. v. Caritas diffu-
sa est in cordibus nostris per spiritum sanctum
qui datus est nobis. Duodecimo
12 dicitur esse talis qui nichil vetat bene
facere immo hortatur bene facere et hoc
contra negligentes et accidiosos
pro. 3. Noli prohibere facere bonum
ei qui potest / et hoc est contra malos
consiliarios / qui dominos suos
aliquando impediunt a bono proposito
quod intendunt in elemosinis / et opera
pietatis committunt ad opera vani-
13 tatis. Tredecimo dicitur huma-
nus / tum quia homines diligit
pro viii. Delicie mee sunt esse cum
ti filiis hominum / tum quia homines
humanos facit non austeros
non beluinos nec bestiales / Sap 12
Docuisti autem populum tuum per ta-
opa lia quia oportet iustum esse et huma-
14 num. Quartodecimo dicitur esse
benignus quasi bene ignitus / quia
bene ignitos efficit quos disponit
Sap 1 / Benignus est enim spiritus sa-
piencie / et ad Ephes. 4. Nolite con-
tristare spiritum sanctum dei in quo sig-
nati estis / et infra Estote autem
invicem benigni misericordes / do-
nantes invicem / sicut et deus in

christo donavit nobis. Quintodecimo
dicitur esse stabilis / quia stabiles facit 14
et perseverantes in bono proposito / nec ob-
stat quod prius mobilis dicebatur /
quia secundum Rabanum spiritus
qui implevit omnia / mobilis simul
et stabilis dicitur. Homo n. qui ubique
discurrit / ubique obviam venit / et
repente ubi non creditur invenitur
omnipotens vero spiritus ubique est / et sic igitur
et stabilis simul et mobilis dici-
tur. Rabanus / similiter facit sanctos
proficere in bono de virtute in vir-
tutem / et ideo mobilis dicitur / facit
n. eos in bono perseverare et ideo
stabilis dicitur. 1 Cor. 14 Itaque fra-
tres mei dilectissimi / stabiles estote
et immobiles / habundantes in opere
domini semper. Sedecimo dicitur esse se- 16
curus / quia securos nos facit per spem
que est certa expectacio future bea-
titudinis / veniens ex dei gracia
et meritis precedentibus. Creditor qui
habet pignus sufficiens ad debi-
tore / securus est de suo. Dominus
ante nos volens esse securos de
futura beatitudine / dat nobis spiritum
sanctum quasi loco pignoris. Ephes. p.
Credentes signati estis spiritu pro-
missionis / quod est pignus hereditatis
nostre. Decimoseptimo dicitur omnem 17
habens virtutem / quia est patri et filio
coequalis et consubstancialis. Job
33. Spiritus dei fecit me / et spiraculum
omnipotentis vivificavit me. 18
Decimooctavo dicitur omnia prospi-
ciens / tum quia spiritus omnia scru-
tatur. 1 Cor. 2 / tum quia s. s. fa-
cit hominem prudentem omnia pro-
spicere / quia deceptis dat cautelam /
decipientibus circumspectionem / defi-
cientibus prudenciam. 1 Cor. 2. Spiritua- 19
lis homo iudicat omnia. Decimo-
nono dicitur esse talis quod capit
omnes spiritus intelligibiles / id est
capere facit omnia dona spiritus
sancti / mediantibus quibus homo

intelligit quidquid necessarium est ad
salutem Ecci 39 Si enim dominus
39 magnus voluerit spu intelligentie
replebit illum / i. si deus voluerit qui
deus magnus dominus / spu intel-
ligentie replebit illum / s. iustum
20 Vicesimo dicit numerus iste nuz
ipe u. est lux vera que illuiat om
nem hominem venietez in hunc
mundum Et io numerus est inse / et
nudos facit quos in hitare digna
ps Cor mundum crea in me deus /
et spm rectum in nova visceribus
meis Opn inquid rcm / oms rec
linee sup rcam lineam stantes /
duo vtrobiqz anguli aut recti sunt /
aut duobus rectis equales / ita li
nea est sanctus spus Unde dicit /
spm rcm in nova visceribus meis
sm alia linea recta est / mens sinc
linia humana Ecci 7 c. Solummo
hac inu inueni / quod fecit deus
hominem rcm sup secundum mente
No Cum g° sanctus spus descendit /
sup istam rcam lineam / ratio duo
anguli i. io et voluntas sunt for
malit recti pm notentiam Jups
innotentes et rci adheserunt
michi / vel sunt equales duobus
rcis pmam statusenim pme
equipat homiz statui innotentie /
et ideo licet io et vos in peccato no
sint recte formalit pm notenciaz /
sunt tamen recte equar pmaz /
de qua rectitudine dicitur Pu 21 Cui
rectus est corrigit viaz suam Ulti
mo quta condicio replicatur et dicitur
quod est subtilis Est enim subtilis
pfunda penetrando / et difficilia
declarando Jo 14 Paraclitus autem
spus sanctus quem mittet pat
in nomine meo / ille vos docebit oia /
et sugget vobis omnia quecunqz
dixero vobis Sapia g° s.s. est sps
intelligentie / et est nobis ita mul
tiplicat necessarius Dignum est
cessare apertatis / et ita cultum hys
100 diebus vacare antequam vlterius
procedamus etc. 100

Omnibus enim nobi
libus nobilior est
sapiencia est attingit autem ubiqz
propter suam munditiam Vapor est
est enim virtutis dei et emanatio quedam
claritatis omnipotentis dei sincera
et ideo nichil inquinatum in illaz
incurrit Posita commendatione
multiplici s. s. cuius d omnium est sa
pia / hic recitat iam ipius sapie
excellentiam commendandam commen
dando autem sapiam sic procedit /
quia primo commendat sapiam ex
hys que ei conveniunt absolute
esse ipa / 2° ex hijs que conveniunt
ei in comparatione ad alia / 2° ps ibi /
est n. hec speciosior sole Et circa
primum duo facit / primo ostendit eius
nobilitatem in essendo / 2° eius pta
tem in agendo / 3a ps ibi / et cu
sit vna omnia pt / Circa primum duo
facit primo n. commendat sapiaz
p condiciones ipas / 2° p effectus
sapiencie ibi / vapor n. est / Circa pm
duo attribuit sapientie omnia gu A
bernanti / vz sufficientiam felicitatis /
et coexistentiam pncialitatis Quantum
ad primum dicit sic Omnibus enim
nobilibus nobilior est sapia
Ubi notandum / quod quanto agens
est maioris virtutis in agendo / tanto
velocius producit effectum / Unde ages
infinite virtutis agere pt nobis tantum /
Sapia g° sapia est donum s.s. / est
exdamo infinite virtutis Omne autem
movens nobile est virtutis finite /
patet g° quod sapia est nobilior
actuosior i. virtuosior in movendo
omni motu / et prosequens hanc su
fficientiam felicitatis 2° habet 2°
coexistenciaz pncialitatis / et quantum ad
hoc dicit Attingit autez ubiqz
propter suam mundiciam Omnia
enim p sapiam disponuntur et re
guntur Jn ps Omnia in sapia

fecisti / impleta est terra possessione tua
Sicud enim deducit magister alexander nec
quam in omni creatura corporea
quantacumque sit modici valoris /
potest racio humana videre infinitam
dei potenciam infinitam dei sapienciam /
et infinitam dei bonitatem / Ubi
gratia ut de athomo fiat exem-
plum racio approbat humana ra-
cio et attemptat / quod mensura po-
tencie agentis sumatur secundum propor-
cionem facti ad illud de quo fit / tanta
enim est potentia facientis quantum
ipsum factum excedit illud de quo
fit / Cum ergo racio inveniat athomum
esse aliquid ex nichilo / et sciat quod
si athomus excedit ~~vel~~ infinitum
~~excedere~~ concludet quia ipso produ-
cens athomum de nichilo ad esse
est infinita / 2° videbit racio quod
cum athomus sit corpus / et intersec-
tas lineas inter secantes se ad
angulos rectos / inequa sectione po-
sito circulo / circumscribi potest spera in-
fra athomum / et videt racio in spera
infinitos circulos posse describi /
ymo infinita corpora infra spe-
ram esse ymaginalia / et ultra in-
fra circulos omnes figuras fore
insepabiles / que tamen sunt
infinite / super quas infinite possunt
exigi demonstrationes / tam de
magnitudinibus quam de numeris /
ergo videbit racio humana in atho-
mo et in flore infinitam scienciam
esse descriptam / Infinita vero sciencia
non potuit describi nisi ab agente qui
cumque nisi sit sapiencie infinite /
Igitur humana racio si est bona bene
inveniet in uno athomo infini-
tam sapienciam conditoris / 3° vide-
bit racio mentis humane / quod in
assecucione huius infinite scientie que
est in athomo / est magna utilitas
anime / et delectacio admirabilis / et si
forent infiniti intellectus / infini-
tas haberent delectaciones / ymo unus
intellectus infinitum posset delectari
in acquirendo noticiam ipsius

athomi / ergo potest racio concludere / quod ille
qui athomum creavit / est infinite
bonitatis / quare et infinite delectacio-
nis et infinite utilitatis de sua
bonitate creavit / Sic igitur ex minimo
athomo / potest homo concludere deum
esse infinite potencie sapiencie et
bonitatis / Aliter exponi potest de
deo qui est in omnibus rebus per
essenciam · potenciam · et presenciam /
Per essenciam inquantum essencia cuius-
libet rei est quedam participacio
divini esse / et sic essencia divina cuius-
libet rei adest inquantum sit esse
sicut causa est ipso effectui / per pote-
nciam adest inquantum omnia agunt
virtute ipsius / presenciam inquantum
omnia immediate disponit et
regit / Attingit ergo illa sapiencia divina
ubique / id est in omni loco propter sua
immensitatem / quia cum in omni loco
sit corpus / in omni corpore scia potest
esse infinita obiectiue id est conclusiones
scibiles infinite / et hoc propter sua
immensitatem / et augmentumque defectus
carencia / Postquam ergo descripsit sa-
pienciam per condiciones absolu-
tas et proprias / hic eam describit per
locuciones figurativas et typi-
cas / et dicit vapor est enim / Ubi
incipit subtiliter describere sapie-
nciam per figuras et similitudines
Ponit autem quinque similitudi-
nes / quibus sapiencia comparatur / Dicit
enim / quod metaphorice loquendo
ipsa est vapor / emanatio / candor /
speculum / et ymago / Vapor est qui-
dam corpus subtile / extractum
de terra vel de aqua per calorem solis /
sicut patet primo metheororum / tamen
stricte loquendo vapor est humidus /
et extrahitur de aqua / exalatio est
sicca / et extrahitur de terra / et de istis
duobus generantur omnes actiones
impressiones / huiusmodi sunt nubes ·
pluvie et grandines · nix · et toni-
truum · ros · et pruina / et talia
multa / Est igitur sapiencia quasi vapor virtutis

dei .i. subtiles effectus divine virtutis
causati in mente rationali. Secundo
2o dicit quod est quedam emanatio claritatis
omnipotentis dei sincera .i. claritas
emanans sincere ab omnipotenti deo.
Emanare .i. scaturire sicut aqua
ascendens de terra dicitur ema-
nare. Sinceritas dicitur quasi sine cera
.i. sine mollicie et flexibilitate pu-
ris constans et mundus. Et ideo
nichil inquinatum in illam incurrit
propter munditiam sue claritatis sicut sol
quantumcumque turpia loca illuminet nichil
tamen inquinari potest contactu. Ema-
natio quedam deus ipse fons est
a quo nobis emanat omne genus
gratiarum. Est enim in fonte iugiter emana-
te triplex proprietas: pretiositas pre-
ciosa, suavitas saporosa, communitas
copiosa. In fonte quidem est pretiosi-
tas preciosa. Quia quidquid enim bonitatis
vel copie invenitur in rivulo to-
tum emanavit de fonte primo in
fonte bonitatis divine essentie et
eodem modo quidquid delectabili-
tatis vel bonitatis est in terra totum
emanat de fonte qui est fons
sapientie verbum dei in excelsis. Ecclesiastici
ad istum fontem sitiunt anime
sancte iuxta illud psalmi: Sitivit
anima mea ad deum fontem vivum.
Cervus hausto serpente nisi citius
attingat ad aquam moritur. De-
siderat enim naturaliter vitam suam
prolongare. Unde sicut dicit glosa
super illud psalmi: Quemadmodum desi-
derat cervus etc. Cervus senio gra-
vatus excrescentibus pilis atque
cornibus exploratio serpente ipsum
naribus haurit quo hausto vene-
no estuat. Unde fontem ad biben-
dum ardentissime desiderat a quo
si deficiat moritur et inde vitam
abbreviat quam prolongasse puta-
vit. Moraliter homo serpentem ha-
urit quando dyaboli suggestioni-
bus acquiescit ac noxias delecta-
tiones sibi incorporat peccatum sed tunc
veneno estuat quando transacta de-

lectatione feditatem peccati considerat
tunc vero fontem misericordie desiderat et
tunc deo reconciliari per penitentie sacra- ad satisfactionem
mentum affectat. Si autem conti-
gat quod post haustum serpentis
.i. post commissionem peccati fontem
gratie non attingat dampnum
eterne mortis incurrit. Fons gratie
de quo putei aquarum emanant
est Christus in cuius corpore multa
vulnera quasi multi putei ex-
stiterunt. Ecc. 40 Iudicibus ipsius
emanaverunt putei aquarum et quasi
mare adimpleti sunt super mo-
dum. De istis puteis dicitur Ysa. 12:
Haurietis aquas in gaudio de fon-
tibus salvatoris. Secundo est in fonte 2o
emanante suavitas saporosa. Dul-
cior enim aqua est in fonte quam
in rivulo. Et isto modo dulcior est
delectatio in Christo quam in creatura quam-
cumque. Dulcedo enim fontis est secundum
conditionem terre de qua emanat
sicut dicit Aristoteles in libro de sen-
su et sensato quia aqua currens
per terram amaram et sulphuream
et sic emanans est amara naturaliter
sed aqua emanans de terra pura
et sabulosa fit dulcis et clara.
Igitur autem est fons sapientie et
emanavit de terra humana scilicet
virginis Marie benedicta in qua nichil
austeritatis vel lutose feditatis erat.
Unde nichil amaritudinis in fon-
te qui est Christus inveniri potest. Iac.
3. Numquid fons de eodem fora-
mine emanat dulcem et ama-
ram aquam et tamen ipse deum
gratus omnibus qui divino delecta-
mine contempto in terrenis vo-
luptatibus inmergunt. Conqueritur
quod Ieremie: Me dereliquerunt
fontem aque vive et foderunt
sibi cisternas dissipatas que con-
tinere non valent. Tertio in fonte aquas 3o
iugiter emanante invenitur co-
munitas copiosa. Est enim fons omni-
bus communis pauperibus diviti-
bus et innocentibus. Isto modo Christus

Dubio Nota deus

mis et peccatoribus / gen secundo / fons ascendebat de terra irrigans superficiem terre universam. Dubitatio talis potest esse / utrum sit in qualibet creatura / et videtur quod non / quia si sit / tunc in qualibet creatura esset deus adorandus / quia in qualibet esset essentialiter / quod autem sit adorandus in creatura / patet exo iii^o et gen. Moyses adoravit dominum in rubo / et in gen habemus / quod abraham adoravit dominum in angelo = gen 18. Et iste adorans in crucifixo vel in ymagine / intendens proprie adorare deum non peccat / ergo deo cum sit essentialiter in lapide = Si aliquis intendat deum contemplari in lapide adorare / cadens tunc non peccat. Et quod est maioris potestatis magis est deo attribuendum / sed maioris potentie est quod sit totus presentiam per absentiam suam quam per presentiam / sicut nobilitate regie maiestatis est / quod ubique regnat in regno / ubi licet corporaliter non consistat. Ad oppositum quod effectus in tantum dependet a suis causis / quod sine causa presentia non consistit / propter vehementiam causalitatis et dependentiam effectus / sicut patet de radio et sole / sed omnes res sunt adeo dependentes / et deus est causa intima omnis rei / igitur est in omni re essentialiter presens. Ad questionem dicendum est quod sit / unde ecclesia dicit / quod deus est ubique simul / sed quo sit ubique quomodo non capimus / Ad primum dicendum / quod deus non est continuo adorandus in quolibet suo signo / sed tantum in illo quod est aliquibus res ad hoc ordinata / ut in ea deus honoretur / sicut fuit rubus ardens sine combustione / et angelus agnus. Ad 2^m non fuit docendi simplices / ut sic in lapidibus et lignis deum adorent / propter similitudinem ad ydolatriam / quamvis posset homo adorare deum sine peccato / quia tamen sic posset species malorum / melius est cavere talibus adorationibus. Ad tertium dicendum / quod maioris potestatis est rege per presentiam quam per absentiam universa / unde ille qui potest esse absens / indiget nuntiis et tussire tantum frequenter / motus autem est actus in perfecti / nec potest aliquis absens ita perfecte regere sicut presens = 2^o ~~sequitur alia lectio~~ Lectio ci

Candor est enim lucis eterne et speculum sine macula dei maiestatis / et ymago bonitatis illius. Describitur sapientia secundum duas similitudines metaphoricas / que cognoscuntur in hac lectione eam describendo sub figuris tres alias / scilicet sapientia que est donum dei / pulchritudine venustatis / magnitudine pietatis / similitudine deitatis / et quantum ad primum dicit sic est candor lucis eterne / lux autem est veritas eterna / que candorem recipit in torris alias demonstrationis evidentiam / unde vel potest dici veritas manifesta omnis fidei / quantum ad ea que fide tenentur / ab isto autem candore doctores in ecclesia candidi denominantur. Gen 49 pulchriores sunt oculi eius vino / et dentes eius lacte candidiores. Doctores enim et prelati ecclesie quorum est alios informare / dicuntur dentes ecclesie / quia sicut officium dentium est cibum frangere et dividere / conterere et masticare / ita officium est prelatorum et doctorum sacram scripturam frangere et dividere / secundum quod subditorum necessitas exigit et requirit. Cant 4. 9. dicit sponsus ecclesie / Dentes tui sicut greges ovium tonsarum que ascenderunt de lavacro / glosa Dentes qui peccata mordent / scripturas

Ad oppositum

Ad questionem

Ad 2^m

male

lectio ci

Questio utrum deus sit in qualibet creatura

attinet/ sunt fortiores/ quia adrigen
dum etiam apti/ qui sanitate pura
lent/ et dicunt isti dentes sicut g^e
ges omnium propt̄ innocenciam/ tan
sarum p̄ volunta^{ri}^{as} paupertatem/ p qua
abcis omnia superflua et quia no
tiua auferuntur/ qui ascenderunt
declaratio/ quia a baptismali regna
tunc profitentur continue asten
dentes dentitate in utero/ et isti
dentes sunt lacte candidiores/ p̄
sapientie veritatem/ dicit aug^{us}
dedentibus ista tam/ dummodo est q^d
qui dentes sunt stupidi/ curant
cum sale/ quia sal auffert stupo
rem adentibus/ et h^c dicit aug^t
particula prima p̄ble^{te} 3a^o 2^m est
quod dentes raros et distantes de
ntes/ non sunt ita longeui/ sicut
illi qui hūt hūt dentes cometos
et fortes/ particula 3^a problemate
primo tamen est quod dentes sūt
duriores et fortiores quia carnes/
et tamen magis ledunt^r aliis pati
unt^r a frigiditate quam carnes/ sed
a calido magis leditur caro quam
dens/ cuius causa est secundum eum/
qui dentes hūt multos poros et
minutos/ et hoc denotat color albe
do in istis vero minutis poris est
modicum de calido. Sunt etiam den
tes frigidiores quam ossa/ et ideo
frigidum adueniens cito alterat
et ledit dentes. Caro autem hūt
poros latos/ in quibus plus con
tinet^r de calido. Et ideo minus pa
tit^r a frigido quam a calido/ recipit
namque celcit^r calidum et leditur
inde/ ita quod efficit^r valde ignis
in igne calor sicut dictum est. Pla
ti et doctores in ecclesia sunt dentes
candidi in xpi corpore insti[tu]to in
firmiores vero et delicatiores sunt
sicut caro/ contingit autem aliqu/ quod
isti dentes patiunt^r stuporem/ sicut
euenit quando homo comedit fructus
acerbos et immaturos/ tunc etiam
non possunt statim et postea ma
sticare sine lesione cibos alios. Igit^r
quando sit est quod illi qui doctores esse
debent in ecclesia/ occupant sum
mgenuum minus ita sacras se
culares/ et circa prudentiam dispo
nendi ista mundana/ contrahunt
stuporem/ et fiunt inepti addisc
nendum cibum doctrine fidei ad
usum subditorum/ et de talibus
dicit^r amos 4. Dedi vobis stupo
rem dentium in cunctis urbibus
vestris/ et indigentiam panum in
omnibus locis vestris. Contra tamen
stuporem aufere possunt faciliter
per sal/ id est studium scripture sacre
ad colo. 4. Sermo vester semper sit in
gratia sale conditus. Secundo
illi in ecclesia id est in xpianitate/ qui
hūt raros dentes/ id est paucos doc
tores et platos in spiritu/ no
sunt ita longeui/ id est ita perseuera
tes in vita gratie/ sicut illi ubi
habundant doctores. 3^o quod
isti dentes magis patiuntur
a frigido quam carnes/ et car
nales homines sine mundani
magis patiunt^r a calido/ frigi
dum et calidum sunt prosperitas
et aduersitas. Boni autem et perfecti
mag^s ledunt^r in aduersitatibus
quam in prosperis/ et imperfecti mag^s
falluntur et ledunt^r peccando in
prosperitatibus quam in aduersis/ quia
prou. 1. prosperitas stultorum perdet illos.
Dicit ergo sanctus spiritus/ quod
sapientia contenta in scriptura/ est
candor lucis eterne. Sap. 7. Immo
que deus est Jo. primo deus est lux
et tenebre in eo non sunt. 2^o est speculum
sine macula diuine maiestatis/ in scrip
tura enim sacra dei maiestas per
fidem inspicitur quasi in quodam
speculo mundissimo/ in quo nulla
macula est falsitatis. Prima cor. 13 Vi
demus nunc per speculum in enig
mate. Unde tota cognitio quam de
deo habemus in presenti/ est specularis/
in qua cognitio obiectorum non est

putat p(er)se | sed p(er) suam similitudine(m) |
et non p(er) lineam rectam | sed p(er) linea(m)
reflexam | sed videbimus in futuro
cum sicuti est | non per actualitatem sed
in mente et p(er) lineam rectam. Non so
lum autem in speculo sapie(n)cie que
est sacra scriptura videmus deum |
sed etiam mores nostros s(cilicet) quales es(se)
debemus | si secundum legem dei
vivemus | Unde Johannes in ep(isto)la
ad decem et adem virgines. Sic in quod
lectione divina | more speculi | feda cor
rigendo | pulchra conservando | et
pulchra faciendo. Scriptura n(am) specu
lum est | feda que(m) et corrigi do
cens. Simile dicit beatus Gregorius
2° mor(alium) ca° 1 Sacra in quod scrip
tura q(uasi) speculum quoddam oculis
mentis opponitur | ut intus nostra
facies in ipsa videatur | ibi enim
feda ibi pulchra nostra cognoscimus |
ibi sentimus quantum proficimus |
quantum de p(ro)fectu longe distamus
Et sicut ille qui habet in facie
maculam manifestam | abhorret
se vide(re) in speculo | ita notabiliter vicio
si in vita | abhorrent se putare ubi
sacra scriptura quantum ad bonos
mores in verbo dei manifeste p(ro)ponit(ur) |
et tales sunt quibus nullum
speculum bene placet | sicut nar
ratur de quadam turpi et defor
mi puella | Ista n(am) tortam habuit
faciem oblongatam | et quociens
respexit speculum | doluit et offe
debat(ur). Deformitatem tamen suam
semper imputavit speculo | Unde
plura specula fregit q(uia) omnes
similes depinxerunt. Ita est in
certa de hominibus multum viciosis |
nec vitam suam volentibus
emendare | nullus sermo homi(ni)
eis placet | per quem habu(n)t p(re)dicati
onem offendunt semper | p(re)ponunt
in isto speculo vitam suam esse
distortam et turpem. Non tam
se corrigunt p(er) ymam | sed quantum
q(uod) se audierunt bu(m) deseptos | sta
tim propt(er) veterem consuetudinem

obliviscuntur quales in speculo de
scribuntur. Dicitur Jac(obi)
primo. Si quis auditor est verbi dei
et non factor | hic comparatur viro co(n)
sideranti vultum nativitatis sue
in speculo. Consideravit n(am) se et
abiit | et statim oblitus est qua
lis fuit. Et ideo bene p(er)mittit | esto
te factores verbi dei et non audito
res | fallantes nos metipsos. Legimus
n(am) exo(di) 38 | quod moyses fecit de
mandato domini quandam la(bium)
i(d est) quoddam lavatorium | quod po
nebat(ur) inter tabernaculum et altare |
in cuius margine superiori erant
specula | et intus continebatur
aqua | ut sacerdos antequam ad
altare accederet inspicere posset si
aliquam maculam haberet ablue
dam | sicut dicit magister in hystoria |
et eam abluendo deleret | an
tequam accederet ad altare. Isto mo
more in scriptura sacra est intus aqua
gratie et devotionis | et extus in
verbo doctrine sunt specula in for
mationis sancte | ut omnis homo
semetipsum possit inspicere | et quod
defectum sunt emendare | quia hoc
speculum sine macula dei ma
iestatis dicitur. 3° sapiencia que
in scriptura sacra continetur dicitur
ymago bonitatis dei. Sicut enim
per ymaginem cognoscit(ur) illud
cuius est ymago | ita per ea que in
scriptura sacra docentur | divina bo
nitas nobis exhibita et p(ro)missa
videtur. Aliter p(otes)t lectio hodierne
lectionis exponi de xpo | qui est
sapientia incarnata. Ipse enim fuit
candor lucis eterne ho(mo) honestissime
vivendo | speculum sine macula
rectissime docendo | et ymago bo
nitatis benignissime redimendo |
Fuit n(am) candor lucis p(er) corpo
ralitatem | speculum sine ma
cula p(er)mentis exaltationem | ymago
ymago bonitatis p(er) divinam p(er)sonalitatem |

Unde Augustinus de Trinitate ca° 92 dicit quod homo dicitur ymago dei et ad ymaginem dei secundum illud gen. primo Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram sed filius dei sic dicitur ymago patris et non ad ymaginem quia natus est non creatus similis et equalis et in nullo dissimilis. Homo autem est ymago et ad ymaginem quia non equatur per equalitatem sed accedit per similitudinem quadam tamen ymagine plus deformitatis quam convenientie demonstratur licet enim similitudo sit de ratione ymaginis non tamen equalitas sed tamen perfecte ymaginis est equalitas sicut dicit idem Aug. de vz q. 91 Istud speculum vz xpus fuit speculum planum plane docendo speculum concavum humiliter moriendo speculum convexum potenter resurgendo. In speculo enim concavo apparet ymago conversa et supinus in fine et dextrum sinistrum et ita fuit in xpo moriente tunc summus deus a vilissimis ribaldis torquebatur summe iustus accusabatur summus iudex placitabatur et sicut per speculum concavum accendi ignis devotionis et delectationis ad deum et sicut in speculo integro non apparet nisi ymago una si autem confringatur vel discontinuetur quelibet particula suam reputat ymaginem ita fuit in xpo quamdiu anima et corpus xpi coniuncta fuit ad invicem et xpus fuit homo vivens una tamen ymago apparuit vz similitudo hominis quia apud ipsum infidelem non videbatur enim homo purus et non homo et deus. Sed ubi est confractio sive istius speculi et discontinuatio sive divisio corporis ab anima licet divinitas esset coniuncta statim mundo patuerunt due ymagines duarum naturarum vz dei et hominis et semper in perpetuum apparebunt. Ymago hominis apparuit in corpore vivificato crucifixo conclavato sepulchro et consignato sed ymago dei apparuit in sole eclipsato terremotu monstrato velo lacerato rupium rupione et mortuorum resuscitatione ut in textu fatetur Centurio. Vere filius dei erat iste Mt. 27. Ergo xpus dicitur speculum sine macula id est dicam homini qui specula quidem dici possunt sed non sine macula propter fomitem concupiscentie qui repugnat spiritui continue dum homo vivit in carne Job 14. Quid est homo ut immaculatus sit et ut iustus appareat natus de muliere etc. 102

A Ita per contemplationem istius speculi ardentissime in nobis accendit ignis

Et cum sit una omnia potest et permanens in se omnia innovat et per nationes in animas sanctas se transfert amicos dei et prophetas constituit. Neminem enim diligit deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Postquam sanctus spiritus declaravit nobilitatem sapientie ostendendo hic enarrat eius potestatem in regendo. Et circa hoc duo facit primo ostendit eius gubernationem [gubernationem] omnium creaturarum 2° eius specialem operationem circa humanam progeniem 2a ibi et per nationes in animas sanctas. Quantum ad primum tangit quatuor de sapientia unitatem potestatem stabilitatem causalitatem. Unde dicit cum sit una omnia potest et permanens in se omnia innovat. Sapientia enim dicitur una ab unitate subiecti principalis sed omnis scientia dicitur primo posterior. Similiter dicitur una ab unitate finis quem intendit qui est amor dei sive deus pncipale [una]

Nō

subiectum / et amor dei in sacra scrip-
tura est principale intentum / unde
Augustinus de laude caritatis / Ille te-
net quod patet et quod latet in di-
uinis codicibus / qui caritatem ser-
uat in moribus / Ista sapia cum
sit una omnia potest / et permanens in se
i. omnino et immutabilis existens / omnia
innouat regendo et gubernando
/ ex quibus patet eius generalis gu-
bernatio omnium creatura / specialis autem
eius operatio circa humanam pro-
A gatiua subiungitur quo ad hoc / ta-
uisat eum in hominibus sanctimo
† niam / amicitiam / et prophetiam / unde
subdit sic / et per nationes in animas
sanctas se transfert / quia non est
personarum acceptio apud deum
Actuum 10. Non est personarum ac-
ceptor deus / sed in omni gente qui
timet deum / et operatur iusticiam
acceptus est illi / et ideo sapia quae
est donum dei / per nationes sanctas
homines uel ubicunque se transfert /
uel inspirando cultum diuini / et
ea quae sunt necessaria ad salutem
transfert se in animas sanctas / non
sanctitatem presuppo[n]endo sed faciendo /
/ unde subdit amicos dei i. ama-
tos deum et amatos a deo consti-
tuit / et etiam inter eos aliquos
amicos / prophetas constituit / i Cor.
12 Unicuique datur manifestatio
spiritus ad utilitatem / et in sequentia / alii
prophetia / alii discretio spirituum / hec omnia
sic probantur Deus nulli dat do-
num sapientiae / nisi illi quem diligit /
sed deus nullum diligit / nisi illum
qui cum sapia inhabitat / ergo nulli
alteri dat donum sapientiae / unde
subditur Neminem n. diligit deus
tamquam electum et de familia
sua / nisi eum qui cum sapia in-
Figura ypalage habitat / et est figura quae uocatur
ypallage / quae figura est quotiens
per uerba pro contrarium intelligunt / sic
si dicamus prodest dare classibus

austros / cum uariem dominus uentis
non uentos nauibus / secundum ysidorum
12 Ethimologiarum ca° 42 De schematibus
/ unde sensus est Neminem enim
diligit deus / nisi eum cum quo
inhabitat sapia / uel quem inhabitat /
/ hec omnia quae de sapientie dono expo-
nuntur / plenius de sapientia ~~dicitur~~
quae est filius dei uerificantur / sed
quia hic non uacat / propter hoc
dicatur in littera / quod sapia amicos
dei et prophetas constituit / potest esse
b dubitatio talis / utrum solis ami-
cis dei conferat donum prophetiae / ubi
quod sit Secreta n. non sunt re-
uelanda nisi amicis iuxta illud
Io. 15 / Vos autem dixi amicos /
quia omnia quaecumque audiui a patre
meo nota feci uobis / Sed deus
secreta sua reuelat prophetis / ergo ipsi sunt
amici dei / Contra Filii prophetarum fuerunt
inimici dei Contra. Attendite ~~a~~ a falsis prophetis
qui ueniunt ad uos in uestimentis
ouium / intrinsecus autem sunt lupi
rapaces / sed qui non sunt amici
dei intrinsecus / sunt lupi rapaces /
et per consequens falsi prophetae / ergo omnes ubi
prophetae sunt amici dei / sed contra Aristoteles dicit
de sompno et uigilia libro secundo quod
si diuinatio sompniorum est a deo /
inconueniens est mittere quibuscumque
et non optimis uiris / unde secundum
eum inconueniens est dicere quod
diuinatio sompniorum sit a deo / cum
uideamus quod talis diuinatio
conueniat fatuis / ydiotis et me-
lancolicis et non sapientibus / sed
constat donum prophetiae esse a deo / ergo
non datur nisi bonis et amicis
dei Ad oppositum / Balaam fuit
propheta / sicut patet Numeri 20 / tamen
fuit malus homo et cultor ydo-
lorum et demonum / Item contra. Ha-
betur / quod multi dicent in die
iudicii Domine domine non ne in
nomine tuo prophetauimus / et in nomine
tuo demonia eiecimus / et uirtutes
multas fecimus / et tunc debitur

Questio utrum solis amicis dei
conferat donum prophetiae

cis ad omne accedit ante operari i-
niquitatis / numquam novi vos / i. numquam
approbavi vos / quod illi fuerunt prophete / et
tamen numquam fuerunt amici
dei. Ad istam questionem dicendum est quod
sola caritas est per quam homo ami-
cus dei constituitur / et omnis gratia
gratis data que potest esse sine
caritate / potest communicari bonis et
malis amicis dei et inimicis /
singuli autem gratie sunt prophetia
fides sapientia potestas curandi / unde
dicitur prima cor. 13. Si habuero
prophetiam / et noverim omnia misteria
et habeo omnem fidem / ita ut mon-
tes transferam / caritatem autem non
habuero nichil sum / ex qua autem
caritate satis patet quod donum prophetie
habere potest sine caritate / Et ideo
dicendum est ad hoc negative / quia
non solum amicis dei confert do-
num prophetie / concedit enim alteri ad uti-
litatem ecclesie generaliter / et non persone
ad utilitatem illius cui datur manifestatio
spiritus ad utilitatem / ad uti-
litatem dico ecclesie / et ad honorem
dei / quod habeat testimonium etiam
a malis aliquando / et ideo legimus multos
malos prophetasse / Ubi notandum quod
prophetia comparatur secundum malicia
morum / non tamen in dicente admit-
tit maliciam vitiorum / quia cum
prophetia est quedam spiritualis perfectio
tio futurorum / ad quam requiritur ele-
vatio mentis per contemplationem /
ideoque spirituali cognitioni repugnant
et contrariant prophetie / et ideo vicia car-
nalia que sunt vehementes passi-
ones / et occupationes terrene / similiter
que mentis elevationem impediunt /
prophetie repugnant / Et ideo legimus
de filiis prophetarum 4 R. 4. quod simul
habitaverunt cum heliseo quasi so-
litariam vitam agentes / in quadam
etiam honestate a carnalibus absti-
nentes / vicia vero spiritualia que mentis
elevationem non impediunt / prophetie non
repugnant / tamquam dicitur sunt cultu
ydolorum / obsecrationes et adminicula

demones / ac etiam oblationes facte demo-
nibus / unde 3 R. 18. Dixit helyas /
congregate ad me universum israel in
monte carmeli / et prophetas baal ccccl / et
prophetas lucorum cccc / qui comedunt
de mensa iezabel / constat quod ob
isti fuerunt demonum cultores / et in
in quadam honestate corporali vi-
xerunt / unde etiam nigromantici
qui demones conspiciunt / non ex-
pediunt pro illo tempore quo lu-
buriis se immiscent / sicut ipsi
fatentur / et libri eorum quamvis sup-
sticiosa docent / Ad primum dicendum /
quod secreta non sunt revelan-
da propter se / sed propter utilitatem
amicorum / maxime ubi notitia non
prodest in inimico / nec indiget occul-
tatione sed publicatione / tunc enim ad
honorem dei est / secretum illud
quod est contrarium in inimico / et uti-
le amicis / prius inimicis potius di-
vulgetur / quando autem dicitur Ioh.
15. quod ideo Christus dixit discipulos
suos amicos / quia omnia eis no-
ta fecit eis / exponit Augustinus quod
notitia illa quam in eis causant
fuit notitia cum amore / talis
autem notitia non omnibus prophetis
communicat / Ad 2m dicendum / quod
lupi rapaces ibidem dicuntur tales
tantum / qui intendunt prava
lam doctrinam aliis seducere et
perdere / unde non sunt omnes ma-
li intus / et extra apparentes boni /
sicut sunt ypocrite / vel alii qui de
honesta docent et contrarie vivunt /
sunt lupi rapaces / sed illi sunt
lupi rapaces et falsi prophete / qui
dono scientie abutuntur ad se-
ducendum alios / quia ad hoc non
mittuntur a deo / sic mali homines /
vero tamen prophete mittuntur a deo propter
utilitatem aliorum / sicut fuit bala-
am / et quod prophetavit zelo veritatis
dixit / non intentione alios decipi-
endi / Ad 3m de divinatione que
fit in sompno dicendum quod 2
dicitur voluit dicere / quod illa divinatio

Cam 14

visio

2 signa faciendi

iuxta illud 1 ad cor. 12. unicuique datur

munus correctum quod et
magis dare A

lig

A cum quia est quia donum prophetie

ad primum

inimicis

ad 2m

ad 3m

darentur aut revelato sicut darent
communiter omnibus precipue fatuis ydiotis

est naturalis et non est a deo Dona autem
dei non dantur irrationalibus sed somp
nia dantur communiter omnibus et pre
cipue fatuis et ydiotis et ideo con
cludit quod divinatio talis in
sompniis causata est ~~tam et non~~
a speciali opere dei modo quia con
tingeret quod unus malus ho
est aliquando aptior ad quandam causam
inspiciendam quam alius qui tamen
semper est bonus et similiter quia
est ad honorem dei voluit de suis
hostibus habere testimonium ideo donum
prophetie datur etiam inimicis aptis
tamen ad tale inspiciendum perficiendum
Sed contra ista videtur quod divina
tio per sompnia non sit possibilis quia
divinatio importat certitudinem sed
nulla certitudo potest haberi de eventu fu
turorum ex sompniis igitur nichil est
Ad oppositum est Aristoteles 2º de sompno determinans
de divinatione non qua
cumque sed tantum de illa que fit
per sompnium et hoc est concedendum
scilicet quod divinatio per sompnium est
possibilis quia sicut ibidem dicit
commentator nullus est homo cui
non per sompnium enunciet aliquid de fu
turo et nullum famosum est in
toto falsum sicut dicit Aristoteles in
ethicis Fama autem non omnino per
ditur quam multi famant Sed
notandum quod sicut dicit Albertus
Sompnia significativa aliquando
~~tenent in nobis~~ ex corporibus celestibus
et aliquando ex nobis ipsis et illa
sunt in duplici genere quia quedam sunt
originem ex parte corporis quedam
ex parte anime ex parte corporis quando
quando aliquis humor dominatur
in homine sicut sunt flemma
melancolia colera convenit propor
tionem vehementer illius humoris
fantasiam formare sibi consimi
lia ydola et concordantia cum
illo humore sicut aliquis somp
niat se gustare dulcia propter
humorem flemmaticum descen-

dentem ad linguam vel palatum et
sompnia talia sunt signa infirmitatis
sicut narrat Albertus de quodam qui
sompniavit picem ardentem in
fundi in ventrem suum post habuit
dantiam colere nigre et congestus
emisit de se coleram nigram ex parte
anime habent originem propter vehementem
sollicitudinem anime circa aliquid
in Virgilio 4 Eneidos multas curas se
cuntur sompnia et ideo dicit Aristoteles quod
quia amici proculdubio existentes maxi
me sunt solliciti de se invicem con
tingit quod anima format sibi
ydolum ex dilecto et per hoc multa
ydola deterministancius circa dilec
tum omnino tam de prosperitate qua
de adversitate que sompnia aliquando
sunt vera aliquando sunt falsa et ideo
credo de inimico sicut de dilecto quia
tantum sollicitatur anima circa inimicum Fuga
et quo se ab eo possit defendere sic
sollicitatur circa amici curam Unde
cum aliquis communiter sompniat de
aliqua signum est immediatum
quod anima sollicitatur multum
circa illam ~~personam~~ sed an amor
aut odium sit in causa novit
ille solus qui sompniat Unde
Valerius li. 1. c. 4. in fine dicit
Duo familiares archades it
una facientes megaram venerunt
quorum alter se ad hospitem contulit
alter in tabernam meritoriam devi
tit is qui in hospicio erat vidit
in sompniis comitem suum orare
eum ut sibi cauponis insidys
circumvento opem ferret posset ce
leri eius succursu ab imminenti
periculo liberari Quo viso excita
tus prosiluit in tabernam in qua
is diversabatur petere conatus est
postea vero deinde fato eius humanissi
mum propositum tamquam supervacuum
dampnavit et lectum et sompnium
repetiit tunc idem ei saucius
oblatus obsecravit ut si vite sue
auxilium sit neglexisset nec palle

slorem non negaret corpus enim suum a caupone trucidatum cum magno plaustro sit ad portam secrete too[?] positum. tandem constantibus famulis prelibatis compulsis statim ad portam cucurrit et plaustrum quod inquiete demonstratum fuerat to[?] perpendit. cauponem ergo ad capitale supplicium perduxit. Tertio modo fiunt sompnia in nobis originem ex corporibus celestibus que alterant organa virtutum sensitivarum per quasdam qualitates et tunc fantasia format sibi ydola similia et sunt signa eventuum futurorum de bellis et infortuniis et eventibus. Insani autem sunt optimi divinatores. dicit Aristoteles quod tria genera hominum bene divinant et frequenter fiunt sompnia significativa scilicet amantes et melancolici. Insani sunt ydiote et fatui quorum causa est quia tales non sunt solliciti circa motus proprios et ideo bene sentiunt motus extraneos corporum celestium sicut aves et bestie magis recipiunt influentiam corporum celestium quam homines racione et prudencia utentes. Secundo amantes de notis suis crebris sompniant sicut si homo in vigilia videat duos a se remotis cum equali distancia unum notum et alium ignotum crebrius iudicabit de noto quam de ignoto. Tertio melancolici sunt ymaginativi quia sunt naturaliter frigidi et sicci et ideo fit naturaliter in eis maior impressio simulacrorum quia enim est cerebrum cristallinum et clarum delectatur naturaliter in luce et claritate et odit et fugit ingredimen et obscuritatem fumus autem melancolicus ascendens denigrat cerebrum et ideo quia ymaginatio melancolici est cum tali fumositate fatigata dicit cito quod illa ymaginatio et quam fugere et divertit se ad aliud et ideo homo melancolicus velociter se ab uno simili ad aliud sibi simile divertit quia facilior est diversio ad simile quam ad indifferens et ex istis contingit quod melancolici sunt boni sompniatores. Aliud tamen est homines esse bonos sompniatores et bonos sompniorum interpretatores sicut ibidem dicit Aristoteles quod illi sunt boni divinatores et sompniatores quibus apparent vera sompnia. illi boni interpretes qui cognoscunt quorum sompnia sunt signa. Unde fatui et melancolici sunt boni divinatores sed non sunt boni interpretes quia ad hoc requiritur experientia longa et conditiones nosse sompniantis et dispositiones corporum celestium et multa talia que nimis difficile sunt nosse et est vanissimum quod homo interpretacionibus se intromittat nisi forte in illis sompniis que ex complexionibus hominis oriuntur. fatui ergo dicuntur bene divinantes quia non sunt solliciti circa cetera nec circa se ipsos. Unde certa sompnia sunt valde rara si quis ea sciret interpretari. ex quibus patet quod in quibusdam est aliqua certitudo sed in paucis et ideo sompnia ne cures nam fallunt sompnia plures etc. Lectio 103

Est enim hec speciosior sole et super

omnem disposicionem stellarum luci comparata invenitur prior. Illi enim succedit nox. sapientiam non vincit malicia. Postquam commendata est sapiencia ex hiis que conveniunt ei absolute et ex se ipsa. hic habet parte commendatur ex hiis que sapiencie conveniunt in comparacione ad alia. Sunt enim tria que inter omnia corporalia maxime nobilitatis apparent scilicet sol, stelle et lux. Sed hec id est sapiencia increata que est deus precellit ista omnia. Est enim hec speciosior sole et tamen sol

Sol vocatur dux, princeps, et moderator

ut omnia opera dei nobilissimum est. Un-
de signanter de sole dicitur Eccl. 43
Species celi in visione glorie mag-
pectu annuncians in exitu vas ad-
mirabile, opus excelsi, quando ita
est quod aliquis artifex opera mul-
ta facit aliqua maiora et aliqua
minora, illud proprissime dicitur opus
suum, quod magis accedit ad por-
tionem virtutis operantis, et in quo
maxime relucet sapientia artificis; sed
in sole maxime relucet sapientia su-
mi artificis. Unde Crisostomus expo-
nens illud In principio erat verbum
etc. dicit: Sol taliter continet in
se omnes formas et species et colo-
res rerum mundi visibiles. Unde et
Plotinus, sicut narrat Macrobius
super Sompnium Scipionis libro
primo circa finem, dicit: Sol
vocatur dux et princeps et moderator
luminum reliquorum, mens mundi et
cor celi. Dux quidem, quia omnes
stellas lumine maiori precedit; prince-
ps quia ita singulariter preeminet,
ut quia solus talis sit, vocetur sol.
Moderator luminum reliquorum, quia
ipse secundum Macrobium retro-
gradationem et stationem et fixionem
in stellis erraticis causat. Mens
mundi dicitur, quia sicut omne
illud quod ab homine fit convenienter
procedit, ita omnia que in mundo
sunt conveniunt ab operatione solis ex-
primunt dies et nox, autumpnus
et estas, ver et yemps. Dicitur autem
cor celi, quia sicut cor in medio
animalis, ita sol in medio celi po-
nitur ad tale faciendum totum
mundum. Et sicut corde cessante
a motu animal vivere non potest, ita
nec quidquam valet vivere potest
in mundo motu solis cessante; et
tamen hec i. sapientia increata specio-
sior sole est. Et naturaliter cum sol
relucet, radios tamen suos intra
visceraria terre non extendit, nec ad
oppositam partem terre; sed de sole in
specie aliter est, quia eius radios
visuales per totam terram extendit, nec
aliquid enim latet, quia omnia enim
nuda et aperta sunt in conspectu eius.
Unde Eccl. 23: Oculi domini multo
plus lucidiores sunt super solem, circum-
spicientes omnes vias hominum et
profundum abissi, et hominum corda
intuentes, et absconditas partes.
Et ideo concludit Boecius de con-
solatione libro 5 et metro 2:
Deus potest dici verus sol, quia so-
lus omnia videt, dicens sic: Puro
clarum lumine Phebum melliflui
canit oris Homerus, qui tamen
intima viscera terre non valet aut
pelagi radiorum infirma perrumpere
luce; haut magni conditor orbis sic.
Huic ex alto cuncta tuenti nulla
terre mole resistunt. Non nox atris
nubibus obstat. Que sunt, que
fuerint veniantque uno mentis
cernit in ictu; quem, quia respicit
omnia solus, verum possis dicere
solem. Ubi dicit quod Homerus,
qui dicitur mellifluus oris propter dul-
cedinem eloquentie, composuit
unum librum de laude solis, cum ta-
men sol non potest penetrare ad
intima viscera terre vel maris propter
infirmitatem lucis sue. Sed non
sic dicit Boecius de deo, quia sibi in-
tuenti omnia ab alto terre non resi-
stunt sua mole. Unde omnia que
sunt vel fiunt vel erunt cernit
uno ictu mentis, et ideo conveni-
enter, qui respicit omnia solus, possimus
eum dicere verum solem. Et sic sa-
pientia speciosior sole, et non solum
hec, immo est super omnem dispo-
sitionem stellarum, i. super omnes
ymagines stellarum fixarum,
sive sint in zodiaco sive extra,
vel super omnem pulchritudinem
cuiuscumque stelle erratice vel fixe.
Job 24: Stelle non sunt munde
in conspectu eius; et Io 3°: Subin-
gitur quasi luci comparata invenitur
prior i. dignior et honor. Unde
Augustinus dicit libro [illegible] Quia

sup

sic

dispositionem stellarum i. super omnem

al. maiestate

ex mentis de liberatione

sole

est et honorabilius prius esse dicitur. Con
fuerunt autem plurimi honorabi
liores et magis dilectos aspicientes
dici a parte se. Est tamen alienissimus
per ...mos. Hec ille. Et quia posset
esse dubium quomodo sapientia di
gnior est luce in suo genere ideo con
sequenter hoc probat sic. Luci succe
dit nox et per consequens caret et
na stabilitate et variatur aliquo
modo, ex quo non semper manet
uniformiter. Capiam aut in terra
tam sed non vincit malicia. Et con
similem comparacionem solaris luminis
ad divinam bonitatem facit dyonisius
c° 4° de di. no. dicens quod sol e
expressa similitudo divine boni
tatis quia lumine suum quod est
eminens extendit ad omnia
visibilia et si aliqua inferiora id non
participant, hoc est ex eorum defectu non
ex defectu solis. Unde nichil omnino
privatur eius virtute. Sed hoc videtur
contra predicta a boetio qui lumine
solis dicit esse infirmum id est debile
quia non potest penetrare ad in
tima terre. Ergo non illuminat omnia. Et
et super hoc potest esse duplex dubi
tacio. Una cum sol illuminet in fra terram
alia cum illuminet stellas alias sub
se et sup se. Quod autem illuminet terram
medium mundi et per consequens infra
terram arguitur ex dicto ptholomei
qui dicit quod radii orbium ste
llarum numquam adunantur nisi in
centro terre. Ergo radii solis se illuc
extendunt. Sed illi radii sunt ra
dii luminosi. Ergo illuminant viscera terre et
mar. Con. hoc ad istud planius
dicendum quod non illuminat infra
terram. Tamen per intencione ptholo
mei est sciendum quod participare
lumen est dupliciter: vel formaliter secundum
actum luminis vel virtualiter secundum
aliquem effectum luminis. Primo modo
sol non illuminat viscera terre nec ipsa
sic lumine participant. Secundo participat
sed secundum aliquem effectum luminis.
Unde non intendit de radiis lumi

nosis sed de radiis virtutis et activitatis. Sicut
admodum loquitur alkindus in
libro de theorica artium magicarum
et de radiis stellarum. Ubi ponit
omnem luminis actualem ex aliquo in
hoc mundo elementorum radios
mitte in omnem partem qui totum
mundum replent. Unde omnis lo
cus radios continet omnium rerum
sui exortes suos ibidem. Quantum
vero ad aliud dubium an sol illu
minet stellas superiores, potest argui
quod non. Primo quia non est na
ture inferioris influere in natura
superiorem. Ergo sol non infundit
lumen stellis superioribus. Confirmatur
ista ratio quia sicut se habet motor
superior ad motorem inferiorem ita
mobile superius ad mobile inferius. Sed
motor superior influit in inferiorem
et non econverso. Ergo mobile superius
influit in inferius et non econver
so. Preterea ... dicit solam lu
nam habere obscuritatem. Ceteras
vero stellas lumen habere proprium,
sed solem per excellenciam habere
lumen singulare. Ergo non omnes
stelle alie a sole recipiunt lu
men, sed tantum luna. Preterea
si sol causaret lumen in inferiori
bus planetis et stellis fixis, tunc
omnia lumina planetarum et stellarum
fixarum forent eiusdem speciei cum
lumine solis, quod falsum, quia saturnus
per suum lumen causat frigidita
tem. Unde saturnus dicitur plane
ta malivolus propter excessivam
frigiditatem, sicut docet ptholo
meus in quadripartito et macro
bius in saturnalibus prope fine. (Vet mars simile propter excessivam siccitatem)
Et quod lumen lune ex proprietate
nature sue humectat corpora ubi lu
men solis desiccat. Unde siquis
diu sub luna dormierit ex corr
zatur et in sano proximus fit. Et
et ligna que luna plena vel circa
luna crescente deciduntur in opera
sunt fabricis quia sunt nimis
emollificata propter humorem con

Erunt dubia quia una cum sol illuminet
infra terram alia cum illuminet stellas
alias sub se et supra se

al frumenta

corporum et agricolis mos est fructus
decatus colligere non nisi luna de
ficiente ut sicca permaneant et per
oppositum alia que debent humida
servari sicut poma colligi debent
plena luna vel crescente Ad oppositum
est auctoritas 8 metheororum sic qui dicitur
quod sol ponitur in medio corporum
superiorum tamquam cor in medio
animalis ut scilicet in omnia cor
pora influere possit sicut anima
in omnia membra et huic posi
tioni prestatur evidentia ex prima
auctoritatibus 2o de celo quia vult quod quanto
ad paucioribus pauciores mo
tibus consequitur finem suum
tanto est perfectius Sol vero inter
omnes planetas pauciores habet
motus habet enim duos scilicet primum
motum ab occidente in oriens et mo
tum firmamenti ab oriente in occi
dens et per consequens omnibus mo
tibus videtur esse propinquior primo mo
tori et ideo sui influentiam in omnia
corpora superiora et inferiora tantum
dant dicitur ptholomeus avicenna
anaxoras et messehalach et licet alie
stelle illuminentur a sole semper tamen
plene sunt et numquam semper
plene sicut luna et ipsam primam
tenet Dyonisius capitulo quarto De
divinis nominibus ubi loquens de
sole dicit Omnia quecumque ipsum
participare possunt et illuminat et
super extentum habet lumen
ad omnem extendens visibiles
mundum et sursum et deorsum
propriorum radiorum splendores
contra istud est quod tunc venus
et mercurius forent perfectiores saturno
et marte quia sicut dicit commentator
commento 48 permanens motuum
inquantum habet modum est sol verbi mo
tus lune 4 et mercurii a et veneris
tamquam ceterorum planetarum 8 mo
tus g et Item 12 methaphisice commento
44 perfectio corporum celestium et
etiam motorum supercelestium est

secundum ordinem eorum in situ
Ad ista dicendum est quod principia
istorum philosophorum non sunt demonstra
tiva videlicet quod ordo nobili
tatis corporum celestium debet
esse secundum ordinem situs vel
secundum multitudinem vel pauci
tatem motuum neutrum enim potest
salvari secundum quamcumque viam astro
nomie Unde commentator contra
dicit sibi ipsi 2o de celo commento 62
et 12 methaphisice commento 44 dicit enim 2o
de celo quod illud quod movetur mo
tibus paucioribus est nobilius ubi
cumque sunt in situ 12o vero methaphisice dicit
quod perfectio et nobilitas corporum
celestium est secundum ordinem
eorum in loco ubi illud quod supremus
collocatur perfectius invenitur Unde
isti philosophi perplexi sunt in motibus
corporum celestium ideo eorum dictis
non est standum Hoc tamen tene
dum videtur quod sol sit planetarum
perfectissimus et maxime regens
mundum et tamen in medio planetarum
positus sicut dicit ptholomeus de
sic volente Ad rationes in oppositum
istud scilicet negare quod nobilitas
planete vel corporis celestis debet
attendi quantum secundum situs
ordinem situs ut scilicet semper su
premus sit nobilius sed est istud per
fectius quod pauciores motus
habet Unde celum stellatum perfecti
mum est et sicut dicitur de mobili
bus ita debet dicendum est de mo
toribus Unde motor spere solis
est dignior primo motori quam
motor spere saturni Ad secundum
de auctoritate tichonis dicendum quod
aliorum auctoritatibus potius est fa
vendum qui in astronomia perito
res sunt Ad 3m quando arguitur
quod si sit luna omnium stellarum
forent eiusdem speciei cum luna so
lis potest dici uno modo negando
quamvis loquendo de specie specialissi
ma sed quia motus actiuorum

al actiuo

Agr
X ad pira
¶ Habet
septi

bene
sunt in paciente disposito ideo i
saturno causat unam et speciem unius
et luna aliam et sic de stellis fixis
sunt. nec est producto pointus unicoal
quamvis unica sunt eiusdem spei=
uitaticam Diversitas autem spei=
spem ponitur int unitas parte in
diversitatem effectum secundum spem
quia unum humor in frigidat et
aliud calefacit consimiliter passivum
et consimilis approximatum
et principium naturale quod est
possibile actiuo eiusdem speci in
consimilibus passivis habebunt
effectus eiusdem rationis si tamen
diceremus quod omnia lumina sunt
eiusdem spei tunc posset dici quod
stelle non solum agunt per lumine
sed vel per substantiam propriam
vel aliam qualitatem nobis in
cognitam una cum lumine et non
est inconveniens quod due res
eiusdem spei sunt cause particu
los effectuum diversarum specierum Ca^m 8

Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter

et disponit omnia suaviter hanc ama
vi et exquisivi a iuventute mea
et quesivi michi eam sponsam
assumere et amator factus sum
forme illius intentio salomonis in
isto viii capitulo est per narrare quem ad
modum ad illam mirabilem sa
pientiam quam habebat pervenit et
vult dicere quod nec ab homine nec
a studio nec a demone nec ab angelo
sed per devotam supplicationem impe
travit ~~eam~~ eam a deo unde ca
put duo facit primo ondit quantum
habuit ad sapientiam acquirendam
desiderium et affectionem 2^o ponit
in forma sue petitionis devota
supplicationem 2^a pars ibi ca^o 9 Deo
patrum meorum Circa primum est adverten
dum quod persone int quas fuerit

amor ondit ut communiter int ho
mines sunt vir et mulier iuvene=
nis et puella amicus et amica
qui int se cogitant contrahere copu
lam coniugalem et ideo salomo
ut amoris vehementiam manife
staret quam habebat ad sapientiam
licentia petita facta quidem nar
ratione sed ita significatione in=
troducit semetipsum in forma iu
venis cuiusdam puelle nobilissime
quam sapientiam vocat nuptias=
affectantem procedens autem nuptias
contracturus sic procedit primo
considerat valorem et gratias persone
tum qua proponit contrahere 2^o do
tem et divitias quas pt tunc
ea recipere 3^o si conditiones proprias
sui ipsius possunt puelle con
gruere quarto quo eam apud
amicis quorum int est potit
petere et habere isto modo salo
mon tamquam amica sua sapientia co
tracturus primo ondit ipsam pu
ellam esse mirabiliter amabilem et
graciosam 2^o ondit ipsius dotem
fore summe desiderabilem et preciosam
3^o sui ipsius conditionem mo
strat fuisse spectabilem et virtuosam
4^o ondit puelle datorem
habere nobilitatem verbi et
glosam et secundum ista quadrupartita
diuidit in quatuor partes 2^a
pars ibi Et propositi hanc michi
adducere 3^a ibi puer eram inge
niosus et 4^o ibi Et ut scivi quoniam
aliter non possum continens esse etc.
Circa primum duo facit primo po
nit quandam ex premissis deductam
conclusionem 2^o aggreditur ena
rrare quantam habuit ad sa
pientiam acquirendam desiderium
et affectionem 2^a hanc amavi ibi
Conclusio ex premissis illata et
probata est ista quod sapientia est
omnium potentiam gubernativa
et sequitur ex hoc quod ipsa omnia
pt quia est benigna et suavis

et amans bonum actum/ et nichil
vetans bene facere sicut supius in
ca^lo a^o dictum est/ igitur cum sit li
bera/ non vetabit se ipsam/ qui facit
bonum actum/ et cum propria sua
actio sit rege^r vniusa/ g^o hec facit
secundum condiciones sue boni
tatis/ sed potent^r et misericor^r. Vn
dicit/ quod attingit a fine usque
ad finem fortit/ et disponit omnia
suaviter. Quia autem fit men
tio de gubernatione divina/ pt esse
duplex dubitacio. primo an oia
subdant^r gubernationi divine. 2^o
an deus disponat omnia miseri
corditer. Quantum ad primum vi^r q.
deus non gubernet omnia/ quia si
sic/ nichil male fiet in vniuso. cum
sit summe bonus et summe potens
2^o quia si gubernaret omnia/ nichil
fiet pter ppo^m summi/ et sic nichil
fiet a casu contra br^m lcm 2^o phi^r
Ad oppositum est lra/ et est dicendum
quod deus gubnat omnia Cum
n. sit causa efficiens omnium et cet
finis/ omnia efficit propter se/ et sic
ad honorem summum omnia in se di
rigit sicut in finem/ hoc autem est
gubnare s. dirige res in fine aliquem
intentum/ est cum sit gubernator
omnium/ quod gubnat mediantibus
causis sibi/ Vnde corpora grossiora
terrena et corporalia gubnat per corpa
celestia et incorruptibilia/ et cor
pora celestia per an^los sine intelli
gencias/ cuius ro est/ quia maior
bonitatis est/ quia c^o/ si gubnans
et efficiens/ causalitatem efficiendi
et gubnandi aliis subse ordinare
commicit/ quia si supiora privaret ab in
feriorum gubnatione/ et omnia im me
diate p se ipsum gubnaret/ et ideo ad
ostendendam suam p fectionem in cre
ando et communicando p p fectionem
suam creature/ communicat gubnan
dam gubnationem alior. Ad rones
qui arguntur primo quod nichil fiet
male in vniuso/ si ipse omnia gubna
ret/ negandum est quia/ sed verum est
quod si ipse solus in mediate singula
gubnaret et ageret/ nichil male
fieret. modo quia idem effectus sit
a deo sicut a causa pricipali/ et a crea
tura ronali contingente sicut ab
alia causa pricipali. ideo contingit
quod idem effectus sit a deo bn
et ab homine male/ iuste a deo et
iniuste ab homine/ et potest poni
inde exemplum/ ut si dominus
dicat servo suo trahamus istam
cordam leviter/ sic quod eam no
frangamus/ et servus trahens cu
dit eam frangit/ ista fractio est a
domino et a servo/ et tamen servus
peccat et male facit et no domi
nus. Sic deus statuit quod crea
ture ronali velit cooperari in suis
operibus/ ut cursus nature ma
neat/ quem instituit/ sine quo nulla
res pt aliquid age/ ymo nec esse
per momentum nisi ipse conservaret/
quoniam igitur creatura ronalis
facit contra legem dei sibi p̄sump
tam a deo/ quamvis a deo gubnetur
et consuetur/ et deus idem quar co
operatur igni comburendo/ soli lucendo/ sic coopa^r
tamen creatura male facit
legem transgrediendo/ non autem
deus qui sic facit/ sicut lex sua
statuit/ Ad secundum qui arguit^r
quod nichil fiet a casu si deus
gubnaret omnia/ dicendum est q
idem effectus vi^r esse casualis et
preter propositum respectu unius
cause/ et non casualis respectu alterius/ sic
ponit exemplum de do^s qui mi
ttit duos famulos in negotiis
suis/ ordinans quod vterque obviet
alteri certo loco et tempore/ quorum
ncnt^r sic de a^o iste concursus
famulorum d^r esse casualis respectu vtriusque
famuli/ et tamen p se est intentus
respectu domini/ et sic est dicendum
quod nichil fit casualiter in vniuso
respectu divine gubnationis/ nec aliud sibi

Dic^e q^o primo an omnia subdant^r
gubernationi divine 2^o an deus
disponat omnia misericorditer

inopinatum

No
b
x
corpa

inopinatum evenire potest. Ad secundum
dicendum quod ex concursu causarum particularium unde
procedit effectus, quia caret causa
certa, et ille effectus dicitur casualis
vel fortuitus. Et hec
est intentio beati Augustini
in li. 83. q. 24 ubi dicit: Quid-
quid casu, et quidquid temere
fit, non fit a providentia. Si ergo
casu aliqua fiunt in mundo,
non providentia universus mundus
administratur, et erit alia natura
atque substantia que ad opus
providentie non pertineant. Quod quia
falsum est, concludit et dicit quod
nichil casu fit in mundo. Ad
istum intellectum loquitur philosophus 2°
Phisicorum dicens: nichil fit cuius ortum
legittima causa et ratio non prece-
dit. Et Boecius 5. de consolatione prosa
prima, ubi diffinit casum dicens quod ca-
sus est inopinatus ex confluenti-
bus causis in hiis que ob
aliquid geruntur eventus. Sed hic
videtur esse contrarietas inter Augustinum
et Boecium, quia secundum Augusti-
num nichil in mundo fit casu,
secundum vero Boecium multa fi-
unt casu. Dicendum est quod non
est contradictio sed equivocatio. An-
tiqui enim ... dixerunt casum
eventum productum sine ratione cau-
sa et non concursione causarum.
Et sic Augustinus accipit ca-
sum loco preallegato, et Boecius sic ac-
cipiendo casum dicit quod casus
non est nisi vox inanis, nullam
rem habens sue significationis subiec-
tam. Diffinitio tamen casum dicit
Aristotiles 2 physicorum quod casus est ca-
pacitas in hiis que fiunt propter
finem et in minori parte vel secundum
diffinitionem Boecii. Sic est dicen-
dum quod idem fit casu et
tamen per se causis, sicut per se ca-
usa inventionis thesauri est fossio a-
gri et repositio thesauri in eodem.
Sed quia istum effectum non in-
tendebat fodiens, respectu ...

illius casu. Quantum ad secundum du-
bium videlicet an deus disponat
omnia suaviter et misericorditer, vi-
detur quod non per circumstantias, scilicet quia
parvulos non baptizatos punit eterna
pena pro peccato originali. Unde videtur quod in
istos nullam ostendit misericordiam, et iterum
Jacobi secundo: Judicium sine misericordia
fiet illi qui non facit misericordiam.
Ergo tales non disponit miseri-
corditer. Ad oppositum est littera. Et di-
cendum est quod sic. Sicut enim
dicitur 4 Ethicorum, primus malum
alii vocatur magis bonum quam ego
deus tribuit bonis ultra merita
et malis citra, dicitur omnia mi-
sericorditer disponere. Misericordia enim
dei est voluntatem benefaciendi
alteri indigenti. Deo non omnis
creatura indiget, sive non necesse
est. Ideo cum omnia de pena gra-
tuita voluntate conservat, omni-
bus misericordiam impendit. Et quia
deus ex bonitate sua nobis impen-
dit bona et non punit nos pro
nostra culpa, ideo dicitur sibi ipse
tempere misereri et quod ipse parcere.
Ad primum de parvulis dicendum
quod deus peccato originali non
solum potuisset inflixisse ca-
renciam visionis divine, sed
posset omnes annichilare si vel-
let, et ideo in hoc cum eis agit
misericorditer, quod esse huma-
num habebunt, et vivent sine
pena sensus. Trenorum 3: Misericordie domini
quod non sumus consumpti. Ad
2um dicendum quod licet eos pe-
na totaliter liberantem consequuntur
misericordiam, aliqui tamen miseri non
consequuntur misericordiam de pena debita
relaxantem, quia citra condig-
num puniunt, sicut alii omnes pro
demeritis suis dampnabuntur.
In secunda parte libri predictus ag-
greditur Salomon narrare quid
habuit ad sapientiam acquirendam
desiderium et affectionem, et ideo

ad primum

misericordes non consequuntur misericordiam

ad 2m

dicit sic quam amavi/ ubi se fatetur
sapientiam desiderasse secundum quinque
condiciones virtuosas. Primo namque
desideravit frequenter et studiose. Et quan-
tum ad hoc dicit/ hanc amavi. Secundo vz
et exquisivi effectualiter et laboriose/
et quantum ad hoc dicit/ et exqui-
sivi/ inquirere dicitur intus querere
scilicet in voluntate vel mente/ sed ex-
quirere est extra querere in studio
et in opere/ perseveranter et animo-
se. Et quantum ad hoc dicit a ju-
ventute mea non a senectute/
quia de eo dicitur 3 Reg 11. Cum
iam esset senex depravatum est
cor eius per mulieres/ et Eccl 25.
Que in iuventute tua non con-
gregasti quomodo in veniens in
senectute tua. Est autem nobile
exemplum ad tangendum hominis
presumptionem retundendam/ ne
aliquis sub pretextu munditie
sue iuventutis superbiat/ cum
tam sanctum/ tam privatum et
et a deo tanta sapientia dotatum
recogitat per mulieres fuisse in senio
depravatum. Quarto desideravit
sapientiam utiliter et fructuose/ et quan-
/et ad hoc dicit/ Et quesivi mihi spon-
sam eam assumere. Sponsa enim
naturaliter appetitur propter prolem/ pro-
les autem sapientie est opus meritori-
um/ et ideo quicumque sapientiam desiderat
ad delectationem vel ad ostentationem/
seu inutilem elationem/ hic non
desiderat sapientiam sibi sponsam
sed potius meretricem/ sed tantum
illi eam in sponsam sibi copulat/
qui per eam opera meritoria generant/ et
ideo dicitur Iac 2°. Quod fides
sine operibus mortua est. Unde
Augustinus in sermone 22° fi-
des appellata est ab eo quod fit/
due sillabe sonant cum dicitur
fides/ prima sillaba est affectio/ secunda
est addicio. Interrogo autem te-
strum credas/ et dicis credo/ fac ergo
quod dicis/ et fides est. Quinto ea
desideravit prudenter et ingeniose/
et quantum ad hoc dicit Et ama-
tor factus sum forme illius. In
sacra namque scriptura que est sa-
pientie continentia/ sensus litteralis
est quasi materia/ sensus vero spiritualis
quasi forma/ Unde populo iudeorum
dicitur Deut 4. Vocem verborum eius
audistis/ et formam penitus non
vidistis. Ista ergo amanda est/ ut ha-
beamus formam fidei et vite
in lege. Ad Ro. 2. et ad Ro. 6. Gra-
tias ago deo/ quia obedistis ex
corde in eam formam doctrine
in quam traditi estis. Glossa doctrina
christi forma est/ que ymaginem
dei deformatam restituit/ in
quam traditi estis/ non per vos
sed per gratiam christi ihesu. Ecclesiastici 104 fo 104

Generositatem illius
glorificat/ contubernium

contubernium habens dei/ sed et omnium
dominus dilexit eam. Postquam
salomon declaravit quantum ha-
buit ad sapientiam acquirendam
desiderium et affectionem/ hic expo-
nit diffuse tanti sui desiderii ra-
tionem/ et quia usus est figurati-
va locutione de amicicia/ que est
inter amicum et amicam/ et vi-
dendum est homini nobili aliquam
in tanta affectione amplecti ut
eam sibi velit perpetuo coniugio
copulare/ nisi ipsa inveniatur
multipliciter generosa/ ideo insinuat per- generosa
admodum ardentis amatoris
vel procatoris suam amasiam sin-
gulariter recommendat/ dicens quod
tanta est mea commendanda gratia
quod promittis/ honor et amor
apud me datur/ procatori sicut dicit
ysidorus 10 Ethimologiarum dicuntur in primo procatores
vel petitores/ et dicuntur a petendo con-
iunctionem/ quia tales solent
frequenter tam verbis quam muneribus

Et

pari illas quas amant unde p[ro]ce[r] p[ro]
caris et dicitur proci officium exe[r]ce[re]
et quia turpe est et confusi[bi]le sicut di
ctum est dari nobili ad p[er]sonam ig[no]
nobilem exerce[re] procationis officium
ideo recitat salomonis p[er]electissime
sponse sic declarare p[ro]conum ut
amor suus comprobetur non ex
leuitate uel surreptione sed ex dis
creta electione suborta sed tollendo
igitur eam ex copia gratiarum ei sep-
tem procatinas attribuit excitati
uas amoris scilicet generositatem p[ro]paga
tionis celebritatem bone opinionis
curialitatem bone educationis
opulentiam in diuiciis experientiam
in artificiis et internam modestiam
in moribus et examen in sentencia-
libus et secundum istas septem
procatiuas sua diuidit[ur] in septem
partes 1a pars ibi sed et cum domus
2a pars ibi Doctrina n. 3a ibi Et
si diuitie appetantur 4a ibi Et si at
sensus operatur 5a ibi Et si insti
tiam quis diligit 6a ibi Et si multi
tudinem scie desideat quis Et pla
num est quod que habet istas septe[m]
conditiones amore maximo digna
foret. Prima igitur procatiua que
in ipsius sponse preconio ponitur
est generositas propagationis. Vitant
enim nobiles ne cum uili uel in
degeni sanguine copulentur. Et
quantum ad hoc dicit generositate[m]
illius glorificat contubernium eius
dei q.d. Si degeneris claritate inclitus
mondo fiat non solum ipsa est
generatio ymo et generositas sua est
fama multi enim sunt nobiles
sed tamen de nobilitate eorum apud
multos nulla est fama. Sapientie uero
generositas tante existit noticie atque
famositatis ab omnibus nobilibus te
stimonium habeat claritatis quia omnis
p[ri]ma contubernium eius dei glorificat
generositatem illius. Contubernium
idem est quod societas simul ma
nens ad tempus et dicitur contu
bernium q. ad tabernam quia illi qui

contaberniunt

conueniunt

ad tabernam conueniunt ad tempus comma-
nent in una societate unde hec con
tubernio onis et hic et hec contuberna
lis et dicitur socius uel commilito q[ui]
in eadem contubernione manet cum
alio simul. Ergo dicat quod quicumque
sit ille qui contubernium uel socie-
tatem habet cum deo glorificat i.
clarificat et claram predicat gene
rositatem sapientie dicitur enim gloria
quasi claria quia lucet uel claret.
Licet autem omnes nos possimus
et debeamus contubernium habe[re]
cum deo i. consortium fidelis penes
nostri cum eius in societate filii eius
ihesu christi domini nostri singulare tamen
contubernium cum deo habuit natura hu
mana in propria persona unita. Vt dicitur Visione[m]
1. Et 19. filii ipsi sociati sunt sibi
in die illo. Viri ipsi i. duo intellec
tus coniugales uidentes deum, si[mul]
unus qui est deus et in fine qui
est humanaunus sociati sunt sibi in
die illo i. in die annunciationis do
minice quando filius dei concep[tus]
homo fuit in uirgine benedicta
et ex quo ipsius societatem nostram
desiderat uituperandi sumus nisi
nos eius societate aptos et ydo
neos faciamus et ei conformes
iuxta nostram possibilitatem fia-
mus. 1 Jo. 1. Si diximus quod
societatem habemus cum deo et in
tenebris ambulamus mentimur
et non facimus ueritatem. Si
autem in luce societatem habemus
ad inuicem. Sapientia non gloriosam
habet generositatem quia omnis sapientia
a domino deo est. Cetera uero gene
rositas non bona nisi per accidens est sicut
enim allegat Seneca ep. 44. Plato
dixit neminem regem non ex
seruis esse oriundum neminem
seruum non ex regibus. Omnia
ista longa uarietas miscuit et sur
sum deorsum fortuna uersauit.
Quis est ingenuus bene generosus et
iudex ad uirtutem a natura bene
compositus. Hoc unum intuendum
est. Alioquin si ad uetera reuocas

Deus

als unionem
G

ambulat sicut ipse est in luce

No

est
Nemo non idem a primo mundi ortu
usque ad hoc tempus / perduxit nos
ex splendidis sordidis et alternata
scies / hec ille / quod autem bonitas
sit in nobilitate vel generositate car
nali / nominatur declarat Boecius 3° de
consolatione prosa 6. Nobilitas ni
chil ad esse videtur quam de meritis
veniens laus parentum / quod si
quid bonum est in nobilitate id
arbitror esse solum / ut imposita
nobilibus necessitudo videatur ne a ma
iorum virtute degenerent / hec Boecius
Hic enim nomen honoris sine
opibus [illegible] / parum vel nichil
valet / unde Valerius martialis epi
gramma 19 ad quendam qui voca
batur maximus / qui denominatione
honoris gloriabatur ita scribit
scribit
Nomen honoris habet non pondus one
ris momenti nullum et nomine
habet par nomen et amittis
si tantum est nomen honoris
si quia possit bonos maxime
nulla satis / 2° in isto textu ex to
llendo sapientiam / ostendit eam sa
lomon habere celebritatem bone
opinionis / et quantum ad hoc
dicit sic Sed et omnium dominus
dilexit eam Si enim duo viri eius
regionis quam pertis ad amorem
dignantur multum facit ad cele
britatem bone opinionis de ea
promulganda / ergo a multo forciori
ex quo omnium dominus qui est
deus / istam puellam diligit / co
stat eam habere celebritatem
bone fame / ymo ut dicitur est ta°
vii° neminem diligit deus nisi
qui cum sapientia inhabitat / et vim
est / ergo et illud magis / ergo
plus diligit sapientiam Quia
in littera ista iam exposita tractatur
de ingenuitate sive nobilitate / potest
Dubium
esse dubitatio talis utrum proles
sequi debeat condiciones patris in
libertate et servitute / et arguitur quod

Questio utrum proles sequi debeat
condiciones patris in libertate et
servitute et videtur quod sic

eam
sic denominatio debet fieri a digniori /
ergo proles magis denominari debet
a condicione patris quam matris
quod probatur / quia pater principium no
bilissimum in generatione / et dat for
mam / et non [illegible] materiam sic
dicit Ar^s lib 16 de animalibus / ergo etc
p. 14 questione ultima / dicitur quod Cum infra
si / contestando quibus aliorum
constituti in sacris / cum ingenua
fuerint filii procreati / illius ecclesie
decimus sacerdotis vel ministri ignomina
nati sunt erunt servi iure perpetuo /
ergo proles non sequitur semper con
dicionem matris / In scriptura sa
cra non intexitur genealogia per
mulieres sed per viros / Sed per geneo
logiam maxime declaratur nobili
tas humana / ergo nobilitas hominis
magis debet attendi secundum
patrem quam secundum matrem
Ad oppositum est quod dicitur 9° adde
libro Ventre [illegible] inducens ce
teris omnibus / ut progeniti ex libera
ad servitutem retrahantur / ergo proles
sequitur ventrem quantum ad con
dicionem servitutis et libertatis / et
consimili ratione quantum ad condicionem adde
servitutis Ad quem dicendum / quod
secundum iura civilia / proles se
quitur ventrem in condicione ser
vitutis et libertatis / unde communiter
dicitur proles sequitur ventrem / sunt
quedam tamen loca talia in quibus
dam regnis que non reguntur
iure imperiali / proles sequitur
partem deterioris condicionis / que sive
sit pater sive mater / Et si uterque sit
servilis condicionis / et sunt diver
si domini / fit divisio prolis secundum
numerum vel estimationem / si est tantum
una / vel si sunt in numero equali / in
et istud diversificatur in quibusdam posita
partibus secundum [illegible] / sed quia secundum
iura civilia / proles sequitur ven
trem / et hoc iure [illegible] Primo quia
magis potest constare de matre quam
de patre / sicut dicit Ar^s lib 8 ethicorum

et quia status libertatis debet esse ergo / ab illo principio a quo magis et certius constat animo esse rationabilius est eum denominare. Secundo quia ars imitatur naturam / et sic videmus in animalibus naturaliter / que ex diversis speciebus nascuntur quod potius assimilatur matri magis quam patri / sicut patet de mulo / qui generatur ex equa et asino / et mulus communius assimilatur eque quam asino. Tertio quia servitus et libertas sunt conditiones corporis unde Boecius 2° de consol. prosa 6. quid vero est quam aliquid ius in quempiam nisi solum corpus / et quod infra corpus est possit exercere. Numquid quod liber in pabis quam animo q. d. non / ex quo substantia corporis accipit a matre / et servitus et libertas circa officia corporis principaliter attenduntur / ratione videtur quod matrem sequatur / et huic concordat lex divina et lex canonica. Divina quidem Exo. 21 ubi dicitur / quod si dominus dedit uxorem alteri quem emit / et ille postmodum egrediatur liber / filii postea debent remanere domino / qui dedit ei uxorem et uxor similiter / quia si iudeus emerit iudeum / septimo anno egrediebatur liber per legem / si tamen medio tempore dominus dedisset ei uxorem / ipsa viro egrediente ad libertatem / remaneret domino cum tota prole sua. Lex etiam ~~ex~~ canonica huic concordat ut de natis ex libero ventre sic allegatum fuit. Quod autem dicunt doctores quidam / quod pater est principium activum et honorabilius / mater principium passivum et vilius / ideo proles in conditionibus activis ut in honoribus et in municipiis sequitur patrem / et capiendo illa que sollicitudine patris acquiruntur unde talia dicuntur patrimonium filii / sed in conditionibus vero passivis sicut in servitute et libertate sequitur matrem / ista ro-

[1 m.] 2^m ratio
[1 m.] corpus

tionem movet / immo videtur agere in oppositum / libertas enim non videtur esse conditio passiva sed activa. Dicitur enim liber qui est sui gratia / et suis actibus dominatur et consequenter secundum istos / sequi deberet conditionem patris. Item sicut filii succedunt in hereditatem patris. Unde ista non movet quantum ponit sanctus thomas allegatus et petrus. Ad primum dicendum / quod non semper fit denominatio a digniori / sed aliquando ex certa causa a viliori / sic homo denominatur ab humo sicut etiam denominatio a principe dominanti et ab eminentiori et exteriori / sicud in impositione dictum est. Ad secundum dicendum / quod illud statutum certe fuit speciale editum in detestationem talis coniugii / et sicut glossa ibi dicit ibidem / cum etiam non sit usitatum in isto matre / perdidit ius suum. Ad 3^m dicendum / quod scriptura sacra computat genealogias non aspiciendum conditionem servitutis vel libertatis / sed aspiciendum de qua familia et de qua tribu persona sit extracta / et quantum ad hoc licet pater et mater de una tribu esse deberent / pater tamen principalior est in isto. Unde a patribus in genealogiis denominatio sunt texenda etc. Sequitur

[marg.] Ita succedunt in hereditatem matrum
[marg.] ad primum
[marg.] ad 2^m
[marg.] principalior
[marg.] lectio 106

~~alia lectio~~ lectio 106

Doctrix enim est disciplinae dei et electrix operum illius. Hic prosequitur ipsius sapientiae a salomone in amicam et sponsam singularis adoptatio / in precedenti textu sunt exposite conditiones etiam quod ipsa propagationis habet generositatem / et celebritatem bone opinionis / in parte 3^a ostendit eam habere curam litatem bone educationis / hoc enim est primum de principiis in sponsa eligenda / quod sit bene

disciplinata et curialiter educata / et
unde disciplinate puelle domicelle
et domine propter eligunt(ur) / ut filias
nobilium educent et informent /
Educatio vero virtuosa in duobus
consistit / scilicet in castigatione patrum /
et in dotatione bonorum operum
Unde Seneca libro suo de moribus
de moribus / Educatio et disciplina
mores faciunt / et illud sapit unus
quisque quod didicit / Quod autem ista
domina sapientia in istis duobus
sit sufficienter educata affirmatur sic
Doctrix est enim discipline dei
quantum ad castigationem patrum /
et electrix operum illius quantum
ad dotationem operum / si non sit doc
trix discipline et electrix operum
Doceri non et eligere nemo potest nisi qui
novit et expertus est / planum
est quod quod si sapientia est doctrix
et electrix bone educationis / est suf
ficienter in moribus informata
Dicitur ergo doctrix est n. discipline
dei. ipsa docet nos recipere conve
nienter disciplinam dei quod est no
bis valde necessarium / quia super
vivus deus est / Sap. 3° Sapientiam
et disciplinam qui abicit infelix
est / et electrix operum 19. i. faciens
nos eligere opera deo beneplacita.
Disciplina tripliciter accipitur in scriptura /
primo qualiter pro informatione sive
doctrina / prov. 1. Audi fili mi disci
plinam patris tui / et ne dimit
tas legem matris tue / Alio modo
accipitur disciplina pro compositione
morum verborum et gestuum / unde ille
disciplinatus dicitur / qui se ho
neste ingessu verbis et ornatu et
incepcione se habet / et sic loquitur
Hugo de institutione noviciorum de
disciplina. Disciplina est in quid
omnium membrorum motus ordinatus /
et dispositio decens in omni statu et
actione et Jacob. 3 Quis sapiens
et disciplinatus inter nos / ondat
ex bona conversatione operationem
sua in mansuetudine sapientie. 3° mo
accipitur disciplina pro flagellatione
causa castigationis illata prov. 23.
Noli subtrahere a puero disciplinam /
si enim percusseris eum virga non
morietur. tu virga percutis eum /
et animam eius de inferno liberabis
bis istis tribus modis est sapientia
doctrix discipline dei / disci
na enim dei est a nobis susci
pienda patienter / quantumcumque
dura videatur pro tria / propter
castigantis dilectionem / propter pec
cantis correctionem / propter temptantis
deiectionem / primo propter castigantis
dilectionem / ille enim qui disciplinat
nos / pater noster est / amicus noster
est / et est redemptor noster / et ad
Hebr. 12 Quis est filius quem non
corripit pater quod si extra discip
linam estis. cuius participes facti
sunt omnes / ergo adulteri et non fi
lii estis / q. d. Omnes amici dei fi
sunt participes discipline dei / sicut
in matre et apostolis suis patet / quare
omnibus qui filii sui dicuntur
Non esset autem magnum si ego
reciperem unum ictum pro amico aliquo
pro amore amici / qui pro me fuisset
antemone inclinatus / Christus pro nobis
non solum inclinatus / sed cruci
fixus et occisus fuit Ysa. 43 Ipse
autem inclinatus est propter iniqui
tates nostras / attritus est propter sce
lera nostra / disciplina pacis nostre super
eum / et livore eius sanati sumus /
ergo et nos pro amore suo et pro peccatis
nostris disciplinam debemus ad
Hebr. 12 Fili mi noli negligere dis
ciplinam domini / neque fatigeris
dum ab eo argueris / Dicit Marbo
dus libro suo de lapidibus ca°
19. Si magnes ponatur magne
tem sub capite uxoris dormientis
ex prius potest an sit adultera vel
fidelis / quia si sit adultera sta
tim cadit de lecto / at si maneat bonis

disciplina

fuisset compulsa. Si nos fideles sit
marito, committit se ad maritum dor-
miendo et ipsum amplexabitur.
Fiat ergo sic. Nam qui scire cupit
sua an sit adultera tempore compo-
situm capiti lapidem sciente ad
aptet eius que capta manet petit
amplexum maritum. Non tamen vi-
gilans, cadit omnis adultera lecto ta-
quam pulsa manu subito fetore
coacta. Quam lapis emittit celati
criminis index. Qualis istud non
sit lombus et lascivus [illegible]
quantumcumque verus tamen licet
etc. dici potest quod humana
anima sponsa dei dicitur per fidem
caritate informatam. Osee ii°. Spon-
sabo te michi in fide. Volens igitur deus
cognosci an anima christiana sit vera
sponsa vel adultera, supponit mag-
netem, qui lapis est sanguinei
coloris, et trahit ad se ferrum, id est ma-
gnam tribulationem, qua ficti christiani
et duri cordis domantur, et trahunt
ad deum, et quod evenit etc. et tunc
tenuiores tradunt delectationi caritatis
propinquam et consummationem coniu-
gium. Devote nos et fideles sponse
Christi committunt se ad deum, dum
sunt sub disciplina dei per humiliatio-
nem et devotionem, dicentes illud
Ro. viii. Quis nos separabit a cari-
tate Christi, tribulatio an angustia
aut persecutio, et infra. Certus sum quia
neque mors neque vita neque creatura
aliqua poterit nos separare a caritate
dei. Unde Augustinus in quodam
sermone: nullus servus Christi sine
tribulatione est. Si putas te non
habere persecutiones, nondum cepisti
esse christianus. Supponitur autem mag-
nes iste discipline dei sub capite
sponse Christi quiescentis et dormi-
entis, quia quando homo de bo-
nis ad maiorem et tranquilliorem con-
versationem se disponit, mittit deus
sibi tribulationes et disciplinam i-
nimicie et persecutionis immittit

Job xxxiii. Quando irruit sopor super
homines et dormiunt in lecto, tunc
aperit aures virorum, et erudiens eos
instruit disciplina. Gregorius 16
moralium: cordis tribulatio
aperit quam sepe mundi prosperitas
claudit, que quidem disciplina de-
vote est suscipienda propter castigantis
dilectionem. Secundo est devote re- 2us
cipienda pro peccantis correctionem.
Unde ps. Disciplina tua correxit
me in finem, et disciplina tua
ipsa me docebit. Unde Petrus Damiani
in quadam epistola: Ideo te forsitan
temporaliter punit deus ut eterne mortis
ardoris pena temporalis redimat.
In edificatione enim templi omnes
lapides prius malleis tundebantur,
31 moralium. Dei refectio est conversio
peccatorum. Huius convivii sunt tria
fercula scilicet contritio confessio sa-
tisfactio. Unde de Matheo publicano
dicitur Luce 5. Fecit ei convivium
magnum Levi in domo sua. Vel
tria fercula in convivio quibus
xpus pascitur sunt contritio pec-
catorum in quo debet esse morti

sicato curtus Thob vii precepit ragu
el arietem occidi et parari convivium
Supportatio proximorum Luc 14 Cum
facis convivium voca pauperes de
biles et claudos | et contemplatio
amorum cum securitate eam sequendi |
quia im . 14 dicitur Secura mens
quasi iuge convivium Ista ymaginatio
non potuit pro brevitate temporis
compleri et ideo collacio fit alias
melius cogitandi Lec xiii

Habebo propter hanc claritatem ad turbas |

et honorem apud seniores iuvenis
et acutus inveniar in iudi-
cio in conspectu potentium admira-
bilis ero | et facies principum mira-
buntur me | tacentem me sustinebunt
et loquentem me respicient | et ser-
mocinantem me plura manus
suas ori suo imponent. Postquam
salomon enumeravit duas dotes spiritua-
les de 8 dotibus | quas cum sapientia
sponsa sua recepit hic in ista lectione
subiungit tres alias | Sunt enim
pacem in populis benedictionem in
iudiciis discretionem | inter nobiles
admirationem. Et secundum ista lec-
tio dividitur in tres partes Nam pri-
mo ondit quod sapientia confert
benedictionem in populis | populus autem
est sicut dicit Augustinus 19 de
civitate dei 21 Cetus multitudinis
iuris consensu | et utilitatis communione
sociatus Unde ubicumque est populus
ibi est societas | et quia dictum est
multorum quorum aliqui sunt dig-
niores et honorabiliores | et aliqui
sunt minores maiores notat
hic seniores | minores notat apud
turbas | apud utrosque autem fit sa-
piens honorabilis secundum di-
versitatem | quia in vulgo recipit
famam et apud seniores honorem
fama secundum ysidorum 4
ethimologiarum dicitur a fando id est loquendo |
quia loquendo propagatur | vulgus

autem multum loquitur Et ideo fa-
ma hominis pervulgus maxime pub-
licatur. Quantum ergo ad ista duo
que conferunt benedictionem scilicet fa-
mam et honorem dicit habebo
propter hanc id est sapientiam claritatem
id est bonam famam ad turbas id est
minores et vulgares homines | qui
ideo vocantur turbe | quia minus
ordinate sunt in educatione et
moribus quam sunt nobiles | sic
enim dicit Augustinus libro Lo-
cutionum | turba est multitudo in-
ordinata Unde turba a turbatione
dicitur secundum papiam | In signum
autem quod sapientia pariat famam
et quod fama volitat faciliter
ore vulgi fingunt a fame apud
poetas fuit quidam equus ala-
tus qui pegasus dicebatur Iste
natus fuit fuit de sanguine gor-
gonis qui terror interpretatur | quia
initium sapientie timor domini
Iste equus pede suo percussit terram |
et erupit fons musarum De quo
oratius in prologo poete Nec
fonte labia prolui caballino | quia
occasione fame multi de fonte
sapientie libere biberunt | propter
famam enim conquirendam
multi tam studiis quam rebus
bellicis se dederunt. Quartum
emolumentum est quod confert
sapientia scilicet discretionem in iudiciis |
et quantum ad hoc dicit sic iuve-
nis et acutus inveniar in iu-
dicio | iuvenis scilicet id est fortis prima Jo.
2 Scribo vobis iuvenes | quia
fortes estis | et verbum dei manet
in vobis | et vicistis malignum
Et acutus id est subtilis in iudicio
discernendo noxium ab insonte |
Istud acumen iudicii dedit sa-
pientia danieli Dan 13 Revertimini
in iudicium | quia falsum
testimonium tulerunt tulerunt
contra eam Istud etiam acumen
iudicii salomon a sapientia percepit 3
Reg 3 Audivit itaque omnis israel

Labia plini cum alttino
fama

inditum quod inditasset. Rex et
tum mirantur regem videntes sapi
enciam dei esse in illo ad facien
dum inditium. Autem emoli
mentum quod homo per sapiam
consequitur est quod confert hoi
ut nobiles admiratonem, nobi
les enim principes maxime in
digent consilio sapientum. Et
propter sapiam pauperes etiam
regum fiunt ductores, et hoc
est quod dicit in 9º potentum ad
mirabilis ero. Et potest ista tra
ctari exponi de rege in quo ma
xime resplenduit sapiencia in etate
Dequo lucet q. omnes illi terre
monium dabant et mirabantur
in verbis gracie que procedebant
de ore ipsius. Et facies principum
mirabuntur me. ys. 52. Super
ipsum continebunt reges os suum
Nota quod tria dant potentes sa
pientibus voce doctrine, scilicet expec
tacionem cum reuerencia, Considera
tionem cum diligencia, auscultacionem
cum pacia. Et ideo quantum ad ista
tria subiungit tacentem me susti
nebunt i. expectabunt Job 29
Expectabant me sicut pluuiam
et os suum aperiebant q. ad ym
brem serotinum, ecce expectacio
cum reuerencia quantum ad primum
Et loquentem me respiciant, sic
homines intenti ad verba alicuius
respiciunt eum in facie Job 29
intenti tacebant ad eloquium
meum, ecce consideracio cum di
ligencia quantum ad secundum.
Et sermocinante me plures ma
nus ori suo imponent, quia non
valebant resistere spiritui et sapie
qui loquebatur. Actum vi. Ecce
auscultacio cum pacia quantum
ad tercium, Job 29. Videbant me
iuvenes i. iuniores et abscon
debantur, et senes assurgentes
stabant, principes cessabant loqui
et digitum superponebant ori suo

Iuvenis et acutus iuvenum iun
dicio Notandum est quod iuveni
bus tria sunt precauenda, tria sunt
eis imponenda, tria sunt eis pre
dicenda. Iuvenes autem qui vo
lunt virtuose crescere, precaue debent
sompnum torpentis, ociositatis,
visum insicientis societatis, es
tum presumentis tumiditatis. Pri
mo cave debent sompnum ociositatis
torpentis, sicut docet plinius ac
cipit pullos suos cum fiunt apti
ad volandum extra nidum pro
icit et liberat eos alis, ta(n)ti(us) q
ne de etate tenera pigrescant et
marcescant ocio, et soluant de
liciis, sic conuenit omnino tria iuue
nes ordinari primo extra nidum
prie voluntatis eiciantur, de certo
ribus castigentur, et ad capienda
predam suam statim assuescant
Ut eciam debent esse preda eorum est
frequentas et victoria pugnare in
cipiant in bellis, si mercatores
preda eorum est lucrum, in cipiant
in nundinis, sic omnino quod nullus
vacet ocio, sed ut possit quilibet dice
cum ps. pauper sum ego et in la
boribus a iuventute mea, scilicet
sicut dicitur in libro de natura
rerum pullus asini tanto turpior
quanto senior, et de capro dicit
Ar. lib. v. de animalibus quod fe
tus qui primo generatur est melior
et fortior, et fetus qui postea ge
neratur sunt peiores, tales eciam
moraliter inveniunt iuvenes,
quod in principio sunt devoti, sunt
virtuosi et boni, sed quanto magis
adolescunt tanto magis viciis
se immiscent et fiunt turpiores,
tales sunt scolares qui sunt
devoti dum sunt pauperes et iu
venes, sed remissi et superbi du
diuites esse ceperunt de bonis cru
cifixi. Secundo cave tante de
bent visum insicientis socie
tatis, sicut cum pice de facili i
ficiuntur, scilicet cor ligita facilime
inficiantur.

In ecclesia scolares, in capellant
ad libros, si milites, est preda eorum est

insistantur familiaritatibus vicio
sis et precipue cum mulieribus, quarum
blanditie eciam fortes aut emolli
untur aut enervantur. Prover. vij. De
fenestra domus mee prospexi, per can
cellos iuvenem, et in sua consideracione
vecordem iuvenem, transit per pla
teas, et ecce mulier occurrit ei or
natu meretricio parata ad capien
das animas, et apprehensum deoscu
latur iuvenem, et bene in sua sub
ditur. Statim eam sequitur
quasi bos ductus ad victimam.
Tertio prelati debent cavere pre
sumentis timiditate. Quia quando
homines sunt naturaliter magne
spei, cum dominio condito status con
dicit iuvenes et ebrii, quia pre
sumpcio maior est in eis, ideo inter
eos dissensiones vel bella inter so
cios oriuntur, nisi iuvenes et
ebrii sunt in causa. Quod autem
iuvenes sunt presumptuosi et
magne spei. Dicit Aristoteles libro 2° rethori
ce, et huiusmodi causa est triplex
secundum tres condiciones. Prima
condicio est obiectum spei, obiec
tum autem spei est bonum ardu
um et possibile, quia enim iuve
nes multum putant se habere
de futuro et parum de preterito. Memo
ria autem est preteriti, spes vero futuri,
ideo multum habent de spe et de
possibili, et parum de re et de actu.
Unde sicut materia prima dicitur
esse in potencia ad omnes formas, et
quanto magis actuatur, tanto
magis perdit de potencia. Ita puer
dum est iuvenis, est in potencia ad
omnem statum, potest esse sacer
dos, prelatus, et potest esse rusticus,
sed cum crescit modicum, et vix
sufficit portare aquam benedic
tam per ecclesiam vel parare mensam
magnorum. Secunda causa quare
iuvenes sunt presumptuosi, est
caliditas nature, est enim copia
caloris. Et ideo cor in eis

ampliatur. Ex ampliacione autem
cordis homo tendit in ardua. In psalmo:
Viam mandatorum tuorum cucurri,
cum dilatasti cor meum. Tercia causa
est inexperientia. Illi enim qui non-
dum passi sunt difficultates et
resistencias in factis suis, auda
ces sunt ad temptandum omnia.
Illi vero qui iam frequenter susti
nuerunt repulsam, laboraverunt
frustra in conatibus, non de fa
cili temptant ea que non sunt
experti. Hec est causa quare iuve
nes non dentur sibi duces bellorum,
sicut dicitur 3° topicorum. Nemo
iuvenes eligat in duces, eo quod
non consueverunt esse prudentes.
Et ideo signanter dicitur Eccl. xj. In
bono sit cor tuum in diebus iu
ventutis tue, in bono videlicet hu
militatis, quia sicut dicit Gregorius
in quadam omelia: Qui sine hu
militate virtutes congregat, quasi
pulverem in ventum portat. Tria
principaliter sunt cara iuvenibus
in potencia: promptitudo obediencie,
tenacitudo constancie, sollicitudo
continencie. Promptitudo obedi
encie, quia iuvenis sine obediencia abs
cisio est secundum Augustinum.
Unde sicut dicit Aristoteles viii. Ethicorum:
Amicitia inter senes et iuvenes
utrisque est necessaria, senibus quidem
ut eis a iuvenibus servatur,
et iuvenibus ut in peccatis lesi
ant, et ut per seniores apti ac
cionibus preservent, timore vero
seniorum et reverencia solent iu
venes se a suis insolenciis re
frenare. Job 29: Videbant me
iuvenes et abscondebantur. De
ista obediencia iuvenum ad senio
res dicit Valerius libro 2° capitulo
primo: Quod apud antiquos se
nectuti iuvenes ita cumulatum
honorem reddebant, tamquam seniores
communes patres essent omnium iuvenum,
sicut iuvenes facere consue
verunt, sed iam hec consuetudo

abrogata quia vs ꝫ tumultuabi-
tur puer contra senem et ignobilis contra
nobilem. Secundum quod est
eis imponendum est teneritudo co-
scientie ut discant peccata sua
cum eorum circumstanciis diligenter
discussa integraliter et evidenter
confiteri quia si fuit conscientia lar-
ga in iuventute ampliabitur sine me-
tu in senectute. Ecc. 6. Fili a
iuventute tua excipe doctrinam
et usque ad canos invenies sapientiam.
Et quia que in iuventute tua
non congregasti quomodo invenies
ea in senectute tua q. d. nullo modo.
Et ideo dolorem hominis multo pla-
ngent presumptionem sue iuventutis
in ociositate et insolencia describit
Salomon pro. 5. cur detestatus
sum disciplinam et increpationibus
non acquievit cor meum neque au-
divi vocem docentium me et magistris
non inclinavi aurem meam. Et
multo plange pro talibus quia metre
dampna fleo rerum sed plus
fleo dampna dierum res poterit
bus succurrere nemo diebus.
Tercio quod iuvenibus est impo-
nendum est sollicitudo continen-
cie quia continentes esse non po-
terunt sine summa custodia et so-
llicitudine vite sue propter carnis
impugnationes ps. Sepe expu-
gnaverunt me a iuventute mea.
Et ideo bene petit psalmus delic-
ta iuventutis mee et ignorantias
meas ne memineris domine. Tria
autem sunt eis predicanda videlicet
labilitas temporalis iuventutis de-
formitas hyemalis senectutis de-
bilitas corporalis virtutis. Solent
enim iuvenes de fortitudine sua
nimis gloriari non advertentes qua
cito transibit vs. 40. iuvenes in
infirmitate cadent Sic tantum pre-
dicanda est eis labilitas temporalis
iuventutis quia forma corporis quan-
tumcumque magna cito transibit. Un-
de Ovidius Forma bonum fragile e-
quantum accedit ad annos fit

minor et spacio carpit ipsa suo. Nec
viole semper nec florent lilia semper
et riget amissa spina relicta rosa.
Et tibi iam venient cani formo-
se capilli iam venient ruge que
tibi corpus arent. Secundo predi-
canda est iuvenibus deformitas
hyemalis senectutis. De qua ide
Ovidius libro 3o de arte amandi
scribit venturae memores iam
nunc estote senecte. Sic nullum
tempus vobis abibit iners. Ut
dum est etate cito pede labitur
etas nec bona tam sequitur qua
bona prima fuit. Quam cito me
miserum laxantur corpora ruge et
perit iste meus qui fuit ore color.
Tercio predicanda est iuvenibus
debilitas corporalis virtutis. De qua
signanter dicatur Ecc. 12. Memento
creatoris tui in diebus iuventutis
tue antequam veniat tempus
afflictionis et appropinquent anni
de quibus dicas non michi pla-
cent. Et Virgilius in bucolicis egloga
2. O formose puer nimium ne
crede colori alba ligustra cadunt
vaccinia nigra leguntur. Vaccinia
apud Virgilium aliquando sunt quedam
poma fructus nigri et sic loquitur
hic aliquando vaccinia sunt flores
qui vocantur primule veris et
sic loquitur Virgilius in eadem
egloga dicens mollia luteola
pingit vaccinia caltha. 112

Preter ea habebo per

hanc immortalitatem

et memoriam eternam hiis qui post
me futuri sunt relinquam. Sa-
pientie 8. Inter dotibus sine do-
tis partibus quas sponte lar-
gitur Christus virtuoso coniugat pre-
fecta subiungitur que est maxima
scilicet immortalitas perpetuitas bone
vite que solis sapientibus i. de-
um bene colentibus est promissa

Et quia ista immortalitas ut dixi-
mus, scilicet realis et singularis in eterna
gloria et simplicis et temporalis in
hominum memoria, ideo de utroque sig-
nificanter subiungens dicit: Propter ea
habebo per hanc etc. Singularitas scilicet
et realitas, quia sapientia increata
perpetua est immortalis. De ista im-
mortalitate loquitur Augustinus
13 de civitate dei c° 30 ubi dicit
sic: Cum beati omnes esse velint,
profecto esse et immortales volunt, alit
enim beati esse non possunt. Hoc
probat Augustinus: Sancti de
immortalitate interrogati, sicut de
beatitudine omnes eam se velle res-
pondent. Sed quomodo possent bene
vivere nisi vivant? Cum ergo omnes
appetant bene vivere et beate vivere
non possunt nisi immortaliter vi-
vant, constat ergo omnes appetere im-
mortalitatem et cum naturalis
appetitus non sit frustra, constat
quod immortalitas sit homini
possibilis licet eam habere non valeat
a se ipso, sed quia per sapientiam eam
habere poterimus, hoc est per dei intel-
lectum sincerum qui a bona volun-
tate dependet. Ideo Salomon dicit:
Propter eam habebo, i. propter emolumenta
superius enumerata habebo per hanc
immortalitatem, i. per sapientiam in
huius figuram apud poetas dea
sapientie dicebatur minerva quasi
immortalis. Nam idem est quod
non, et na mortalis interpretatur.
Inde minerva quasi immortalis.
Ista dea pingebatur quasi virgo
decora, triplicem habens vestem, in
pectore caput gorgonis porta-
bat depictum, sicut dicit Allexan-
der a[?] in scintillario poetarum secundum
de Pallade. Dicit etiam nata de Jo-
vis vertice et sine matre, et dicitur
tronia pallas et minerva, tum sep-
tenarius consecratur numerus, et est
dea sapientie et omnium artium et bellorum.
Igitur virgo pingitur dea sapientie

quia nulla recipit vitiorum corruptionem,
sed perpetua morum gaudet integri-
tate. Triplicem habet vestem propter
tres scientias sermocinales quibus
ipsa vestitur et ornatur, que sunt
grammatica, dyalectica et rethorica. In
pectore portat caput gorgonis, i. dicitur medee,
i. que aspicientes in lapides con-
vertebat, tunc caput per sonus abscondit.
Gorgor interpretatur terror, quia ergo omnis
sapiens terribilis viciosis et fatuis
esse debet, ideo depingitur dea sa-
pientie caput gorgonis portare
in pectore. Ista dicitur nata de ver-
tice Jovis et sine matre, quia sa-
pientia fidei et bonorum morum a Do-
mino Dei est. Eccl. 24: Ego ex ore al-
tissimi prodii primogenita an-
te omnem creaturam. Huic septena-
rius numerus consecratur, qui est
numerus universitatis eo quod univer-
sum tempus per septem plane-
tas digeritur, omnis homo ex qua-
drato componitur, videlicet ex
tribus potentiis anime et ex quatuor
elementis iuxta modum loquendi
quorumdam. Vocatur tronia i. in-
tua notitia secundum Remigium,
quia philosophi in tribus cognoscen-
dis maxime laborabant, scilicet
creatore, creatura et anima. Vocatur
autem pallas i. nova, quia sa-
pientia nullam senium, nullam se-
nectutem aut vetustatem habet.
Hec est dea bellorum, quia in bello
magis confert sapientia quam
fortitudo corporalis. Sap. 6: Me-
lior est sapientia quam vires
et vir prudens magis quam
fortis. Dicit ergo Salomon: Habebo
per hanc immortalitatem, et non
solum hec, sed etiam memoriam
eternam hiis qui post me futuri
sunt relinquam. Sicut dicit
Seneca: Ad pauca natus est qui
tantum de suo tempore cogitat.
Omnis enim virtuosus et ad bo-
nam vitam tenetur et ad bonam

gemuit

famam ut prinitam ipse salueetur et
per famam proximus edificetur pro-
ximus inquam non solum qui est
sed qui futurus est Unde Bonum
copiose est sui copiose gratuitum Bo-
num enim bonus q. in sunt future prodesse
potest per bonum exemplum Unde
ille venerabilis eleazarus iudeus
nobilissimus cum inficeretur quia
contra legem carnes suillas nol-
let comedere nobilem mortem ma-
gis quam ob odibilem vitam
amplectens dixit fortiter vitam
expendo senibus quidem dignus
apparebo adolescentibus forte ex-
emplum relinquam et ideo videtur
psalmus in memoria eterna erit
iustus et pro. 10 memoria insti
cum laudibus In scriptura nam
varijs locis inveniuntur triplex me-
moria est enim memoria beneficiorum
memoria exemplorum memoria
dampnorum prima est continue
possidenda 2a est aliis exhibenda
et tercia est relinquenda primo in
memoriam habere debemus divinorum
beneficiorum ys 43 ego ipse sum qui
deleo iniquitates et peccatorum tuorum
non recordabor reduc me in me-
moriam i. bona que tibi feci secundum
glosam scilicet creando redimendo et
beatitudinem parando Sed ista
memoriam tria impediunt scilicet pro-
speritas temporalis curiositas mundialis
voluptas carnalis prosperitas fa-
cit ingratos oblivisci amicorum
qui eos in angustijs adiuvenunt
Unde gen 40 legimus quod prepositus
pincernarum pharaonis qui fuerat
particeps incarcerationis cum joseph et esset
reversus de sua liberatione prospere
informatus successentibus prosperis
oblitus est interpretis sui Sic modo est
de multis qui cum afflictionibus
tribulantur et persecutionibus vel in-
firmitatibus habent deum in memo-
ria sed quando sunt in sanitate
tranquillitate prosperitate tradunt
deum oblivioni Deut 32 Deum

qui te elegit dereliquisti et oblitus
es domini creatoris tui Narrat Augustinus ad
vincencium 3o capitulo quod semel in
ethiopia tanta contigit pestilencia
quo ad memoriam hominum quod ho-
mines obliviscebantur nomina
patrum suorum nomina filiorum etiam
nomina propria et oriebatur ista pesti-
lencia sicut eum ex fetore et putre-
factione quorundam cadaverum inter-
fectorum in bello exoralit tanta est
in istis diebus in hominibus impie
memoria ut pestilencia quod nec
recordantur nominis patris dei omnipotentis
nec grati sunt amicis vel animabus
defunctorum nec prudentes sunt
ad seipsos Et quia oblivioni tradita
est memoria eorum Sed 2o debemus
beneficijs comparat legem gratitudinis
beneficio mutuo ludo pile Cum enim
duo homines ludunt cum pila
et eam alternatim reprobant ipse
tamen diu durat et continuatur lu-
dus inter eos quamdiu concurrit
reprobatur et iacitur Si non unus
recipiat et retineat vel in contrarium
eius reprobat desinit ludus qui
desinere non potest sicut dicit Senec
nisi vel committentis vel recipientis
defectu isto modo ymaginatur Senec
quod debet esse de beneficencia inter
tua inter amicos si enim beneficium
recipio et postea providibus illud
retribuo iuxta leges gratitudinis
apte ludo Si non beneficium re-
ceptum oblivioni commendavero
nec tibi ubi possem in aliquo
recompensas ludendi finem fa-
cio beneficia autem et commonitis
nolite oblivisci Si sic nos hic
debemus ad homines multo ma-
gis erga deum nos convenit
esse gratos Unde hugo de clau-
stro anime sicut nullum est mo-
mentum quo homo non vivat vel
fruatur dei bonitate et misericordia ita
nullum debet esse momentum
quo eum presentem non habeat

tuas spes tue me

118

al. admonicio

in memoria Tercia memoria incor
ciu et tabescet in me anima mea
2° istam memoriam impedit cu
riositas mundi et sollicitudo in
nia circa mundum sicut enim dis
currunt pluribus intentus minor
est ad singula sensus Ideo ipsi
obliti sunt beneficiorum eius et
mirabilium que dedit eis Tercio
istam memoriam impedit et tollit
voluptas carnis Unde Boecius
3° de consolacione metro 2° notat
corpus secundum platonicorum ymagi
nacionem molem obliuiosam Sunt
enim opinio platonis sicut dicitur libro
1 posteriorum quod anima habet no
ticiam omnium rerum a principio sibi
concreatam et species omnium rerum sibi
inditas adeo sed tamen statim cum in
funditur corpori terreno tradit ob
liuioni noticiam sibi datam nec
nec potest ea uti donec per studium exci
tatur Et ideo posuit plato quod ad
discere non est nisi recordari Unde
concludit Boecius metro preallegato
quod sicut platonis musa personat
quod quisquis discit immemor
recordatur Moraliter corpus est
moles obliuiosa id est ad obliuio
nem dei inducens Unde anima
immersa uoluptatibus et deli
ciis carnis perdit memoriam dei
sui quo contra dicit psalmista adhereat
lingua mea faucibus meis si non
meminero tui Hec ergo memoria est
continue possidenda Alia est
memoria proximis exhibenda
pro decore bone fame et [illegible] ho
neste conuersacionis Opera enim
serenitatis et victorie solent
haberi in memoria Et ideo diuites
mundum paupertatem carnem
per castitatem Et sic per humilita
tem memoria dignos faciunt
semetipsos Etiam et Dilectos Deo
et hominibus Moyses Cuius memoria
in benedictione Narrat magister histo
riis quod Moyses duxerat uxorem
filiam regis Ethiopie et cum in pa
triam suam redire voluisset impe
diret eum nitebatur uxor Moyses autem
tanquam vir expertus astrorum sculp
psit in gemmis duas ymagines huius
efficacie ut alia memoriam alia
obliuionem conferret Cumque paribus
et similibus anulis eas inseri
fecisset obliuionis anulum uxori
tradidit et memorie anulum se
cum tulit ut sicut pari amore
sic paribus anulis insignirentur
Cepit ergo mulier obliuisci viri sui
et sic moyses in patriam suam
liber est regressus Moraliter Ani
mus humanus nacione celestis
cum carne terrena que per ethiopi
ssam designatur coniugium contrahit
quando infunditur corpori anima
vero solis naturaliter desiderat bea
titudinem et multum intellectum re
diti sed ista uxor eius impedit
et ideo utendum est cautela Moysi
ut duos anulos cum gemmis
faciamus et anulum obliuio
nis est recogitacio mortis quia
obliuioni hominem tradit unde
psalmista obliuioni datus sum
tanquam mortuus a corde
Anulus memorie est recogitacio
vite eterne ubi in memoria eterna
erit iustus et sic liber in celestem
patriam reuertamur Tercia memo
ria est penitus relinquenda et
hec est memoria dampnorum et
iniuriarum nobis illatarum a pro
ximis Leuitici 19 Non queras ulcio
nem nec memor esto iniurie ci
uium tuorum Sed sicut dicit Ba
silius camelus est mirabiliter
bonam memoriam deuoluens Un
si aliquis percusserit eum dissimulat
percussionem ad tempus sed in
dubitanter tamen oportunitate quesita ex
petit ulcionem ita sunt nonnulli
qui iniurias dissimulant non re
mittunt abscondunt non obli
uiscuntur Quamvis dicat Seneca

Marginalia: 2° · c · fecit · 3° · lib tag^t · 2^a · sensu · mors · carni et demoni et anulus obliuionis · 3 f

Memoria virtutum debet esse tenax
In miseriarum facilis aliis labilis et
in prosperis suis dicit iustinus ex
medium est oblivio et talis qui
in prosperis se in miserias oblivisceretur
dici potest de eo. Confident illud
Job 3 Nunc domine memor esto
mei neque vindictam sumas
de peccatis meis. Et ipse deus iusti
tudebit illud ps 24. Non erunt
in memoria priora neque ascendent
super cor sed gaudebit et exulta
bitis in sempiternum 113 lc

Disponam populos et nationes mihi

erunt subiecte timebunt me au
dientes reges horrendi in multi
tudine videbor bonus et in bello
fortis. Septimum emolimentum
quod sapientia tribuit possessori
suo est dignitas regiminis in presidentia
per sapientiam namque homo efficitur
aptus ad regendum et ad disponen
dum sicut ipsa dicit prov. 8 per me
reges regnant et legum condi
tores iusta decernunt ad sufficien
tiam autem regiminis quinque re
quiruntur que in ista littera tanguntur
scilicet ordinatio statutorum obtem
perantia subiectorum divulgatio
triumphorum recordatio transgressorum
et expugnatio inimicorum. Et ideo
vel princeps qui est subiectum ista
plenum bene regit. Quantum ad primum
dicit disponam populos scilicet per sapientiam
unde regam debite statuta iusta
et utilia ordinando. Eccl. 10 In
omni sapientia disponito legislatori
nondum quod 2 politicorum primo poli
in quit qui sunt dispositi ad prin
cipandum et qui sunt apti ad
famulandum ista enim non
solum sunt iusta ex lege posita
sed etiam ex lege nature unde
naturaliter ancillantur sunt aliqui
apti ad serviendum et ideo declarat

quod tam principatus quam servitus
est aliqualiter a natura quia quidam
sunt pro quibus expedit commutati
quod ab eis homines dirigantur. Na
tura enim dictat superiora et melio
ra debere regere minus bona sicut
est quod homo regit bestiam anima
regit corpus masculus regit fe
minam a natura. Illi ergo homines
qui sic se habent ad alios sicut homo
ad bestiam vel sicut anima ad
corpus vel masculus ad feminam
apti sunt et ydonei ad regendum
ista autem excellentia singularis
supra ceteros non habetur nisi per bonum
primum hominis quod est perfectio ra
tionis que perfectio est sapientia et
ideo determinat philosophus quod for
tes ingenio et ratione quamvis sint
debiles corpore sunt ydonei ad
regendum et fortes corpore et
debiles ratione sunt apti ad servien
dum ita quod naturaliter preponitur ra
tio humane communitati. Et quod
sapientes regant et minus di
screti subserviant sicut anima
ratione clarescit corpus disponit et
regit et corpus ei adiutorium emo
lumentum subservit. Et ideo dicit
Seneca de beneficiis Homini tu
non est vis unguium aut den
tium duas res dedit natura que
fecit eum terribilem et validum
scilicet rationem et societatem per eam in
animalibus per societatem gentibus
dominatur quia nec benigna socie
tas absque ratione posset. Et ideo di
cit ergo Salomon quod inter uni
versa genera que dotis nomine
tum sponsa sua recipit unum
est ydoneitas regiminis ad alios
gubernandum et hoc fit primo et
principaliter iusta statuta ordi
nando et quantum ad hoc premit
tit disponam populos. Unde de
bonis prelatis Sap 18 iusti
tie legem in concordia disposuerunt

et hoc est primum quod ad bonum
regimen requiritur s. ordinatio sta
tutorum 2o requiritur observantia sub
iectorum et quantum ad hoc subiun
gitur Et nationes multi erunt
subiecte scilicet per voluntariam et ami
cabilem obedienciam Reges enim
et principes non propria potentia
stabiliunt sed benivolentia sub
ditorum Unde tulius in philippica
prima capitulo 2o firmum armaturum est prin
cipum caritas et benivolentia
civium et oz esse septum non
armis Tercio requiritur dimi
gato triumphorum Triumphus enim
signalat magnificat principem
et tibilem reddit hostibus et
regibus qui triumphant nam vo
sue secundo dicitur Quod fama
totius Jericho advenerat triumphorum
quos filii israel de duobus regibus
amorreorum fecerunt solo timore cor
et audaciam perdiderunt Et quantum
ad hoc subiungit Timebunt me
audientes reges horrendi non
solum autem detractoribus et
principibus verum etiam quod sapientia
facit eos timeri auctoribus immo
debitis sanctis et simplicibus
visitatur frequenter si tamen vita
sapientie non discordet ex ... hic
rodes metuebat Johannem scien
ens eum virum iustum et sanctum
Quarto ad bonitatem regiminis
requiritur rationalitas transgressorum
ut princeps sive prelatus clemen
cia et benignitate resplendeat
transgressoribus pro loco et tempore
locuit ignoscendo et quantum
ad hoc subdit sit in multitu
dine videbor bonus id est in bo
nis sit tamquam qualis tunc
honorifice accipitur per benigno
mansueto seu pio unde bonitas
principis est eius mansuetudo et
post nichil turpius vel inconve
nientius est in principe quam severitas
tarens ... Unde Jeronimus super

epistolam ad titum exponens illud oportet
tet episcopum irreprehensibilem esse etc. et non
iracundum dicat sic nichil est fe
dius preceptore furioso qui cum de
beat esse mansuetus et humilis
ad omnes convulso torvo multi
tremantibus labiis rugata fronte
conspicat cominiis facie intuboeiz
et palorem variata perturbat et
errantes non tam ad bonum revocat
quantum ad malum sua severitas
precipitat hec Jeronimus Id quod summa
sue bonitatis allegans coram do
mino dixit Memento domine da
vid et omnis mansuetudinis eius
Qualis debeat esse prelatus ad
hoc quod in multitudine bonus
appareat pulchre describit allegorice
Neguam in sermone commendans quen
dam legatum Othonem nomine
cardinalem qui fuit legatus
in Anglia tempore Regis Henrici
quarti qui lugdunum concilium
celebravit hic est qui Regibus
exhibet se Johannem Egiptiis moy
sen fornicatoribus finees ydola
tris heliam heliseum avaris pe
trum mentientibus paulum bla
sphemantibus Negociantibus xpistum
qui wlgum non spernit sed docet
divites non palpat sed curat
pauperes non gravat sed fovet
minas principum non pavet nec
contempnit qui ecclesias non spo
liat sed emendat qui marsupia
non exhaurit sed corda reficit
et crimina corrigit famam prodet
sue nec invidet aliene qui ocia di
sidium gerit et visum habet ac de
cum decor omni plus fidit quam
sue industrie vel labori tamquam
ingressus pacificus modestus
contus est tamquam sermo edificatus
tamquam vita iustitia tamquam prudentia gra
ta tamquam memoria in benedictione erit
qui se amabilem prebet non verbo
sed opere reverentiam exhibet sed
actu non fastu qui humilis est

Et ideo

Nota

at londonijs

Nota

cum quibus / cum innocentibus
innocens / dicit dominus redarguit /
malignantes coherceret / reddens
retribucionem superbis / qui non de
dote vidue et patrimonio crucifixi
se ditare festinat / gratis dans
quod gratis accepit / gratis faciens
iudicium iniuriam pacientibus /
vindictam in nacionibus / increpa
tiones in populis / Hec ille / In quibus
bonus prelatus sufficienter descri

7° bitur. Quinto et ultimo ad boni
tatem regiminis requiritur in principe
expugnacio inimicorum / et quantum
ad hoc subiungit / quod erit non
solum tempore pacis bonus / sed in
bello fortis / talis fuit david
qui interpretatur manu fortis 2° regum
23 David sedens in cathedra
sapientissimus / princeps inter tres
ipse est quasi ligni vermiculus / qui
octingentos interfecit impetu uno /
Ubi commendatur david a tribus /
sicut dicit magister in historia / a sa
piencia fortitudine et humilitate.
Comparatur autem david vermi
culo ligni / qui teredo ab ecclesiastico
dicitur quia mollis durum lignum
perfodit et perforat / Dum tangitur
nichil mollius illo / quando tan
git nichil durius / sic david in
pressuris domi erga subiectos
mansuetior fuit ceteris in throno /
et contra hostes nullus acrior /
Hoc nomen teredo est equivocum /
quia media correpta significat
vermiculum / et dicitur a tero teris
et edo edis / quia terendo edit /
Media autem producta / significat pul
verem corrupcionis ligni secundum
ysidorum 12 ethimologiarum / Unde habetur
talis usus est unus tedo / pul
verem pone tedo. Sed quia agi
tur de bello / fit dubitacio talis /
ista / an bellum possit esse licitum christianis /
et videtur quod non / quia bellum
vel bellare contrariatur divino pre
cepto mathei v. Ego dico vobis non resistere
malo. Et ad Romanos 12 Non vos
metipsos deffendatis karissimi / sed date
locum ire. Item mathei 26 Omnis
qui gladium acceperit gladio peribit
Ergo bellantibus pena indicitur pro
peccatum / et peccatum est illicitum / ergo
et bellum. Ad oppositum est 23 q. 2
Iustum est bellum / quod ex edicto geritur
de rebus repetendis / aut propulsandorum
hostium causa / Item ibidem
c° 2 Iusta bella solent diffiniri
que ulciscuntur iniurias / si gens
vel civitas plectenda est que
vel vindicare neglexit / quod a
suis improbe factum est / vel reddere
quod per iniuriam ablatum est.

Ad questionem dicendum est / quod ad hoc
quod bellum reddatur licitum quinque
secundum antiquos doctores
requiruntur / scilicet persona / res / causa
animus auctoritas. Persona / ut sit
secularis cui licitum sit effundere
sanguinem / non ecclesiastica cui pro
hibitum est effundere sanguinem
nisi in casu inevitabili. Res / ut sit
pro rebus repetendis vel defen
sione patrie / et hec sub nomine
rerum ~~comprehendunt~~ comprehenduntur
in iure / Unde iustum est rebelles (?)
inimicas vindicare. Causa / ut si
propter necessitatem pugne pax acqui
ratur. Animus / ut non fiat propter
odium ulcionem aut cupiditatem.
Auctoritas / ut fiat auctoritate principis
vel ecclesie. Thomas vero 2a 2e q.
40 ar° 1. dicit quod tria sufficiunt ad
bellum iustum / auctoritas princi
pis / quia cum persona privata
potest ius suum prosequi / et obtinere
in curia sui superioris / hoc autem
princeps non potest. Secundo re 2
quiritur iusta causa / ut videlicet
illi qui impugnantur propter aliquam
culpam hoc mereantur. Tercio requiritur 3°
intencio recta / ut videlicet bonum
promoveatur et malum impediatur.

Questio An bellum possit esse licitum christianis et videtur quod non

et ad hoc quod intento sit recta requirit
humilitas p^c et necessitas in recepcion
do ista tria includunt illa quinque
alia reducuntur ad quatuor illa que
faciunt iniustum bellum Unde ha
betur tales versus Cum demeri
meditens bella iube Cum bonum
est bellandi et quem decet arma
move Cum paciens causam re
probam ~~medeat~~ inde batur habeat
Non sit bella querunt dici crudelia
de Ex hiis patet quod licet clericus
possit bellis interesse ut suis exhor
tacionibus absolucionibus et spirituali
bus suffragiis iuvet bellantes li
cet tamen interdictum eis ne ma
nu bellant et de hoc habetur 23
q. 8 c. clerici 2 c. His autem quibus
propria manu pugnantes sanguinem
fundant quod si fecerint fiunt
irregulares quantumcumque sit bellum
iniustum nisi fiunt in defensionem
vite proprie quam alio modo sal
vare non possent Ad secundum
argumentum secundum Augustinum De
sermone domini in monte libro
1° ca° 49 quod illa que salvator
ibi precepit semper sunt servanda
in preparatione animi ut scilicet sit paratus
ad talia sustinendum pro Christo si ex
pedirent scilicet percucienti unam ma
xillam prebere alteram et non de
fendere se et tollenti tunicam dimi
ttere et pallium et huiusmodi quamquam
tamen magis expediens est aliter
facere propter bonum commune et
bonum aliorum contra quos pugna
Eodemmodo dicendum est ad verbum
apostoli vel dicendum quod intelli
gitur de inordinata defensione
Ad tercium videt Augustinus 22 contra
faustum ubi vult quod ille dicitur
accipere gladium qui nulla superiori
ac legittima potestate iubente vel
concedente in sanguinem alicuius armatur
et talis gladio peribit i. pena infer
nali nisi peniteat In ps Introi
bunt in inferiora terre tradentur i

manus gladii i. pene infernalis vel
aliter sicut exponit Augustinus de
sermone domini in monte libro
2 quid aliud dictum est omnis qui
gladio percusserit gladio peribit nisi
quia ipso peccato anima moritur
quod quis commisit sicut illud ps
gladius eorum intret in corda
ipsorum Et sic patet quod bellum
aliquando est licitum 119 lco 119

Intrans in domum meam conquiescam cum illa

non enim habet amaritudinem con
versatio illius nec tedium convictus
illius sed leticiam et gaudium
Decimum et ultimum emolimentum
quod sapiencia confert suo pos
sessori est iocunditas solaminis
in sua consciencia quod quidem emo
lumentum salomon se asserit ha
biturum in ista lectione Et circa hoc
duo facit primo allegat motivum
iocunditatis 2° assignat
causam eius tranquillitatem 2a ibi pars
Non habet amaritudinem Circa
primum dicit sic Intrans in domum
meam conquiescam cum illa
q. diceret ecce quantum emoli
mentum michi accrescit si sapienciam
i. cultum dei michi desponsavero
Si enim nichil aliud prodest re
cipere cum hac sponsa hoc in
solum deberet sufficere quia in
trans in domum meam i. conscienciam
meam conquiescam i. quietem
habeam cum illa i. sapiencia nulla
enim quies melior potest delec
tare quam dum consciencia habet
unde potest murmurare Hec est
domus quam sancti viri post
labores et tedia seculi repetunt
et requirunt hec est domus quam
ipsi deo dedicare tenemur per sanctam
conversacionem In ps Domum
tuam domine decet sanctitudo
in longitudine dierum Desertitate

et tranquillitate loquens Gregorius
super Ezechielem omelia 9 dicit sit in=
cum tempore quod dicitur semper
tatem recurrere debemus ad mentem
et interiorem testem et iudicem et
~~iudicem~~ requirere quid enim
prodest si omnes laudent et con-
scientia accusat aut quid poterit obesse
si omnes detrahent et sola
conscientia deffendat Qualis autem
sit bona conscientia docet Hugo de
sancto Victore de anima libro 2
capitulo 9 Tranquilla conscientia est que
omnibus est dulcior nulli gravis
utens animo ad graciam in inimi-
co ad pacientiam amicis ad benivo-
lenciam quibus potest ad beneficen-
ciam cui deus nec sua peccata
imputat quia non fecit nec aliena
quia non approbavit nec neglige-
nciam quia non tacuit nec super-
biam quia in humilitate permansit
Istam domum consciencie debemus
bene fundare et honeste mundare
2° Secundo debet mundari per
frequentem et puram confessio-
nem In tali domo potest quiescere
tam deus quam homo et licet
tam fama quam conscientia sit
homini necessaria conscientia propter
semetipsum fama propter proximum
12 q 1 nolo in tantum ponderare
bonum conscientie quod pro salute con-
sciencie perdi debet cum gaudio
bonum fame ubi necessario oportet
alterum obmittere Unde Seneca epistola
8 3 Nemo michi valet plus
estimare virtutem Nemo magis
illi esse devotum quam bonam
viri famam perdidit ne conscientiam
perderet Et melius dicere quod pro ope-
re virtuoso exercendo etiam penam
in famiam debet homo procedere
Hec est ergo domus in qua sa-
piencia cum sapientia conquiescat
sine tribulacione et quieta quia
non habet amaritudinem cum

sacio illius Bona exteriora divicie
et delicie et honores vel habent
amaritudinem vel admixtam
habent tedium et fastidium et
non satietatem ita quod homo
illud idem quod prius optavit
postea fastidiat et contempnat
Et ideo dicit Rabanus super
glosa Corporales delicie corpus
gravant spirituales vero mentem
relevant et tanto magis esu-
riunt quanto magis comedunt
in illis appetitus placet experi-
encia displicet augent spiritua-
les delicie desiderium et quanto
magis sumuntur tanto magis
amantur Hec Rabanus et acce-
pit ab beato Gregorio qui eandem
sententiam multis eloquentibus posuit
dicit sic Corporales delicie cum non
habentur grave in se desiderium
accendunt cum vero habentur come-
dentem protinus in fastidium
vertunt econtra spirituales delicie
cum non habentur in fastidio sunt
cum habentur in desiderio In illis
appetitus saturitatem saturi-
tas fastidium generat in istis
autem saturitatem appetitus satu-
ritas appetitum parit augent
enim spirituales delicie desideri-
um in mente dum saciant
ille Unde Seneca Carnis volup-
tatem docens contempnere dicit
sic Voluptas corporalis fragilis
est et brevis cum fastidio ob-
iecta quo avidius acta est ci-
tius in contrarium recedens
cuius subinde necesse est ut aut
peniteat aut pudeat quemquam
in qua nichil magnificum aut
quod natura hominis diis pro-
ximi doceat res humilis me-
brorum turpium ministerio veniens
~~exitu~~ exitu feda Hec Seneca Sa-
pia ergo non habet amaritudinem

in conversacione nec tedium in convictu
sed propositum leticiam et gaudium
et ideo a sapore sapiencia quasi sapida
quasi sciencia nuncupatur et per
contrarium sapiencia huius mundi que
consistit in notitia mundi potius
amaritudinem et tedium habet
in conversacione et ut communiter red-
dens hominem presumptuosum in
se ipso et iniuriosum ad alios in
convictu et ideo ad pacem et tran
quillitatem ut melius studeant
in sacra scriptura pagina et sapiencia
prohibitum est abbatia ne patribus
vel civitatibus vicinis aliquis
doceat vel audiat ius civile phisi
cam et qui contra fecerit a causarum
patrociniis iustum excludatur
et per episcopum loci excommunicetur extra
de privilegiis et excessibus privilegiatorum
super specula. Secunda domus con
sciencie fundamentum est quod ipsa
debet habere solidum fundamentum
decens ornamentum aptum te
gumentum frequens expurgamentum
Fundamentum consciencie debet
fundari super solidam doctrinam
sicut salvator dicit Matthei 7 omnis
qui audit verba hec et facit ea
assimilatur viro sapienti qui edi
ficavit domum suam supra petram
petra est doctrina Christi Matthei 16 super
hanc petram edificabo ecclesiam
meam super istam petram sane
doctrine debet consciencia cuiuslibet
edificari unde summe cavendum
est ne ista domus sit erronee
fabricata vel nimis larga vel
nimis stricta quia omne quod
fit contra conscienciam edificat ad ie
hennam 28 q. 1 § Ex his Ro. 14 (expone)
unde sicut dicunt doctores dicta
men consciencie plus obligat quam
preceptum prelati et omnis consciencia
sive recta sive erronea sive in per se
malis (sive) in indifferentibus obligatoria
est quia in omnibus talibus ve
niens contra conscienciam facit contra

illud quod ardit contra legem est
prohibitum. Iuxta domo male
parant sibi quietem multi homines
quidam qui illud quod durius
est ponunt sub capite et illud quod
est mollius ponunt sub pede. Moraliter
consciencia est in mente sicut ca
put in homine et sensualitas est sicut
pes. qui ergo ponit in sensuali
delectatione et peccatum in consciencia que
murmurat contra peccatum dum re
clinat caput suum. Item domum
suam fundant quidam super
aquas voluptatis quidam super
arenam cupiditatis. Et ideo con
sciencie talium stare non possunt
eo quod carent solido fundamento
et ideo dicitur Matthei 7 quod vir
stultus edificat domum suam
super arenam et descendit plu
via et flavit venti et cecidit
domus. Secundo domus con
sciencie debet (habere) honestum ornamentum
ut sit picta curiose et artificialiter
ymaginibus virtutum et sanctorum
virorum exemplis qui nos precesserunt
narrat Augustinus libro 4 contra
Iulianum et 2o retractationum capitulo
61 quod rex quidam Cipri de
formis speciei thalamum suum
sive cubiculum fecit depingi
pulcris ymaginibus ut earum
aspectu uxor sua pareret pulcram
prolem. moraliter rex autem est co
cubiculum memoria sive con
sciencia sensualitas est uxor. Et ideo
si pulcram prolem id est virtuosas
operationes habere volumus domum
nostram pulcris ymaginibus
virtutum depingamus dicentes
cum psalmista domine dilexi decorem
domus tue. Sed est notandum
quod domus que non inhabitatur
ab eis iniqua ~~tamen~~ est eis ita
male sicut est iniquis quando
redeunt ad se et intrant do
mus consciencarum suarum ibi inveniunt

Margin: Nota — sive — moraliter — 4 habere — tue — Nota

ca. 28. q. 1 ca. omnis. § ex his expone ad Ro. 14

Vmes corrupciones . et fetores veterum
peccatorum | et domus incipit in=
clinari ad mortem | iuxta illud =
pro. 2. inclinata est ad mortem
domus eius | et ad inferos semite
eius. Tercio domus consciencie
debet habere aptum tegimentum
cooperimentum consciencie hoc
est honestas conuersacionis virtuose |
ut boni viri quod didicerunt in=
tus ondat exterius | ut sic luceat
lux eorum coram hominibus | ut
videant opera eorum bona | et glorificent
patrem eorum qui in celis est | et
hoc est quod dicitur Luce 10. Que
in aure audistis | predicabitis super
tecta | i. per honestam conuersacionem
Quarto domus consciencie debet
habere frequens expurgamentum
per scopam confessionis | nec ad aliud
remedium fugiendum est | vel
ad ymaginem vel a peccato | nisi quod =
a consciencia expellatur. Vnde | super
Jo. omelia 21. vermis peccati quo
cumque fugit | secum se trahit | quo
cumque fugit | non fugit se ipsam
mala consciencia | non est quo eat |
sequitur se | ymo non recedit
a se | peccatum enim quod facit
intus est. Vis audire consilium
Si vis a deo fuge | ad ipsum fuge
confitendo | non latendo | confi
teri potes | latere non potes | Sed
est de dyabolo sicut est de labo=
rintho | fecit enim dedalus do
mum quandam cum variis viis
et parietibus ita perplexis | quod =
nullus eam ingressus exire po
tuit sine glomere fili | et hec do
mus vocabatur laborintus i.
labor intus | quia in egressu ma
ximus labor fuit | in illa do
mo inclusit dedalus vnum
monstrum | quod ex vna medietate
fuit homo | et ex alia medietate
fuit bos | ea intencione ut ibi
in perpetuum pasceretur | et nunquam
exiret | sicut narrat Ouidius libro
8. et ysidorus 14. ethimologiarum. Contingit
quando ita est quod dyabolus
decipit vnam personam aliquod
peccatum monstruosum fecisse
facit in consciencia talis quasi domum
dedali | et abscondit peccatum | et
fabricat sibi tot vias perplexas
et parietes obsistentes | nunc veri
moris | nunc verecundie | nunc de=
negligencia | nunc de expectacione et
dilacione confessionis | et ibi =
occultat illud monstrum | ut
nullus confessor possit intrare
nisi cum glomere fili interrogacionum; con
fessorem euoluere omnes interro
gaciones spectantes ad peccatum |
nunquam reus velit cognoscere
illud quod fecit | non facit sic
probus homo confessoribus suis |
sed omnia pandit et ondit unde
et ait 4. Re. 20. omnia quecumque
sunt in domo mea viderunt
et nichil est quod non monstrauerim
eis in thesauris meis. et c. lc 117
~~Sequitur alia lc~~ 117

Hec cogitans apud me et commemorans
in corde meo | quia immortalis est
in cogitacione sapiencie | et in
amicicia illius delectacio bona |
et in operibus manuum illius hone
stas sine defectione | et in certamine
loquele illius sapiencia | et
preclaritas in communicacione sermo
num illius | circuibam querens ut
illam michi assumerem. Postquam
salomon enumerauit sigillatim
8. prerogatiuas | quas dotis nomine
deus tribuit homini | qui sapienciam
accipit sibi in sponsam | propter
que bona iusto debuit salomonem
mouere ad amplexandam cum sapienciam
comprehendit | hic ponit recapitu

laudo suorum dictorum ingne re
citacionem. Solent enim amanti co
mendaciones amicarum suarum plu
ries iterare subdiuisis sermonum
coloribus licet sima semper sit
sna. Unde ista lectio non est nisi
recapitulacio quedam predictorum quamquam
tamen tria facit. Nam primo os
dit quod intente de sapientia cogita
uit. 2o quales mea virtutes pon
derauit. 3o quam affectuose eam
eam quedam multiplicit laboran
uit. 1a ibi quoniam in mortalis
3a ibi Circuibam. Circa primum dic
sic. Hec s. predicta priuilegia queda
ntur per sapienciam que ego per cogita
cogitabo cogitans quantum ad ac
tum intelliam apud me occulte
sine expressione vocali ad alios
et commemorans in corde meo. q.
dicit non solum cogitaui intuitu
situ et custodie de nobilitate sapie
que est vere dei cultus sed comme
moraui in corde meo hoc est me
moraui per certam quam michi
decet possem facilius de ea
cogitare quando vellem. ea que
scimus in memoria considera
quasi voluimus sicut d. 2o de ca
Sic igitur patet quod intente
de ea cogitauit. 2o ondit qua
les virtutes mea ponderauit
et sunt quatuor. Dat enim sapientia
perfectum multiplicem sapienti
s. cognicionem veritatis quantum ad
intellectum delectacionem iocunditatis
quantum ad affectum. Conuersa
cionem honestatis quantum ad effec
tum. Disputacionem falsitatis in di
sputando et declaracionem difficul
tatis in predicando. Dicit ergo quod
cogitans de sapientia animaduerti
quoniam in mortalis est in co
gitacione quia vera est sapientia de
nectus et eternus et in amicicia
illius est delectacio bona. Unde
dicit Aristoteles 10 ethicorum quod philosophia

uidetur habere admirabiles delectacio
nes. Est autem philosophia amor sapiencie
delectacio enim in sapientia est magna
quia quanto magis amatur suauior
uior uidetur. Ecclesiastici 24 Qui edunt
me adhuc esurient. Dicit de sa
piencia ad litteram et ideo prouerbiorum 4 dicitur
In amore illius delectare iugiter
Tercio de sapiencia dat homini co
nuersacionem honestatis quantum ad
effectum et quantum ad hoc sub
dit in operibus manuum eius
honestas sine defectione. i. Cor.
14. Omnia honeste et secundum
ordinem fiant in nobis. Unde
de sapientia supra dictum est c. 7.
Venerunt michi omnia bona pariter cum
illa et innumerabilis honestas per manus illius
Nec minus quia Ecclesiastici 24 Flores
mei fructus honoris et honestatis
Quarto sapiencia dat disce
ptacionem ambiguitatis in disputando
et quantum ad hoc subdit. Et in
certamine loquele illius sapientia
Qui enim circa veritatem inquirenda
non solum studet sollicitate sed
confert multiplicacione et propriis ac
ingenia commutare quia dubi
tare de singulis non erit inutile
Et ultimo collocata est anima
cum sapientia. Hec autem disputacio
est quasi quedam certamen loquele in
quo certamine debet esse sapientia
i. sapida veritatis inuestigacio non
vana curiositas seu stultitia
2a Thimothei 2. stultas et sine di
sciplina questiones deuita. Ti
mendum est tamen illud quod dicitur
Ecclesiastes 6. Verba plurima sunt et multa
multa in disputacione habencia vanitatem
Quinto sapientia dat de
claracionem difficultatis in predica
do seu in sermonando et quantum
ad hoc subdit et preclaritas in
communicacione sermonum illius
Doctrina enim obscura non
iuuat auditorem. Unde Gregorius

in Dydascalicon. Duo debet doctor vi-
tare in docendo, obscuritatem et pro-
lixitatem. Et dicit sic: lectio duobus
modis animo fastidium ingerere so-
let et affligere, ubi modeamine
spiritum, inqualitate, vz si obscurior
fuit, in quantitate si prolixior
extitit. In quo utroque magno uti
modeamine oportet, ne quod ad re-
fectionem quesitum est, vertatur
ad suffocationem. Et ideo dicit
quod debet esse preclara in continua-
tione sermonum illius. Ibi postea de-
lectatio sermo. t. illum. Et intrinsece dat
primis quia quo Salomon tot
in ea virtutes et gratias conside-
ravit. Et ideo istam sapientiam acqui-
rendam multipliciter laboravit et
quantum ad hoc subiungit sic
querebam querens ut illam in
assumerem querebam in quidem
inspiciendo creaturas, discutiendo
scripturas et audiendo veritas.
Plato cum in morte sua dicitur disci-
pulos docuisse quod libentius
nigros audierit quam scriptura
corpus in spiritu (?), adiungens quod
lux viva facie se offert in spiritu (?)
nigri autem sub pluribus faci-
bus eam offert audienti. Tamen
ergo dicit Salomon ut eam assumerem
mihi i. ad fructum commodum
et nostram utilitatem meam primo
et principaliter et tandem ad commo-
dum aliorum. Prov. 9. Si sapiens
fueris tibimetipsi eris. Non sic assu-
munt sapientiam qui male viven-
tes alios illuminant, sicut cande-
la non ad commodum sed ad con-
sumptionem sui et aliorum illumina-
tionem lucet. Et propositum homo
sanctus lucet sicut sol, qui etiam
ipse lucens et alios illuminat sine
sui detrimento. Eccli. 27. Homo
sanctus in sapientia manet sicut
sol. Quarto dicitur quod in amici-
tia sapientie est delectatio. Est notandum
quod nulla res est in homine
que sic declarat qualis est sicut

delectatio hominis. Unde omnis homo
talis denominari debet quale est
illud in quo delectatur. Et ideo vir-
tuosus dicitur qui gaudet in
operibus virtuosis, iustus qui in
operationibus iustis, voluptuosus
qui delectatur in operibus voluptatis,
et sic de singulis virtutibus et vi-
ciis. Unde sicut tradit (?) philosophus
10 Ethicorum delectatio in homine est
mensura (?) regula per modum finis.
Et ideo dicit Augustinus super illud ps.
Scrutans corda et renes deus:
finis cure et cogitationis est de-
lectatio ad quam quis nititur per-
venire. Finis possessionem pecunie dat
se mercationibus vel alicui operi
per quam pecunia acquiritur, et qui
delectatur in milicia dat se ope-
ribus strenuitatis. Unusquisque
ordinat se finaliter in illud in quo
magis delectatur. Et ideo docet philosophus
2° Ethicorum c. a. quod a delectationibus
et delectabilibus maxime debemus
cavere, et quod nos debeamus
nos habere ad eas sicut senes de plebe
Troiane se habuerunt ad Helenam.
Senes enim plebis Troiane in-
dicaverunt eam esse abiciendam.
Unde hec est doctrina philosophi lib.
ibidem: alii ad alia apti nati
sumus. Quod autem notum est, unius-
cuiusque ex sua delectatione ipsa et
nata considerandum est. Secundo ista
delectatio sit bona vel mala. Si bona,
bene quidem; si mala, in con-
trarium oportet nos attrahere. Dicit
philosophus lib.: sicut volens lignum tor-
tuosum dirigere ad rectitudinem
ipsum in contrarium ultra rectitu-
dinem retorquet, et sic tandem
reducit ad medium. Hec est doc-
trina philosophi lib. ibidem. Hec est
causa quare prudenter sibi
proficere demum proponit ps. ubi
dixit: iocundum sit eloquium
meum, ego vero delectabor in domino.

Ne (margin) — Unde quod delectat venire (margin) — No (margin) — potest (margin) — an (margin) — No (margin)

Secundo delectacio hominis est morum
declaratiua quia sicut dictum est singu-
laris est unusquisque, quale est ipsum
in quo delectatur moraliter loquendo
hominis gestus exterior includis ei
sensus argumentum prebet de compo-
sicione mentis. Unde Seneca ad Lu-
cillum epistola 88. Omnia vero si obseruet
indicia sunt argumentum morum. Et
116 minimis licet capere. impudicum et
incessus ostendit. et manus mota
in dominum virum rursum. et relatus
ad caput digitus. et reflexio ocu-
lorum improbum risus. insanum
vultus habitus et demiat. illa cum
notas in aperto eminentie qualis
unusquisque sic faciens si quis ea
laude apperuerit. Tercio delectacio hominis
est morum augmentatiua. Unde Philosophus
10 ethicorum dicit. Et enim homines
meditantur et inquirunt illa in
quibus delectantur quam alia.
Unde delectaciones proprie confirmant
operaciones suas. Et ideo si duo homines
ad eandem artem ponantur
ille magis proficiet qui ceteris pari-
bus amplius delectatur et ex hoc
sunt illud quod delectacio proficiat
operacioni. Secundo principaliter
notandum est quod triplex est de-
lectacio naturalis bestialis et racionalis.
Delectacio naturalis est sine qua
natura humana esse non potest
sicut est illa delectacio quam homo
habet in cibo et potu et sompno
sibi convenienter. que quidem de-
lectacio peccatum non est nisi non ex-
cedat regulas racionis. Unde Aristoteles
7 ethicorum delectacionum quedam sunt
necessarie quedam voluntarie et ex
electione necessarie sunt sicut cibi et
potus ad conseruacionem indi-
viduum et venereorum ad conserva-
cionem speciei. Voluntarie delectacio-
nes sunt sicut victoria honor et
divicie. Hoc autem que delecta-

cionis non potest homo continue
delectari secundum Philosophum 10 ethicorum. Cum quod
anima non potest continue operari
et delectacio non est sine operacione ac-
tum quia delectacio continuata
ita vertitur in fastidium si
non sit diuersa. ita in illum est per-
fecta. Unde docet Philosophus quod qui de-
lectantur in uno vehementer sicut
non attendunt alia sicut dicit
ipse amantes fistulas non atten-
dunt sermonibus qui delectabiliter
alter repellat. sed si remisse in ali-
quo delectamur possumus simul at-
tendere ad alia sicut qui
vident in theatris male agonizan-
tes possunt simul comedere. Loquitur
ura 10 ethicorum c. 1. Et ideo ista de-
lectacio non est naturalis delectacio
hominis. Tamen homo appetat conti-
nue et perpetue delectari. qualis de-
lectacio numquam habebitur nisi in
visione domini. qui tota anima et
simul et semper adimplebitur gau-
dio. iuxta illud psalmista Adimplebis
me leticia cum vultu tuo. delecta-
ciones in dextera tua usque in finem. Secunda
delectacio bestialis est que est turpi-
ssima delectacio et opprobriabilis
sicut dicit Aristoteles 7 ethicorum c. 14.
quia homines tali delectacione non
utuntur secundum quod homines
sed secundum quod animalia. sicut
narrat ibidem de quodam qui
appetit habere guttur ita longum
sicut esset guttur gruis. Delectacio-
nes vero circa tactum maxime in-
ducunt bestialitatem et fa-
ciunt hominem brutalem. quia
non sunt hominis secundum quod homo
sed proveniunt vel ex corrupcione
complexionis vel ex mala assue-
factione vivendi. Proverbiorum 4. Ne delecte-
ris in semitis impiorum. nec tibi
placeat malorum via. Tercia de-
lectacio est racionalis que consistit
in contemplacione veritatis. Sed cum

eadem delectatio que placet uni et
displicet alteri. Queritur que delectatio
debeat dici delectatio hominis. Philosophus 2°
10 ethicorum quod si queritur de sapo-
ribus quid est dulce quid amarum
quia quod sanus dulce infirmus
dicit amarum. Dicendum est quod
illud est dulce quod sanus dicit
esse dulce non quod infirmus. Eode
modo dicendum quod illa est delecta-
tio humana quam virtuosus et
bonus iudicat hominis delectationem
esse non autem illa quam corru-
ptus et malus. Ille enim sunt
delectationes simpliciter et ille autem
non sunt delectationes simpliciter
sed delectationes in istis sunt et
brutales in naturales et egritu-
dinales. De quibus dicit ysa 66
in abhominationibus anima eorum
delectata est. sed delectatio simpliciter
est illud in quo sanus moraliter
i. virtuosus homo delectatur. sic
in omnibus divitijs prosunt delectari in
domino etc.

lc̃o 116 — lecto 116

Puer eram ingeniosus et sortitus sum ani-

mam bonam et cum essem magis bonus
veni ad corpus incoinquinatum.
Et ut sciui quoniam aliter non
possem esse continens nisi deus
det et hoc ipsum erat summa sapientia
scire cuius esset hoc donum adij
dominum et deprecatus sum illum
et dixi ex totis precordijs meis.
Sicut in principio huius capituli
dictum fuit Salomon in isto
capitulo de sapientia et se ipso quandam
fingit parabolam ponens se ipsum
loco cuiusdam amatoris ardentissimi
sapiencie quam tamquam quandam vir-
ginem nobilissimam contraxisset.
Utitur autem ista fictione ad osten-
dendum amoris vehementiam
quam habuit ad sapientiam acqui-
rendam quia inter tales personas

continuit amor ardentissimus inve-
nitur. Quatuor autem solent
iuvenes conbacturi facere primo con-
siderant condiciones persone cum qua
proponunt contrahere. 2° dotem et divi- iiij
cias quas per eam accipere. 3°
sui ipsius condiciones examinat
an possit puelle congruere. 4° de-
liberat quomodo eam a parentibus
et amicis possit petere et habere.
Iuxta ista quatuor Salomon
quatuor facit a principio capituli.
Nam primo ostendit sapientiam esse mi-
rabilem amabilem et gloriosam. 2°
ostendit ipsius dotem fore desidera-
bilem et preciosam. tercio declarat
sui ipsius condicionem fore specta-
bilem et virtuosam. Quarto ostendit
datorem puelle habere nobilitatem
venerabilem et gloriosam. secundum
ista capitulum fuit divisum in quatuor
in principio de duabus considera- et
cionibus est expeditum et de dua-
bus secundis exequitur in presenti
lectione et sic hec lectio dividitur
in duas partes. Nam primo ostendit
sui ipsius condicionem fore spec-
tabilem et virtuosam ut merito
dignus appareat tanta sponsa.
Secundo ostendit datorem puelle
habere nobilitatem venerabilem et glo-
riosam a quo ipsa puella amicabiliter
est petenda. 2a pars ibi Et ut
sciui. Circa primum duo facit primo
ostendit se commendabilem aptum
et ydoneum ad contrahendum
cum sapientia ex perfectionibus virtutum
naturalium. Secundo ostendit se
amabilem ex dignitate virtutum
moralium. 2a ibi Et cum essem
magis bonus. Dicit ergo primo sic
Puer in quo eram ingeniosus
et sortitus sum animam bonam
ubi reddit se commendabilem
ex tribus scilicet a corporali iuvencia

ibi puer eciam ab intellectuali pericia ibi
ingeniosus a spirituali iniusticia et ibi
sortitus sum animam bonam Anima
enim non est perfecte bona nisi per
graciam et caritatem qua debito
modo ordinatur in deum Unde
2 Augustinus li. de libero arbitrio
Bona est anima in universitate me
lior in suo genere optima ex sui or
dinacione Est autem hec ordinacio
omnimoda conversio voluntatis in
deum et ex se tota voluntaria de
vota subieccio Ideo autem dicit
6 Sortitus sum animam bonam
non quod aliqua ad bonitatem de
venit sed quia primam graciam
nullus potest mereri Nam cum ex
meritum sit ex gracia si ipsa gra
cia caderet sub merito primam gra
ciam precedet Et ideo deus sponte
dat homini primam graciam homini
inquam se gracia disponenti
disposicione naturali et non prebenti
obicem gracie primalium liberi
arbitrii Licet autem ad primam
graciam requiratur disposicio con
veniens previa illa tamen non
vincitur graciam merito condigni
sed congrui tantum Et ideo dicit
Sortitus sum animam bonam co
llocam primo gracias agentes deo
patri qui nos dignos fecit in partem
sortis sanctorum Solent enim que
sorte dantur divinitus dari sicut
dicit Aug. super gen. ad litteram c. 22
ubi ipsam litteram exponit Puer
eram inquam ingeniosus et cum
essem magis bonus etc. ubi Sa
lomon loquens pro tempore sue
iuventutis dicit se fuisse grossum
pro tempore sue iuventutis non
solum in naturalibus sed eciam
in moralibus Unde dicit sic Et
cum essem magis bonus supra
quam ingeniosus et tum magis
in me preminet bonitas mora
lis quam bonitas naturalis in

gente veni proficiendo continue tunc
temporis ad corpus incoinquinatum
i. attigi ad tantam perfeccionem virtutum
moralium quod corpus meum ser
varem incoinquinatum a criminibus
viciorum et quod dixit pro statu suo primo
quando in sua iuventute deo le
gitur placuisse 3° Reg. 3 Dilexit
Salomon dominum ambulans in
preceptis David patris sui Conse
quenter ponit Salomo modum
petendi istam puellam scilicet sapienciam
sibi dari in dotem et hoc a deo qui
dat puellam hanc scilicet sapienciam Ia
cobi primo Si quis vestrum indiget sa
piencia postulet a deo qui omnibus
dat affluenter et non in
properat Dicit ergo sic Et ut scivi quo
niam aliter non possum esse con
tinens nisi deus det Tangit
specialiter bonum continencie quia con
tinencia est vera via ad sapienciam
Iacobi 3° Sapiencia que ~~sursum~~ desursum
est primum quidem pudica est et
hoc ipsum est sapiencia summa scilicet scire
cuius esset hoc donum adii dominum et
deprecatus sum illum per sapiencia
optinenda et dixi ex totis precordiis
meis i. ex profundo cordis mei
non ex summitate labiorum In ps. De
profundis clamavi ad te domine
Precordia enim secundum Papiam
sunt loca vicina cordi eo quod
ibi sit principium motus et co
gitacionis et declinatur pluraliter
et non singulariter Unde Ysidorus
de summo bono libro primo Quid
prodest strepitus labiorum ubi cor
est mutum Sicut enim vox sine
modulacione est quasi vox por
corum sic oro sine devocione
est quasi mugitus boum Et in
eodem Oro in quo cordis est
non labiorum neque enim verba de
precantis deus intendit sed ora
tis cor aspicit Melius est enim
silencio orare corde sine sono vocis

quam solis nubis sine intuitu me-
tis. Nota quod multi petunt ca-
stitatem segniter et non ex totis
precordiis sicut de semetipso mira-
biliter confitetur Augustinus
8 confess. c. 7. Ego inquid adolescens
miser et valde miser in exordio
ipsius adolescentie petieram a te
castitatem et dixeram da michi
castitatem et continentiam sed
noli modo. Timebam enim ne me
cito exaudires et cito sanares
a morbo concupiscentie quem malebam ex-
pleri quam extingui. Tria bonum
ingenium constituunt, tria bonum
ingenium ordinant, tria bonum
ingenium corrumpunt. Memoria
intelligentia et voluntas prima tria
sunt. Unde Augustinus 10 de ci(vitate)
c. 24 in hiis tribus in spiriti so-
lent ingenia puerorum cuiusmo-
di presserunt indolem quanto quis
vero tenacius et facilius percipit
meminit quanto acutius intelligit
et studet ardentius tanto est
laudabilioris ingenii ut dicit Au-
gustinus. Unde illa ingenia que
studiose applicare non possunt
licet acuta sint fortassis et as-
pera laudabilia tamen non sunt
secundum eum. Est enim studium
sicut dicit Hugo Dydascalicon libro
3 animi assidua et vehemens
applicatio ad aliquid agendum cum
summa voluntate occupata.
Per quem vero modum studere debet
bonum ingenium docet prudenter
Macrobius libro primo Saturnalium
in principio ubi multa dicit quod
sicut apes colligunt de diversis
floribus cibum suum et in mel-
ipso labore convertunt ita studens
circa illud in quo studet aliquam
operationem habere debet vel abrevia-
re vel aliter ordinare quia alias
non transibit ingenium sed

in memoriam dicat quod sic. Ut in cor-
pore nostro videmus sine ulla opera
nostra fieri. Nam alimenta que ac-
cepimus quamdiu in sua quali-
tate perseverant et solida natant
male stomacho onera sunt. At
cum ex eo quod erant mutata sunt
tunc demum in vires et sanguinem
transeunt. Idem in hiis qui-
bus aluntur ingenia prestemus
ut quecumque hausimus non pa-
tiamur integra esse ne aliena sint
sed in quandam eo generem coquoquatur
alioquin in memoriam incipit
non ingenium. Idem dicit Se-
neca ad Lucillum epistola 8 a de verbo
ad verbum sic. Sed quantam dili-
gentiam habent homines ad contra-
rium sua. Isti ad luctum isti ad
pugnam isti ad cursum illi ad
saltum alii ad ludum alii ad
bellum et quam pauca curant
sunt circa ingenium in adiscen-
dis bonis moribus vehementer
plangit Seneca epistola 81. Cogito
inquid quam multi bella exer-
ceant ingenia quam pauci per-
quirunt ad spectaculum ludorum
fiat concursus quanta sit circa
artes bonas sollicitudo quam
imbecilli animo sint post lace-
ratos homicidas quia mirantur.
Hec tria ergo bonum ingenium con-
constituunt memoria intelligentia et
voluntas studii. 2^m tria sunt
que bonum ingenium osten-
dunt. Illud enim ingenium est
bonum quod novit elige veritatem
abice vanitatem et parvipende
loquacitatem. De primo loquitur
Aristoteles 8 ethicorum. Bonum ingenium
est secundum veritatem vere
bene posse eligere et fugere falsum
et si hoc verum est in speculativis
multo magis est verum in mo-
ralibus. Unde illa sunt bona

ingenia / que mundum falsum / et
fallacys plenum fugiunt / et pre
eligunt viam Christi / Iuxta psalmistam / viam
veritatis elegi / hoc est primum signum
boni ingenii elige veritatem / Secundum
signum boni ingenii est abiecte
vanitatem / Non enim omne sub
tile ingenium est bonum / sed soli
dum / quia nichil est magis in
fructuosum / quam subtilitas que
sola est / Unde petrus Ravenn in
sermone Odibilius nichil subti
litate / ubi est sola subtilitas / quod
non prodest nullis / expende dies
suos / que nec domi nec in bellice /
nec in foro nec in claustro / nec in
curia nec in ecclesia / nec alicubi prosunt
sunt nisi duntaxat in scolis / De
hac scribit Seneca ad lucillum
Quid enim acutius arista / in acutis stat
quo nichil est utile quam id ingeni
um / quod sola subtilitate lasci
mens / nulla inse residet gravi
tate / Hec petrus / Nota dictum symo
nis de mephani contra eos
ista inquid valent in urbe nostra
morbe / et loquens de subtilitate
genium / Et ideo nos qui christiani
sumus / quos demones infestant /
ut ad vicia attrahant / quibus
nos mors continue comminatur
ut auferat / operibus virtuosis stude
debemus curiosis obmissis iuxta
illud quod monet Seneca epistola
16 demes omnibus indecis / si tu
sapis in instinctum / minorum
senes et femine congererent / cum
iuventus intra fores armata
signum eruptionis expectaret /
cum hostilia in portis tela vi
brarent / et ipsum solum suffossio
nibus et cuniculis tremeret / se
dens ociosus / et hic contumo cla
mans / ponere quod non perdidisti
habes / sed cornua non perdidisti / ergo
cornua habes / inquid tibi demens
videor / si in istis impendo operam / et
nunc obsidior / quid agam / mors
me sequitur / vita fugit / adversus

hec docete me aliquid effice / ut ego mor
tem non timeam / Tertium signum
boni ingenii est perpendere loqua
citatem / et capiatis concessionem
verborum / Unde Augustinus in sermone
post c 166 / Bonorum ingeniorum
clara est indoles / in verbis dissonantibus
verum amare / non verba / quid enim
prodest clavis aurea / si aperire quod vo
lumus non potest / aut quid obest lignea
si hoc potest / cum nichil petimus / nisi
patere quod clausum est / Sic ergo
tria sunt que ingenium bonum
ostendunt / Tria sunt / que inge
nium bonum corrumpunt / Scilicet pri
ma lenitas / perversa voluntas / la
scivia voluptas / Lenitas enim
animi et dissolute spectaculorum / et lu
dorum secularium corrumpit
ingenium / sicut Augustinus 9 confessionum c. a.
Secundo corrumpit perversa
voluntas / Unde Ambrosius dicit de
moribus ecclesie monachorum libro
secundo c 3 / Scio quosdam esse qui
quamquam bono ingenio utuntur / ista
videant / mala tamen voluntate
ipsum quoque ingenium sunt ami
si / Tertio corrumpit ingenium
lasciva voluptas / Unde Seneca
in prologo i libro declamationum / Nichil
tam mortiferum ingeniis / quam
luxuria et torpor / Consequitur ibi
dem plangendo declamavit / Tor
pent inquid ingenia desidiose
iuventutis / nec in unius honeste
rei labore vigilatur / somnus
languor / quia ut somno et
languore / torpor malarum rerum
industria invasit animos / cantandi
saltandi que obscena studia
effeminatos tenent / capillum frangere · *alias calamistris alias capillum*
fingere / et ad muliebres blandicias
extenuare vocem / mollicie corporis
certare cum feminis / et in mundissi
mis se excolere munditiis / morum
adolescentum spes timete / Quibus
equalium loquitur vitiorum loquitur

Cam 9m

Homo creatus est ad tria
Ad dominandum
Ad ordinandum
Ad iudicandum

insectus filijs suis scilicet tribus/ Se
necte medie et nonatos/ quis in quid
equalium vrorum/ quis dicam=
satis ingeniosus/ quis satis stu
diosus/ fione qui satis ubi est
venereus mollities/ cuncte sed nati inventi ma
nent/ expugnatores aliene pudi
citie/ negligentes sue etc. Cam 9

Eo 11 a cam 9

Deus patrum meorum
Et domine misericordie
qui fecisti omnia verbo tuo/ et sapientia
tua constituisti hominem/ ut do=
minaretur creature tue que a te
facta est/ ut disponat orbem terrarum
in equitate et iusticia/ et in directione
cordis iudicium iudicet=
Postquam Salomon declaravit
quod sapientiam que est donum dei intel
lectus/ acquiri non potuit nisi illa
a deo petendo per instantiam sume
devocionis/ in isto capitulo quem ex
planat formam et seriem sue=
supplicationis/ qua deo proponit pro
sapientia acquirenda. Sicut autem
supplicationis enarratione duo
facit. Nam primo commendat divi
nam excellentiam/ Secundo=
allegat humanam indigentiam/ 2a
ps ibi/ Quia servus tuus sum/ et in ista duo
facit usque ad finem capituli alternatim/
quia aliquando supplicat/ aliquando vero
allegat quare exaudiri debeat. Circa
primum duo facit/ primo captat divi
nam benivolentiam/ 2o proponit sue
peticionis summam ibi/ Da michi sedium
tuarum assistricem. Circa primum in
captando benivolentiam divine
maiestatis/ extollit deum ex tribus/
scilicet excellentia potestatis ex sapientia
sicut patet in littera. Unde dicit sic
Deus patrum meorum. Cum pueri
hominis serviunt alicui magno/
talis homo familiarius et confi
dentius a tali domino postulat
illud quo indiget. Homo etiam

dominus adoptat filios sibi bene
servientes/ et ideo patres illi quos
bus descenderat Salomon/ bene
deo servierant/ sicut Abraham, Y
saac et David/ Ideo hoc primo allegans
ait Deus patrum meorum
et domine misericordie/ qui liberaliter das
unam/ qui fecisti omnia verbo tuo
i. filio tuo Jo primo. Omnia per ipsum
facta sunt/ Verbo tuo i. ita faciliter
fecisti omnia/ sicut homo loquitur
verbum suum/ Ipse dixit et facta
sunt/ qui et sapientia tua con
stituisti hominem/ q. d. licet omnia
creaturis sapienter/ quia omnia in
sapientia fecisti/ tamen in creatione
hominis maxime relucet sapientia
tua/ in quo ymaginem tuam po
suisti Gen 1. Faciamus hominem
ad ymaginem et similitudinem
nostram/ in quo etiam totius mundi
machina reperitur ymago/ Unde et
minor mundus appellatur. Istum
autem hominem creasti ad tria
scilicet ad dominandum potentiam/ ad or
dinandum per sapientiam/ ad iudicandum
per clementiam. Et sic in istis dei
ymago que est homo correspondet
ipsi deo/ tamquam suo exemplari
qui potentiam. sapientiam. et cle
mentiam. cuncta gubernat. Dicit
ergo Et sapientia tua constituisti ho
minem/ ut dominaretur creature tue
ia deus etc. posuit timorem illius super
omnem carnem/ et dominatus est be
stiarum et volatilium/ Gen primo
Crescite et multiplicamini et replete
terram/ et subiicite eam/ et dominamini
piscibus maris et volatilibus celi
et universis que moventur super
terram. Secundo constituit deus
hominem ad ordinandum per 2v
sapientiam/ Unde subdit/ ut dispo
nat orbem terrarum in equitate et
iusticia/ orbem terrarum i. omnes
qui orbem terrarum inhabitant
domini est terra et plenitudo eius

Nota dns eme
ppt hereditariam possessionem
ppt acquisitoriam mercacionem
ppt emptoriam tantum

non solum collatum est nature hu
mane ut ducatur super creatura
potentiam sed ut disponat huma
nam qualitatem secundum racio
nem iustis legibus et statutis
hominum omnibus generis arte eciam be
niuit sicut dicit Augustinus libro primo me
thaphisice. Ro constituit deus hominem
ad iudicandum per clemenciam cle
mencia enim debet esse in iudice
ut videlicet odiat culpam et diligat
personam et quantum ad hoc dicit
constitui te hominem ut in di
reccione cordis indicet iudicium
in directione iniquam cor
dis non per calumpnias uel cavil
laciones seu cautulosas circum ue
ntiones et propositum dicit Proverbiorum
28 princeps indigens prudencia
multos opprimit per calumpniam do
minus autem propter hereditariam po
ssessionem propter acquisitoriam mer
cacionem propter emptoriam tantum
Nota quod christus dicitur dominus meus
ut patet Romanorum primo Benedictus
deus et pater domini nostri ihesu christi primo
mearum et cetera Secundum patet in
redempcione quando sanguinem
suum pro nobis fudit ut deme[ncius]
sicut dominus meus omnibus
meam dare posset In psalmo Qui re
dimit de interitu vitam tuam qui
coronat te in misericordia et miseracione
Tercium patet quod ipse facit
et efficit meam ubi nulla suppe
tunt unde sicut fabricator
uel artifex est dominus rei fac
te si ita causaret materiam
sicut formam ita christus est dominus
meus quia creator meus qui facit
meam meritis non exigentibus
et propter istas tres causas dicit dominus
dives in misericordia Ephesiorum 2 Deus
autem qui dives est in misericordia propter
nimiam caritatem suam et cetera
Singit autem in christo magnitu
do mee et promptitudo ad misera
ndum ex duabus connaturali pietate
cognali pietate et exprimens li[bertate] 2°
connaturali pietate sicut enim pro
prium est igni calefacere soli lucem il
luminare ita proprium est christo misereri
Unde canit ecclesia Deus cui proprium
est misereri et semper parcere et ideo
dicunt sancti quod deus quasi in in
tus punit et coacte et tarde sicut
homo tarde facit illud quod in
vite facit secundum Christo[stomum] unde christus
tardus est in puniendo et velox
in miserando sicut ignis tarde de
scendit quia hoc est contra naturam
ignis et velociter ascendit vel christus
velocissime miseretur et cum mag
na expectatione punit et dicit 2°
mystice quod est longanimis et mul
tum misericors In signum autem
quod cum dolore et displicencia pu
nit peccatores dicit per prophetam y
saiam ysaie primo heu ego consola
bor super hostibus meis et vindi
cabor de inimicis meis ubi ponit
interiectionem dolentis quasi dicat cum
dolore et displicencia hoc faciam
scilicet quod consolabor me unde sicut
nulla res potest perdere suam propriam opera
cionem totaliter quamdiu manet
licet valeat impediri uel retardari
ad tempus ita nullomodo oblivisceretur
misereri deus nec continebit in ira
sua misericordias suas ymo cum iratus
fuis mee recordaberis Abacuc 3° De
hac mixtura ire et mee Gregorius
super Ezechielem omelia prima declarat
pulchre quod deus cui irascitur
non omnibus irascitur sed ineffabili
modo cum culpas persequitur
ipsos protegit peccatores ad quod
adducit duas hystorias una est de
captivitate decem tribuum quam
deus licet ordinaret ad cor
reccionem populi simul tamen eis
providit de prophetis et sanctis qui
eos in ista captivitate consola
rentur nisi iniquid iratus esset populum
in captivitatem mitte[ret]

tradidisset, et nisi dominus non iratus
esset, eos suos cum illo in captiui
tate non mitteret. Aliam hystoriam
adducit de populo israel, quomodo missis
duodecim exploratoribus, decem re
deuntes populum ad murmuran
dum contra dominum prouocauerunt, in
tantum ut dicerent se seductos. Dominus
ergo iratus dixit, quod nullus eorum
terram promissionis intraret. Quo
audito compuncti, statim se lacrimis
afflixerunt, et armis accincti pa
rant se contra philisteos preliari, ut postea
cinas terram promissionis adquirerent.
Quibus Moyses per dominum dixit: No
lite ascendere, neque pugnetis. Non
enim sum vobiscum, ne cadatis co
ram inimicis vestris. Quarum re
ut dicit Gregorius pensandum est,
si cum ipsis non erat, cur eos ne as
cenderent prohibebat. Si autem cum
ipsis erat, quid est quod ait: non
sum vobiscum etc. Unde Gregorius:
Quia in quid dispensatione discipline
et nunc, et cum ipsis erat, et cum
ipsis non erat. Cum ipsis non erat
ut vincerent, sed cum ipsis erat ne
ab hostibus perirent. O ineffabilia
viscera pietatis, culpas insequitur,
et tamen peccantes protegit, irascitur
se vindicat, et tamen ab hostibus de
fendit, sicut plerumque paruulo fi
lio delinquenti irascitur pater, et re
prehendit in increpat verberat, sed si hunc
in precipicia ire conspexerit, ne in mor
tis periculum ruat manum tendit
et retinet, et quem sic iratus verbe
rauerat ac si non diligeret, sic diligendo
retinet ac si iratus non verberasset.
Hec Gregorius. Et si queratur quis com
pellit deum punire et non prestare
misericordiam libenter totaliter a pena cum
quo est omnipotens. Unde etc. Tu miser
peccator qui misericordiam non desideras,
sicut enim qui desideranti misericordiam
negat tandem est ita qui non de
siderant misericordiam prat in
iustus est. Et si quis quis est ho
qui non desiderat misericordiam. Unde

Tu qui permanes in peccatis. Desiderat
namque misericordiam dei, quod quidam addunt
Ille ergo desiderat misericordiam dei qui timet
iram eius, qui enim iram non ti
met, non desiderat misericordiam sed con
tempnit. 2° dominus est misericors
equali potestate. Quanto enim homo
vel bestia naturaliter est in potentia
maior, tanto est ad clementiam
promptior, sicut patet de leone qui
cum sit animal fortissimum, tamen est
in prostratos mitissimum. Homini
vel animali sibi prostrato non vult noce
re, et parcit iuxta illud: Parcere pro
stratis scit nobilis ira leonis. Si autem
catulus mordeat catulum, statim
remordetur ab eo, et latrat se in bi
cem admittua ultorem. Similiter mu
lieres quia sunt naturaliter debi
les, ...issime se vindicant quam possunt.
Deus autem infinitus est in potentia, quia
omnipotens, ideo homini cuilibet non valet in
sericordiam. Hec causa dominice misericordie assig
natur ... miseretur omnium quia omnia
potes. Et ideo canit ecclesia: Deus qui
omnipotentiam tuam parcendo ma
xime et miserando manifestas.
Si enim aliquis hominem regem
offendat, contra potentiam suam se
tuetur vel fugiendo, et in regnum
aliud se transferendo, vel si seipsum
contempnens mori non timeat
potestatem talis regis euacuat. Non
enim habet homo potestatem nisi
in corpus, quod affligi non potest
anima separata, nec etiam corrupta
si homo sit constans. Sed isto modo
non est de dei potentia, quia ipsius
regnum est ubique, in terra, in celo et
in suo inferno. Si ascendero in celum
tu illic es, et ipsius dominium non
finitur in morte, quia ipse potest et
corpus et animam mittere in gehen
nam. 2° Machab. 6. Manum omnipo
tentis dei neque vivus neque defunc
tus effugiam. Tertio deus est mi
sericors propter ...

Compellit deus punire peccatores

Leone nos se vindicat de ... catulus catulum

2°

3°

granitatem eius alitius morbi me
dicus sicut pt taplicat per speculatem
in libro per examinatem in signo per ex
periencia in corpore ipso ille autem
medicus qui morbum in fim con
siderat speculatiue bene probabit et
compatitur magis autem ille qui
signa actualia et circumstancias
infirmitatis pertractando examinat set
maxime ille in fimo compatitur
qui morbum similem in corpore
suo portat Cristus autem incarnacionem
nostras infirmitates cognouit specu
latiue in libro eterne sapiencie et io
fuit in corde In ps Domino miseretur
pater filiorum miser est deus timentibus se quia ipse
nouit figmentum nostrum post incarnacionem
in sua cottidiana conuersacione cogni
tus est medicus pertractando et
sanando infirmos Vbi tunc habuit
maiorem compassionem et magis
tandem qui temptatus est esuri
uit et sitiuit et ociosus est tunc didi
cit nosse nostras infirmitates per ex
perienciam et multos labores susti
nuit vltimus quando pro nobis
crucifixus est et mortuus tunc
cognouit infirmitates nostras dolo
res atque languores quia vulnera
tus est Et tunc maxime misericors
est effectus Nota quod illa res
dicitur magna cuius vna extre
mitas celum attingeret et alia
in infimum descenderet quantum ad
longitudinem Item si eius lati
tudo tanta foret quod totam
terram repleret eius eciam diuturni
tas ita longa quod nectum dura
ret talis inquam res non immerito
dicitur magna huiusmodi est mi
sericordia dei que a celis incipiens
filium misit non solum in mun
dum sed usque ad infimum ut inde
tolleret animas patrum In ps Misericordia
tua magna est super me et eru
isti animam meam ab inferno inferiori
Secundo totam terram repleuit
quia omnem hominem tangit que

nacionis fuit aut gentis si ad eum
volit conuerti recipit et acceptat In
ps Misericordia domini plena est terra Tercio
hec gracia non fit hodie nec per
tres dies sed a principio mundi ita
fuit et sic erit in finem In ps
Misericordia eius ab eterno et usque in eternum
super timentes eum Et ideo sig
nanter dixit psalmista Miserere
mei deus secundum magnam
misericordiam tuam Et ideo apostolus vocat
Dei misericordiam nimiam caritatem
Eph 2 Deus inquid qui diues est
in misericordia propter nimiam caritatem
qua dilexit nos cum essemus
mortui peccatis conuiuificauit nos
in Christo cuius gracia saluati estis
cui est honor et gloria 119

Da michi sedium tu arum assistricem Sermo 118

sapiam et noli me reprobare a pueris
tuis quoniam seruus tuus sum
ego et filius ancille tue homo
infirmus et exigui temporis et
minor ad intellectum iudicii et legum
Et cum quis fuerit consummatus
inter filios hominum si ab illo abfuerit tua sapiencia
in nichilum computabitur Post
quam Salomon deprecatus dominum
pro sapiencia impetranda captauit
diuinam beniuolenciam in hac
parte proponit deuote sue peticionis
formam Et ita hoc dominus facit Nam
primo proponit formam sue suppli
cacionis Secundo allegat causa
diuine exaudicionis 2m ibi Quo
niam seruus tuus sum In pe
ticione autem sua duo ponit ad
bonam vitam necessaria scilicet diui
nam informacionem et diuinam
et approbacionem Primum pertinet ad
intellectum secundum ad volun
tatem sine effectum petit ergo dominus
scilicet sufficienciam noticie et complacencia
bone vite quantum ad primum sic dicit

Da michi sedium tuarum assistricem
sapientiam / quantum ad secundum / et
Noli me reprobare a pueris tuis Da
inquid michi / quia nec emere po
ssum / nec violenter auferre / ut p. la.
Quid prodest habere divitias stul
to / cum sapientiam non possit emere
Da michi ergo sedium tuarum assis
tricem / id est sapientiam sanctorum an
gelorum in quibus sedes / iuxta illud
psalmi Qui sedes super cheru
bim / assistricem sapientiam / vel sedium
tuarum assistricem sapientiam / id est sa
pientiam que tue maiestati semper
assistit / Non enim petivit sapientiam
mundi / que sedibus principum et
potentum semper assistit / quia ipsa
illa stultitia est apud deum .1. Cor.
3. / sed sapientiam que assistit sedibus
dei. Sedes enim dei dicuntur anime
devote / in quibus christus sedet et
quiescit / Sap. 7. In animas sanctas
se transfert / et Noli me reprobare
a pueris tuis / hoc est dignare me
inter pueros acceptare / et noli per
mittere quod propter demerita mea
sim reprobandus / et eiciendus a
consortio puerorum tuorum / id est electorum
tuorum humilium et parvulorum in
oculis suis Luc. 18. Sinite parvulos
venire ad me / et nolite vetare illos / ta
lium est enim regnum dei / hec est quarto
forma supplicationis / Sequitur
allegatio cause divine exauditionis /
et allegat quod deus debet favorabiliter
exaudire / primo ratione sumpta
a parte sui / secundo ratione sumpta a parte
dei / secunda ibi / tu autem elegisti me
regem. A parte sui assignat duplex
motivum quorum unum procedit
per modum iusticie / aliud per modum
misericordie / primum est specialis familiari=
tas 2° naturalis imbecillitas /
Specialem familiaritatem allegat dicens
Quoniam servus tuus ego sum
per fidem et devotionem / servos enim
suos utiles et necessarios solent
homines gratanter et favorabiliter exaudire.

Iohel 2°. Super servos meos et an
cillas meas in diebus illis effun
dam spiritum meum / et non sum ser
vus conducticius vel empticius
sed originalis / quia nec tibi ser
vire cepi de novo / sed ab unguibus
matris mee ad hoc extiti educatus /
quia filius ancille tue / id est bersa
bee / hoc est igitur domine dicit sa
lomon primum motivum / quare dig
nus sim exaudiri / specialis fa=
miliaritas / sed aliud est quod ma
gis provocat ad compassionem et
ad dandum michi illud quod pe
to per modum beneficii et misericordie non
autem per modum iusti vel iusti
cie / scilicet naturalis imbecillitas / ut
qui sum insufficiens ad facien
dum illud quod debeo / et quantum
ad hoc subdit / homo infirmus
etc. Ubi primo allegat impotentiam
ex defectu nature / 2° ex defectu gratie /
Ex defectu autem nature allegat
impotentiam duplicem / primo ex parte
corporis / secundo ex parte anime / ex
parte corporis dicit sic / homo in
firmus et exigui temporis / q.d. /
homo recognosco propriam debilitatem /
homo id est dicitur ab humo / quasi
infirmus / confiteor fragilitatem
Mat. 26. Spiritus quidem promp
tus est caro autem infirma / quia
dicit exigui temporis pro deco et
brevitatem Job 14. Breves dies
hominis sunt / et Sap. 2. Exigu=
um et cum tedio est tempus
vite nostre Ex parte autem anime
allegat ignorantiam dicens Et mi
nor supple ad intellectum iudicii
et legum / Ista tamen notitia
iudiciorum et legum quas deus
statuit in ecclesia / est necessaria
iudici Levit. 18. Custodite le=
ges meas atque iudicia / que
faciens homo vivet in eis /
Tandem ultimo allegat impotentiam

ex defectu gratie

ex defectu gratie quia quantumcumque homo sit perfectus et sanctus quantum potest acquirere per naturam sine gratia nichil faciet meritorium vite eterne. Et ideo dicit Et enim si quis est consummatus i. perfectus quantum homo per naturam potest Si tamen ab illo fugit sapientia tua i. notitia fidei tendentis inter perditionem tu in nichilum computabitur sapientie 13 Vani sunt omnes homines in quibus non subest sapientia dei Et io de insipientibus dicitur Baruch 3 ca. Et si quidem longe erunt in nichilum computabitur. Noli me reprobare a pueris tuis Nota quod sancti et devoti homines pueris computantur comparantur propter quasdam conditiones que in istis communibus usibus continentur. Sunt enim pueri parvi puri modico saciantur conformes ludunt cito dant cito pacificantur. In eis ergo invenimus parvitatem puritatem sobrietatem conformitatem iocunditatem liberalitatem et tranquillitatem. Sic moraliter sancti sunt parvi contra tumorem superbie puri contra fetorem luxurie sobrii contra furorem gule conformes contra livorem invidie iocundi contra torporem accidie liberales contra rigorem avaritie tranquilli contra furorem iracundie. Primo dico quod sancti sunt parvi per humilitatem. Sicut enim porta celestis sit parva et angusta Et ideo volentes ibi intrare debent per humilitatem parvifieri Matthei 18 nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum. Et Luce 18 Quicumque non acceperit regnum dei sicut puer non intrabit in illud. Nota quod preciosa talia solent operiri cristallo propter

duo. Primo quia honeste et secure servantur a pulvere et ab illicito tactu lesiuo. Secundo quia sic bene manifestantur. Cristallus enim cum sit transparens permittit speciem rei transire ad oculum, ymmo auget speciem et facit rem apparere maioris quantitatis quam est. Isto modo moraliter qui vult virtutes aliquas salvas custodire operiet et operiat eas sub humilitate. Est autem humilitas sicut cristallus qui salvat virtutes a pulvere vane glorie et tactu sine palpatione laudis humane, et in conspectu dei facit eas apparere maioris quantitatis et valoris quam si per se starent sine humilitate. Pistinum modum reputavit beata virgo deo suam virginitatem suam pietatem suam castitatem ita quod fuerunt omnia apta sub cristallo humilitatis. Et ideo signanter dixit in suo cantico quia respexit humilitatem ancille sue Luce 1. Istud in gratuitis naturalibus et in acquisitis qualiter satis patet. quia quelibet virtus talis tanto maior videtur quanto sub humilitate contegitur. Si sapientia inundat ondatur practanciam si fortitudo per arrogantiam si pulchritudo per eleganciam minor apparet. Et sic quodlibet bonum nature minus est gratum homini sed quando tangitur cum humilitate gratum fit homini et acceptum in tantum etiam quod ipsa sapientia appetit humilis apparere. nemo enim est qui superbus vellet apparere vel videri. Unde Bernardus de duodecim gradibus humilitatis. gloriosa res est humilitas qua ipsa quoque superbia palliare se appetit ne vilescat. Unde Saul Samuel loquitur

in tribub'

primo R° 15. Cum esses parvulus in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es. propter humilitatem fuit exaltatus et propter superbiam fuit deiectus. Habet ergo puer puritatem contra tumorem superbie.

2° Secundo habet puritatem contra fetorem luxurie. Quanto enim dominus est maior, tanto maiorem honestatem in sua servitute requirit. Deus autem est maximus dominus. Et ideo vult ministros suos esse mundissimos et honestissimos.

F Cuius figuram legimus primo R° 21. Quod cum David cum sociis venisset ad Abymelech sacerdotem in Nobe, et fames eos urgeret vehementer, petiit panem David ab Abymelech pro se et suis in tanta necessitate. Respondit sacerdos: Si mundi sunt pueri maxime a mulieribus, manducent, quasi dicat: Necessitas non habet legem, sed si immundi essent plu ximam nullomodo eis daret.

Luxuria fetet in conspectu dei et angelorum

Fetet autem luxuria non solum in conspectu dei et bonorum angelorum, ymmo etiam coram aliquibus demonibus nobilis nature. Unde quidam nigromanticus cum demonem more suo solito invocasset, post longam expectationem et carminum suorum iterationem tandem apparuit stans a longe vestibus obturans nares suas. A quo cum coniurator quereret quare ita tardasset et quare ita a remotis se teneret, respondit: Fetor in quo luxurie tue non me permittit ad te accedere. Equat autem ~~ille~~ meretricem suam ille clericus parum ante de talibus visitatur. Illud Ys° 34: De cadaveribus eorum ascendit fetor.

3° Tertio puer habet sobrietatem contra furorem gule, qui enim bibit et comedit preter mensuram naturalis indigentie non excedit. Sic fuerunt sancti viri in hoc pueros imitantes, quantum nature sufficit capiunt et tantam sanitatem quam sumptio conservabunt. Cuius signum legimus Dan. primo. Quod Daniel et socii sui pueri qui nolebant comedere de cibis regis Nabuchodonozor nec bibere de vino eius, sed comederunt legumina et biberunt aquam, honestiores fuerunt ceteris pueris Caldeorum. Unde dicitur ibi: post decem dies inventi sunt vultus eorum meliores et corpulentiores pre omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. Et pueris illis dedit dominus scientiam et disciplinam in omni sapientia et libro. Et ideo comparatur merito sobrietas amethisto, de quo dicitur in lapidario c° 16: Hic facilius est sculptibilior ebrietati, tamen habet merito sirarior est. Dicitur autem de isto lapide, quod preservat equum gestantis a cepitatione et infirmitate. Isto modo moraliter sobrietas facilis est sculpi, quia sobrii facillime docentur et castigantur. Similiter anima viri sancti est sicut eques, caro sicut equus. Ys 31 rege et refrenare et indu[?] calcaribus. Si non eques, id est anima, istam gemmam, id est sobrietatem portaverit, equus, id est caro, non perdet sensum, non excogitabit in via morum, non cadet per peccatum, ymmo etiam corporalem infirmitatem evadet. Unde Seneca in declaratorio: quod ideo subito morimur, quia de mortibus vivimus, quid quod animam non ... quidque piscium natat, quid ferarum discurrit, vivis sepelitur ventribus, que int-

eques id est anima, caro equus [?]

cur subito moriamur, quia mor-
tibus vivimus. Et ad Lucillum: Ergo
innumerabiles morbos multa fercu-
la fecerunt; in unam leges morbos
non mirabilis, cocos numera. De hac
in nota, dicit Innocentius De debi-
litate conditionis humane: Primi-
tive vite hominis aqua et pa-
nis, et vestimentum protegens tur-
pitudinem et domus. Gulosis autem
non sufficiunt fructus arborum,
non genera leguminum, non radices
herbarum, non pisces maris, non
bestie terre, non aves celi, sed que-
runtur pigmenta, parantur aro-
mata, capiuntur aves, nutriuntur
altilia, que studiose coquuntur arte
coquorum et laute parantur officio
ministrorum. Alius contundit et
colat, alius confundit et confi-
cit, alius substantiam convertit
in accidens, alius naturam mutat
in artem, ut saturitas transeat
in esuriem, et fastidium revocet
appetitum, ad irritandum gulam,
non ad sustentandum naturam,
non ad necessitatem supplendam,
sed ad cupiditatem explendam.
Hec ille. 9° puer habet conformita-
tem contra livorem invidie. Si enim
puer videat matrem flere, stati(m)
plorat, et si videat eam ridere,
statim arridet. Isto modo mult(um)
decet sanctos viros compati tri-
bulatis et cum proficientibus ga-
udere. Romanorum 12: Gaudere cum gau-
dentibus, flere cum flentibus, ut
sint omnibus conformes per cari-
tatem. Isti figurantur per pueros
clamantes in templo Osanna
Christo, Matthei 21. Soli enim pueri ca-
rentes invidia digni sunt Deum
laudare. Decimo puer habet rotundi-
tatem contra torporem accidie.
Rotunditas enim cordis facit
eos ita mobiles, quod currunt,

ambulant et discurrunt et ludunt,
et numquam sunt ociosi. Sic in pro-
fectu debent esse laboriosi solli-
citi et semper in aliquo utili oc-
cupati. Horum signum habemus in Sa-
muele, Regum 1, 2: Puer Samu-
el ministrabat coram Domino pu-
er, tamen cum esset ablactatus. 6° 6°
puer habet liberalitatem contra rigorem
avaritie. Puer enim libenter dat
quidquid habet. Isto modo sancti
viri liberales esse debent per ele-
mosinarum largitionem. Istos signa-
bat puer habens quinque panes or-
deaceos et duos pisces, de quibus
Christus saciavit quinque milia hominum,
Io. 6. Et Tob.: Cum esset iunior
omnibus in tribu sua in cap-
tivitate, nichil tamen puerile
gessit in opere, sed omnia que habere
poterat, cotidie concaptivis fra-
tribus qui erant ex genere suo im- 10
partiebat. Tob. primo. Septimo
puer habet tranquillitatem con-
tra furorem iracundie. Puer enim
nullum ledit, et si ipse ledatur
et offendatur, statim remittit. Et
unde pro bruno pomo reconciliatur,
si valde fuit offensus. Isto modo
sancti viri debent eis illis qui 11
in eos delinquunt remittere. Nota
quod Aristoteles Ethicorum 4 c. 13 in sua
theorica distinguit tres species ira-
cundorum: sunt enim quidam acu-
ti, quidam amari, et quidam
difficiles. Acuti dicuntur qui velociter
irascuntur et velociter quiescunt,
et illud est optimum, quod non
retinent iram in corde celando,
sed statim iram suam per aliqua
signa manifestant propter velo-
citatem motus ire, et ad istam
passionem maxime disponuntur cole-
rici propter subtilitatem cole-
re. Amari dicuntur quorum ira diu per-
severat, et eam iniqua ondunt

sed occultauit et ideo fuit amarissi
mi in scriptis et etiam ad alios
et indigent multo tempore ad
hoc quod digerant iram suam
et adhuc erant iram maxime dis
ponitur mclanco[li]a. Difficiles
dur qui iniqua cessant ab ira
concepta donec fuerint vindicati
Statuitis speciales vince debet quilibet
sanctus per mansuetudinem
et moderamen aliis omnibus primam per
modestiam ne sit acutus secundam
per patientiam ne sit amarus
tertiam per pietatem ne sit difficilis
ut sit puer deo gratus moraliter
de quo osee primo puer israel di
lexi eum etc. lectio 119

lco 119

Tu autem me elegi
sti regem populo
tuo et iudicem filiorum tuorum
[et] et filiarum et dixisti me
edificare templum in monte
sancto tuo et in ciuitate habitatio
nis tue altare similitudinem
tabernaculi sancti tui quod prepa
sti ab initio et est tecum sapientia
tua que nouit opera tua que et
affuit tunc cum orbem terrarum fa
ceres et sciebat quid placitum
esset oculis tuis et quid directum
in preceptis tuis. Postquam sa
lomon supplicauit pro sapientia im
petranda et racionem quare adeo ex
audiri debuit allegauit sumpta
a parte necessitatis in hac parte ar
guit aliam adiungit racionem a dicto
sumptam ex parte diuine bonitatis
et caritatis talis. Decet diuinam
bonitatem perfecte consummare illa
que proponit et incepit sed tu deus
posuisti perfectionem mei quod
forem rex et iudex populi tui et
edificator templi tui que sine
tua sapientia non [sunt] perficitur ergo de
possum

et te decet dare michi sapientiam
tu qua ista que proposuisti me facturum
consummare possim. Dicit ergo
sic Tu elegisti me regem quasi
diceret non me ingessi per presump
cionem nec me intrusi per vio
lentam occupacionem sed tu me
elegisti et non super vnam ciui
tatem vel insulam sed ut sum
mo populo tuo vnde [primo] secundo
paralipomenon primo Vox secunda dei post ista
supplicacione Salomonis Quibus
potest hunc populum tuum condig
ne qui tam grandis est iudi
care non solum me elegisti [me]
regem sed voluisti me esse iu
dicem in mediatum filiorum
tuorum et filiarum tuarum id est tam
maiorum quam minorum et non
solum me elegisti in regem et
iudicem sed in artificem et edi
ficatorem vnde dixisti me edi
ficare templum in monte sancto
tuo Regum 2o 7o capitulo Dixit dominus ad
dauid Suscitabo semen tuum
post te et ipse edificabit domum
nomini meo primo paralipomenon 28 Salomon
filius tuus edificabit domum
meam et altaria mea ipsum enim
elegi michi in filium et ego ero
ei in patrem templum in qua
in monte sancto iste mons si
cud dicunt hebrei fuit ille mons
ubi Abraham volebat [esse] ymo
lasse filium suum Genesis 22 Et
ibi erexit altare et in eodem
loco fuit postea altare templi
De quo subditur hic Et in ciui
tate habitacionis tue altare hec
ciuitas fuit iherusalem De quo in
psalmo iherusalem que edificatur ut ci
uitas altare deo quod similitu
dinem tabernaculi tui sancti quod
preparasti ab initio id est tale altare
iussisti me facere quale fuit altare

R
dno

Nabucco. i. ab antiquo

tabernaculi moysi. sicut et tu deus pre-
ordinasti de me / et tecum est sapientia
tua que novit opera tua s. crea-
tionis et reparationis et glorifica-
tionis. De quibus Abac. 3 consi-
deravi opera tua et expavi. Que-
quidem sapientia affuit tunc cum or-
bem terrarum faceres creando
ex nichilo / et sciebat quid placitum
esset oculis tuis circa genus hu-
manum / et quid directum in precep-
tis tuis / i. quibus preceptis vo-
luisti hominem dirigere in tempore
sicut in suum finem. Tu autem
elegisti me regem populo tuo /
et iudicem filiorum tuorum et fi-
liarum tuarum. Ex ista auctoritate
informatur quilibet ~~quilibet~~
princeps et prelatus / circa statum
suum quatuor considerare. Primum
quod non sit in ingressu pre-
sumptionem. Quod non sit ex
ingressus per dissimulationem. Quod
non sit neglector culparum / quod
non sit acceptor personarum. ~~Primo~~
Primo considerat princeps vel prelatus
quod non sit in ingressu presump-
tionem / sed ut ipse possit dicere
deo / tu me elegisti. Forma autem
prelatorum eligendorum est ipse
Christus in tribus. In sua conceptione
in sua nativitate in sua conversa-
tione. Fuit enim conceptus per spiritus
sancti operatione / natus sine ma-
tris corruptione. Conversatus in
mundo sine ambitione. Unde cum
populus elegit eum in regem / fu-
git et renuit. Ideo ... Ioh. 6. Isto
modo qui debet intrare statum
prelature / debet concipi in men-
tibus electorum per sancti spiritus inspi-
rationem / non per malorum et dissolu-
torum conspirationem. Debet nasci
de matre que est congregatio fi-
delium. Debet pesse sine corrup-
tione. Ita quod nec sit corruptus prece
nec precio nec blanditiis nec minis
potentium. Debet etiam electus acci-
pere statum suum sine ambitione
ut nollet si posset et ex corde fuge-
ret et invitus accedere / ut deus sibi
possit dicere illud Ys. 44. Noli time-
re servus meus Iacob rectissime
quem elegi. Sed timendum est
quod non multi hodie in sancta ecclesia
indebite et male. Quidam eligunt
propter partiales affectiones / quidam propter
mundiales passiones / et quidam
propter carnales intentiones. Conside-
rant enim non multi electores non
quis sit melior vita / clarior scientia /
et celebrior fama / non quis velit
esse in beneficiis et subventionibus
utilior / quis velit suam vitam
amplius ~~sed quis~~ emendare / sed
quis velit curia magis dissimu-
lare. Considerant alii quis est in
rebus locupletior / in beneficiis pin-
guior / in expensis profusior / in do-
minus largior / in otiosa familia
locupletior. Alii quis est regi et re-
galibus personis gratior et accep-
sunt corpora frigida, et tamen
de eis exurit ignis percussio
nimia. Jeremie 48. Egredimini a Ba
bilone, fugite a caldeis. Babilon
interpretatur confusio. Caldei adorant
ignem et significant homines libi
dinosos, qui pardorem ignis luxu
rie ducunt, convertunt semetipsos
in confusionem infamie. Et ideo
pro ultimo remedio docet apostolus 1 Cor.
6. Fugite inquit fornicationem.
Secundo fugere debemus carna
lem voluptatem, sicut fugiunt
homines vinum intoxicatum.
Nullus libenter quiescit aut dor
mit ubi serpentes aut colubri
communiter conversantur. Et tamen mu
lieres multo facilius intoxicant
mentem quam colubri carnem.
Nullum enim venenum dicitur
inficere carnem, nisi quam cum
sanguine cum communicat. Species
autem mulieris etiam a longe
sine tactu per solam spiritualem immi
tationem oculorum inficit mente,
quia qui videt mulierem ad con
cupiscendam eam, iam mecha
tus est eam in corde suo. Et ideo satis
apte per corpora defenda que
est radix peccati illud Eccl. 21.
Quasi a facie colubri fuge peccata.
Coluber dicitur quasi colens um
bram, et mulieres communiter anglos

et umbras et loca non patencia
diligunt. Eccl. 25. Non est caput
nequius super caput colubri, et
non est ira super iram mulieris.
Et parum ante dicitur quod omnis
malicia nequitia mulieris. De
hac loquitur signanter Petrus
Blesensis ad regem Henricum
in expositione quadam super
super Job. Ubi causam exponit
quare dyabolus qui Job ex
omnibus filiis et filiabus et
substantia expoliavit, uxo
rem tamen sibi reliquit. Hoc
inquid non fuit ad solatium
viri, sed ad sue consummationem
malicie, ut per feminam vincat
quem persecutorem non vincat,
et quos viribus non potest
viribus mulieris efficit. Per feminam
inquid Joseph incarceratus est,
Naboth occisus, Sampson vin
culatus, ... Boscoth infectus,
David homicida factus, Salomon
apostata, Ysara clavis con
fossus, precursor et baptista do
mini decollatus, per feminam mors
intravit, et cum per filium dei or
dinata esset vita redemptio, pre
sentiens hostis quod in morte
Christi vite redemptionis parti
cipatio impletur, salutem totius
humanam genus machinatus est
per feminam impedire. Ad uxorem
namque Pilati visiones decep
torias et fantasticas illusiones
immisit, in tantum quod Pylato
mortem Christi dissuadendo manda
vit. Nichil tibi et iusto illi,
multa enim hodie per visum
passa sum propter illum. Hoc Petrus.
Nota quod de Christo murmura
bant discipuli Jo. 4, quod solus
cum muliere loquebatur. Quid

ergo mulierum si homines infirmi aliquem
infirmum iudicant sinistre / si in
unius consortia mulierum frequen
ter habemus Gen 2° quod propter
mulierem formandam costa fuit
assumpta de viro / sed qualis fuit
fuit restituta etc sicut ibi dicitur
Deus repleuit ... carnem /
Insignium quod quantumcumque
homo fuit mulieri familiaris /
quantumcumque eam ad bonos mo
res promoueat / et ad vite castitu
dinem / quod est quasi solidum
os pietatis / nichil ab ea vicem sa re
cipiat nisi carnem i. carnales
affectiones Et ~~ille~~ ideo ille bonus
Joseph allectus et inuitatus ab
uxore domini sui / pallium re
linquit et fugit Gen 39. De ista
fuga loquitur Augustinus de co
habitatione clericorum et mulierum
... in quo in ... sor
tita est castitas / tunc non solum
non assistendum / sed dimisso suo
longius est fugiendum / nec
eo minus cauende sunt quia
religiose videntur / quia quanto
religiosiores / tanto citius alli
ciunt / quia sub pretextu pietatis
latet libidinis virus / experto
crede dicit Augustinus Episcopus
loquor in Christo non mentior
cedros libani duces gregum sub
hac peste cecidisse repperi / de quorum
casu non magis suspicabar
quam Ambrosii vel Ieronimi / Item
Augustinus / de eodem Ambrosius
primo de officiis / Feminarum ca
stitas nullo pacto congrua per
...tatur conuersatio ianua dyaboli /
via iniquitatis / scorpionis per
cussio / nociuum genus est femina /
dum prouocat stimulat / et ignem
incendit / Item ille carnem perit
ledit mulier i. voce visu tactu / Vox enim mulieris frangit

naturaliter virilem cum suauitate
mirabili / periculosa tamen Augustinus vij
de singularitate clericorum c. 6 Fulminat
nunc in risum dissoluitur / nunc
blanditias exhibet / Et quod est
venenosius super cuncta / psal
lere delectatur / cuius cantu tol
lerabilius est audire basiliscum
sibilantem / visu ledit / si vide
atur / unde prudenter dicit ...
tactus essentia ... fa. fe. 10 etc
Sed tactu maxime nocet / unde
Augustinus libro primo soliloquiorum
Nichil magis sentio quod magis
ex arce animum virilem deiciat / quam
blandimenta femine et ... eorum
contactus / Jo 20 Noli me tan
gere dixit Christus Marie Magdalene
cum sola esset / et 1o Thimo 6 Tu
homo dei hec fuge / Ideo debe
mus carnalem fuge voluptatem sicut fecerunt in inundatione
qui fugerunt aquarum inunda
tiones ascenderunt montana mo
raliter locus montanus est sta
tus sancte religionis / ad quem
fuge debent qui carnis deli
tias vincere volunt / propter hoc / Gen 19 o
ipsius loth / c. dicebat angelus
Ne stes in omni circa regione /
sed in monte saluum te fac / Omnis
status in mundo est quasi circa regio
i. voluptatibus / sed solus mons
religionis est locus securus
Luc 21 Qui in iudea sunt fu
giant ad montes / Iudea interpretatur
confessio / et significat veram
penitentiam vetere vite carnalis /
quicumque habere voluerit / ad
montem religionis ascendat /
qui dicitur modo mito solitu
do propter caritatem ascenden
cium / In psalmo Ecce elongaui
fugiens / et mansi in solitudine 128

128 Sapienciam enim
preterentes non
tantum in hoc lapsi sunt ut igno
rarent bona sed in sipiencie sue
reliquerunt hominibus memoriam
ut in hijs que peccauerunt nec latere
potuissent / Sapiencia autem
hos qui se obseruant a doloribus
liberauit / Postquam actum est
de liberacione iustis loth a sodomi
tarum subuersione / in ista lectione di
ffusius prosequitur de eorum iusta
punicione / et circa hoc duo facit primo
ostendit quomodo sapiencia rigide dampn
nat malos / Secundo quomodo uniuer
saliter saluat bonos / Circa primum est ad
intendendum quod secundum philosophum vij
e. ethicorum intemperatus differt ab
incontinente in hoc quod incon
tinens peccat ex passione unde est cito
penitens / intemperatus autem peccat
ex certa malicia et ex corrupta
electione / et ideo cito est penitens
sed insanabilis hoc est vix sana
bilis / mala enim consuetudo
delectabilis et frequentata peccandi
corrumpunt iudicium racionis
in homine / ita quod iudicat
illud quod est viciosum esse fa
ciendum licitum / et tale non esse
peccatum / et talis apud philosophum
vocatur intemperatus / incontinens
non dicitur qui bene iudicat esse
viciosum illud quod facit / tamen
propter passionem abducitur
a iudicio / et operatur secundum in
stantem passionem / Et ideo pa
ssione cessante penitet de facto /
Sed intemperatus iudicat illud
quod est viciosum esse faciendum /
et ideo post factum non penitet

propter habitum erroneum quem sibi
acquisiuit peccando frequenter /
et hec est cecitas mentalis et igno
rancia habitualis / quam peccatores
sibi acquirunt per consuetudinem
peccandi / ita quod ignorant quid
sit bonum in genere moris et quid
malum / et isto modo fuit de sodo
mitis / qui in illud vicium non in
ciderunt ex passione sed deduxe
rant illud vicium in consuetu
dinem publicam / et in vulgarem
licenciam / ita quod apud eos fie
bat licite et impune / Unde ita
ignorantes facti sunt ex consue
tudine malicie / quod viciosissimum
iudicauerunt bonum / Unde quantum
ad hoc dicit de eis / Sapienciam ei
id est cultum et timorem dei preter
euntes in ocio gula et luxuria /
quia ista tria dominabantur in eis /
lapsi sunt a iudicio recte racionis
qua homo naturaliter scit discernere
illud quod est contra naturam /
ab eo quod est secundum naturam
in tantam ignoranciam ut ne
scirent bona id est que bona dicuntur
et commendabilia in genere moris /
et sic fuit pena eorum prima mentalis
et interior sibi ipsis notissima
et dampnosa / sed non tantum
hoc verum fuit eis inflicta pena
corporalis exterior publica et fa
mosa / et ideo subdit non tantum
in hoc lapsi sunt / ut ignorarent
bona / sed in sipiencie sue perpe
tuam reliquerunt hominibus
memoriam / ut in nullo modo late
rent in illis vilitatibus que
fecerunt / sed homines semper
eorum perditi a consimilibus
sibi caverent / Et sic sapiencia
iuste et rigide dampnat ma
los / sed non solum hoc verum

Xpus liberat tr[ipliciter]
egrotantes
obsessos
oppressos

propositum misericordie salvat bonos. Et ideo subdit. Sapientiam autem i. debitus cultus dei liberabit a doloribus hos qui se i. illum cultum observant et secundum illum vivunt vel qui semetipsos observant ab occasionibus et causis peccandi, sicut liberavit loth in subversione sodomorum et gomorreorum predictarum. De hac historia legitur 2° pet 2°. Civitates inquit sodomorum et gomorreorum in cinerem redigens eversione dampnavit exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens et iustum loth oppressum a nephandorum iniuria et luxuriosa conversacione eripuit. Huius impuritatis flagitiosam libidinem publicam est Neronem commisisse, sicut scribit de eo Boecius de vita duodecim Cesarum. Unde et quendam puerum sporum nomine castravit et in situ femineo texit et sollempnissimo nupciarum officio in uxorem duxit. De quo quidam ludendo optime dixit propter quod hanc vilitatem hic scripsi. O quam bene dixit in quid actum fuisset cum rebus humanis si pater domicius talem habuisset uxorem. Contra hoc vicium fecit librum de planctu nature Alanus magnus metro et prosa compositum curiose. Dicit hic ergo sapiencia a doloribus liberabit. Ubi nota quod sapiencia que est xpus homines liberat tripliciter. liberat enim sicut medicus liberat egrotantes et a morbis oppressos. sicut liberat princeps dimicantes et in castris obsessos. Sicut liberat iudex allegantes se iniusta pressos. Primo igitur liberat nos sicut medicus liberat egrotantes et a morbis oppressos. Bonus medicus non statim et subito curat hominem in casu nisi materia infirmitatis sit magna, sed paulatim iuvat naturam per medicinam ut ipsa sit ad vitam purget se ipsam fortiorem ut primior finaliter convalescat. et licet infirmus ingemiscat et ploret ut cito liberetur. Medicus tamen prudenter expectat et pacienter operatur et est melius infirmo quam ipsemet intelligat. Christus in finibus seculi primus venit nos salvare a peccatis iuxta peticionem psalmiste Ego dixi domine miserere mei sana animam meam quia peccavi tibi. Nam infirmitatem contrahimus a natura propter deformitatem et concupiscenciam originalem, que in corpore nostro manet semper inclinans ad peccatum, que langor nature vocatur ab aug°, que in hac vita minui potest, extingui non potest. Iste medicus noster noluit nos curare subito sed moram temporis et ideo reliquit nobis electuaria unctiones et alia collativa sanitatis sacramenta ecclesie quasi quoddam apotecarium baptismum eukaristiam penitenciam etc. sed perfecte curabimur in resurreccione corporis generali, cessante omni infirmitate et ad peccandum pronitate. Et ideo in spiritu continue infirmi sumus dicente psalmista Miserere mei deus quoniam infirmus sum. Sana me domine etc. Dilacionem vero istius sanitatis moleste quandoque ferimus aliquando quia est contra affectionem nostram

apl(ostol)us
comodi | Unde dixit Ro. 7. Infelix
ego homo, quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? sed consolando
seipsum subdit, Roman. 8. 21. li-
berum consequetur sanitatem p(er)-
fectam, licet nunc ingemiscat ex-
pectans, ipsa enim et creatura
liberabitur a servitute corrup-
tionis in libertatem glorie filiorum
dei, quod erit quando natura
humana p(er)fecte glorificabitur et erit
sanata ab omni infirmitate
peccati. Job 5. In sex tribulationibus
liberabit te, et in septima non
2° tanget te malum. 2° libera-
bit nos xp(istu)s sicut liberat princeps
c milites suos inclusos obsessos.
Narrat G. plinius libro 3 c 6 de
nomine quodam principe clasomio, cuius po-
pulus in quadam civitate con-
cludebatur obsessus, volens sibi
caute et populo suo consuleret
quod eis valeus expediret, cum
aliter eis lucas non posset sufficien-
ter, ordinavit quod unus de mi-
litibus suis de equo satis sat
confidebat ad obsidionem ad obsi-
dionem accederet et cum adversa-
riis obsidionem facientibus
fortiter quasi eos adiuvans in-
sultum faceret, ordinavit etiam
b quod nulla tela mitteret nisi illa
que sibi traderet. Tradidit ergo sibi
tela lanceas et sagittas, in quibus
artificialiter scriptum erat: Confor-
tamini et estote fideles, ego eden-
tius obsidionem a vobis cito re-
movere. Iste ergo miles quasi
hostis et inimicus civitatis ad
obsidionem accessit et civitatem
obsidentibus et expugnantibus
se immiscuit et tela sua predicto
modo scripta ultra muros iecit,
quibus inspectis et lectis illi qui
civitatem defendebant plurimum

confortati hostibus restiterunt et
civitatem domino suo servaverunt.
Moraliter princeps iste est xp(istu)s.
Civitas ecclesia militans, in qua
sumus. Milites in civitate sunt
fideles in ecclesia. Hec civitas est
obsessa per circuitum a demonibus
et malis hominibus, quia adversa-
rius vester dyabolus tanquam
leo rugiens circuit querens quem
devoret 1. pe. 5. Et in circuitu
impii ambulant in ps. Princeps
noster volens nos liberare et
confortare, mittit nobis mili-
tem cum lanceis sagittis et
telis. Hec est prelatum vel predica-
torem sibi dei, cuius sagitte sunt
acute ps. Sagitte potentis a-
cute cum carbonibus. Iste ac-
tor idoneus videtur specialiter
hostis esse non adiutor et ad
ysaias capitulat obiurgat
reprehendit increpat etiam mi-
litantem et eius multiplices
defectus demonstrat. Unde est ibo
realiter inimicus sed apparet ad
ysaias de quo in ps. Esto con-
sentiens cito adversario tuo dum
es cum eo in via. Videas quod di-
ligenter quod in telis suavium
increpationum sit scriptum, et
invenies quod iussus est de prin-
cipe tuo xp(ist)o non ad te finaliter
expugnandum, sed ad te de obsi-
dione periculosa liberandum. Eccl. 9.
Civitas parva et pauci in
ea viri. Venit contra eam rex
magnus et vallavit eam, extru-
xitque munitiones per gyrum et p(er)-
fecta est obsidio. Inventusque est in
ea vir pauper et sapiens, et
liberavit urbem per sapientiam suam.
3° liberabit xp(istu)s sicut liberat F 3°
iudex allegantes se in iusta p(ro)-

pessos dyabolus cum hominem superaverat et induxerat ad peccandum. Et ideo sub servitute dyaboli fuit homo detentus iuste quidem quantum fuit ex parte hominis, sed iniuste a parte dyaboli, sicut declarat Augustinus 13 de trinitate: Quis homo tradidit se homini inquid meruerat ut puniretur, nec ab illo eo nequaquam quam ab illo cui consenserat ut peccaret dyabolo natum nullum erat ut puniret, ymo tanto hoc dyabolus faciebat iniustius quanto non ad hoc more iusticie trahebatur, sed instinctu malicie impellebatur. Et ideo secundum cum iustum fuit ex parte hominis quod ipse a dyabolo puniretur, sed non fuit iustum a parte dyaboli ut ipse hominem puniret. Ab ista iniusta servitute liberavit nos Christus morte sua, quia ipse solus hoc facere potuit, quia Christus est eius legis lator et iudex, qui potest perdere et liberare et liberavit nos eo modo quo narrat Augustinus 18 de civitate dei c. 9 et Valerius libro 4 c. 9 de Codro rege atheniensium, quod cum regio sua et civitas ingenti hostium bello debilitata esset, humani auxilii diffideret, ad oraculum Apolinis confugit ac per legatos sciscitatus est quo tam gravie bellum discuti posset. Rendit Apollo in finem ei fore si ipse hostium manu occubuisset. Quod cum ad hostium castra pervenisset, ordinaverunt quod nullo modo regem atheniensium occiderent. Videns hoc Codrus quod civitas sua nullo modo reparari posset nisi ipse manu hostili occumberet, deposuit regis insignia, et habitum pauperis induit, et castra hostium ingressus est, ubi quendam ad pugnam provocans interfectus occubuit, sicque patriam liberavit. Propter quod apud suos inter deos computatus est. Applicatio plane patet, quia Christus est rex civitatis militantis, adversarii sunt dyaboli, civitas est ecclesia sancta ex bonis et malis hominibus congregata. Expugnatum n. fuit et adeo perdinatum quod ecclesia i. electi de genere humano non possent reparari nisi rex eorum interficeretur. Christus igitur filius dei hoc videns, cum in forma dei esset, exinanivit semetipsum formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus est et habitu inventus ut homo, humiliavit se factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, et sic nos a servitute dyaboli redemit liberatos. Gal. 4: Itaque fratres non sumus ancille filii sed libere, qua libertate nos Christus liberavit. Habuerunt enim isti sodomite illa xi incentiva libidinis, que computat Helinandus in duobus versibus ita dicens: Ocia, sequaces, sompnus, cibus, forma, vinum, prosperitas, ludus, carmina, forma, puer. Ocium est primum, quia iuxta Ovidium de remedio amoris: Ocia si tollas periere cupidinis arcus. Sequaces i. desidia vel pigricia, iuxta illud Ovidii de remedio: Queritur Egistus quare sit factus adulter, in promptu causa est, desidiosus erat. Sompnus excessivus nutrit carnalia vicia

unde katho. Plus vigilia semper
ne sompno deditus esto. Nam diu-
turna quies vitiis alimenta
ministrat. Caro eius enim tar-
nium tarnem facit petulantem
ut carnea papiant. Facila simp
ta tarnem. ecclesia id est consortium
feminarum. Unde 31. Our feminas re
serva filias non ne iste fiunt que
decipiunt filios uel tibi unum quia
luxuriosa res est vinum et tumul-
tuosa ebrietas pro. 20. prosperitas
exemplum de david qui cum fuit
in bellis fatigatus castus erat
cum vero in pace et prosperitate ca-
dit in adulterium 2 reg. 2. Ludus
dissolvit enim ludus mentis so-
liditatem unde signanter dixit
sara. Nunquam cum ludentibus
miscui me thob. 3. Carmina id est
armonia dissoluta et lasciva to-
ta que nota boecius in prologo
sup musicam. Forma id est pulchri-
tudo et ideo fallax gratia et vana est
id est iuventus unde dicit theolyma
dus quod idem facit etas in pu-
ero quod forma in muliere etc.
~~fuit abraham~~ 124 ecc

Hec autem profugi-
um fratris iustum:

deduxit per vias rectas et ~~dedit illi~~
~~scientiam~~ ostendit illi regnum dei et de-
dit scientiam illi sanctorum. honesta-
vit illum in laboribus et comple-
vit labores illius in fraude circu-
venientium affuit illi et hone-
stum fecit illum. Declarata no-
bili et utili gubernatione sapientie circa
quatuor personas stabiles scilicet circa
abraham. noe et loth in hac parte
quinta persona introducitur scilicet jacob
quem deus mirabiliter in multis
protexit et direxit ubi notandum

quod sicut narrat historia gen. 28°
et 29. Isaac patriarcha habuit duos
filios esau et jacob gemellos quo
cum adolevissent esau invidit ja-
cob et in minas mortis ei tempta-
vit jacob igitur de consilio matris
sue rebecce fugit de bersabee per ca-
naan in mesopotamiam ad laban
avunculum suum fratrem matris
sue. In hoc itinere dormiens super
lapidem vidit scalam erectam
ad celum et angelos ascendentes
et descendentes per eam et dominum
in innixum scale et dicentem sibi
terram hanc dabo tibi et semini
tuo. Veniens igitur ad laban gra-
tanter receptus convenit cum eo
quod pasceret gregem eius et ca-
prarum suarum per septem annos
tali pacto quod daret sibi filiam
suam rachel in uxorem. Septimo autem
anno completo dedit sibi laban
de nocte liam filiam seniorem
et se in castitatis exculpavit quod
non erat consuetudo illius patrie
primo dare ad nuptias minorem.
Transactis septem diebus rece-
pit rachel secundum glossam et ser-
vivit ei septem annis aliis ita
quod 14 annis servivit ipsi la-
ban pro filiabus suis quibus
transactis recepit licentiam volens
quod ad suam patriam rediret. rogavit
igitur cum laban quod adhuc
aliis septem annis serviret ja-
cob. Respondit quod libenter faceret tali
pacto. Separa inquid unius sortis
greges tuos in duas partes ponas
quod omnes unius coloris in una
parte tam in ovibus quam in
capris tradas quod illas michi
ad custodiendum unius sortis quod
tota sparsi velleris et maculo-
si coloris tradas filiis tuis et
ponas inter nos distantiam trium

X et vana est pulchritudo proverbiorum 31°
puer

tum dicens/ quod ego peto pro mercede quod
quidquid natum fuit varii coloris/ quidquid
(ant) quod fuit unius coloris tuum erit
istud pactum laban vehementer
approbavit/ cogitans quod nulli vel
pauce fierent vel erant varia/ cum to-
tus grex esset unius coloris/ isto
pacto firmato/ iacob usus est
ista subtilitate/ solebant enim
oves adaquare in canalibus/ ac-
cepit ergo iacob virgas amigdali-
nas et platanimas/ et eas ex parte
decorticavit/ et ex parte virides
dimisit/ et posuit in canalibus/
ut oves quando ascendebantur
viderent istas virgas/ et umbras
istarum virgarum in aqua/ et ex yma-
ginatione istius varietatis colorum/
conciperent fetus varios et macu-
losos in velleribus/ habet enim vis
ymaginativa maximum effectum
circa prolis productionem Unde cum
quedam matrona peperisset ethio-
pem/ accusata ut adultera/ et iu-
dicata fuisset pena/ nisi eam
quintilianus deffendisset/ ondens
ethiopem in camera depictum/
in qua matrona conceperat/ sicud
narrat Jeronimus Et consimilis
casus de ypocrate narratur Acci-
dit enim quandam matronam
pulcherrimum peperisse puerum utrique
parenti dissimilem et toti generi/
que accusata ut adultera/ et pena
punita fuisset/ nisi ypocras causam
reddidisset/ quia picturam quandam
in cubiculo in quo conceperat ex-
titisse asserunt filio suo simili-
mam Consimile narrat Augustinus
libro retractationum c° 62/ et contra
iulianum libro 4. De quodam
Rege cipri multum deformi/ qui
pulchras ymagines in cubiculo
suo fecit depingi/ ut sibi primum

illorum pulchri filii nascerentur/ Hac igitur
cautela usus est Jacob/ et fecit me-
liores oves maculosas seu ma-
culosi velleris/ et peiores et pau-
ciores fecit unius coloris/ Quo viso
laban mutavit mercedem/ et no-
luit quod sui essent fetus varii
coloris/ et Jacob fetus unius co-
loris Jacob ergo amovit virgas quando
ascendebantur meliores oves/
et posuit eas in admissura tar-
diori que peiores erant Sic la-
ban frequenter mutavit pactum/
et semper fuit peiorem pro ter-
Hec oportuit dici ad intellectum singu-
lis/ quibus visis/ sciendum est quod
Jacob veniendo ad laban et ibi
morando cum eo/ et tandem rede-
undo ab eo/ gratiose semper dire-
ctus fuit sapientia gubernante Et
secundum ista tria scilicet decessiones. mansio-
nes. et reversiones/ sic dividit in
tres partes Nam primo narratur
quo sapientia direxit Jacob de patria
fugientem. Secundo quo eum in-
struxit famulum et servientem/
Tertio quo eum reduxit usque sua
patriam revertentem/ 2a pars ibi/
honestavit/ 3° ibi custodivit
illum Quantum ad primum dicit
Hec scilicet sapientia deduxit iustum
scilicet Jacob profugum ire fratris/ scilicet
profugum et fugientem ab ira
fratris scilicet ab esau/ fratre suo irato
deduxit inquam per vias rectas/
de bersabee in charan/ et inde in
mesopotamiam sirie/ ad laban
avunculum suum et ipso in isto
itinere ondit illi regnum dei/ in
visione angelorum ascendentium
et descendentium in scalam etc
etiam alia intelligi Gen 38 Et
dedit illi scientiam sanctorum/ que
scientia sanctorum est scire conversari
in medio nationis perverse ut

et vtinos semel dedit illi sciam scorum / prophiam que est scia sanctorum / sap dispuatones in animas sanctas se transfert / amicos dei et prophetas constituit. Evigilans enim de sompno suo / prophetavit de lege de templo et passione / que futura illa futura erant dicens. Terribilis est locus iste / vere dominus est in loco isto et ego nesciebam / non est hic aliud nisi domus dei / fuit templum / passio xpi fuit apertio porte celi / sicut sic igitur duxit eum in itinere fugientem / sed ultimus tamen venisset ad laban / tamen 28 annis servivit / in struxit eum sapientia dupliciter / primo qualiter sibi lucraret divicias / 2º quo laban et filiorum suorum vitaret fraudulentias. Quantum ad primum honestavit illum in laboribus / i. ditavit eum per labores fideles / quos sustinuit serviendo laban 28 annis / gen 31º die noctuque estu urebar et gelu fugiebat que sompnus ab oculis meis. Secundum modum loquendi de honestate est sacra scriptura. Eccl. 2. Facile est in oculis domini subito honestare pauperem. Et complevit labores illius / dando sibi perseverantiam et paciam et increpitudinem condignam / gen 30. Ditatus est homo ultra modum. In fraude tormenentum affuit illi / et ho. fe. illum / i. docuit eum obviare fraudulentiis et falsitatibus ipsius laban / qui nitebatur diminuere mercedemque suam permutatoque pacti / non tribuendo sibi fetus unius coloris / modo diversi coloris ut supra dictum est / gen 31. Dixit Jacob uxoribus suis / pater vester circumvenit me / et mutavit pactum meum .x. vicibus / i. multociens / et tamen non permisit eum deus

ut noceret mihi / et honestum fecit illum / i. divitem / sicut prius expositum est / vel mitem et morigeratum ad alios quamvis malos / i. Thessal. 4. Honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. Est autem moraliter circa historiam istam notandum / quod isti duo gemini Esau et Jacob / designant carnem et spiritum / Esau pilosus figurat carnem que plena est superfluis desideriis / pili enim desideria terrena designant. Unde signum clerici habent pilos rasos in summitate capitis / et attonsos in circuitu / ad signum quod nullum desiderium terrenorum debeat mediare inter mentem corporis et deum / nec etiam debent habere affectiones nimias ad corpus suum / unde versus nisi sursum ad corpus capilli abscondunt. Esau igitur pilosus est caro / Jacob vero levis spiritum significat. Gal. 6. Vos qui spirituales estis / huiusmodi in spiritu in spiritu lenitatis. Isti duo gemini inceperunt pugnare in utero matris / et postea Esau cum fortis esset ad adolescens / persecutus est fratrem / et intentavit sibi mortem. Et hec ad literam in utero matris caro impugnat spiritum per peccatum originale. Psalmus. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum / et in peccatis concepit me mater mea / et continue caro postea concupiscit adversus spiritum / et spiritus adversus carnem / hec enim invicem sibi adversantur. Gal. 5. Esau .i. est senior et Jacob iunior / quia ad literam primo concipitur caro / et postea animatur per spiritum / et secundum Aristotelem 16. de animalibus embrio in matrice prius vivit vita animalis / quam vita hominis. i. Cor. 15. Non prius quod spirituale sed prius quod animale deinde quod spirituale

Terribilis ... locus ... domus dei

Vsapie d. iuuentute matris me signi
ratus sum caro iste tamen senior
debet seruire minori i. caro spiritui
ut in actibus hominis non caro sed
spiritus dominetur Gal. v. Spiritu am
bulate et desideria carnis non per
ficietis. Et secundum Esau seruos
esau seruiunt iacob in hoc quod
eum prosequebatur quia sic fuit
sibi occasio uirtutis et pacie et ad
gloriam per fecus et isto modo rebe
llio carnis est seruitium in profectu
spiritus quo spiritus proficiat et secum
labit ad patriam et reportabit
victoriam. Jacob igitur i. spiritus
subsistatis sui persecutione afflic
tus fugere debet in mesopota
miam. Mesopotamia interpretatur ele
uatio cuiusdam vocationis et
significat celestem patriam ad
quam eleuabimur et ad quam
vocati sumus sed in ista fuga
iacob positus in itinere dormi
uit quia spiritus a strepitu mundi
subtrahit se et in sanctis stu
diis et contemplationibus co
quiescit. Capiti supponit petram
quia fundamentum totius vite
sue xpm facit. Cor. 10. petra
autem erat xpus. 1 Cor. 3. fun
damentum aliud nemo potest po
nere preter illud quod positum est.

Nota de prima

illius xpus. Dormiendo ergo in
sancta contemplatione spiritus
videt scalam erectam ad celum.
Ista scala est prima que stati
ta quia in hac uita incipitur
sed attingit ad celum quia fa
cit hominem in morte ad celu
appropinquare. Math. 4. penitentiam agite
appropinquabit enim regnum celorum.
Ista scala habet gradus ~~sex~~ sex
per quos ascendere conuenit. Con
tricionem. confessionem. que sunt par
tes satisfactionis. orationem. ieiunia

vigilias et elemosinas. Ista signi
ficantur per sex gradus quibus as
cendebatur ad solium salomo
nis 2o par. 9. Duo latera huius sca
le sunt spes et timor. Debet
enim timere non presumere. Eccl.
4. De propiciatu peccatorum noli esse
sine metu. Debet etiam sperare non
desperare. Et sic inter spem et ti
morem quasi inter duo latera
primalis scale debet ascendere quia
sicut inferius dicetur. Si timor
est sine spe timet desperatio ledit
et nisi spes timeat statim pre
sumptio fiet. Et timor sine
spe nichil spes valet absque timore.
Angeli ascendentes et descenden
tes sunt cogitationes nostre quibus
in dominum recogitamus gaudia
paradisi et tunc ascendunt. Luc.
2o. Cogitationes ascendunt in
in corda nostra et aliquando admi
serias huius vite et etiam ad pe
nas inferni ad precauendum.
Et tunc cogitationes nostre descen
dunt. In ps. ascendunt usque ad
celos et descendunt usque ad ab
yssos. Super scale dominus est
innixus quia penitentes ex
spectat et vocat dicens. Venite
ad me omnes qui laboratis et
onerati estis et ego reficiam vos.
Math. xi. Anima non deuota que
sic dormit cum iacob audit
dominum dicentem sibi. Terram in qua
dormis dabo tibi et semini
tuo i. terram viuentium que est
patria celestis in qua inter dor
mis sicut pergimus per contemp
lationem dabo tibi postea ut re
quiescas in ea per sempiternam
possessionem. Credo videre bona
domini in terra viuentium etc. Sed
notandum quod sicut iacob ser
uiuit duas filias laban lyam

pc

laban

et rachel

et rachel / lya lippa erat oculis ra
chel fuit fuit decora et venusta
Servivit autem jacob pro rachel
7 annis / et tamen postea habuit
prius accipere lyam antequam haberet
rachel / eo quod non esset consue
tudinis in patria illa prius tra
dere iuniores ad nuptias Et mo
ralit pr nr tui serviens / duas
filias habet / i. duas vitas presentem
et futuram / prius est lia lippis
oculis / nec mirum / quia manet
in hac lacrimarum valle plena mise
riis et afflictionibus / futura vero
est quasi rachel / decora amabi
lis et plena delitiis Item 2º vir
bis perfecti decoris / gaudium
universe terre / propter ista filia oportet
nos servire septem annis i. uni
verso tempore / septenarius numerus
universalis est et signat
temporis universitatem / quia in sep
tem diebus omnia facta sunt Bo
ni / sed tamen contingit debo
tus frequenter / qui servierunt deo
diu / et vellent libenter habere stati
rachel / quasi sine maiori diffi
cultate ire ad celum / sed tunc tra
ditur eis lya / quia deus sic or
dinat / quod exponantur vite ac ut
tive forte in statu prelature / et oppri
matur afflictionibus pro salute pro
ximorum / et si queratur a propheta
quare / respondet / quia non est con
suetudinis nostre celestis patrie
iuniorem illam i. beatitudinem
pulchram et decoram dare ante
laborem presentis vite Et ideo opor
tet prius accipere lyam lippam / ut
postea habeamus rachelem deco
ram Et non dat deus coronam
premii / oleum gaudii pallium pa
lium laudis pro spiritu meroris ysaie
61 ~~et sequitur~~ Lectio 120

Custodivit illum:
ab inimicis et a se

seductoribus tutavit illum / et certa
men forte dedit illi ut vinceret /
et sciret quoniam omni potentior
est sapientia postquam declaratum
est quomodo omnis sapientia que est
verus cultus dei / liberavit jacob
in fugiendo fratris sui odium /
in contrahendo duplex coniugium
et in exhibendo laban laboriosum
servitium / que omnia fecit partim
prius laban itinerando / et par
tim cum eo commorando / hic con
sequenter ostenditur quo sapientia eundem
jacob gubernavit ad partes suas
repatriando / habuit enim jacob fratrem
suum persecutorem / avunculum suum
seductorem / et angelum suum
colluctatorem / ab istis tribus sa
pientia eum custodivit / sicut sibi
expedivit / nam germanum suum
reconciliavit / avunculum reconcilia
cavit / et ab angelo benedictionem
impetravit / Sciendum est
ergo / quod jacob repatriando cum uxo
ribus liberis et gregibus ac ar
mentis / tres sustinuit difficul
tates Prima fuit cum fugeret
clanculo a laban / cum omnibus
que acquisierat in eius servitio /
laban indignatus quod non
accepta licentia et insalutato
hospite recessisset cum gregibus
et filiabus ~~et~~ suis / insecutus
est eum cum magna comitiva /
sicut narratur gen 31 / et septi
ma die eum attigit / cui nocte
precedenti dominus apparuit di-
cens ne quidquam asperius loquaris
contra jacob / et prevaricatorem
laban correptus nichil nisi ra
tionabile jacob dixit / et ibi fina
liter pactum fecerunt / et tumulum
erexerunt / ut neuter umquam
in posterum contra alium transire
liceret Secunda difficultas
fuit / quam habuit repatriando

desiatur suos quem audivit sibi ve
lle occurrere cum quadringentis
viris et contra quem timorem
dominus eum antea conforta
verat ostendens sibi multitudine
angelorum Gen 32 in loco qui dicitur
Manaym i. castra quem locum
sic vocavit quia vidit ibi angelos
dei de quibus ait castra dei sunt
hec. Tercia difficultas qua susti
nuit in repatriando fuit in lucta
angeli de qua Gen 32 ubi dicitur
quod vir luctabatur cum eo usque
ad mane sed finaliter ille vir qui
sibi benedixit et quod contra ger
manum prevalet predixit. Hanc li
beracionem ... spiritus sanctus per
sapienciam describens sic dicit Cu
stodivit illum ab inimicis scilicet
a fratre suo eum persequente ante quam
fugeret a patria sua et a laban
cum insequente cum redire ve
llet ad patriam suam. Prov 16 Cum
placuerint domino vie hominis
inimicos quoque eius convertet
ad pacem et a seductoribus tu
tavit illum hoc est a fraudibus
laban et filiorum suorum quando
morabatur in mesopotamia
et certamen forte dedit illi ut vinceret
scilicet quando cum angelo luctabatur et
victoriam obtinuit non per vio
lenciam sed precedente angelo
volente sibi dare signum quod
sicut luctabatur cum eo et tamen
fuit finaliter victoriam ita susti
neret adversitatem a fratre et tamen
in fine victoriam habet et sic ex
perimentaliter disceret et sciret quoniam
omnium pocior est sapiencia que at
tingit a fine usque ad finem for
titer et disponit omnia suaviter
Sap. viii. Custodivit illum ab
inimicis. Notandum quod inter
omnia presentis vite necessaria maxime
foret utile discernere inter amicos

et inimicos quia frequenter amicos
credimus illos qui sunt realiter
inimici et illos inimicos ali
quociens estimamus qui nobis
realiter sunt amici. Sunt enim
duo genera hominum qui apparent amici
et sunt hostes et inimici et duo
genera hominum sunt que videntur
inimici et sunt amici et ita
quidam realiter et quidam appa
renter. Quadruplices homines in
imicos scilicet blandos adulato
res falsos consiliatores detra
hentes et persecutores corripi
entes et correctores. Primi sunt
examinandi per constanciam secundi
sunt repudiandi per prudenciam
Tercii sunt tollerandi per paci
enciam. Quarti sunt accepta
ndi per benivolenciam. Primum genus in
imicorum a quibus nos custodire
debemus sunt blandi adu
latores qui eum ita suaviter
raderet ut guttur amputaret
vel genam penetraret vel ut
oculum tuum erueret inimico fo
ret inimicus dicendus. Sed adu
lator ideo tibi blanditur ut te
decipiat et occasionem discordie
tibi creat. Eccl 12 In labiis suis
indulcat inimicus et in corde
suo insidiatur ut subvertat te
in foveam. In oculis suis lac
rimabitur inimicus et quando ...
... suffodiet plantas tuas.
De ista materia loquitur Senec
a epistola 80 secundum quotacionem magistrorum
Adulator quam similis est a
micicie non imitatur tantum
illam sed vincit et preterit apertis
ac propiciis auribus excipitur
et in yma pectoris descen
dit eo ipso graciosa quo ledit.
Doce quemadmodum similitudinem
hanc possis dinoscere. Veniet ad me

pannos blandus minuetus vi
cia subintrant nomine surrepunt
temeritas sub titulo fortitudinis
latet ignavia notatur modestia
pro tanto timidus accipitur ideo
quos dicit seneca magno periculo
credimus ymo sicut declarat
idem Ep 44 Non sumus contenti
modica laudatione ymo si quis
nos sanctissimos sapientissimos
modestissimos predicet totum
accipimus tamquam nobis de
bitum et tamen constat nobis
quod illi solent mentiri com
muniter qui nos laudant in la
udibus nostris credimus eis Et
ideo nos non corrigimus quod mu
tari nolumus quia nos optimos
credimus esse et ideo sicud plato
nis fuit sicut dicitur libro de
dictis philosophorum seu sapientum quod
homines ex inimicis sibi pro
magis quam amicis sibi pro
ficiunt quia dum inimici eis
errores imperant corriguntur
Amici vero eis non insinuantur
errores sed tollerant et occultat
Mt 10 Inimici hominis domesti
ci eius Et ys 3 popule meus qui
beatum te dicunt ipsi te decipiunt
Isti ergo examinandi sunt per
constanciam considerimus defectus
nostros De quibus conscii no
bis sumus tunc non decipie
mur et hoc est quod nos docet
seneca in epistola ultimo allega
ta inducens exemplum de alle
xandro magno qui in obsidione
cuiusdam urbis dum temeret
muros sagitta percussus cum
vulnus vehementer dolet ait
Omnes inquid iurant me
esse iovis filium sed vulnus
hoc me hominem esse clamat
Idem et nos faciamus Dicit

Seneca Dicitis vos dicitis
me prudentem esse ego video
quam multa inutilia concupisca
nec hoc quidem intelligo quod
animalibus sacietas monstrat quis
cibo quis potum debeat esse mo
dus De isto inimico exponi potest
12 illud Eccl 12 Ne credas inimico tuo in eternum Secundi i
nimici nostri sunt falsi consilia
tores qui nobis aliud suggerunt
quam expedit animabus nostris
et hii maxime sunt periculosi
in communitate quacumque quia
sicut in bonis consiliatoribus
maxime consistit honor salus
et profectus rei publice Ita in ma
lis consiliatoribus maxime
consistit confusio et subversio
eiusdem Dicit u tulius libro
suo de senectute quod consilia
tor est in republica sicut guber
nator in navi in qua alii sen
tinam exhauriunt alii cordas
trahunt alii malum ascendunt
Ille vero tenens clavum est quietus
sedens in puppi multa maiora
facit Et Ambrosius dicit quod consi
liarius est efficiens sicut dans
formam secundum quam habet aliquis
operari et dirigi Distinguit u
quadruplicem efficientem consi
lians adiuvans disponens et
perficiens Debet enim consilia
rius habere in vita sanctitatem
in verbo veritatem in zelo equita
tem et in experimento sagacita
tem et tales in Romana re
publica vocabantur senatores
et se habent in communitate sicut
cor in corpore secundum plu
tarcum Unde romulus condi
ta civitate quam ex nomine suo
Romam vocavit centum ex se
nioribus elegit quorum consilio

omnia agerent quos senatores propter
senectutem patres propter solli
citudinem curie i(n) romanis hono
rum nomina ab initio urbis con
dite antiquis litteris scribebant
propter quod patres conscripti ab om
nibus dicebantur ipsi eligebant
postquam omnia in diversis stati
bus et officiis constituissent tanto
aptiores sapiencie negotiis quan
to exercitiis corporis minus po
ssent ipsis apud grecos tantus
honor fuit quod numquam du
ces procederent nec aliquod
sollempne facerent sine ipsis
Sicut igitur isti senatores
vel consiliatores sunt reipublice
utilissimi quando sunt boni
et virtuosi ita sunt mali indi
ces prelati et principes perniciosis
simi qui sunt mali scilicet qui habent
zelum pro commodo suo privato
et personali et non pro bono commu
ni qui sunt corrupti cupidi
tate et acceptione munerum qui
sunt taciti et dissimulant ve
ritatem qui odio et amore re
gulantur vel invidia ab aliis
tunc consulendo destruunt que
regere et dirigere debent et sunt
non solum civibus sed toti reipublice
pessimi inimici quorum cui
libet dici potest illud quod dixit
paulus elime mago actuum
13 o plene omni dolo et omni
fallacia fili dyaboli inimice
omnis iusticie non desinis sub
vertere vias domini rectas Talis con
siliator fuit ille aman qui sim
plicitatem nobilissimi principis
assueri fraudulentis consiliis
circumvenit et nobilis regis in
nocenciam ad nephariam cru
delitatem induxit Hester 7 Ho
stis inquit et inimicus pessimus
iste est aman Ipsi igitur inimici

sunt repudiandi per prudenciam
sicut idem fecit aman qui in
iquam sinam ad suggestionem
et consilium eorum datam decerni
dendo toto quod iudeorum inter
diceretur retractavit Tertii inimici
nostri sunt detrahentes et per
secutores et istos vulgariter voca
mus hostes et inimicos qui
condiciones et personas nostras
ledunt et tamen ipsi nobis fre
quenter nobis proficiunt sicut
nos docet boecius quarto de consola
cione prosa 6 prudencia di
vina eciam de produxit in signe sepe
miraculum quod malos ma
li bonos faciunt nam dum
mali quidam considerant se
iniqua quedam a pessimis pe
ti in pexiorum odio flagrantes
adventutis fingem redire dum
secis dissimiles student esse
quos oderant Tales sunt ad
religiosos sed et sanctos viros ipsi
modo dediti et dyas qui fa
et vitam sanctorum laniant
indicant et dampnant quorum
diffamacio timenda non est quia
est eciam a turpibus orta sicut
enim dicit Gregorius super ezechielem
perversorum derogacio vite nostre approbacio me
est quia iam ostenditur aliquid
iusticie nos habere si illis qui deo
non placent incipimus displicere
Non enim derogacio sed commendacio
lucis si eam odiunt et fugiunt
vespertiliones sancti viri sunt
lux mundi plurimam famam
et sinceram consciencie re
spectu. Vos filii lucis estis
et filii dei peccatores autem sunt
sicut vespertiliones amantes
semper opera tenebrarum Item
non est derogatio sed commen
datio odoris si [illegible] cum serpentes

3 (margin) · 1 (margin) · 2 (margin)

fugiunt. Boni enim sunt bonus odor Christi per bonam conversacionem suam 2 cor 2o. Alijs quidem sunt minus odor mortis in mortem, alijs odor vite in vitam. Peccatores autem sunt serpentes plenum veneno peccati.

3° Tercio non est derogacio sed commendacio coloris si ceci de illo menciantur et indicent falsum. Peccatores ceci sunt Soph 1. Ambulabunt ut ceci quia domino peccaverunt. Et sap 2. Excecavit eos malicia eorum. Unde et iudicia temeraria de sanctis sunt simpliciter contempnenda. Unde cum quidam iuvenis protervus diceret demosteni philosopho: Omnes homines me oderunt sicut te, incipio primarum, et ipse respondit: Et ego me punirem si me quemadmodum te amarent.

4° Quarto non est detractio sed commendacio media si frenetici sibi maledicant. Servi dei sunt medici animarum, peccatores autem sunt frenetici. Si autem tales sanctos viros diffamant, oportet eorum blasphemias deridere. Unde legitur de vespesiano imperatore quod cum esset avarus et senex, et quidam improperando sibi diceret vulpem pellem posse mutare non animum. Et huiusmodi hominibus debemus risum, correccionem nobis ponamus.

5° Quinto inimici quos homines putant sed tamen realiter sunt amici sunt corripientes et correctores qui nos de nostris excessibus et erroribus arguunt, puniunt et emendant. Veritas enim errantibus est odiosa quamdiu in erroribus suis perseverant. Talis fuit paulus contra Gal. quibus dixit ad gal 4. Ergo inimicus factus sum vobis verum dicens vobis. Isti inimici sunt acceptandi per benivolenciam Mt 5. Diligite inimicos vestros et benefacite hijs qui oderunt vos, hoc est viciosos mores vestros etc.

131 Ca lco 131

Hec venditum iustum non dereliquid

sed a peccatoribus liberavit eum, descendit quoque cum eo in foveam et in vinculis non dereliquit eum donec afferret illi sceptrum regni et potenciam adversus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculaverunt eum et dedit illi claritatem eternam.

Postquam declarata est gubernacio sapiencie circa quasdam personas notabiles et spectabiles Adam, Noe, abraham, loth et iacob, in hac parte inducitur exemplum sexte persone scilicet primus Joseph qui miro modo fuit exaltatus et humiliatus, tribulatus et glorificatus. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo Joseph fuit multipliciter tribulatus. 2o quomodo per sapienciam extitit magnifice liberatus ibi: donec afferret illi sceptrum. Circa primum sciendum quod Joseph duas tribulaciones iniuriosas sustinuit, de quo hic facit breviter mencionem. Primum fuit a fratribus suis venditus et alienatus per facinorosam conspiracionem Gen 37. 2a fuit pro de sollicitacione libidinosa et de voluptate adulterij effectualiter delatus, diffamatus et accusatus per maliciosam mulieris machinacionem Gen 39. Casus primi inimici fuit iste: fratres sui detestantes invidebant sibi et cum aliqui vellent eum occidisse,

eo volente mutaverunt pactum
seu consilium / transeuntibus ys-
mahelitis eum vendiderunt pro
triginta argenteis de consilio
iude / qui fuit unus de fratribus
Joseph / Hoc facto miserunt tunicam
Joseph intinctam in sanguine edi
ad patrem eorum / dicentes se in
agro illam tunicam invenisse
/ qua visa pater cognovit filium
suum a feris animalibus devo-
ratum / et irremediabiliter eum
plangit planxit / Illi mercatores
diponunt duxerunt Joseph in egi
ptum / et vendiderunt eum pu
tifari eunucho principi milicie
Regis / Hic est intelligendum quod
iste fuit eunuchus i castratus
a iuventute / sicut solent nobi
les facere propter custodiam dominarum /
quia constat illum saltem ha
buisse filiam asenech / quam
iste Joseph postea duxit in uxo
rem / sed tradunt hebrei / quod
iste putifar videns Joseph ele
gantem puerorum / emit eum a
mercatoribus / ut eo abusus fu
isset / dominus autem infrigida
vit eum / quod impotens fuit circa
eo tunc / et custodivit Joseph ab eo
intactum / Unde propter hoc idem
corpus dicebatur eunuchus / et
tunc factus fuit pontifex he
liopoleos / et magis honorabilis
quam fuerat antea apud puti
pharem Iste putifar videns Joseph
ingeniosum et graciosum in agen
dis / constituit eum dispensa
torem totius domus sue / Uxor
vero putifaris et domina Joseph /
infatuata decore pulchritu
dinis / sollicitavit Joseph de con
cubitu / qui se excusavit / tum
quia prodicio fuisset contra
dominum suum / tum quia peccatum
videretur suum / Igitur quadam

die cum Joseph thalamum domine
sue intrasset ipsa apprehensa
lacinia pallii sui ait dormi
mecum / Qui nequaquam acqui
escens operi nephario / fugit re
licto pallio apud eam / Hec videns
se contemptam / conquesta est
viro suo / accusans Joseph de
ausu impudico / et quod eam viole
nter voluit oppressisse / in cuius
argumentum ostendit ei pallium
derelictum / putifar nimis
credulus verbis uxoris / misit
eum in carcerem / in quo pistor
et pincerna Regis postea missi
erant / Dedit quoque dominus ta
ntam graciam Joseph in con
spectu domini carceris / quod
tam carcerem quam inclusos
eius custodie deputavit / Eo
tempore istorum duorum somp
nia exposuit / pistoreque suspe
so pincerna liberatur / recordatus
quod viri interpretationis ipsius Joseph /
cum Rex per sompnium predixisset
.7. sterilitatis annos / Joseph pre
dicto per pincerne eductus de carcere /
sompnium exposuit / sterilitatem
futuram et post .7. fertiles annos
predixit / et consilium Regi dedit
quod aliquem prudentem virum
in regno suo statueret / qui blada
per illos septem annos fertiles in
horrea congregaret / quibus tempore
sterilitatis viveret / Constitutus
est Joseph in illo officio / et ma
ximus factus est sub rege / a
quo percepit anulum / et torque
auream circa collum / et curru
nobili vehebatur preeunte clama
nte / ut omnes genu flecterent
ante illum / Sic ergo de vinculis
et carcere ad regis regimen est
translatus / statum quasi mirabilem
et multiplicem gubernationem

Joseph describens salomon dicit
sap. 10. hec i. sapiencia venditum
iustum s. ioseph non dereliquid/
sic scribit boecius consolans quod
musa eum consolantem non deli-
querunt/ sed continue comitate sunt eum/
nec eas timor aliquis valuit
impedire/ libro primo/ metro p^o/
has saltem nullus potuit per-
vincere terror. Ne nostrum comites
prosequerentur iter./ Sed a peccatoribus s.
fratribus suis/ quos accusauit
apud patrem de crimine pessi-
mo Gen 37. liberauit eum.
Descendit quia cum illo in fovea
i. in carcerem/ vel in foveam i. in
cisternam veterem sine aqua/ in
quam proiecerant eum fratres
sui Gen. 37. Et in vinculis
non dereliquid illum/ Iuxta ps. humi-
liauerunt in compedibus pedes
eius/ et gen 40/ pincerna et pi-
stor missi erant/ in carcerem/ ubi
vinctus erat Joseph. Donec af-
ferret illi sceptrum/ i. principa-
tum super regnum egipti/ ut ps.
Constituit eum dominum
domus sue/ et principem omnis
possessionis sue/ et potenciam
adversus eos qui eum deliquerant
ut fratres suos ad quos tanta
habuit potencia/ quod eos vel in car-
cerem/ vel in mortem potuisset
dampnare si voluisset/ et mendaces
ostendit qui maculaverunt eum/ impo-
nendo sibi crimen adulterii/
quod fecit de facto per honestam vi-
tam/ ostendens eos fuisse mentitos
et falsum dixisse/ et illam pe-
ssimam mulierem fuisse men-
titam/ vel forte/ non solum fa-
cto/ sed verbo eos convicit/ quando
erat postea in tanta potestate/ et
non solum ista fecit sapiencia ipsi
Joseph/ sed eciam dedit illi clari-
tatem eternam/ i. claram famam

apud memoriam hominum in sempi-
ternum/ Hec ad literam/ Hec in sensu
venditum non dereliquid inter
varios peccatores/ qui difformiter
se addeuiunt quantum ad tria. Ali-
qui vendunt patris potestatem/ Ali-
qui filii veritatem/ aliqui sancti
spiritus sanctitatem/ patris pote-
statem vendunt quidam prelati
maiores/ filii veritatem/ falsi
assessores/ spiritus sanctitatem
ficti simulatores/ Symo ergo p-
lati et symoniaci ut potius
vendant patris potestatem/ dant
potenciam et usum clavium eccle-
siis principibus/ et temporali mer-
cede frequenter/ et eciam virginem
sponsam christi vendunt/ qui-
quidem christum offendunt faciliter
per intuenti/ quam rigide quam
acute quam imperative istud
vicium reprobavit ihesus christus in suo
ad nos aduentu venit in carne indi-
cari non iudicare/ venit peccata
tollere non punire/ ad ostendenda
clemenciam non vindictam/
et tamen contra peccatum symo-
nie ita ferviebat/ quod quasi
oblitus innate mansuetudi-
nis/ non expectans causam/
non obiurgans/ statim ad pu-
niendum se dedit. Unde Jo. 2.
et mt 21. dicitur quod facto quasi
flagello de funiculis/ eiecit ven-
dentes et ementes de templo/
et mensas nummulariorum et cetera/ et
cathedras vendentium colum-
bas evertit/ qui symoniacos
signabant/ et dixit eis scriptum
est enim/ quia domus mea
domus oracionis vocabitur/
vos autem et cetera fecistis eam speluncam latronum sic
sic contra tales exarsit ira
ipsi christi expellunt de suo
officio/ christus n. se fecit hostiarium/

Ca^m 11

ecclesie volens quod quod aliquis
in ecclesiam i· in ecclesiasticam dignita
tem intraret nisi per eum Jo 10· tt
Ego sum hostium / et qui non
intrat per hostium in ouile ouium /
sed ascendit aliunde / ille fur
est et latro / isti ergo prelati mali /
qui ecclesiam christi vendunt / corpo
rantur ipsi de officio / faciendi
pecuniam esse hostium et non
christum / sicut fecit Symon
magus / cui dixit Petrus / pecunia
tua tecum sit in perdicionem quia existimasti donum dei
pecunia possideri · Act · 8º · Licet aqua est
precii ita parui valoris in mundo quod
sibi magis quam indicaret contume
lia fieri / si ducatur de foro ad forum /
et ubique offertur venalis / quanto
magis sponsa christi ymo christus
pro sponsa offendi debet / que vi
lissimis ribaldis ad emendum
offertur nunc in foro pape / nunc in
foro regis vel principis / vel al
terius domini secularis / talis
merito fur debet vocari et latro
sacrilegus / que iusticia est vocare
illum sacrilegum et latronem /
qui furatur calicem vel librum sa
crum de ecclesia / et non illum qui
furatur ecclesiam totam / et omnia
bona eius deo eius in multo -
ciorem contemptum facit et
dampnum regi / qui in camera
suam introduceret serpentes bu
fones et vermes in mundos · Sed
certe isti venditores in ecclesiam dei
introducunt callidos et astutos
plenos veneno peccati / adulatores
predones et latrones / qui reptilia
et vermes magis quam homines
dici possunt / Et sicut maximum
dampnum fiet homini / si sponsa
sua sic partem magicam in
cantaret quod loco prolis sue
produceret talpas serpentes vel
asinos cornutos ita fiet ecclesie
ista irrecomponsabile dampnum

ecclesie per ecclesie venditores / quando
nam ad avarus qui totus / vel
tivis in ecclesia canonicatum vel
preficiatur in curia / possunt
filii ecclesie dicere mater nostra per symo
peperit nobis talpam / quando pro
vi sus maximus usurator vel
litigator / potest dicere mater nostra
genuit unum serpentem / et
quando preficitur unus corpus illita
tus et lascivus / potest dicere merito
quod ecclesia peperit unum asinum
cornutum / Dicit enim versus Angelus
quod per ccc· annos babilonica ca
ptiuitate durauit sacer ignis /
quem Jeremias abscondit / qui
tamen primo extinctus est quando
anthiochus vendidit sacerdotium
Jasoni 2º Mach 4º / Decimo ma
lis venditoribus corporum potest
illud Joel · 3 / pueros posuerunt in
prostibulo / et puellam vendide
runt pro vino ut · i· corpus po
in prostibulo / quando sancta
ecclesia conferitur uni lubrico et
luxurioso / et puella i· ecclesia ve
ditur pro vino quando bona ecclesie
conferuntur uni guloso / 2º Alii
an qui vendunt filii veritatem
qui sunt falsi mratores / quos
vocamus communiter assessores
isti enim nolunt testio dicere
nisi conducantur mercede / cum
testis teneatur dicere veritatem /
et in deo sit non disuerit equi
tatem / legimus de dyabolo / quod qui
voluit mentiri / in die forum
serpentis / q· verecundatus fuit
fecit in natura ipa mentitus
esse / sed quod quid fit de medo
et primo non legitur fuisse
ditus / ymo oppinio est quod
qui admirat in nomine tm
dic veritatem ipse non mentit /
ergo isti fili mratores peiores

sunt dyabolo qui quantumcumque ad
imitant possunt pro nimia contra
bitatem adduci Amos 2° vendi
derunt pro argento iustum et
[p(ro)laamentis] pauperem Tercio vendunt pro
sanctitate ficta simulatores qui
opera digne bonorum faciunt pro
laude humana de quibus dicit
salvator quem dico v. re. m. sua
ysaias dicit supplantator dya[bolus]
genesis 24 vende in primogenita
tua et ille ei retribuit mediam
statum venti in mundo omnis infi
honoris etc 132
[sto 132] # Hec populum iustum et semen sine que
querela liberavit a nacionibus que
illum deprimebant intravit in
animam servi sui dei et stetit
contra reges horrendos in por
tentis et signis postquam
declarati sunt multiplices effectus
sapientie in speciali gubernacione qua
dam spectabilium personarum que
quadam privilegiata familiari
tate fuerunt deo hic prosequitur parte
que prosequitur de effectibus
mirabilibus sapientie quos fecit
circa gubernacionem unius totius
populi scilicet populi israhelitici qui
fuit populus deo peculiaris totaliter
sacratus in cultu dei prolegom[en]
data sapientia informatus fecit
autem sapientia tria notabilia
[beneficia] beneficia in quibus primo ut eum de
egiptiaca servitute potenter eduxit
et liberavit 2° cum asserit per de
sertum quo eius deduxit et pa
vit Tercio istum populum in
terram promissionis induxit et
eum sibi applicavit In eductione
autem israhel de egipto mirabiliter
afflixit egipcios et protexit
hebreos inducendo eos per desertum

affectuose inimicos in strinxit et
animose destruxit in ardulos
intra promissionis mirabiliter
exaltavit hebreos et prostravit
chananeos Pro ipsis tribus
beneficiis maximis collatis
agit gracias loco usque in finem [ab]
libri Unde in ista parte salomon
dei beneficia recordatur et prosequitur
et regratiatur devote et intimo
nunc de beneficio collato contra A [Aegiptios nec ... A]
A chananeos nunc de mirabili
ductatu quem fecit deus in via
per columpnam nubis et ignis
in deserto Dividitur tamen primus
processus usque ad finem capituli
in iiij°r partes nam primo tan
git breviter israhel ab egiptiis li
beratorem iiij Secundo israhel per egip
tios dilatorem iij Tercio eorundem
per desertum traditorem Quarto
bonorum bonorum gratiarum actione
secunda ibi et reddidit [A]
iustis ibi et eduxit eos
Tercia ibi Ideo iusti tule
runt Circa primum duo facit
nam primo ostendit quis fuit
in ista liberacione agens principalis
2° quis et qualis fuit in ea
dem agens instrumentalis ibi
intravit in animam servi dei
Quantum ad primum sciendum quod
sicut narratur Exo primo post
mortem Joseph filii israhel in
egipto additi fuerunt servituti
et servierunt egiptiis in luto
et latere et magna captivitate
et non obstante servitute diversa [tamen]
multiplicati sunt nimis et quantum op
primebantur tantum magis multi
plicabantur et crescebant Unde
hoc capto statuit rex egipti
quod quidquid nasceretur eis
sexus masculini prijceretur in
flumine quidquid feminei servaretur
et sic viri desinerent et mulieribus

ad libidinem viuent. Cuius tempore tē
tempestate natus est moyses quē
deus inclinum fecit sibi fecit ad
pharaonem et pugnem populum
liberavit dicit ergo sic hec i· sa
piencia plm iustum s. filios
isrl qui iob. iusti dnr quia fi
dem habuerunt de bno et deo
deo colendo Abatuk 2° Iustus
ex fide sua viuit et semen sine
querela i· semen patriarcharum
qui vixerunt sine quela et co
tunc aliqui fuit in illo plo
boni et iusti et sine quela co
nsantes agminibus etiam postea
descendit zacharias pater iohannis
bap^e qui secundo modum prim
sic vixit luc^e p° Et ambulan
tes in preceptis dni sine quela
liberavit nacionibus i· egiptus
qui tales manserunt quales
nati sunt carentes super nāli
cognicione dei que est p fidem
in xpiti que quidem naciones
illum plm opprimebant opibz
duris luti et lateris ut supra di
ctum est Exo 1° venite sapien
ter opprimamus eum hec g° sa
pia s. fuit in ista liberacione
agens p^ule. Agens uo instru
mentale fuit moyses de quo
subdit Intravit in animam servi
dei i· sapiencia intravit in animam
moysi qui fuit servus dei Exo
4° ego ero in ore tuo et docebo
te quid loquaris et stetit sapia
uel vz ipe moyses contra re
ges horrendos s. pharaonem et
principes eius in portentis et sig
nis i· faciendo portenta et signa
mirabilia portenta dnr a protendo
quod est presignificare aliquid mira
et novum Unde ysidorus etthi 20
ca° 2 portenta dta p[er]hibent
a protendo i· pondendo eo quod
ostendere aliqua futura videantur

prodigia eo quod porro i· porro fu
tura p[re]dicant. monstra vero
amonitu sunt dicta eo q' aliquid sig
nando demonstrat sine quod
statim innuit quid appareat
qui n· monstra contingunt signi
ficantur aliquas magnas mu
taciones futuras in re publica
sicut parum antequa[m] perses
perdidit regnum persarum vulpis
dicitur aqua parata fuisse et
aliqua alias ociis fuisset
est mulier quem monstrum
quedam enixa est quod supio
res partes corporis quas habent
sed mortuas inferiores diuersarum
bestiarum sed viuentes et sig
nant repentinam regis inter
fectionem reputans vide ysi
dorum vt supra monstrum
etiam fuit ille tition qui iacens
q· duo iugera occupavit sicut
Omerus testatur hoc enim non
scribens nisi in ysidoro invenisse
est enim iuger quantum aratrum arari
re pt uno die et continet in
longitudine secundum papia
240 pedes et in latitudine me
dietatem quod spatium si multiplice
tur q· et si dicat quod homo ta
tum spatium occupavit iace
ndo fiet solempne mendacium
sicut credo Stetit g° moyses
contra reges horrendos i· potentes
et signis signa dnr miracula
mixta illud Exo iiij^r Ultimo Si
gna autem qui cre· hec sequitur
annominie· in· demo· ei 2c.

Sed hic potest esse dubium q2 120
modernis temporibus miracula
non fiunt ita passim sicut
olim in ecclesia primitiva fiunt n
ad fidem dei firmabatur de fidelibus i· tunc incredulis
de quibus illis signis Ad hoc est di
cendum quod ecclesia considerari
secundum triplicem statum primitivum

portenta

b

medium et ultimum in statu primi-
tivo fiebant signa frequenter |
in statu medio raro | sed in tem-
poribus antixpi rarissime in sta-
tu namque primitivo fiebant fre-
quenter miracula | quia secundum Crisosto-
mum miracula fiunt ad admirationem
utilitatem et necessitatem | tunc
ergo oportuit frequenter miracula fieri
et propter admirationem | quia homines
delectantur in mirabilibus | et ho-
mines tunc erant aliquibus de-
lectationibus sublevandi ad fidem |
et iterum propter utilitatem | quia
tunc multi erant infideles in-
credulis in voluntate | modo vero
tempore raro fiunt | quia nec hoc
indiget necessitas | eo quod fide-
lium multitudo magna est | ali-
quando tamen fiunt | quia hoc suadet
utilitas | eo quod aliqui infirmi
sunt et indigentes solidari
in hiis que fidei sunt | sed quare
modo non fiant ita passim in-
differenter sicut in ecclesia primitiva |
triplex est ratio | primo quia ecclesia
est modo fundata et stabilita
in fide | et hoc est ratio Gregorii | qui po-
nit exemplum de plantatione | quam
tam diu aquam infundimus |
donec eam in terra convaluis-
se videmus. Secundo propter
senium mundi exemplum | et hanc
rationem assignat Augustinus 22°
de civitate dei capitulo 8. 8. Quis-
quis adhuc prodigia ut credat
inquirit magnum est ipse prodi-
gium | qui etiam mundo credente
non credit | Tercio propter fidei ma-
ius meritum | quia secundum Gregorium
Omelia | fides non habet meri-
tum cui humana ratio prebet experimentum |
Ex quo patet quod fides est nobis
magis meritoria ceteris temporibus | quam
fuit patribus in primitiva ecclesia
In fine autem mundi rarissime
fient miracula secundum Ysidorum

3a dicta | primo ut persequentium ma-
nus audacior efficiat | 2° ut sa-
nctorum pacientia evidentius compro-
betur | 3° ut corpus qui tales sunt
lenitas audacie. Stetit contra re-
ges horrendos. Omnis bonus
prelatus talis debet esse | ut pro iusti-
cie et veritate sane doctrine
audeat stare contra principes et
tyrannos | sicut apostoli | sicut prophete |
sicut martires | sicut confesso-
res ut de eo possit dici. Stetit
contra reges horrendos. In quibus
verbis boni prelati virtus commen-
dantur. Duo apte subiecti. Apte quidem
subiecti rectitudo constancie | stetit |
2° fortitudo resistencie | contra |
Apte vero obiecti altitudo reve-
rencie. Reges | magnitudo mali-
volencie horrendos | Primo de-
bet in prelato esse rectitudo con-
stancie | secundum ut eos monet
apostolus ephesiorum vi. State in quid succincti
sanctitati lumbos vestros in veri-
tate | et induti loricam iusticie |
et talis est in ipsa ... proprietas
palme videlicet quod nullo pondere
imponitur qui semper teneat sta-
ture rectitudinem | quantumcumque
onus magnum super imponatur de-
resistit | et ideo quia sic invenitur
in victore... deputabat ornamentum
victoris honorat prelatus
quantumcumque omnis sibi im-
ponatur persecucionem tiran-
nicam et iniustam | semper
servare debet stature rectitu-
dinem inconcussam | ut sibi me-
rito dici possit illud Canticorum vii.
Statura tua assimilata est
palme. Dicit Aristoteles primo ethicorum |
quod virtuosus debet esse sicut
tetragonus sine vituperio | corpus
tetragonum sicut tessera in omni
sua parte equaliter stat | unde ita
fortiter virtus debet super vir-
tutem | sicut super v puncta |
ita debet virtuosus constanter ...

2od
3o
2 duo apte obiecti
1°
succincti
corpus

De Allex^o

maxime prelatus fuerit Sapie q^o
Stabunt iusti in magna consta
tia. Stans est promptior ad
inspiciendum Luc 10 de martha
que stetit et ait domine non est
tibi cure etc fortior ad dimica
dum ps^o pal f^o hic stetit in
medio agri et defendit eum ap
tior ad ambulandum Thobie
q^o invenit iuvenem stantem
splendidum precinctum et quasi
paratum ad ambulandum Al
tior ad contemplandum Abacuk
ii^o Super custodiam meam stabo et
figam gradum super munitionem
et contemplabor ut videam
2^o in bono prelato debet esse for
titudo resistencie contra malos
et 10 di^o con Non enim licet sibi
fugere fuge vel fame fuge pa
ciencie dimissionem fuge per dissimu
lationem fame per adulationem
stare stare contra neo contra oppone
do contra dicendo Unde prelatus bo
nus est opponit illud ps^i Posuisti
nos in contradictionem vicinis
nostris 3^o apte obiecti nostri alti
tudo eminentie quia contra reges
sicut elias contra achab et omnes
prophete contra reges se obiecerunt
sicut patet primo et 2^o machabeorum
et in gestis persie et medi et os
orientales utuntur elephanti
bus in bellis suis est enim ele
phas animal ita forte quod
supra dorsum suum construunt
unum castrum ligneum in
quo possunt 30 vel 40 vel 50
homines dimicare Allex ergo
pugnaturus contra porum regem
yndorum et contra istos elepha
ntes utebatur cautela una vide
ordinavit quod parentur statue
enee plene sunt calidis et fer
ventibus in via ubi debebant
isti elephantes transire qui sta
tuas homines estimantes eas

cum primis dentibus subito invadebant
Sed statim ab eis fuente in pr
imis dentibus combusti fugam in
ierunt et maximam stragem
in exercitu yndorum yndorum fece
runt talia vidit totam sub ex
ercitu fecit minari unum gregem
porcorum magno iussit unum por
cellum tenere et affligi quo
clamante totus grex grunnire
cepit modo elephas naliter
timet grunnitum suis Audie
tes autem illi elephantes tantum
strepitum porcorum grunnientium
fugam inierunt et in exercitu
proprium gravissimam stragem
fecerunt hanc cautelam nar
rat Jo. Beleth libro suo de offic
Ecclesie moraliter per istos elephantes
que sunt animalia maxima
et fortissima et castissima
significantur maiores prelati in
ecclesia propter magnitudinem dig
nitatis et propter similitudinem
castitatis quia elephas est animal
castissimum horum officium est
ecclesie exercitum precedere et malos
hostes impugnare sue predicationis
terrore super istos collocant tur
res ligneas quia eis supponunt
ecclesie et committunt animas tunc
Talis fuit petrus De quo dicit
salvator mt 16 Tu es petrus
et super hanc petram edificabo ecclesiam
meam Dyabolus quod timens istos
elephantes dum exercitum perdidit cau
telam primo non ponit contra
eos statuas ereas plenas igne
iste statue sunt mali nobiles
proceres et potentes qui videntur
gloriosi sicut sunt patres corp
sed non sunt nisi statue et lar
vati quia effigiem exteriorem
hominis habent sed non vitam
non prudenciam non conscientiam

Hom
non mansuetudine, quia in dirpit
natura, tu sunt statue aere ut
strepitum pompe et superbie secu
laris et sunt repleti in te misericordia
igne iracundie et sunt deserta
dyaboli. Deque dicit Job 41 Aliq
ens primas arde fecit, isti sunt
stant contra elephantes i. epos
et combusserunt primum scidas eorum
ita quod nec corripere nec corrigere eos
audent. Non solum istos ti
ment christi nostri, ymo strepitum
porcorum timent et clamorem
bruis suis porci sunt luba
morti et sub est morte mox
illud prov. 7o vitulus anteq
in naribus suis, mulier pul
chra et fatua etc. 133

133 Hec reddit iustis
mercedem labor
suorum, et deduxit illos in via
mirabili, et fuit illis in velamento
diei, et in luce stellarum per noctem
et transtulit illos per mare rubrum
et transduxit illos per aquam ni
miam. Inimicos autem illorum
demersit in mare, et ab alti
in ferorum eduxit illos. Postq
tractatum est breviter et summatim
de liberatione populi israelitici de
egipto per manum moysi in i
latione prosequitur salomon p. ff.
diffusius de modo recedendi eorum
dem, et duo narrat s. hebreorum
opulentam ditationem in eorum
exitu de egipto, et eorum mirabilem
pugnationem in deserto. Quantum
ad primum dicit sic: Hec reddit
iustis mercedem laborum suorum.
Ubi sciendum quod filii israel
in exitu eorum de egipto acceperunt
mutuo de egipciis supellecti
lem variam, vestes et vasa in
magna copia, et omnia secum
asportaverunt de mandato domini,
unde nec furtum commiserunt, tunc quia
dei auctoritate fecerunt, qui est
dominus omnium, tunc etiam quia eis de
bebatur merces pro labore diutissi
mo quo servierant in egipto.
Et hoc est quod dicit: Et reddidit
iustis mercedem laborum suorum,
quibus laboribus egiptiis ser
vierant annis 400, dando eis
bona mobilia egiptiorum pro mag
na parte, unde tamen etiam quod hec
nox est in qua deus spoliavit
egiptios, ditavit hebreos. Sed
de eorum mirabili pugnatione in
deserto in qua pensanda sunt
multa, qualiter tamen duo via
per quam et tempus per quod. Quantum
ad viam fuerunt tres difficulta
tes, spaciosum desertum, mare
rubrum, flumen iordanum. Quantum
ad tempus sicut tunc ita et
nunc fuerunt diversitates, scilicet dies
et nox. In die protexit illos
a fervore maximo qui est in parti
bus illis per nubem que ipsum
semper obumbravit ne lede
rentur ab estu. In nocte per colump
nam ignis que eis illuxit,
ita quod se transferre poterant
quo eis placebat tam de die
quam de nocte rursus ut
ad viam redeamus per quam
de egipto transierunt, fuerunt
tres difficultates sicut prius
tetigi, transitus per desertum,
transitus per mare rubrum, et transi
tus per iordanis flumen. In
mari rubro fecit deus 12 di
visiones iuxta numerum tribuum
filiorum israel, ita quod unaqueque
in sua divisione transiret, et ibi
tribus iuda meruit primo
regnum, quia ipsa moyse pre
dente prima secuta est aliis
dubitantibus. Egipcii autem has
divisiones videntes in mari

Mundus d[icitu]r mare
p[ro]pt[er] inquietudinem
p[ro]pt[er] amaritudinem
p[ro]pt[er] in vastitudinem

rubro et hebreos p[er] easdem tr[an]sire
cerent eis sine p[er]iculo, admirati s[un]t
admirandum mare rubrum,
quod et deus sustinuit pacie[n]t[er]
et tandem in vigilia matutina re
spexit dominus super castra
egiptiorum et reuerse sunt aque
maris que steterant tr[an]seunti
bus filiis isr[ae]l a dextris et sini
stris quasi murus et submer
serunt pharaonem et exercitum e[ius]
sim totum. Dicit[ur] autem mare
rubrum, quia omnis terra circumstans
rubra est et in fiat aq[u]a colore tinct[a]
i. et rubee gemme inveniunt[ur]
et minimum acutissime q[uam] p[er]i
culosum sit istud mare. Dicit
Plin[ius] in quodam sermone speci
lium in quo probat transeuntium
raritas, perierunt multi homin[es]
mari marsilie de quatuor na
vibus non p[er]it una. In mari
huius mundi de quot animabus
vix evadit una. Huius intellectus
sensus l[itte]re satis patet. Dicit
n[unc] sic et deducit illos in via
inviam, vz per desertam terram et
inviam, et illa que ibi apporta
uerunt de egipto poterant suffice[re]
eis ultra triginta dies, et fuit
ill[e] in n[ube] d[e] di[e] i. p[er] die protexit
eos p[er] nubem, sicut p[re]dictum est, i[n]
lucem s[e]c[un]d[u]m noct[em] h[ec] est columpna
na nubis. Et tu[nc] ill[e] p[ri]ma in
festo vz vestigio, et sicut p[er]secu
tum ad mare rubrum, et tra
nsivit ill[e] per aquam minima
i. p[er] iordanis flumen, qui i[ll]o
tempore tr[an]siverat alveos suos,
sicut patet Josue 3º. De quo
hic narranda est historia. Cu[m] ex
ploratores terram p[ro]missionis
vidissent et relationem Josue
fecissent, eo tempore Josue di
xit ad p[o]p[u]l[u]m quem ducebat, s[an]c
tificami cras videbitis mirabi
lia, statim q[uam] de mane dixit

sacerdotibus quod acciperent
archam in tererent flumini
qui t[un]c maxim[us] fuit, tu[nc] ex a
quis pluvium, tu[nc] ex liquefact[is]
tunc nivium de montibus. Cu[m]
q[ue] sacerdotes intu[s] in transi[r]et
aq[ua], steterunt aque ex i[n]a p[ar]te
unde fluebant quasi in mole[m]
et a[lt]era adaq[ue] descendebant et
currebant in mare mortuum
Sacerdotes v[er]o steterunt in me
dio fluminis cum archa, donec
universus populus p[er]transiret,
et hanc historiam tangit ubi dixit
transivit eos per aquam minim[am]
i. per iordanem qui tunc
maximus existebat, sicut a[utem] p[re]
exponi de mari rubro, et continua
tum lit[er]a que dicit. Ibi at ill[u]
dum. in mari i. egiptios, et a
bal. in fer[os] eduxit il[lo]s i. hebreos
ab altitudine i. a profunditate
maris, que valde in fine deste
debuit. Transtulit illos per mare
moralit[er] mare p[er] quod transire
debemus ad regnum celeste q[uod]
est t[er]ra promissionis est nobis
facte, est mundus iste, qui mare
dicitur propter inquietudinem
tempestatis, p[ro]pter amaritudine[m]
acerbitatis, p[ro]pter in vali[tudinem] [ma]g[nitudinis]s[an]ita
tatis. Primo propter inquietudine[m]
tempestatis. In mari n[am]q[ue] est ha
bundancia fluctuum et ventorum
unde qui sunt in mari semper
sunt in periculo. Ecc[lesiastic]i 43. Qui na
vigant mare narrant p[er]icula
eius, sic in vita p[rese]nti semper s[un]t
procelle et fluctuationes undarum
modo homo deprimitur p[er] adversi
tatem, modo elevat[ur] p[er] prosperitatem
modo languet p[er] infirmitatem, mo[do]
gaudet p[er] sanitatem, modo dolet
modo ridet, modo circumdatur
turbis amicorum, modo

Primo
2º
3º

et signat mund[um] q[uod] mare p[ro]p[ter]
mundi

tinus hostium et inimicorum | modo
exaltatur ad dignitatem | modo
humiliat ad paupertatem | In pro-
curabiles elationes maris. Macro
bius 2o saturnalis prope finem
dicit quod aqua maris proiecta
in flammam eam non extinguit
sed accendit tamquam io est naturalis
pinguedo aque marine | que
est densa. falsa. pinguis. et gra
vis | Aqua maris est iocunditas
secularis sed iocunditas admixta
flame inuenilis ardoris | eam
accendit ultra omnem modum
iocunditatis | et io debent iuvenes
virtuosi se abissis aquis sub
trahere | et furorem sue iuventutis
in aqua dulci extinguere. Ecclesiasticus.
Ignem ardentem extinguit aqua
Iulibis denatur recenti d3 q
si leo dormiat in navi transe
unte mare | navis incipit pe
riclitari et submergi | tunc vero vi
gilat tranquillitas redditur
nam Moraliter qui platus dor
mit per negligenciam in eorum
congregatione | tunc congregacio
incipit periclitari | tali prelato dica
tur illud Proverbiis sicut dormiens in
medio maris | et sicut gubernator
amisso clavo | et ideo ad hoc quod
salus congregationi reddatur | oportet
talem platum excitari Exemplum
figuram habemus in evangelio ubi le
gimus | quod xpo in navi dor
miente | tantas sustinuit na
vis tempestates | quod discipuli
compellebantur dominum excitare et
dicere | Domine salva nos perimus
Ecclesia est in mundo sicut navis
in mari | Unde ecclesia dicitur na
vicula petri iuxta illud Ecclesiam
prave iugo | sunt mala climata
mundi. Sunt multi scripture =
tria | piscis homo. Cui in istam na
vem dormit per negligentiam et remissionem |

excitandus est per inimicos clamorum |
ut periculum consideret et undas mari
ne navicula submergatur. Secundo
mundus dicitur mare propter ama
ritudinem acerbitatis | totum enim
gaudium eius vite aspersum est
amaritudinibus | Unde gregorius in
quadam omelia | ubique mors ubi
que luctus | ubique desolatio | ubique
percutimur. Undique amaritudine re
plemur | et cum tota mente carnalis
concupiscencie eius amaritudines
amamus | fugientem sequimur. labenti
inheremus | et quia labentem retinere
non possumus | cum ipso labimur =
quem cadentem tenemus | Hec gre
gorius | Clement autem deus dispo
nit ut vita ista tediis et tribula
cionibus sit admixta | quia eam
nimis aciter amaremus | Unde
sicut nutrix volens puerum ablac
tare | linit mamillam aquo ama
ro ut senapi | ita deus nos volens
ab amore mundi trahere | ipsum amari
tudinibus voluit admiscere. Unde
Gregorius 2o mor. delectatis suis ad
se pergentibus dominus huius mundi
iter asperum facit | ne dum quisque te
vite presentis requie q. via amena
pascitur | magis eam diu pergere |
quam citius pervenire delectet |
ne dum delectatur in via obli
viscatur quod desiderabat in patria |
sicut enim pisces non sentiunt
amaritudinem maris | qui ibi
nutriti sunt | sic nec homines mun
dani sentiunt hoc amaritudine |
quia sunt talibus assueti Aba
cuk primo | Facies homines ut pisces
maris | Hoc tamen est advertendum |
quod viri sancti qui inter alios
amaritudinem mundi gustant | tr
sunt eas quodammodo dulcorare | sm
tres modos quibus solent dul
ces fieri aque maris | aque enim

marine fiunt dulces per solis eleuationem, per ter transmeationem, per distillationem. Isto modo sancti viri tribulationes huius vite dulces sibi faciunt. Primo per eleuationem solis. Sic enim sol eleuat vapores amaros qui postea congelantur in nubes de quibus dulcissima redditur aqua. Sic viri sancti tribulationibus agitati statim in celo ascendunt aut de gloria futura recogitant, et quibus pensatis manifeste considerant quod non sunt condigne passiones huius mundi ad beatitudinem quam expectant.

2o Secundo aque fiunt dulces ex conditione terre per quam transeunt. Unde aque transeuntes terram sabulosam communiter fiunt dulces. Sic memoriter si mortem nostram et nos in breui morituros et ultimam (?) incertos cogitemus, dicemus quod vana sunt quecumque nobis in hac vita dulcia dicuntur. Facile contempnit omnia, quia qui semper cogitat se esse moriturum.

3o Tertio experimentum est quod si vas integrum et concauum de cera virginea factum mittatur in mare, et inuenitur cito repletum aqua na de dulci, eo quod cera illa meatibus ama[ritudinis] rissimis permittit transire. Sic memoriter Christum cogitemus in cuius persona dicitur Psalmus: Factum est cor meum tamquam cera [et dicitur cera] virginea, quia de virgine pura natus. Hic enim resecemus quidquid tribulationis tollamus, et totum fiet dulce. Christus est quia cera talis est in se dulcis, continens mellis, et habet in se poros per quos aqua salsa trahitur et sic dulcescit. Christus autem dulcis est cera mellis, quia conceptus ex virgine fuit de spiritu sancto. De quo canticum. Iheronimus: Christus enim mel super mel dulcis poros habet patentes

magnos et paruos, vulnera scilicet spinis et clauis lancea et flagellis corpori sancto pro nobis illata. Et si nos per istos poros tribulationes huius vite distillare voluimus, nichil est quin prissum (?) indicetur ad illud quod ipse pro nobis non prius voluit tolerare. Ambrosius in quodam sermone: Omnia habemus in Christo, et omnia nobis est Christus. Si vulnera curare desideras, medicus est; si febribus estuas, fons est; si grauaris iniquitate, iusticia est; si ~~mortem times~~ indiges auxilio, virtus est; si mortem times, vita est; si tenebras fugis, lux est; si celum desideras, via est; si cibum queris, alimentum est. Sic ergo Christus amaritudines huius vite dulcat, recogitatus efficit nobis dulces, ut via vite nec tolerabilis nobis fiat. Ysa. 51: Posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati. Hoc est dicitur quantumcumque sit homo in profundo tribulationis in hoc mari magno, viam tamen habet per quam Christus precessit.

3o Tertio mundus iste dicitur mare propter inualitudinem sanitatis. Non est aliquis quantumcumque bone complexionis qui ita bene possit esse sanus in mari sicut in terra. Illi vero qui in terram nutriti et ad terram sunt assueti, qui ad mare veniunt, passionem patiuntur et abhominationem tantam habent quod inclinantes (?) capita non possunt eleuare. Isto modo memoriter nullus est ita morigeratus qui possit ita virtuosus viuere in huius mundi mari, sicut solida

tia sancte religionis / nec est ali
quis in bona religione ita ra
dicaliter educatus quin multas
abhominationes pateretur si sci
uisset / ut merito dici
posset ei illud Soph. 2.
Ve qui habitatis funiculum
maris gens perditorum 138

139 # Ideo iusti tulerunt spolia impiorum:

et decantaverunt domine nomen sanc
tum tuum et victricem manum tuam
laudaverunt pariter quia sapientia
aperuit os mutorum / et linguas
infantium fecit disertas. Direxit
opera eorum in manibus
prophete sancti. Explicata libera
tione filiorum israel de egipto / et
eorum mirabili in deserto peregrina
tione / hic prosequitur de misteriis
gratiarum actionis / postquam enim
dominus tot mirabiles plagas
fecerat in egipto / divisionem
in mari rubro / submersionem
egiptiorum in eo quod sic filii israel
in manu forti liberatos et libera
tos viderunt / statim deo gratias
reddiderunt. Unde tunc tem
poris fecit moyses illud can
ticum / quod ponitur Exo 15.
Cantemus domino / gloriose enim mag
nificatus est / totus populus
iuxta littus maris a. diebus /
et omni die accesserunt ad littus
cum tympanis et cytharis et
aliis musicis instrumentis. et
cantaverunt istud canticum domino
viri seorsum in turma una /
et mulieres seorsum in turma
alia. Consimili autem modo ecclesia
a. diebus in ebdomada pasche
descendit cum processione et can
tu ad fontem baptismatum / ca
nendo deo cum gaudio istud

canticum israel de egipto fuit autem
istud canticum moysi factum me
trice versibus exametris / sive me
tro heroico / in quo nobilium victorie
solent describi. et quia illud can
ticum est primum de quo legimus. Exo 15.
canticum canticorum tempore antiqui
tatis narrando igitur in lectione
ista de iubilo atque laude / quam
deo dederunt filii israel liberati
ab egiptiis / quatuor facit / primo enim dicit
laudantium conditionem / 2° lau
dis intentionem / 3° tante iocun
ditatis assignat occasionem / et 4°
istius laudis ordinationem. Illi
namque qui laudaverunt iusti fuerunt
quia Eccli 15. Non est speciosa
laus in ore peccatoris. Quantum ad hoc
dicit primo sic. Ideo iusti tulerunt spo
lia impiorum. Ideo scilicet quia sapientia
direxit populum israel / ideo ipsi iuste
tulerunt spolia impiorum / quia cum
egiptii submersi proiecti fuerunt ad
littus / filii israel eos spoliaverunt
armis eorum quas habebant.
Similiter eos spoliaverunt in asspor
tando de mandato domini ve
stes et vasa argentea et aurea
de egipto. Huic historie alludit
Augustinus 2° de doctrina christiana
capitulo 40° et dicit. Si qua forte vera
et fidei nostre consentanea et accomoda
philosophi dixerunt / et maxime plato /
non solum formidanda non sunt /
sed ab eis tamquam ab iniustis pos
sessoribus in usum nostrum vendi
canda. Sicut enim egiptii non tantum
ydola habebant et onera gravia
que populus israel destaretur et fugeret /
sed etiam vasa atque ornamenta
de auro et argento / que populus israel
exiens de egipto / sibi in usus
meliores de precepto domini ven
dicavit / sic etiam doctrine genti
lium non solum supersticiosa et

super vacua continent | sed scias
liberales aptissimas esse voltatis |
et quedam precepta de bonis mori
bus | que omnia sunt theologie
vendicata secundum sententiam Au
gustini | ut phia theologie bone
subserviat | et ideo tam in phis
quam in poetis debz theologi ad
horum aliquam studuisse | nec est
voltas contempnenda | licet in po
etica latu lateat vanitate | Du
tum vigilans studet Enim et
quidam abeo quereret quid fa
ceret Audit lego animum meum in
stroere .i. colligo sapientiam de iudi
poeta iusti 9° tu · ppo · in pi · Egi
ptiorum | qui meos in pn fuerant
et crudeles | Et decantavit domine
nomen sanctum tuum Ecce recta i
tencio laudantium | quia non homi
nibus cantavit · · nec duabz
sed domino | qui spaliter extulerunt
de nobilitate sue conditionis et desper
ancitate sue potencie | Unde dicit
Decantavit domine nomen sanctum tuum |
quo nomine eius nobis essentia
designatur | In ps Domine dominus no
ster Victum ad primum | et victoriam
manum tuam lau · pit | manum
i · potentiam quam ad finem | et ista fe
cerunt vivavimus mulieres seorsum
et viri seorsum | et hoc est multo co
mendabilius | quam permittere
mulieres inter clericos et cantores
stare et discurrere in choro | Zach
12 familie et familie seorsum |
et mulieres eorum seorsum | lauda
verunt unquam | Sed ex qua occa
sione dixit qui sapientia aperuit os
mutorum i · hebreorum | qui fuerant
ante quasi muti pre timore et
captivitate sua in qua fuit | Et lig
in fan · fe · dis | hoc est hebreorum
qui silent a laude dei in egipto |
quasi infantes non potentes

loqui | eorum in qua linguas sapia
fecit disertas i · expeditas ad lo
quendum | Addisti ergo multum
confert iocunditas et audacia |
et per oppositum obstat et impedit
omnis timor | et ideo postquam
evaserant egiptiorum timore |
statim facti sunt diserti adden
sum laudandum | Sed de tercia
ordinatione fecerunt istam lau
dem | Scite hec et alia fecerunt
de mandato moysi | et ideo sub
iungit | Direxit debz sapientia opera
eorum in manibus prophete sancti
s · moysi | Osee 12 In manibz
prophetarum assimilatus sum | Decanta
verunt domine nomen sanctum
Et filii Israel nomen dei decan
taverunt devote | quia eos a servi
tute egipciaca liberavit | multo
magis nomen illius cantare
et venerari debemus | qui nos
a penis inferni sua passione
redemit | Ipsi laudare potuerunt
nomen antiquum tremende po
tencie | Nos autem nomen
novum pietatis et clemencie | In
ps Secundum nomen tuum deus sic laus
tua in fi · t | Hoc nomen est ihus |
de quo dicitur primo Vocabis nomen
eius ihesum | ipse enim sal · fa · po
pulum suum a peccatis eorum |
Volunt enim multum amantes
de personis amatis facere tanti
lenas | earum nomina exprimendo |
Nos ergo de hoc nomine ihesu idem
faciamus | iuxta illud ps
laudabo nomen domini cum
cantico | et magnificabo eum in la
ude | Est igitur notandum | quod istud
nomen est nomen honoris
et excellencie | Nomen amoris
et benivolencie | Nomen valoris
et omnipotencie | primo est nomen
honoris et excellencie prophetarum ·

2° Dedit illi nom quod est sup omne nom ut in nomine ihu omne genu flect. ce. ter. et in fnorn. Unde scribimus sacros canones quando hoc nom ihs pfert in ecclia omnes xpiani inclinare debent cu capite quia nis tam hoc quam multa alia spualia in quibus karum di uicia non consistit aplatis hiis tempore negligantur. Istud nom est nominum et nomen fuit xpo impositum s. in sua circumcisione. Vocatum est nomen eius ihus quod vocatum est ab angelo prius quam in utero conciperetur. Sut 2° Solent n. hoies nomina noua sibi assumere triplici rone. Quidam rone adepte dignitatis. Quidam rone delande vilitatis. Et quidam rone patre probitatis. Rone adepte dignitatis omnis psona que creatur in papam eligit sibi nom nouum et nomen tale quod virtutem bonitatem et modestiam reputat q. d. qualitercumque fuerunt sub temporibus rigidus retroactis vel in iuris negligens vel sonorus ero deinceps pietate modestus et regulatus vite. 2° rone delande vilitatis solent non multi nomina noua sibi assumere et maxime tales qui intrant regnum in quo dominatur inimici eorum tunc solent tales statu suum celare et se extraneo nomine intitulare ne eorum condicio aliis innotescat. 3° rone patre probitatis sicut manlius torquatus iste enim fuit quidam romanus et dicebatur lucius manlius quem cum quidam gallus ad singulare certamen prouocasset eum eo aggressus ipm occidit et torquem auream quam in collo gestabat auferens sibi imposuit a quo facto nom torquati tam sibi quam posteris conquisiuit. Sic etiam propter auctam magnificentiam romanam rem publicam Octauianus dicebatur Augustus. Ppt istas tres rones debuit xpus dei filius nomine incarnatus sibi assumere nomen nouum. Primo namque creatus fuit aplicus summus pontifex et caput ecclie secundum humanitatem. Ephesios 1° Ipm dedit caput sup omnem ecclesiam que est corpus eius. Et hebr. 3 considerate aplm et pontificem confessionis nre ihm et qui fuerat multum rigidus ante voluit in suo nomine futuram sue clementie designare modestiam. 2° quia ipse intrauit in mundum istum cor. in quo demones qui grauant in inimicati et ut plurimum dominant. Voluit enim se occultare ne ab eis deprehenderetur ut latere posset principes et ptates tenebrarum harum. 3° rone patre probitatis quam fecit salutem vniuerso redimendo genus humanum. Unde statim effuso modico sanguine in circumcisione qui fuit q. pignus et arra complete redemptionis future impositum sibi fuit illud nom ihus ys 62 Vocabitur tibi nomen nouum quod os domini nominauit. Est ergo hoc nomen ihus nomen honoris et excellentie. 2° hoc nomen est nomen amoris et benivolentie ys 26 Nomen tuum et memoriale tuum in desiderio anime. Anima mea te in nocte desiderat vel ut inuenimus quia sicut dicitur hoc nom ihus est mel in ore melos in aure iubilus in corde. Hoc bene senserat beatus Ignatius qui tormentis expositus nomen istud semper sonabat. A quo tyrannus paganum querenti quare ita instanter istud nomen inuocaret

Ignatius

respondit quod sit illud septum=
gitet quod illud oblivioni tradere
non valeat valebat hic 1^o cum
ocisus fuisset ter de corpore extra
xerunt et illud inspectores mediatas
diviserunt et semper in utraque
particula hoc nomen ihesus litteris au-
reis invenerunt scriptum hoc nomen
et paulus sibi multum impresserat
cuius caput a corpore decollatum
illud manifeste sonuit clara voce
qui etiam nomen xpi sub isto ter-
mino ihesus vel xpus vel ihesus
xpus in suis epistolis 400 vicibus
replicavit huius etiam nominis
amore apostoli sibi impresserant quod
pro contumelias et opprobria
pati se gaudebant Act. 4 ibant
apostoli gaudentes a conspectu concilii quod digni
habiti sunt pro nomine ihesu contu-
meliam pati 3^o Tercio nomen istud est
nomen valoris et omnipotencie cui
nichil nocivum nichil dyabolicum
vel fantasticum potest resistere si-
gnum contra demones Marci ult.
Mr^c 16 In nomine meo demonia
eicient lig. lo. no. serpentes tol. Unde
narratur quod cum quidam genti-
lis ad fidem nuper conversus fuisset
F Demones sibi invidentes eum
invisibiliter infestaverunt et visibiliter
verberaverunt frequenter Postea ad doc-
trinam cuiusdam sancti viri in
quatuor angulis lectisternii
suorum fecit nomen suum ihesus in-
scribi et extunc quociens tamen
iam intraverunt stantes a re-
motis dixerunt ha ihesu sed ad
lectum nullatenus appropinquare
valebant Ille conversus demones
hoc videns scripsit hoc nomen et
ad quandam lanceam appendit
et quociens ad eum molesta-
dum venerunt lanceam cum
nomine eis obiecit et sic ab eis
destitit penitus liberatus de hoc

nomine visitat illud Joel 2 Omnis
quicumque invocaverit nomen domini
salvus erit Huius nominis in sa-
virtute sanctus Dionisius Ario-
pagita conversus est ad fidem
sicut 2 refert magister in historiis
super actus apostolorum Contigit
quedam cecum coram paulo
et dionisio mathematico transire
dixit ergo dionisius paulo
Si dixeris isti ceco in nomine
dei tui vide et viderit ego
statim credam sed ne utaris
magicis verbis quia forte no-
sti verba que sunt huiusmodi effi-
caciam ego prescribam tibi for-
mam verborum [illegible]
forma verborum dicitur In
nomine ihesu xpi nati de vir-
gine crucifixi mortui qui
resurrexit et ascendit in ce-
lum vide Sed ut omnis to-
llatur suspicio paulus precepit
dionisio ut ipse eadem verba pro-
ferret quo facto qui fuerat
cecus vidit Dionisius stati-
conversus est Unde de isto no-
mine signanter dicitur Act.
4 Nec enim est aliud nomen
nomen sub celo datum hominibus
in quo oporteat nos salvos fieri Ca xj   Sto 134 Ca^m xj

Iter fecerunt per deserta que non inhabitabantur

Et in locis desertis fecerunt   illis fixerunt
tabernacula steterunt contra hostes
et de inimicis se vindicaverunt
sitierunt et invocaverunt te et
data est illis aqua de petra
altissima et requies sitis de
lapide duro Postquam Sa-
lomon ad laudem sapie-
ncie narravit liberacionem populi
israelitici de egipto iungit pre
consequenter sapiam come

dando narrat, de eiusdem populi
mirabili gubernatione in deserto / et
ut hec gubernatio mirabilis eviden
cius appareat describit eam per
quandam antithesim / nunc re
citando beneficia collata iudeis /
nunc replicando supplicia irro
gata eorum adversariis / adversarii
autem filiorum israel fuerunt egi
ptii in egipto / amalechite in de
serto / cananei in terra promissio
nis / et omnes istos deus pro fi
liis israel mirabiliter flagellavit / primo
ergo ostenditur in sequentibus
qualis fuit reproborum pena /
2o quanta fuit eorum culpa
Primo ibi / 13 capitulo / Vani autem sunt
omnes homines / Circa primum 2o duo
facit / quia primo agit de penis e
gipciorum / secundo de penis amo
rreorum capitulo 12o / O quam bonus et
suavis est domine / Circa primum
duo facit / nam primo ostenditur
quod divina iusticia punit propor
cionaliter ad peccata / secundo quod
divina potencia non est ad-
stricta modum puniendi necessa
rio limitatum / 2a ibi / Non enim
impossibilis erat omnipotens manus tua
Circa primum adhuc duo facit /
quia primo agitur de beneficio col
lato filiis israel in deserto / 2o de
suppliciis eiusdem beneficio contrario
illato egipciis in egipto / 2a ibi / per
que enim penas / prelectione circa
primum agitur de tribus in quibus
fuit a sapiencia gubernati dum
in deserto fuerunt / videlicet de lon
ga et periculosa gubernatione / de
magna et victoriosa hostium
expugnatione / de larga et mira
culosa sitis extinctione / 2a pars
ibi / steterunt contra hostes / 3a
ibi / sicierunt et vocaverunt / Quantum
ad primum dicit / Iter fecerunt per
desertum / subaudi / nondum / quod
filii israel recedentes ab egipto

usque terram promissionis / permulta
deserta transierunt / Nam inter egi
ptum et mare rubrum habue
runt 4 mansiones in deserto / et
transito mari rubro invenerunt de
serta syn et sur et cades / sicut
patet numeri 33 / Cum ergo venissent
in cades prope terminos amor
reorum / misit moyses 12 ex
ploratores ut considerent terram
promissionis / et redeuntes
populum averterunt exstite (ex felicitate)
[illegible] / sicut patet numeri 13 / Isti
autem reversi post 40 dies quibus
terram promissionis exploraverant
dissenserunt inter se / Nam
10 ex eis dixerunt terram esse
pessimam et periculosam ad ac
quirendum / et ibi habitabant
gigantes / quibus filii israel ex
parte quasi locuste videbantur /
assumpti / dicentes quod terra illa de (asseruerunt)
vorat habitatores suos / et
est tantum laborem exigit ut
colatur / quod homines prope
[illegible] laboris et modicitatem
fructus / [illegible] secundum eos ex (consumit)
ponitur sic ~~[illegible]~~ terra infructuosa (infructua)
est nec habet innates homines
propter / soli duo vero de duodecim scilicet
Iosue et Caleph commendabant
terram / secundum veritatem quam
viderant / plebs igitur maiori
parte sequitur cepit murmu
rare contra deum / et cogitaverunt
sibi ordinare ducem / et voluisse
reverti in egiptum / quam ob rem
dominus offensus ad iram misit
eos redire ad solitudinem de
qua venerant / ut illi decem
iuxta numerum 40 dierum quibus
terram promissionis consideraverant /
40 annis in deserto vivent / et
tandem ibidem morerentur / cum
populo qui eis assenserat / omnibus
videlicet qui numerati erant a 20
annis et supra / et sic factum

est | quod omnes illi qui exierant
de egipto viri fortes et robusti |
mortui sunt in deserto | et filij
eorum 40 elapsis annis in terram
promissionis intraverunt in terra
nomine exceptis Josue filio nun
et caleph filio Jephone | Exiuerunt
igitur de egipto in cades prope
terminos terre promissionis duobus
annis | et ideo | illo reversi in
desertum consumpserunt 38.
et in fine 39. redierunt in cades |
et sic 42 mansiones quas
legimus fecisse ab egipto usque ad
campestria moab / iuxta iordanem /
3 bus annis tamen complete sunt |
vz 12 ab egipto usque ad montem
synay | ubi parum manserunt |
a synai usque ad cades 21 mansio
nes fecerunt in sua anni | sed per
38 annos postea erraverunt in
deserto | sc ad mare rubrum | quo
tempore movebatur populus
successive | et alij loco eorum ge-
nerabantur | et in fine de finibus
synay in cades in 2 diebus | in
quibus 9 mansiones fecerunt
vide nigram in historijs numerorum
19. et 20 et 33 | quia hec fuit
opinio sua | et videtur dicere quod
fuit in deserto 40 annis per
murmurationem factam in reditu
exploratorum | Alij dicunt quod
non est intelligendum quod
fuit in deserto 40 annis compu
tando a tempore quo dixit eis
dominus numerorum | 40 diebus
quibus terram considerastis 40
annis recipietis iniquitates
vestras | tum .i. hoc dum fuit post
duos annos ab egressione de
egipto | fuissent 42 in deserto
quod non est sed postquam
redeuntibus exploratoribus
murmuraverunt | consumpserunt
38 annos errando in deserto

de cades barne ad monte oreb |
et econtra redeundo per monte
synay in cades barne 40 anno
inchoato De ista peregrinatione
loquens littera dicit sic Iter
fecerunt per deserta plurima | quia
per multa deserta transierunt quod
non inhabitantur ab hominibus
sed a bestijs ferris | et ideo
dicitur Deut° 32° locus hor
roris et vaste solitudinis | et
in istis locis desertis fixerunt
casas | i. diversas mansiones |
quia 42 fecerunt ut supius di
ctum est | Casa secundum ysidorum 19
ethimologiarum capitulo 11° est agreste
tabernaculum pal atque virgultis
arundinibus que contextum |
quibus pastores homines se tuentur
a vi frigoris caloris que in intrasseunt
igitur habuerunt longam et periculo
sam peregrinationem in deserto
Secundo habuerunt magnam
ibidem et victoriosissimam
hostium debellationem unde exodi 17 ca
narratur | quod amalechite ve
nerunt in desertum raphidim
ad pugnandum contra israel |
moyses non mandavit contra
eos josue cum paucis armatis
ipse non ascendit in montem |
assumens secum aaron et hur |
et portans secum virgam dei | cumque
moyses orans deum manus
elevaret vincebat israel | si autem
paululum remisisset vincebat
amalech | quo comperto aaron
et hur supposuerunt ei lapidem |
et ipi manus eius contraque
parte sustentabat | quod factum
est ut moyses non remitteret
manus usque ad solis occasum |
fugavitque josue amelech et
ore gladij Isti historie et alijs
alludens ita dicit | Extenuit
contra hostes | et dem inutis

alioo

A 2° anno fuerunt i tades
2 sic

redierunt sc

g 2°

(clamauerunt) sc. vim. Tercio sitiuit eciam in deserto largam et miraculosam sitis ex tinccio sicut patet exodo. 17. et numeri 20 In primo n. cum venisset populus in raphidim defecit eis aqua penitus et ceperunt murmurare contra moysen moyses non de mandato dni percussit semel petram oreb et egresse sunt aque et vocauit moyses nomen loci illius temptacio sicut narratur numerorum 20 cum 40 anno redisset in cades post mortem marie sororis moysi indiguit populus aqua et murmurauerunt contra moysen et aaron qui ambo dnm orauerunt pro remedio dns autem dixit moysi quod congregata multitudine percuteret petram coram eis et illa daret aquas Moyses non aliquantulum hesitando percussit petram semel et nichil manauit propter diffidenciam percussit 2o et egresse sunt aque largissime ita ut biberet et iumenta Et quia moyses et aaron verbis domini non crediderunt perfecte dixit dominus eis quod populum intrare in terram promissionis non inducerent et ideo ambo mortui sunt in deserto aaron in monte hor 40 anno egressionis moyses vero in monte nebo quo considerauerat fines terre promissionis Unde vidit eam sed eam non intrauit Et quia moyses et aaron increduli fuit deo promittenti aquas de petra quasi deo promittenti contra dictes Ideo vocate sunt aque ille aque contradictionis In hys duabus hystoriis alludens licet sic dicit Exierunt et inuocauerunt te et data est illis aqua de petra altissima i. in alto loco sita et pre

tento mirabilius videbatur quia si aque exissent de petra iacente in ymo et requies sitis data est illis de lapide duro Iuxta ps Qui conuertit petram in stagna aquarum et rupem in fontes aquarum Et est notandum quod ista duo miracula distabant tam loco quam tempore loco quia primum factum fuit in raphadim ubi fecerunt septimam mansionem a transitu maris rubri 2m fuit in cades ubi fecerunt 22 mansionem a raphidim computando et 33 ab exitu de egipto distabant eciam tempore quia unum quod fuit in raphidim facta est anno primo egressionis de egipto 2m factum fuit anno 40 post reditum populi ad cades et mortem marie sicut supra dictum fuit paruum ante mortem aaron Notandum moraliter quod tria sitiuit filiorum israel per desertum usque terram promissionis tusitum nrm designat primordium ipsum usque patriam celestem In deserto autem tria fecerunt secundum literam moralem lectam Sicut n. viatores peregrinabant Sic bellatores preliabantur Sicut cultores dni venerabant In primo notandum quod dicitur Iter fecerunt secundum quod dicitur sederunt contra te 3m cum dicitur sitierunt et inuocauerunt te In prima se habuerunt sicut peregrini unde fecerunt sibi casas non castra non pallacia sed pura tugiria et de fragili materia in quo redarguitur curiositas illorum qui nimis in excessiuis edificiis delectantur qui plus terra lapides non viuentes solliciantur quam terra lapides viuos ac si hic in eternum forent mansuri non considerantes quod non habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus hebr 13 Secundum quod

ita excessiua edificia fabricant
breuiter ea inhabitant / et alijs
morientes dimittunt / non cogi
tantes de verbis saluatoris mr̄ 13 | chri
Cum tunc quidam discipulus di
xisset magister aspice quales lapi
des et quales structure / Respo=
dit / videtis has omnes mag=
nas edificationes amen dico
vobis non relinquetur lapis super lapidem qui non | non
destruatur / Secundo filij israel | destruatur
se habuerunt in deserto sicut=
bellatores / et nos contra vicia
semper pugnare debemus / Ha
bemus enim bellare contra demonem
mundum et carnem / Demon
pugnat contra nos dupplici=
manu / occulta suggestione et aperta
inpugnatione / primam manum
euademus per prudentiam / que
rerum exitus metitur / 2am per pa
ciencia / quam equanimiter tribu
latio tolleratur / Mundus pugnat
dupplici manu / ambitione hono
rum / amore diuiciarum / primam
manum sibi amputabimus /
timore iudicij / cogitantes quod
qui modo in honoribus alijs
preponuntur / in fine strictissime
iudicabuntur / Sapientie 6 / iudicium
durissimum in hijs qui presunt fiet / Secundam | presunt
manum amputabimus amorem
christi pauperis nascendo viuendo
moriendo considerantes / Caro=
pugnat dupplici manu / gula
et luxuria / primam manum ampu
tare debemus per continentiam / 2am
per abstinentiam / et maxime illi
qui sunt in religionis deserto
constituti / 3o filij israel se habu
erunt sicut dei cultores / a deo
cum indigent potum suppliciter
postulantes / Sic et nos autem bonorum | esse de
operum desiderium videndi diui=
nam essentiam / aput quam fe
fons vite et merito hunc vi=
debemus hunc psalmus / Siti
uit anima mea ad deum fontem viuum
quando veniam et apparebo ante faciem dei / purgatione
recepta efficitur ymaginis
domino sitit et sic quicumque est
purgatus de peccato / vitam istam
fastidit / et etiam desiderat
Item psalmista / Sitiuit in te anima mea
quam multipliciter tibi caro mea
Istam sitim extingui non poterit
donec christus nobis dixit / illud
Cant 5 comedite amici mei
et bibite et inebriamini karissimi / et
ad impleatur illud psalmista / inebria
buntur ab vbertate domus tue
et torrente voluptatis tue po | ps 35 [?]
tabis eos / Sermo 15

Denique enim penas passi sunt ini:

mici illorum a defectione po
tus sui / cum habundarent
filij israel letati sunt et per hec
cum illis deessent / bene cu
illis actum est / nam pro fonte
quidem sempiterni fluminis hu
manum sanguinem dedi
sti iniustis / Enarrato bene
ficio collacionis aque profluentis
de petra miraculose / quam dedit
sapientia increata filijs israel si
tientibus in deserto / hic com
parat istud beneficium ad penam
contrariam illatam egiptijs
in egipto / Exodus 7 / egipcij re
belles domino filios israel
nollent dimittere / Domin
us 10 plagis egiptum percussit
que in hijs versibus continentur
Sanguis rana culex musca
mia mors pecorum / vlcera
grando bruchus tenebre primus
mortua prima / Quarum pri
ma fuit ista / Aaron accepta virga

moysi percussit

Virga moysi percussit flumen Nilum
et conversa est tota aqua fluminis
in sanguinem ita quod egiptus
inde aliquid hauriret nolentibus
tam sapore quam colore sanguis
apparuit / et sic factus est sanguis
in tota terra egipti in fluminibus ri
vis et paludibus / et in vasis do
morum tam ligneis quam sa
xeis et ubicumque egipti fode
runt puteos iuxta flumina in
venerunt sanguinem / hebrei vero
aquam habuerunt salubrem in
terra gersen in qua habitabant
vel secundum josephum aqua
nili fuit hebreis potabilis sed
egiptiis mutata fuisset in sangui
nem tam sapore quam colore et
hec plaga septem diebus duravit
Exo 4 ita quod omnes pisces
fluminis mortui sunt / habetur ergo in
tatulo alludens salomon in
hac littera vult dicere per quandam
antithesim / quod sicut dominus
punivit egiptios iuste per sitim
et potus defectum in egipto / qui
filii israel in egipto aquis potabi
libus habundabant / ita populo
in deserto cum filii israel sitim
haberent et aquis carerent care
rent bene tamen fecit illis deus
dando eis aquam de petra mira se
et non sustinendo eos nimis siti
affligi / dicit ergo sic / per que enim
penas sunt passi inimici il ade
fecit po. s. i. pest per easdem naturas
aquarum per quas egipti punie
bantur a defectione / i. propter de
fectum potus sui / et in eis cum ha
bunda fi. i. s. letati sunt / per hoc i. per
alias aquas in deserto cum illis
i. cum filiis israel deerent ad tempus
bene tamen illis i. filiis israel
actum est deo ministrante aquas sa
lubres de petra / et ideo sicut per
defectum aquarum punivit egip
tios / et letificavit filios israel si
ita
sitientes in deserto aquis ductis
de petra potavit / et est contrarie
tas inter hoc quod egiptus fluctibus
necessariam aquam contempsit / hebreis per
sitim afflictis aquas optimas
de petra eduxit / et hoc est quod
subdit textus nam pro fonte quidem
sempiterni fluminis i. nili / unde
de nilo in ysidoro li. 13 ethymologiarum / hu
manum sanguinem i. aquas
mutatas in sanguinem dedisti in
iustis iniustis i. egiptiis / et hoc iuste
quia qui humanum sanguinem
in flumen proiecerant sub iuge
do parvulos hebreorum / Exo primo 2
humanum sanguinem i. aquas con
versas in sanguinem bibenti si
vellent extinguere sitim suam
Eze 34. omnem sanguinem oderis
sanguis te persequetur / hoc est
sana littera licet alio modo posset
exponi / humanum sanguinem
dedisti iniustis / sicut enim dicit
Augustinus contra 4 hereses / effusus est
sanguis medius / ut esset medica
mentum frenetici / omnis peccator
frenetico comparatur / quia quanto gra
vius infirmatur tanto se putat
saniorem / ridet cum flere debet /
et gaudet cum infirmatur et non
custodiri potest nisi vinculatus
isto modo peccator quanto peior
tanto magis se reputat meliorem /
quia prov. 18. impius cum in profun-
dum venerit peccatorum con
tempnit / sed sequitur eum igno
minia et obprobrium / cum flere
debet / unde xpus videns civita
tem flevit super eam lu. 19 dicens quia
si cognovisses et tu fleres / luce
19 / unde etiam sancti viri gau
dentibus impiis flere solent
propter compassionem quam habent
de perditione eorum / unde in vitis
patrum de quodam sancto le
gitur / quod cum vidisset orna
tum cuiusdam fatue
mulieris flens dixit / ignosce

Nota

michi omnipotens deus / quia virtus dici
ornatus huius mentis / superavit
totius vite mee industria orna
menta interrogantibus causam
ergo dixit flens / Due res me com-
mouent videlicet illius perdicio et
alia de mea remissione / quia non
habeo tantum studium placendi
deo / quantum habui ad placendum ho
minibus malis et dyabolo / Frequen
ter homo gaudet de sua infirmitate
et multi turpissimi peccatores ia
ctant se de sceleribus suis / unde
conflectantur cum male fecerint et
exultant in rebus pessimis / isti
saluari non possunt / nisi vinculentur
in infirmitatibus vel miseriis adeo
que sunt vincula salutaria pec
catorum / In ps(almo) Cum occideret eos
querebant eum et reuertebantur / Item mul
ti te sunt in infirmitates corporis / postea
autem vincula etiam quibus peccator
ligari debet sunt sacramenta ec-
clesie / et precipue tres partes penitencie / scilicet
contricio / confessio et satisfactio
Eccli. 6 / vincula illius alligatura
salutaris / ista vincula salutem
operantur in virtute sanguinis christi / quia
fusus est sanguis medici / et
factus est medicamentum freneticis /
ut medico proprio iugulando dicas /
humanum sanguinem dedisti
in misteriis iniquitatibus nobis nostra re
dempcio per christi passionem di
minuitus procurata / declaratur
enim / scilicet preciosa / dolorosa / amoro-
sa / gratiosa / Primo preciosa quia inter
omnes creaturas corporales homo
est preciosior / quia ad similitudi
nem et ymaginem trinitatis creatus
est / ysa 13 / preciosior est vir auro /
et homo mundo obrizo / et ideo
constitucione diuina homo om-
nibus bestiis preponitur ad regendum
ut dominus / Jac 3 / omnis natura
bestiarum et volucrum et serpe
tium et ceterorum domatur et do

mata est a natura humana / et ideo pro
effusione sanguinis humani non be
stialis mors inflicta fuit / pe
na Genesis 9 / quicumque effuderit
sanguinem humanum fundetur
sanguis illius / ad ymaginem
quippe dei factus est homo / Un
de Leo in epistola ad Alexandrum / tamen
niquid effundere sanguinem hu
manum / quia hoc soli deo conue
nit / Fuit ergo redempcio nostra
preciosa / facta per christi humanitatem
Ad Tit 3 Apparuit benignitas et hu
manitas saluatoris nostri dei / Augustinus
Libro de vita de benignitate / Inspi
ce vulnera pendentis / sanguinem
morientis / precium redimentis / ci-
catrices resurgentis / Caput
habet inclinatum ad osculandum /
cor apertum ad diligendum / bra
chia extensa ad amplexandum /
totum corpus expositum ad re
dimendum / Hec quanta sint cogitate /
hec in statera cordis appendite /
ut totus vobis figatur in corde /
qui totus pro nobis fixus fuit
in cruce / Est igitur nostra redempcio
preciosa / quia per humanum sanguinem /
quia precium ymaginando magis
fuit humanus sanguis ipse et
ex proprie effusus nisi in proposito
enim peccando recedit a natura hu
mana et fit bestia / ut patet
ysa 13 / et Boecius 4o de consola
cione prosa 3a ita fuerint / post
peccatum 9o primi parentis / corporalius
est sanguis ille / qui primo cor
pori primi hominis fuit coniunctus /
nunquam sanus fuit / do
nec benedictus ad christum dominum
diffusus sanguinibus primi sic
virginis in utero sanctificate
progenitum aperit per s. Unde
ille primo post adam sanguis huius

humanum in illa pro tunc quamvis
requirit humana, et ideo ipse loque-
do nunquam fuit sanguis huma-
effusus nus nisi ille. Et ideo signanter
dicit apostolus Heb. 9: quod Christus
assistens pontifex futurorum bo-
norum, non per sanguinem hir-
corum aut vitulorum, sed proprium
sanguinem introivit semel
in sancta et. Verum in bonitate. 2o
2o in mira redemptio doloro-
sa tamen dicitur per sanguinem. Sang-
uis n. de corpore sano non exit
sine dolore. Dolor autem Christi
magnus fuit iuxta illud Tren.
1o: O vos omnes qui transitis
per viam attendite et videte si
est dolor similis sicut dolor
meus. Sanguis autem humanus
est tam naturaliter quoniam fecundat lig-
num aridum. Sanat corpus
languidum. Causat cementum
c solidum. Primo fecundat lignum
aridum. Dicitur quod si lignum
sit arefactum, optimum reme-
dium est statim in principio are-
factionis apponere radici sang-
uinem humanum. Narrat enim
Hermes egiptius, quod rosa-
rium plantatum intra cortice
ta cortice cum sanguine, ad calo-
rem modicum ignis, omni tempore
anni producit rosas. Sic moraliter
homo est quasi arbor. Marci viij^o vi-
videtur deo homines quasi arbores am-
bulantes. Ideo si homo de deo
non cogitat ut debet, non habet
devotionem, non facit dulcia
que dei sunt. Johel primo: ligna
agri aruerunt quoniam confusum
est gaudium a filiis hominum.
In isto casu non est melius re-
medium, quam ad radicem
cordis talis persone apponere sa-
nguinem Christi calidum per me-
ditacionem devotam. Ista me-

dicatio accendit statim amorem
qui est calor naturalis arboris
vel hominis, sed amor dei nunquam
est ociosus, sed operatur magna
si est, secundum Gregorium, et
ideo adiutorium sanguinem sequitur
fructus boni operis. Et ideo dicit
Bernardus super Cant. sermone 20:
Super omnia reddit te michi
amabilem bone Jesu calix quem
bibisti, opus nostre redemptionis.
Hoc opus omnino amorem meum
sibi vendicat. Hoc devotionem nostram
blandius sibi allicit, iustius exi-
git, arcius stringit. Et ideo sicut
dicit apostolus Heb. 9: omnia pene
secundum legem in sanguine
mundantur, et sine sanguinis ef-
fusione non fit remissio peccatorum.
Secundo sanguis sanat corpus 2o
languidum. Unde consultum
legimus Constantino imperatori R
leproso, quod balnearetur in sang-
uine calido puerorum et curaretur.
Est infirmitas quam pueri quique
+ sustinent, et vocatur cenglés pi-
tuosa valde, nisi premedium
aliquod sanitati, et est remedi-
um tale, quod puer ungatur sang-
uine hominis, qui prius morbum
istum passus fuit. Isto modo cor-
poris nostri mortalitas est in-
curabilis infirmitas, quia con-
tinue morimur secundum Senecam.
Ista infirmitas ut patet quod
fiebamus in moribus, curari non
potuit nisi per illius sangui-
nem, qui sponte nostram mor-
talitatem in sua passione cura-
vit. Unde Bernardus in quodam sermo-
ne: O bone Jesu, quid tibi et morti?
Nos delinquimus et tu solvis, nos
peccamus et tu luis, opus sine
exemplo, gratia sine merito, cari-
tas sine modo. Tercio sanguis 3o
causat cementum solidum.

Sed quod [illegible] eius erat pro [illegible]
debebat

dicit quod antiqui volentes facere
edificia perpetua, cementum cum
sanguine miscuerunt. Unde est
de Vortigerno rege Britanie in hi-
storia Britonum quod cum edi-
ficaret turrim in monte Erery-
subnalia, quidquid tunc tota
die operabantur, tellus alio die
absorbuit. Consuluerunt ergo
magi dicto regi ut inveniret
quendam iuvenem factum qui pa-
trem hominem non haberet, cuius
sanguine lapides et cementum
aspersi prestarent soliditatem
cementum. Ad literam ante Christi passionem
sic erat in mundo, quia quidquid
edificaverunt, quantumcumque bene
edificaverunt moraliter bene vi-
vendo, totum in morte absor-
bebatur a terra, quia omnes
in puteum inferni descenderunt.
Nec stare potuit edificium virtutum
donec aspersi essent sanguine innocentis
qui patrem non habet in terra. He-
bre. 12: Accessistis ad mediatorem
novi testamenti Iesum, et sanguinis
aspersionem melius loquentem
quam Abel. Isto ergo sanguine
cementum nostre conglutinatur et
solidatur, ut deo amore indisso-
lubili hereamus, qui prius per cul-
pam regione dissimilitudinis di-
stabamus. Ephe. 2: Nunc autem
in Christo Iesu nos qui aliquando eratis
longe facti estis prope in sangui-
ne Christi. Tertio in mundo nostra
redemptio fuisse amorosa, tu
quod dedisti. Non enim propter
precedentia merita vel futura
opera nos redemit, sed sola gra-
cia ineffabili caritate. Tit. 2:
Dedit semetipsum pro nobis ut
nos redimeret ab omni iniquita-
te. Et Io. 3: Sic deus dilexit
mundum ut filium suum uni-
genitum daret. De ista mirabili
donatione loquitur Aug. in quo-
dam sermone de natali domini:

Homo iniquus factus est homo factor
factorum, ut fugeret ubera regens
sidera, et esuriret panis, sitiret
fons, dormiret lux, ab itinere
via fatigaretur, a falsis testibus
veritas accusaretur, iudex vivo-
rum et mortuorum a iudice mor-
tali iudicaretur, ab iniustis iu-
stitia dampnaretur, spinis flo-
rens coronaretur, virtus infir-
maretur, salvans vulneraretur,
vita moreretur. Quarto fuit
nostra redemptio gratiosa, quia
non solum fuit facta pro omni-
bus bonis et iustis, sed et pro
iniquis peccatoribus et iniustis.
Unde ultimo subinfertur: in-
iustis, quia innocentem [illegible]
... 1 Pe. 3: Christus
semel pro peccatis nostris mortuus est,
iustus pro iniustis. Dabatur sic
continue dare in iustis in sacro
altari, quia iniusti sunt qui
peccando tanto beneficio sunt
ingrati. Aug. in quodam sermone
de die iudicii: Cur me contemnis a-
nimam tuorum, cuius quondam illa ma-
gna(?) quondam per mortem tuam occi-
dis(?) tui misertus, nolens aspe-
risset(?) angustiam. Sequitur Bern.
in quodam sermone loquens
in persona domini devote sic
dicit: O homo, vide quid pro te
patior; non est dolor similis sicut
dolor quo crucior; ad te clamo
qui pro te morior; vide penas
quibus afficior; vide clavos
quibus confodior; cum sit
dolor tantus exterior, intus
planctus gravior, cum te ta-
m ingratum experior, etc. 131 lectio

Quum autem impleverunt
Quinta introductione in

Rependeram asserit? quando mortem
est mihi crux animarum tuorum in
qua in dictis pendeo, qua ista
in qua quondam mortem

lectio 134

infancium occisorum / Dedisti illis habundantem aquam in sitate salutis / ostendens p sitim que tunc fuit quemadmodum tuos co altares / et adversarios eorum necares. Enarrato beneficio aque potabilis date miraculose hebreis in deserto / et contrario supplicio aque converse in sanguinem illato egiptiis in egipto hic assignat tanti beneficii hebreis collati congruitatem. Est autem que talis congruencia / quare eos non fecisti immunes propter aquarum defectum primum in deserto. Hebrei enim in egypto deserto occisi fuerant / et iniurie subdiminuti irrisionem parvulorum de qua Exo. primo Quicquid masculini sexus natum fuerit in flumine proicite. Secundo in retorsione pensacionem illius dampni dampnum per aquas illati / congruum fuit ut per aquas remedium contra sitim perciperent in deserto / ut sic ostenderetur in iusticia egiptiorum siti occisorum / aquis conversis in sanguinem / et in nocencia hebreorum consentorum de sua siti remedium / per aquas de petra profluentes. Dicitur ergo: Cum enim minuerentur / qui scilicet hebrei tu minuerunt ut fecit parvulorum in traductione infantium occisorum / id est in ppalatione infantum ad mortem secundum legem statutam / qua ordinabatur quod omnes masculi traderentur ad mortem. Dedisti illis aquam in sitate / quia contra spem ipsorum moysi et aaron / et dixit moyses populo. Numeri 20. Audite rebelles et increduli / numquid de petra hac poterimus vobis eicere aquas. Et infra Dixit dominus ad moysen et aaron / quia non credidistis michi ut sanctificaretis me coram filiis israel non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.

Dedisti modica aq̃ in sperate salutem / ostendens p sitim que tunc fuit in deserto / comparata ad sitim que fuit in egipto / quemadmodum tuos co altares eis potum miraculose ministrando / et adversarios eorum necares scilicet siti intollerabili flagellando. Dedisti illis habundantem aquam. Notandum est quod per aquam in scriptura sacra plurima designantur / significat enim quandoque sapientiam salutarem / quandoque astuciam secularem / quandoque prelatum regularem. Sapiam autem salutarem / que est verus cultus dei / qui peccatum septuplum nobis vehiciter / signat aqua primo ratione propter eius superficialem continuationem / propter eius naturalem humectationem / propter eius figurarum representacionem. Primo aqua sapiam salutarem designat racione eius superficialem continuacionem / aqua enim naturaliter secundum ea que sibi approximant se confortat. Unde Ambrosius in exameron libro 3. Aqua rigorem qualitatum ut inter vaporantia siccatur / ut umbrosa frigescat / sole repercussa exestuet / nivibus irrigata glaciali rigore calescat / Sicmodo sapia moralis / que hominem docet conversari sine querela in medio nacionis prave et perverse / salva tamen semper honestate vite et veritate conversac / novit se omnibus conformare / Cor. 9. Omnibus omnia factus sum / ut omnes lucrifacerem / Unde Kathoconstans et levis ut res expostulat ex esto. Temporibus mores / sapiens sine crimine mutat. Item Salustius super Albinum consulo. Quisquis eris / qui pacis federa queris / consonus esto lup /

ea quibus est cupis licet tamen q(uod)
in constancie mutandum est
prudencie. Unde Martinus de for
mula vite honeste. Si pruden
ciam amplecteris, idem ubique eris
et prout res aut temporis varie
tas exigit, ita te accommodes tempori
nec te in aliquibus mutes sed ma
gis aptes, sicut manus eadem
est et cum in palmam extenditur
et cum in pugnum astringitur. Iste est
aque Syloe que currunt cum
silencio Ys. viij. quia ubi est
multiloquium, clamor et gar
rulitas, ibi est commocio, facun
tas et turbacio. Ie 2° Quid tibi
vis in via Egipti ut bibas aquam
turbidam. Ista sapiencia traditur
in scriptura sacra, et emanavit
emanavit doctrina altissima
sc. de xpo. Eccl'o 10 precia ante
omnia opus, et sicut dicit Albertus
... aqua que descendit de celo
melior est aquis terrestribus, ita sa
piencia et discrecio vivendi divina
ta a xpo melior est nobis doctrina
quam alia. Eccl'i primo Fons sa
piencie verbum dei in excelsis.

2° Secundo aqua medium in scrip
tura signat sapienciam scripture
salutarem propter eius naturalem
humectacionem. Dicit Ambrosius
in exameron de opere tercie diei quod
aqua est alitrix omnium virgultorum
diversos singulis usus ministrans.
Isto modo doctrina scripture sacre
dat singulis alimentum iuxta
sue condicionis necessitatem ut fa
ciant fructum bonorum operum
tempore oportuno. Ps. 1° Et erit
tamquam lignum quod plan
tatum est secus decursus aquarum
quod fructum suum dabit
in tempore suo. Sed omnibus pi
scibus et plantis terre plus quam
aqua pluvialis vel fontis et

plus pluviam crescunt arbores et
messis bene crescit nisi bene im
bibatur aqua. Moralis aqua plu
vialis que de celo descendit est
doctrina moralis scripture. Deut° 32
Concrescat ut pluvia doctrina mea.
Ista plus confert piscibus et
plantis, id est hominibus in mundo co
nversantibus et crescentibus, quam
quecumque doctrina quantumcumque mo
ralis a philosophis adinventa. Et ideo
signanter vocatur aqua sapiencie salu
taris. Eccl'i 15. In psalmo: In loco pa
scue ibi me collocavit, super aquam
refectionis educavit me. Aque
enim scripture sacre non solum
potant bibentes, sed eos reficiunt.
Unde inter religiosos in refectorio
legi solet, ut non solum ven
tres cibo, sed mentes eciam re
ficiantur dei verbo. Ista aqua mu
tatur in vinum ad preces matris
quia nisi ipsa graciam docendi im
petrare dignetur, insipidum apparebit
quidquid ab homine profertur.
In cuius figuram non nisi ad
matris instanciam Xpus in nup
tiis aquam commutavit in vinum
Jo. 2. Tercio aqua in scriptura signat
sapienciam salutarem propter eius
specularem representacionem. In aqua
enim clara et non turbida quie
ta non agitata, species rerum obiec
tarum apparent. Unde Bernardus Silvester
in megacosmo prodit: fontem aq
ueam substanciam, tunc plantam lu
bat, superficies figuras reddit omni
bus umbratas in circumfusis late
ralitas. Unde aqua tenet vicem
speculi ad visum pauperum. Eccl'ia
in qua resplendet vultus prospi
cientium. Isto modo scriptura sacra
est eciam dei verbum, homines
ostendit qualis est in moribus.
Unde Gregorius 2° Moralium: Scrip
tura mentis nostre oculis quasi quoddam

speculum opponitur ut nra facies in
ipsa videatur, ibi et enim feda et
pulchra nra cognoscimus, ibi sen
timus quantum profecimus, in aqua
longe a profectu distamus. 2°
2° e principaliter aqua in scriptura sig(nifica)t astu
ciam secularium. de qua ap(ostolu)s 1. Cor.
3. Sapiencia huius mundi stulticia e(st)
apud deum. scriptum est enim
comprehendam sapientes in astucia
eorum. hec n(amque) astucia admodum aq(ue)
dat apparentem quantitatem, excel
lenciam, sublimitatem et insolenciam
mutabilitatem. primo astucia secu
laris dat apparenciam quantitatis. illud
enim quod per aquam videtur, quan
dius apparet quam est in sua ipsa quan
titate. unde dicit Ptholomeus, quod
in aqua ponitur videtur maius. et
Seneca de naturalibus questionibus libro 1°
omnia per aquam inditantibus
longe videntur esse maiora. et
cito posse fidem ampliora pro nube
apparentia videntur. quia acies nra
in humido labitur, nec apprehendere
quod vult fideliter potest. quod mirabile fiet maiscu
pelinum si pelinum in plenere aqua, et in
illud minutis anulum, nam cum
in ipso fundo anulus lateat, fa
cies eius in summo redditur. quid
quid videtur per humorem longe
amplius est. hec Seneca. probatur
etiam in perspectiva, res aliqua
que est ab oculo in certa distancia tanta
posita, non videtur, aque superin
quomodo possit videri fusione incipit videri. unde si
denarius in scutella ponitur, sumta
tali distancia qua minime videbitur,
si aqua in scutella infundatur,
spacio eodem et consistente sint scutella
et oculus, denarius qui prius an
infusionem aque videri non po
terat apparebit. moraliter quantumque
aliquis fuit modicus secundum
mundum, sine pulchritudine sine
fortitudine corporis sine divitiis
sine genere sine parentibus, si aqua
sapiencie secularis operiatur quandocumque sed
et apparebit magnus, addiscat
nra cumulia, ornet se legibus et
statutis regni, et statim apparebit
nobilissime quantitatis, faciet eum
crescere in divitiis familia et
thezauris, et tamen non est ma
ior in re voitate apud deum quia
quanto maior tanto humilius est qui bona
diligit magnus qui celestia
concupiscit. unde quamvis appa
reant magni nobiles et ioc(un)
di apud seculares indicantes,
sunt tamen in divino quantum et iudi
cio constitue pusilli et ignobiles
et dolore pleni. Job 26. Ecce gi
gantes gemunt sub aquis, et
qui habitant cum eis. gigan
tes hic sunt illi qui nostro in
iudicio magni dicuntur. 2° aqua
2° F dat excellenciam sublimitatis.
aqua enim naturaliter querit sic
superficiem cuncre et dominari,
et ideo non quiescit aqua naturaliter
quia locus totus aptus aque e(st)
p supponi et predominari terre. isto
modo moraliter astucia secularis
ad nullum alium finem tendit
nisi ad volandum in honoribus
ad supernatandum in opulenciis
et adquirendum dominium terrenorum.
Inenus signum aqua produxit
aucas. Genesis 1° producant aq(ue)
reptile anime viventis, et vola
tile super terram sub firmamento
celi. astucia enim secularis super
quam homini producit reptilia et
volatilia. reptilia sunt agricul
tores et mercatores. isti artifices
et huiusmodi, quorum tota conversacio
est in terra. volatilia sunt nobiles
prelati, et usurarii, solem
pnes, et electa symoniaci, et pra
vi nobilium consiliarii. isti ac
quirunt bona sublimia, et
gradus et dignitates in ecclesia.

Genesis 1°. q[uod] multiplicate sunt aq[ue]
et elevaverunt archam in sub-
lime a terra. 3° Tercio aqua dat i[n]-
solenciam mutabilitatis. Unde
omnes insulares et maritimi
inconstantes sunt et insolen-
tes nimis, sicut patet de navitis
qui quamvis consueverunt magnis
tales n[on] regulant plurimam q[uia]
est domina aquarum. Luna autem
est velocissimi motus. Hec enim
plures circumvoluciones facit circa
terram quam quicunque alius
planeta. Et sic mor[aliter] astucia se-
cularis reddit homines muta-
biles varios et versipelles ad-
modum vulpis, que nunquam
recto sed tortuoso itinere graditur. De ista
astucia dicitur Je[remie] 14 facta est in q[uasi]
mendacium aquarum infidelium.
Baculus quantumcunque rectus si una
eius medietas profundatur in
aqua videbitur tortuosus. Sic
isti falsi placitatores quantumcunque
sint causa hominis iusta, per eorum
astutam versuciam faciunt eam ap-
parere iniustam et ex causa in-
iustam faciunt videri iustam. Et hii
sunt aquibus iurgia et lites
et in qua mendacia oriuntur.
Pro[verbiorum] 17 Qui dimittit aquam caput
est iurgiorum. Qui dimittit aquam
i[d est] qui astucia secularis sine re-
bone consciencie utitur caput est i[d est]
principalis est causa litis inter ho-
mines mundiales. 3° Quarto principaliter
aqua in sacra scriptura signat pe-
nitenciam regularem. Aqua enim la-
vat sordida, flectit rigida, et co-
quit cruda. Isto modo penitencia primo
abluit sordes peccatorum quantumcunque
fuerint enormia. Iuxtaque figuram
dictum est naaman lepros[o] 4 Reg[um] 5
Vade et lavare septies in iorda-
ne et recipiet sanitatem caro
tua atque mundaberis. Ezech[ielis] 16
Lavi te aqua munda et emunda-
vi sanguinem tuum. Hoc peccatum

Il[lo] ex^a t[ib]i sanguinem tuum

tantum, quod ex carne et sanguine ortum
habet. Eccl[esiasti]ci 1°. Quid nequius quam
quod excogitat caro et sanguis.
Hoc ergo sacramentum penitencie signi-
ficatur per piscinam probaticam de
qua Jo[hannis] 5 dicitur, quod erant quin-
que partes in quibus iacebat multi-
tudo languencium. Angelus autem
domini descendebat secundum
tempus et movebat aqua et
qui primus descendisset in aquam
sanus fiebat a quacunque detine-
batur infirmitate. Piscina dicitur
quasi piscis non habens proprium
nomen vocabuli. Probaton grece
ovis latine. Quia in aqua illa
tractet piscabus et oves ymmo-
lande ibi lavabantur. Ideo pisci-
na probatica dicebatur. Sacramen-
tum penitencie significatur in qua lavari
debet quilibet qui debet deo ymmo-
lari. Habet autem quinque porticus
secundum quinque occasiones ex quibus
aquam penitencie ingrediuntur scilicet
ubi dei predicacionem sanctorum
precedencium consideracionem qua-
lem cunque ordinacionem divinam
inspiracionem et corporee infirmi-
tatis tribulacionem. Quidam enim
et valde multi ... ingrediuntur
piscinam penitencie porticum verbi dei
Act[uum] primo. Hiis auditis compuncti
sunt corde et dixerunt ad petrum
et reliquos apostolos quid fa-
ciemus viri fratres. Petrus vero
ait ad illos penitenciam agite etc.
Alii ingrediuntur piscinam pe-
nitencie per porticum exempli sanctorum
virorum. Augustinus primo dial[ogorum] Sunt non-
nulli quos ad amorem patrie cele-
stis non minus exempla quam predica-
ciones succendunt. Alii per porti-
cum ecclesiastice constitucionis qua
preceptum cuilibet xpiano semel in anno
confiteri et communicare. Alii per divinam
et occultam inspiracionem sicut
Nicolaus Benedictus Dominicus
et alii per infirmitatem corporee fla-

gellacionem; et iste est ptitus commu
ssimus, in quo iacet multitudo
maxima languencium, quia dixi
noluit contra etiam confiteri, in
pm firmitate ~~etiam~~ ar. luin intent.
2a Secundo aqua designat pniam,
quia flectit rigida; ita pnia cor
da superba et indomita et insole
cia flectit ad obedienciam. Unde
sicut corallus quamdiu est in
aqua crescit et augetur ad modum
plante, quam cito extrahitur rigescit
in lapidem, iuxta illud Ovidii
Metha. 14o: Sic et corallium, quo
primo contigit auras Tempore du
rescit, mollis fuit herba sub undis.
Ita multi dum sunt inter stos vi
ros pnie datos, crescunt et mol
les ac tractabiles sunt; qui contra
pniam positi inveniuntur rigidi
et rebelles. Eccl. 24o: Dixi, rigabo or
tum plan. et inebriabo ptus mei
fructum. 3o aqua designat pniam,
quia coquit cruda cum admoto
rio ~~enim~~ ignis; quod crudum est cui
et digestioni contrarium, fit per
decoccionem in aqua convenienc
corporis nutrimentum; secundo quedam
in corii non prout corpori sepi
stica propter suam crudelitatem
cum sepi etc., donec in aquis pnie
decocti sunt. Ezech. 3o: Consu
muntur carnes, et coquetur univer
sa composicio, et ossa tabescunt;
consumuntur carnes i. carnales
affecciones, et coquetur universa con
posicio, i. ornatus superfluus ad mo
destiam reducetur, et ossa tabescunt
i. rigide et rebelles voluntates
Ps. 138 ad humanitatem ducentur etc.

Cum enim temptati
sunt, et quidem

cum una disciplinam acceperunt vel
accipientes, sicierunt quemadmo
dum cum ira indicati impii tormen
ta patentur; hos quidem tanquam

pater monens probasti, illos autem tam
quam rex durus interrogans
condempnasti; absentes enim et
presentes similiter torquebantur. Duplex
n. illos acceperat tedium, et gemitus
cum memoria preteritorum. Summa di
ctum est prius quod tam hebrei quam
egiptii adeo flagellati sunt, unde
in hac parte intendit onde quali
isti populi diversi sunt afflicti,
nam hebrei ad correctionem, egipcii
vero ad dampnacionem; et circa hoc duo
facit, primo ponit afflictionis di
versitatem, secundo replicat egiptiorum per
versitatem ibi: per cogitacionibus autem
insensatis. Circa primum duo facit,
primo ondit quod tribulacio im
missa hebreis cessit eis ad morum
informacionem, 2o quod tribula
cio inflicta egiptiis fuit eis ad
pene eterne inchoacionem; et istud
facit loquendo alternatim et vi
cissim, nunc de egiptiis, nunc de he
breis. Circa primum dicit sic, quod
afflictio immissa hebreis in
siti in deserto fuit eorum probacio,
castigacio et informacio; probabantur enim
ad eorum humiliacionem, castiga
bantur ad morum suorum correctionem,
et informabantur ad cognosce
dum divinam vel ea que. Quantum
ad eorum probacionem dicit sic: Cum
n. temptati sunt et probati ad
bonum eorum, Genesis 22: Tempta
vit deus abraham, et dixit ad
eum etc. Et quidem cum una
disciplinam accipientes vel ac
ceperunt, quia castigabantur in
scientia dei ad suam correctionem
et pilliam castigacionem cognove Nota
runt experimentaliter, quam dampno
dinam vel correctionem in dampnacione
malorum; et ideo subdit: Scierunt
quemadmodum cum ira indicati
impii i. egipcii tormenta patentur,
i. pilliam sitim quam sustinuerunt
filii israel in deserto, quia quidam

experimento sciverunt qualiter fuerunt egipcii afflicti tempore tempore quo tota aqua egipti in sanguinem fuit conversa de quo psalmus convertit in sanguinem aquas eorum et ymbres eorum ne biberent. fuit igitur illa sitis illata hebreis in deserto ad eorum probacionem ut prius patiam mererentur ad eorum castigacionem misericorditer illata ut dilectione dei ad se experirentur ad eorum informacionem ut penam quam egipcii sustinuerant per iram dei in semetipsis intuerentur per sitim consimilem. huius tamen fuit diversitas quia hos quidem i. hebreos tamquam pater monens probasti illos autem tamquam rex durus interrogans condempnasti. pater non licet aliquando permittat filium aliquam indigenciam adire prius castigacionem inmittat enim tamen contra extremam necessitatem. De patre et filio prodigo Luc. 14 Cum adhuc longe esset vidit eum pater suus et misericordia motus est. Sed rex condempnans aliquem iudicialiter ad penam mortis illam penam execucioni demandat sine dispensacione quacumque. Licet igitur deus filios israel sitire permisit sed satis cito eis divino dono miraculose providit et ideo dicitur hos quidem tamquam pater monens probasti. et quia egipcios siti punivit et per se punivit nec contra illam aliam dispensacionem adhibuit. Ideo dicitur illos autem tamquam rex durus interrogans. Et non dicit absolute tamquam rex sed rex durus quia rex bonus se habet ad subditos sicut pastor ad oves et pater ad filios secundum philosophum 8 ethicorum. Condempnati ergo fuerunt egipcii non probati nec castigati et quam graviter afflicti fuerint ostendit circumstancia loci et temporis. Sic enim illi affligebantur qui fuerunt presentes in locis ubi solent aque habundare sicut absentes a locis illis quia omnes aque converse sunt in sanguinem ita ut essent inpotabiles omnino et hoc est quod dicit absentes enim tamquam et presentes similiter torquebantur. Et quia similes erant in culpa dignum erat ut similes essent in pena. Quantum ante ad circumstanciam temporis puniebantur graviter quia gemuerunt cum dolore pene preterite et timuerunt de futuro commemoracia preteritorum. Hos quidem tamquam pater monens probasti. Nota quod triplicem patrem habemus: supernalem per creacionem, corporalem per propagacionem, spiritualem per vitam et conservacionem. De primo Deut. 32 Numquid non ipse est pater tuus qui possedit et fecit te. Mt 23 Patrem nolite vocare nobis super terram unus est enim pater vester qui in celis est. Iste pater est pater sanctitatis, pater potestatis, pater pietatis. Pater sanctitatis Jo. 17 Pater sancte serva eos in nomine meo quos dedisti michi et infra pater sanctifica eos in veritate. Pater potestatis Mr 14 Pater omnia possibilia sunt tibi. Pater pietatis 2 Cor 1 Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi pater misericordiarum deus totius consolacionis. Quia est pater sanctitatis, debemus eum deprecari per devocionem; quia est pater potestatis, debemus eum venerari per subieccionem; quia est pater pietatis, debemus eum imitari per assimulacionem. Quia ergo est pater sanctitatis debemus eum deprecari per devocionem Mt 6 Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum, que est dominica in qua omnia nobis necessaria paucissimis peticionibus includuntur que omnes alias oraciones antecellit dignitate utilitate compendio etc. Quam si fide fuerimus

306

et humilit[er] dixim[us] impetrabim[us] id
quod nostre saluti potest expedire
Jo. 16. Amen dico vobis si quid
pecieritis patrem in nomine meo pe
ticioritis dabit vobis. Et est notandum
quod multo utilius est iam ora-
cionem dicere generalem quam parti
cularia verba nostra exprimere deo quibus
plerumque ea desideramus que nobis
tenet obtenta. Unde Valerius libro
primo ca^o 5^o Socrates quasi sa
piencie quoddam terrestre oraculum
nichil ultra petendum a dijs im
mortalibus arbitrabatur quam ut
bona tribuerent quia hij demum sciunt
quid unicuique esset utile. Nos autem
plerumque id votum expetimus quod
non impetrasse melius foret. Et
enim densissimis tenebris involuta
mortalium mens in quam
late patentem errorem cecas pe
ticiones spargis. Divicias appetis que
multis exitio fuerunt. Honores
concupiscis quos tamen plures
pessimi dederunt. Regna tecum vo
lvistis quorum exitus sepe numero
miserabiles cernit. Splendidis coniu
gijs iniicis manus atque hec ali
quando illustrant ita nonnunquam funditus
domos evertunt. Desine ergo stulta
futuris malorum tuorum et causas
quasi felicissimis rebus inhyare et
te totum celestium arbitrio committe.
Quia qui tribuere bona consueverunt
solent etiam eligere aptissime. Unde
Luc. 11. Data dare si vos quanto
ma. pa. u. t. da. sp. bonum pe. se.

Secundo quia pater iste est pi
etatis debemus eum venerari per
subiectionem. Mal. primo filius ho
norat patrem et servus dominum
suum. Si ergo pater ego sum ubi est
honor meus et cetera. Quia magna po
tencia dei solius et ab humilibus
honoratur. Tercio quia est pater
pietatis debemus eum imitari
per assimulacionem. Luc. 6. Estote
misericordes sicut pater vester misericors

est laudabile est et honore dignum in
filio bonam proprietatem patris effi
giare. Proprietas dei est misereri et ideo
estis misericordes qui ipsi misericordiam
consequentur. Mt. 5. Secundo debemus patrem
naturalem per propagacionem et ipsum
debemus in vite necessarijs suppor-
tare in corpore contrarijs repudiare
eius memorijs cogitare. Ipsi in
quam pati debemus in vite
necessarijs si indiget ministrare. Unde
Crisostomus exponens illud Jo. 19. Mu
lier ecce filius tuus dicit. Sic do
cet nos usque ad ultimam
respiracionem parentum diligenciam
habere quia cum alijs mulieribus a
stantibus nichil dixit docet nos
plus aliquid impendere parentibus
sicut ea quibus adsumptibus
genitores ad spiritualia nosse non
debet ita quam nichil impediunt
debet eis probare cum ..., quia ge-
nuerunt et quia aluerunt. Unde
Ambrosius super Mt. 19 Hono-
rare parentes magnus gradus pietatis
est ipse ut quos auctores tibi voluit
esse deus honores obsequijs abstineas
contumelijs quia multum eligenda
est pietas parentum. Unde Aristoteles
9. ethicorum docet quia parentibus de
bemus sufficere in nutriendo et
deus eis honorem quemadmodum
dijs pro maxima beneficia generandi et
nutriendi. Et ethicorum 20 dicit quod
in honoribus quos deus dijs et
parentibus non est possibile nobis red
dere secundum dignitatem beneficiorum
accepto rum. Et ideo apud an
tiquos tamen honor exhibendus deo quod hoc exhibendus
parentibus pietas dicebatur. Unde
Tulius in sua rethorica pietas
est per quam sanguine iunctis patrie
que benivolum affectum et di
ligens tribuitur cultus. Huius pietatis
exemplum tribuit nobis naturaliter ciconia
de qua Solinus de mirabilibus mundi
dicit ciconia siconie inest pietas

nam quantum temporis impendunt
fetibus educandis / tantum et ipse in
vicem a pullis aluntur / ut mam quasi
saltem septem annos nequeunt
ita pullos curam expendere sicut
illi enim a. annis ab aqua et ig
ne custodire tenent Eccli 3 Fili
suscipe senectam patris tui / et
non contristes eum in vita
illius / et si defecerit sensu veniam
da illi / et ne spernas illum in tua
virtute / Hanc materiam ciconie
plenius narrat / Ambrosius in exameron
de opere quinti diei ca. 34 Hec avis
depositi patris artus / per longevam
senectutis plumarum tegmine
alarum que remigio nudato / cir
cumstans soboles ~~amore~~ pennis
propriis fovet / et quod dicam / col
lato cibo pascit / quando etiam
ipsa reparat nature dispendia / ut
sumit utrumque inde sublevantis se
nectutis fulcro alarum suarum
advolandum exercent / ut in
pristinos usus dissueta iam re
ducant / et pii patris membra et io
Hieronymus usu pia avis vocatur / et
Ambrosius / Hec etiam avis fuit
deo consecrata sicut dicit prime
nalis li. primo / in signum quod nisi
a filiis debitus honor patribus
nulla impendatur nulla inter pullos ista tota
dia potest esse / et ideo inter divina
1o precepta ~~...~~ quartum post honora patrem et
matrem ut sis longevus super terram
Exo 20 / et in lege moysi tactum
fuit / qui maledixerit patri vel
matri morte moriatur Exo 21
2o Secundo patrem istum debemus
in opere contrarius repudiare / ita
quod si in hiis que adiuvare perfec
tionem / et ipsi pervenient imitatorem
pater imitatur et volunt filium im
pedire / sicut de ingrediendo reli
gionem / de vovendo continentiam
et huiusmodi / que ad consilia perfectio
nis pertinent nostitut / filius non

solum eum debet non exspectare /
sed sua verba repudiare / iuxta
doctrinam salvatoris Mat 10 Veni
enim separare hominem adversus
patrem suum / et filiam adversus
matrem suam / et inde / qui
amat patrem et matrem plus quam
me non est me dignus / super quo
verbo dicit Jeronimus sic Ubi necessitas
requirit ut amor parentum sit filiorum
amori dei comparandus / et non possit
utrumque servari odium in suos
pietas in deum est / servanda po
tissima tamen cautela dyabolus est ho
mines ab amore religionis re
trahere per amorem parentum / In cuius
signum sic dicunt vitas patrum et sic
Cum dominus esset occupatus in
officio predicandi / suggessit ei quidam
Mat 12 Ecce mater tua et fratres tui
foris stant querentes loqui tecum / in
sidias ipso tendens / ut spirituali
operi carnem et sanguinem an
ferret / super quem locum expo
nens loquens Beda dicit sic Cum
opinis persuaderet populo quod esset
filius dei / dyabolus per turbam
adventum matris sunt turbe viden
tes parentes carnales dum omnes ob
~~...~~ observarent nam / et ideo qui
vult fugere mundo / non debet
hoc parentibus vel amicis car
nalibus indicare Gen 31 /
quod iacob dum vellet fugere
in patriam suam / avunculum et
socerum noluit de fuga premu
nire et Judic 14 Sampson
leonem occidit / et in frusta co
ncidit / et postea de ore leonis mel
comedit / et neutri parenti vel
matri noluit indicare Et ideo de
ista materia Jeronimus ingnada
epistola scribit / licet in collo tuo
parvulus dependeat nepos / licet
sparso crine et scissis vestibus ubera

quibus te nutriat inv ondat/ sicut in hunc pater uercat/ p exaltatum pge prem/ p exaltatam pge matre/ fratris oculis adnepilliuum tantis euola/ sed in pietatis genus est/ ingrat ie te esse tradetem/ Tercio prem istum debemus etiam meo rus cogitac/ ne sicut quam dum habemus esse ingrati/ illi per quem deus dedit nobis esse/ Ecc 23 memento patris tui et matris tue/ sed de filiis ingratis quam modo videmus/ quod quantumcumque eis diuicias copiosas relinquant/ post ij dies a sepultura pactos oblivioni perpetue recommendat/ pfilii quedam dolorem in habitu nigro et vultu lucte tuoso pretendunt/ et cordis leticia quandam cooperiunt. tercia simulata/ talis fuit/ illa gellia de qua narrat marcell. totus libro primo Epigramatum/ amittum non fletum sola est gellia prem/ si quis adest iusse psiliunt lacrime non lugit quis quis laudari gellia querit/ ille dolet vere/ qui sine teste dolet/ Vbi dicit/ quod ista gellia que erat sola/ in nullo doluit mortem patris/ qua cito pendit quod aliquis eam videt/ statim voluntarias lacrimas fudit/ cum sit dicit poeta/ gellianus dolet ueraciter/ qui vult de suo dolore laudari/ sed ille dolet ueraciter qui sine teste dolet/ Quarto habemus prem spiritualem prelatum et confessorem/ cui debemus obedienciam/ beniuolenciam/ et honorem et merito/ nam ipse pro nobis tenetur reddere rationem/ tenetur nos instruere per informationem/ tenetur nos fouere per compassionem/ De talibus patribus pt copom i quid ea/ pastores omnium similiter et nos et patres nostri/ iste ~~helias~~ ~~...~~ q^o iiij^o pater mi ~~...~~

curius isrl et auriga eius/ sit curius supportans/ suaviter suaviter debilitates in filiorum/ et aurigam puges viriliter negligencias accidiosorum/ Iste debet esse archa domini in qua fuit virga tabule et manna ita et prelato debet esse virga castigacionis/ tabule informacionis et manna consolacionis/ Vnde Augus^ti inquid consolatione primus pater sit a doctis/ iste debet habere non solum faciem leonis per austeritatem/ sed faciem hominis per mansuetudinem et pietatem/ sit columpna non solum ignis per acerbitatem correctionis/ sed etiam columpna nubis per suauitatem protectionis/ Vnde Augus^ti super canonem diuisitate subditorum vos esse debere non dominos/ studete magis amari quam metui/ et si interdum seueritate opus est pena/ sit non tyrannica/ sicut fouendo/ patres corripiendo nos cohibere suspendite verbera/ pro dolore vbera/ pectora lacte pinguescant/ non cibo turgescant 139

Cum enim per sua tormenta vene secum

agi/ commemorati sunt domini/ admirantes in finem exitus/ quem in exposicione prima protectum deri serunt/ in fine euentus mirati sunt/ non similiter iniustis facientibus/ postquam enim est quatuor pena consimili ad diuisum tamen finem afflicti sunt siti egipcii et hebrei/ illi in egipto et isti in deserto/ in hac parte declaratur quod inde profectus iusticie prouenit aput egipcios/ et est duplex/ primo iustum fuit quod qui deum noluerunt ignorare se dicebant/ ut ad dei noticiam et agnicionem inducerentur per vocacionem/ Secundo iustum fuit quod qui dei prophetam contempserant

et morti opposuerant illum postea
venerunt per admirationem et ipsum
profectu divina flagellatione secuturi
complicat salomon in hodierna lectione
2a pars ibi quem enim in op
probrione prima. Primo ergo istud
bonum de egiptiorum flagellatione
sequebatur quod illi qui prius et
maliciose dei noticiam se abne-
gaverunt. Exo. 4. Quis est deus
ut audiam vocem eius et di-
mittam israel nescio dominum et israel
non dimittam quod illi in gloria
ad dei recognicionem et confessionem
per tormenta coguntur et sic factum
est. Nam qui spreverunt se torquen-
dum eius. Hic primum tactum aquarum
in sanguinem. Similiter ranarum
in missionem. Hic pacias octo
plagas reducti sunt ad recogno-
scendam divinam virtutem. Unde
ipso tempore 3o signo de cinifibus
dixerunt malefici pharaonis digi-
tus dei est hic. Exo. 9. Dixit phara-
rao post plagam grandinis peccavi
et nunc dominus iustus ego et
populus meus impii. Et Exo. 14. Fu-
giamus israel dominus enim pugnat
pro eis contra nos. Hoc dixerunt
qui fuerunt in mari rubro et
dominus currum eorum percussit
undique. Similiter et continuo in me
dio ante quam mare redirent super
eos. Et hoc est quod hic vult dicere. Cum
enim audirent sibi egiptii per sua
tormenta bene secum agi id est iuste
agi cum eis commemorati sunt
domini id est recognoscentes se de sua
virtute corruptos dominum esse deum
confessi sunt admirantes in fi-
nem exitus id est de fine exitus israel
de egipto in quo fecit magnalia in
egipto mirabilia in terra cham terri-
bilia in mari rubro. 2o per tormen-
ta et flagella dei reducti sunt
egiptii ad veneracionem moysen
dei prophetam quem prius subiri(?)

que prius

nolebant. Exo. prius sed magis ad hoc dicit
littera sicut enim expositione prima qui
bus de precepto malicioso regis egipti
pueri exponebantur ad mortem
et proiciebantur in flumen pro
iectum moysen derisierunt id est con
temptibiliter abiecerunt in finem
eventus mirati sunt quia scilicet in
tot plagis et portentis percussit
egiptum et eduxit populum
suum de egipto et viam mare ru-
brum submersis egipciorum exercitu
in eo de cuius tamen similiter iniustis fa-
ciens ista littera debet continuari
ad illam illos tanquam rex du-
rus interrogans condempnans non sic
iniustis faciens aliud non apparet
congruitas in sermone et est
sensus quod alii per prius iniustos
hebreos et alii in iniustos egiptios
quia illos ad correccionem hos ad
dampnacionem ut in lectione predicti
dictum est quem enim exposicione prima proie
ctum derisierunt etc. 1190 Exo. 10.

Pro cogitationibus in
sensatis iniquitatis

illorum. Quidam errantes cole-
bant mutos serpentes et bestias
supervacuas inmisisti illis mul-
titudinem mutorum animalium in vin-
dictam ut scirent quia per que
peccat quis per hec et torquetur.
Postquam salomon dominum glorifica-
vit et magnificavit recitavit mala
afflictionem qua egipcios iusti
ciit eos multipliciter flagellando in hac
parte agit de eorum culpa ostendendo
quod iuste puniti sunt secundum exi-
genciam culparum suarum et circa hoc
duo facit primo tangit culpe re-
na 2o ostenditur proporcio debita
in ea ibi ut scirent. Circa primum
dicit sic pro cogitationibus duo
facit quia primo ponit liber tres

peccandi inequali 2° exprimit similitudinem
tatem peccandi magis in speciali
ibi quod quidam errantes
ca(pitulum) primum dicit sic: cogitationibus
autem in specialibus in iniquitatibus illorum
q(uo)d in nulla ratione probabili nec
temptatione carnali peccaverunt
peccato ydolatrie sed ore evanuerunt
in cogitationibus suis et obscuratum
tum est cor insipiens eorum Ro(manorum)
primo. Sed quid in speciali quid
evanuerunt sic Quidam errantes
colebant serpentes quia quidam
ut egipcii et cananei qui ad sua(m)
dampnacionem ydolatriam in deum
vivum erraverunt errore morem inex
cusabili sap(ientie) 12. Errant qui operam
malam colebant serpentes i(d est) qui
lapidem sub specie serpentis et bestias
as super vacuas i(d est) pictas vel sculptas
ptas vel supervacuas i(d est) inutiles
ad usum humanum sicut serpen-
tes et vulpes vel bestias superva-
cuas i(d est) fictas ymagines bestiarum
colebant iovem sub specie arietis
et mercurium sub specie canis vel
sicut dicit magister in hystoriis hamo
depingebatur capite arietino ca-
nubes capite canino et certe partes
vel sunt humane vel aliarum bestiarum
effigies. Item ysidorus 8. ethicorum ca-
pitulo ultimo dicit quod mercurius
pingebatur cum capite canino
quia canis est animal sagacissimum
et mercurius est deus eloquentie
sunt in capite et in pedibus alas
ad designandum velocitatem qua
defertur velox oracio et quia sic
coluerunt ydolum bestiarum in(de)
per bestias puniti sunt vel fuerunt.
Unde subdit. Inmisisti illis mul-
titudinem mutorum animalium in
vindictam. Unde Rabanus. Dignum
fuit ut qui creaturam pro creatore
venerabantur penam sustinerent a re
creata. Unde ope quebant unde

morte submerguntur. proporcio-
nem ad culpam ut scirent quia (sic)
per que peccavit quis per hec et torquetur
Exempla autem istam proporcionem
demonstrancia habemus multa valde
in scriptura sacra. Golias enim
gladio quo voluit occidisse david
occisus est 1° Re(gum) 17. Aman sus-
pensus est in patibulo quod pa-
raverat mardocheo Hester 7. Di-
ves epulo siti cruciatus est in qua
fuerat prius voluptuose delectatus
Luc(e) 16. Eze(chiel) 35° Cum sanguinem
oderis sanguis te persequetur. M(at)th(ei) 26.
Omnis qui accipit gladium gladio
peribit. Apoc(alipsis) 13. qui in captivitatem
duxit in captivitatem ibit et
qui gladio occidit oportet eum gla-
dio occidi. 33 ysa(ie). Ve qui predaris
nonne predaberis. predaberis. Prov(erbiorum) 11. xi
inebriat ipse quoque inebriabitur.
Abacuk 2. Quia tu spoliasti gen-
tes multas spoliabunt te omnes
qui reliqui sunt de populis. Samuel
el concidit agag in frusta 1 Re(gum) 15. sicut
fecit absque liberis mulieres gladius
tuus sic absque liberis inter mulie-
res erit mater tua. Sacerdotes fi-
lapidati sunt iuste quia iniuste
voluerunt lapidare Susannam Dan(ielis)
13. Herodes in filiis suis punitus est
quia filios aliorum innocentes
trucidaverat. Unde sicut multos
filiis orbaverat sic ipse filiis suis
secundum est orbatus sicut dicit magister
in historiis super eva(ngelia). Narrat etiam
ovidius primo de arte amandi
3. Ego quos amo arguo et casti
go. Sicut igitur princeps deus et leo naturaliter
prostratis parcunt. Sic omnis bo
nus animus petenti veniam de offen
sis parcere consuevit. Unde apud
gentiles sic principes informa
bantur antiquitus/ sicut docet
Virgilius Eneydorum/ et Augu
stinus recitat 4. de civitate capitulo 12.
Cum Eneas patrem suum in
[illegible] plota infernalia quesivi
sset/ et per campos elisios tande
invenisset/ sic a patre suo infor
matus fuit/ quod condiciones
nobilitatis concedentur inter
omnes populos tocius orbis/ Tu
regere imperio populos Romane me
mento/ hec tibi artes erunt/
pacisque imponere mores/ parcere sub
iectis/ et debellare superbos. De hac
diuina iusticia et misericordia simul co
mentis loquitur dominus per Salomonem capitulo
10. Aliomodo iuste punis ma
los/ aliomodo iuste parcis malis.
Cum igitur punis malos in
stum est quod ~~bonitati tue
condecens est~~ corporum meritis con
venit. Cum vero parcis malis
iustum est quod bonitati tue
condecens est. Nam parcendo
malis iustus es quia te et non

Ca 12

secundum nos / sicut misericors
es secundum nos et non secundum
te / Unde Damascenus salvare nos quasi
iuste perderes / sic misericors es / non
quia tu sentias affectum / sed quia
nos sentimus effectum / ita iustus
es / non quia reddis debitum / sed
quia facis quod decet te summe
bonum / Sit itaque sine repugnancia
iuste parcis et iuste punis / Hec Anselmus
Prosologion capitulo 11° / Sit ergo nascitur
dementia tua iustitia tua / quia
iustum est / te sit esse bonum / ut
etiam parcendo sis bonus / ergo
absolute quod dominus omnium es
omnibus te preesse satis / glossa ut potes
posse ita es potens nam Secundum
est quod in toto mundo res non
est que possit vocari dominus
nisi tempore per dominum / secundum magistrum questio
23 Item quia lignum et ibi dicitur
bus tantus / tamen quia homo dis-
pensator / ministrator / mediator
non potest vocari dominus nominaliter
Nota de tres in potencias in omni
domino terreno / prima est quod
non potest reddere tantum suo / sit
servus sibi / igitur et per hoc magis
magis indiget servo quam servus
eo / ut quidem ibi probatur / 2° quia
nullus dominus terrenus potest
facere servum suum liberum / Cuius
probatio est / quia ipsemet non
est liber / servit enim malis
affectionibus / cupiditatibus /
concupiscentie impatientie / Unde Seneca
epistola 48 secundum quos libros
servus es / unde quis non sit-
alius libidini / alius avaritie /
alius ambitioni / omnes timori
serviunt / Immo sicut docet idem
Seneca in proverbiis suis / domini
qui magis timent quam
subditi / verum est qui quemcumque
timetur multos timet / regibus
peius est multum quam ser-
monibus / manifestum est quia

isti singulos illi universos timent
Vult dicere / quod una privata persona est
forte unum quem timet / sed aliquis
plus etiam persona habet quos timet
ita quod singuli singulos
sed domini et prelati timent uni-
versos / 3° impotencia est quam
domini quidem sustinent / quod non
possunt hominem compellere ad eis ser-
viendum velit nolit / quamquam
eis bene serviet in vitiis / per
oppositum deus est dominus iter
quia ipso servo in nullo indiget
nec penitus servitium aliquid sibi
accrescit / immo ipse servo sub-
potius servit quod semper custodit
Unde psalmus Conserva me domine
quoniam speravi in te / dixi domino
deus meus es tu quoniam bonorum meorum non
eges / 2° ipse sibi servientes li-
beros facit / Apocalypsis 4 Dig-
nus es domine accipere librum
et cetera / Et infra / redemisti nos in
sanguine tuo / et fecisti nos regnum deo
nostro et cetera et sacerdotes / 3° non solum
homo / immo omnis creatura ve-
lit nolit sibi servit in celo et
in terra in modo suo / quia si homo
obediat suis preceptis / voluntarie
et virtuose serviet deo / ad declaran-
dum divinam misericordiam in presenti
ad tempus / et in futuro semper
si nolit divinis preceptis servire
voluntarie / serviet deo involun-
tarie / ad declarandum divinam
iustitiam in presenti ad tempus /
et in futuro semper / et ideo necessa-
rio omnis homo servit ei / vel
in suo palatio celesti / vel in suo
infernali ergastulo metuimus
Et ideo dicit psalmus Magnus
dominus et laudabilis nimis /
et magnitudinis eius non est
finis / Et iterum / Ordinatione tua perse-
verat dies / quia omnia serviunt tibi
Istud satis advertebat Octavianus

Augustinus|| sicut de eo narrat
suetonius de vita 12 cesarum in
quo appollinem|fuit maledictum
et obprobrium semper exhorruit|
cum spectante eo ludos pronunc=
ciatum esset modium equum
et bonum|et versum quasi de eo
dictum consultantes probassent|
et statim manu vultuque indeco
ras adulaciones compressit|et=
sequenti die gravissimo correx
erit edicto|dominum quoque se post
hoc appellari nec a liberis quidem
aut nepotibus suis|nec scio
nec ioco passus esset sit patet
quod deus noster est solus deus|
et rex magnus super omnes=
deos etc. [struck through] Ecc 170

Tu autem domina
tor virtutis cum
tranquillitate iudicas|et cum
magna reverencia disponis nos|
subest enim tibi cum volueris
posse docuisti autem populum
tuum per talia opera|quia oportet=
iustum esse et humanum|et bone spei
fecisti filios tuos|quia iudicas
das locum in peccatis penite=
posquam sufficient actum e
dampnacionis afflictione in parte
ista agitur de ebreorum per eandem
afflictionem instructione fuerit
autem hec instructio talis|per
quod per flagellacionem canane
orum|potuit et debuit hebrei=
tuitur ad confidenciam et spei
consolacionem|Unde in hac 2^a parte
duo fiunt|Nam primo occasio
spei hende addenim enarrat|
2^o precem probatur 2^a pars ibi|
Si enim inimicos servorum Circa
primum duo fiunt|primo narrat
divina modestia quam observat
in mittendo afflictionem|2^o in

fertur quam bona doctrina homi
tribuitur per malorum iustam pu
nicionem|secunda pars ibi Do
cuisti autem Circa primum duo fa
cit|primo ponit quod deus in
puniendo duas habet condi
ciones necessarias iudici puni
enti|2^o subdit causam quare
ille due condiciones deo deesse
non possunt ibi|subest enim
tibi Due non necessarie condi
ciones cuiuslibet iudici volenti
punire delinquentes sunt iste|
Quies et sedacio turbacionis
interna et expectacio liberacionis
Primo igitur requiritur in iudi
ce ad hoc quod recte exerceatur
iusticia|quies et sedacio cuius=
cumque turbacionis Nam turbati
recte iudicare non possunt|et quan
ad hoc dicit sic Tu autem do
minator virtutis|quia scilicet dator
es virtutis et rector virtutis|
cum tranquillitate iudicas|non
ex passione ire vel offense|sed
sine quacumque turbacione ysa.
c. 2. In veritate educet iudicium|
non erit tristis neque turbulentus
Veteres enim philosophi qui tantum moni
bus et sapiencia profecerunt|tam
verbo quam exemplo precepta
docuerunt quod magna tur
bati in reos animadverterent
Unde de archita tarentino
scribit vale. libro 4 c^o primo
Tarentinus architas dum se
preceptis pitagore penitus=
metapontini in eadem [illegible] magna
quo labore multoque tempore
solidum opus doctrine con
plexus|postquam in patriam
suam revertitur|ac rura=
sua revisere cepit|animadvertit
negligencia villicorum corrupta
et perdita intuensque male me
ritum [illegible] in quo
ate supplicium|nisi iratus
essem|malunt enim impuniti

dimitte/ quam propter iram iusto gra
uius puniret. ibidem de platone scri
bit sic: plato cum aduersus delictum
serui vehementer exarsisset/ voluit
ut ipse vindicte modum ~~diffinire~~ excedere
~~non~~ posset/ speusippo amico castiga
tionis modum mandauit/ ne forte
deformiter ~~forte~~ sibi exponens/ si commisis-
set/ ut pari culpa secundum rep-
hensionem et animaduersionem peccatoris
meretur. De eodem platone narrat
seneca libro 3o de ira/ quod cum
irasceretur seruo/ iussit tunicam de
ponere/ scapulam que prebere verberibus/
que sua manu ipse cesurus/ post
quam intellexit se irasci/ manum
suspensam detinebat sicut con
tulerat/ et stabat percussuro similis
Interrogatusque ab amico quid fa
ceret/ quid ageret respondit/ exi
go penas ab homine iracundo/
tu autem famulum istum verberi
bus obiurga. Nam ego irascor/
propter quod non occidi/ irascor
inquit ne plus faciam quam oportet/
et libentius faciam nec sit ille seruus
meus potestate/ qui in sua non
est/ qualis ego sum/ plato oblitus-
sum quia animum quem potius
castigaret inuenerat scilicet semetipsum/
et ideo ait seneca ibidem/ nichil
tibi liceat dum irasceris/ et hoc ideo
quia si vis tibi licere/ pugna tecum
ipse. Et ideo requiritur in iudice ad
hoc quod recte exerceatur iusticia/
mora et expectatio deliberationis/
i. quod non concitu vel obrup
to fiat sine iudicialis execucio/ Jo.
libro nono hystorie tripartite narrat/
quod beatus Ambrosius iniunxit
theodosio imperatori/ quod talem
legem ederet/ quod usque 30 diebus
sententia necis aut proscriptionis in
litis tantummodo maneret in ro
tulis iam iudicantis/ ut a se ipsum
ipsum que cognouerat subueritate
disponat. Cum enim apud thessa
lonicam quidam iudicum fuisset
lapidati/ indignatus theodosius/
omnes passim iussit interimi
non precedente iudicio/ in tantum quod
septem milia hominum occisa fuerunt/
Hec ergo postea lex statuta fuit
ab eo sub hac forma. Imperator
gratianus valentianus theo
dosius augustus flauiano p
tori. Si vindicari in
aliquos seuerius contra nostram
consuetudinem pro causa intui
tu iusserimus/ nolumus statim
eos aut subire penam/ aut
excipere sententiam/ sed per 30 dies
sors et fortuna super statu
eorum suspensa sit/ reos sane — aut
accipiat vinciatque custodia/
et excubiis solertibus uigiliter
obseruet. Unde propter hoc theo
dosium beatus Ambrosius cum
per octo menses ab ingressu eccle-
sie arcauit/ et postea ab excommuni
catione absoluit. Vide ibi. Hec
autem expectatio deliberationis
iii deo requiritur/ licet ipse mora vel
consilio non indigeat. Unde
Genesis 18. dixit: Descendam
et videbo utrum clamorem opere conple-
uerint/ et quantum ad hoc
subditur/ et tum magna clemencia
disponis nos. est ante clemen
cia dilacio/ in ipsa tum furore/
et ideo modo punit et affligit
malos et iniustos cum qua
dam expectatione et clemencia/
ut interim se emendet/ sicut sub
ditur/ huius expectationis ... ni
chil enim iustitie deperit propter moram
sue expectationis/ contingit
in iudicium/ quod propter iudicis
expectationem reus subterfugit
iurisdictionem suam/ et hoc est
propter defectum potestatis in iudi
cio/ quia forte reus transfert ad
patriam/ ad quam iurisdictio iudicis
se non extendit. Verbi gratia si reus
in francia transferat se in angliam/

vel contra | vel forte computat(ur) de
necessitas potestas computet et c(on)=
tinet non potest iudex in eum dicad
utrumque dato quod vellet | sed neu
trum istorum potest deo contingere |
qui in omni tempore et mome(n)to
locum suam ostendit potentiam | mo=
ta arbitrium sue voluntatis | et
hoc est quod subdit | iustitia | sub
est enim tibi cum volueris posse. Unde=
Ans(elmus). Cur deus homo ca(pitul)o 1a.
Omnis necessitas et impossibili=
tas dei subiacet voluntati | eius
autem voluntas nulli subditur
necessitati aut impossibilitati | ni
chil enim est necessarium aut
impossibile | nisi quia ipse ita vult | porro
velle aut velle aut nolle aliquid
propter necessitatem vel impossibilitatem
alienum est ab eo | secundo per hunc textum ho=
mines continet quam bona doctrina
confertur iustis per malorum iusta
punitionem | informantur autem
homines | si divinas punitiones co(n)=
siderent de tribus | quorum duo per
tinent ad iudices et prelatos | qui
informantur primo quod non sint
nimis remissi negligendo aliis
iudicando puniciam dissimu=
lationem | et contrarium ad hoc dicit
Docuisti autem populum tuum
per talia | quia oportet iustum esse | 2o
quod non sint nimis severi ri
gidi per tyrannicam districtionem |
et contrarium ad hoc subdit quod
oportet esse non solum iustum sed hu
manum et mansuetum et co(m)
pacientem. Ro. 6. Humanum dico
propter infirmitatem carnis vestre
3a informatio est ad omnes
generalis | et est quod omnes sint
longanimes per bone spei conso
lationem | et contrarium ad hoc sub
dit | et bone spei fecisti filios
tuos | qui iudicans das locum
in peccatis penitentie | sicut supra ex
positum est | et bone spei fecisti
filios tuos | sicut docet Bu9:

in sermone qui sic incipit | Caritas do
mini in eternum cantabo | spes hu
na videmus per considerationem tripli
cem stabilitur. Tria inquid consi
dero in quibus tota spes mea con
sistit | scilicet caritatem adoptionis |
veritatem promissionis | potesta
tem redditionis. Primo enim docet
hominem iustum movere ad spei
confidentiam | quod deus eos ad
optavit | et patrem eorum constituit
semetipsum. Unde Bern(ardus) super ora
tionem dominicam in qua dicitur ora
tio | cuius principium dulce nomen patris |
sequentium petitionum obtine
ndarum prestat fiduciam | et glo(ssa)
Luc. 6. super hoc verbum | pater in
hoc inquit datur fiducia | quod
nichil negabit filiis | qui quod iam
dederit pater est | exemplum de fi
lio prodigo | Luc. 15 | ubi filius ru
inosus ad patrem rediens | cum
amplexibus et osculis | cum con
viviis et melodiis a patre reci
pitur. Ro. 5. ~~gloriamur et gloriam~~ in
spe filiorum glorie dei | 2o de 2o
bet hominem movere in spem
veritas promissionis. Deus enim
est qui mentiri non potest | qui no
bis bona pollicetur et gloriam
per totam scripturam sacram quam
habemus a deo | sicut quedam ob
ligationum maxime securitates
Ro. 15 | per patientiam et conso
lationem scripturarum spem habe
amus | ps. Memor esto verbi tui
servo tuo in quo michi spem de
disti | 3o causat in nobis spem 3o
potestas redditionis | non enim im
potens est sed omnipotens ad
complendum promissa | et ideo
nullus qui sperat in eo confu
di potest | Eccl. 2. Respicite filii na
tiones hominum | et scitote quia nullus
speravit in domino et confusus
est | permansit in mandatis eius

et delictus est Ro 4. Spes vero non confundit In psalmo In te domine speravi non confundar in eternum Debet igitur spes nostra esse sicut anchora firmitatis ne a fluctibus moveamur / Sicut mola voluntatis ne indebite conteramur / Sicut galea securitatis ne ab hoste ledamur De primo hebreos 6. Confugimus ad tenendam propositam spem / quam sicut anchoram anime tutam ac firmam tenemus /
De secundo dicit gloza super illud deuteronomii 24 Non accipias loco pignoris inferiorem et superiorem molam Superior et inferior mola spes est et timor Tymor ad infernus premit / Spes ad superius tollit quia una mola sine altera inutiliter habetur
peccatoris ~~peccatis~~ ergo pectore semper debet spes et formido coniungi / quia maximam misericordiam sperat iustitiam non timeat / et maximam metuit ~~spes~~ qui non confidit / Loco igitur pignoris mola superior aut inferior non tollatur / quia qui predicat peccatori / tanta discrecione disponere predicationem debet / ut non relicta spe timorem subtrahat / nec subtracta spe delinquat Est igitur spes sicut mola inferior / que cor elevat et sustinet in contemplatione debita / propter eius / et timor instar mole superior / que conterit et comprimit ad premit / ne cor extollatur nimis / psalmus / Ab altitudine diei timebo / ego vero in te sperabo Tercio spes nostra est sicut galea securitatis ne ab hoste ledamur
Homo non premunitus galea ista per desperationem / in bello temptationis occiditur / de quos caput habet Ieremie 18 / desperavimus / post cogitationes nostras ibimus / et ideo ipsam galeam continue induamus iuxta illud apostoli Thessalonicenses 5
Simus induti lorica fidei et caritatis / et galea spei salutis etc.

Fo 191

Si iniquos servorum tuorum et debitos morti cum tanta cruciasti attentione et liberasti / dans tempus et locum / per que possent mutari a malicia / cum quanta diligencia iudicas filios tuos / quorum parentibus iuramenta et conventiones dedisti bonarum promissionum Postquam salomon in parte precedenti declaravit divinam iram observatam in puniendo chananeos / qui terram occupaverunt iudeis / adeo promissam in ista parte ostendit quod ex ~~malorum~~ malorum dilectione ~~locutione~~ cum pietate admixta / datur bonis hominibus divinae voluntatibus materia magne spei / et circa hec duo facit Nam primo ostendit quod eo modo quo dum puniuntur mali / oriri debet in bonis spes et respectus gratie obtinende in via 2o quia eodem modo etiam oriri debet in bonis spes glorie consequende in patria 2a pars ibi Cum igitur nobis disciplinam das Quantum ad primum ut sic dedicat / constat deum non minus esse clementem et benignum in committendo culpas et facinora electis suis et predestinatis / quam fuit iniustis et reprobis / sed in puniendo reprobos tantum ostendit clementiam / quod eos paulatim dispersit et delevit / ut semper superstites tempus haberent penitentie / morti et addicti penas predecessorum / quos per sua malicia videbant destrui successive / quod deus ipse desideravit eorum salutem quantum

Igitur
in ipso fuit / non minus erat cle
mens filiis suis si delinquerent
et veniam postea peterent / quod exprimit
quod consideramus modum punitionis
malorum que fuit in mora et ex
pectatione diutina invitante eos
ad penitenciam / et quodam modo votum
offendens in toto possimus tamen
desperandum de clemencia si iniquam
malicia delinquimus. hec est summa
vocis / quam facit super istam hu
liacionibus dicit quod [illegible] immittas p
uos tuos i. cananeos immittas
[illegible] tibi punctum et te tollentur
et debitos morti propter peccata et flagi
cia infidelibus tu tanta cunctasti
attencione / tu tanta diligenti
expectacione et liberasti quos dignum
f dimittendo superstites [illegible] ocasio
et delet / dans tempus et locum quo se que
posset mutari a malicia ad pe
nitenciam / tu quanta diligentia iu
dicas filios tuos / premendo [illegible]
senti ne peccat etiam filios nostros
tuos quorum parentibus iuramenta et con
uenciones dedisti bonarum promis
sionum scilicet de terra cananeorum pos
sidenda adleitam / et quod dominus mihi
[illegible] deum iuramenta fecisse videa
sunt hec circa iuramentum
primo de iuramenti licencia / secundo de
iurandi frequencia / tercio de iu
rantis innocencia / circa iuramenti
licenciam est sciendum quod fuerunt quidam
heretici qui asseruerunt omne iuramentum
quocumque proposito illicitum esse / ita
quod nulla veritate eos licet asseve
rare iuratas / et habuit hec heres
motiva ex scriptura sacra / primo ex verbo
ibo salvator mt v ego dico
vobis non iurare omnino / item Iac
v ante omnia fratres mei nolite
iurare / item mt v sit autem sermo
vester est est non non / quod autem hiis habun
dancius est a malo est. Item aug
in quodam sermone / ista magis iura
exitiosa / et valde iurando periculosa / et
iurando nulla est securitas / quod ab omni
iuramento est abstinendum / Item Ecc. 23 vir
iurans et nominans / in toto a peccato non
purgabitur / quod illicitum est iurare
Contra hos / ista falsitas multipliciter
redarguitur / primo quod deus ipse inve
nitur iurasse / sicut hic dicitur et in ps iu
ravit dominus et non penitebit eum
Et item hebr vi cum neminem haberet per
quem iuraret deus maiorem / iuravit
per semetipsum / item apostolus invenitur
iurasse Ro i testis est mihi deus
cui servio in spiritu meo et 2 cor 1
testem invoco deum in animam meam
item deutero vi dominum deum tuum time
bis et per nomen eius iurabis etc / item
[illegible] v reddes domino iuramenta
tua item omnis vacans et omnis secta viri
iusiurando / et super psalmum vox omni
est vox mea / et ideo dicitur / quod iuramentum
est licitum / et non est malum per se / sicut
ista heresis asserebat / ubi notandum
quod iuramentum ordinatur ad confirmationem
vel probacionem illius quod homo dicit
insensibiliter sicut si probatio pro[illegible]
nitiam ex aliquibus racionibus
[illegible] fit homini / non
sit talis probatio adsibere et ideo
in talibus recurrit ad testimonium
ita quod loco probacionis premia re
quirunt / accipere testimonium hominum
istud vero testimonium in multis non
sufficit facere confirmatorem evidentem
tum quod homo in aliud mentitur / tum quod
errat frequenter et decipitur
et ideo in talibus necessarium fuit recurrere
ad divinum testimonium / et hoc fit per
iuramentum / eo quod deus nec men
tiri potest nec decipi tum quia [illegible]

Marginalia: cl — iuramenta — b circa — ll No

ille qui iurat deum veneratur et ho-
norat [con]testans eum summa veritate/ quem
adducit in testimonium/ adiungendo deum
sum ee verum pro quo iuramentum
fiatur est addendum tamen exo[r]igine
quia ex fine Ex origine quidem quia iura[men]tum
introductum est ex fidei devotione/
qua homines credunt deum in
fallibilem veritatem/ et qualem eum presumunt
Ex fine etiam quia iuramentum est ordi-
natum ad certificandum hominem de
veritate/ et ad finiendum controversias inter
homines/ sicut Hebreorum 6/ Omnis con-
troversie eorum finis est iuramentum
Admotiva inducta in oppositum est
dicendum/ quod iuramentum est prohibitum/ sit ergo
ne fiat absque necessitate vel utilitate/
ne iurando ad facilitatem veniatur/
et ex facilitate ad consuetudinem/
et consuetudine ad periurium decidatur/
et sic quia Apostolus non nec Paulus invenitur
iurasse nisi in scribendo/ ubi fortius
cautiorem diligentiam adhibet quam
in loquendo non sensum est/ nolite iu-
rare omnino et passim/ et nolite as-
suesci ad iurandum/ vel non sitis
faciles ad iurandum/ vel nolite iu-
rare absque evidenti necessitate secundum Augu-
stinum exponendo 1a questio 1o Et simo
vero est et non non/ quia autem his habun-
dantius est a malo est Ad 3m iurare
tenetur/ sententias hoc devitante ne
curre infirmitatem eorum quibus aliquid sua-
debis/ que utique infirmitas mala
est/ tu enim non male facis qui bene
uteris iuratione/ ut alteri persua-
deas/ sed a malo est illius cuius in-
firmitate cogeris iurare non cogit
iustitie necessitate tu dicis/ quia his habun-
dantius est vel quia cumque est a malo
est malum non accipitur a malo tuo
pensa a malo pene infirmitatis/

vel ignorantie illius cui sit iura-
mentum/ quia si sibi de veritate /alit[er]
constaret/ nulla foret necessitas
sibi prestare iuramentum Ad quartum
quod cum Augustinus dicit/ quod nulla iuratio
est secura/ intelligendum sit/ quod
securius est numquam iurare
Ad quintum de ecclesiastico/ loquitur
ibi de consuetudine iurandi
Secundo sciendum/ quod
frequentia iurandi est primo
periculosa/ eo quod homo de facili
delinquit in verbo/ secundum
illud Jacobi/ Si quis in verbo non 3.
offendit hic perfectus est vir
Unde Ecclesiastici 23 Iurationi non
assuescat os tuum/ multi enim
casus in illa/ Unde signum in fa-
llibile magne levitatis et hominis
proni ad mendacium est iu-
randi frequentia et facilitas 2o
2o est deo multum iniuriosa
quia parvam reverentiam exhibere videt[ur]
ad deum/ qui eo levi causa te-
stem inducit deum/ quod non
facit de aliquo honesto viro 3o 3o
est sibi ipsi dampnosum Nam
hoc quod ita facit et frequenter
deum testem inducit sine ne-
cessitate/ contra se ipsum prove facit fi-
delitate/ cui sine iuramento non
creditur/ Tertio de iuramenti in-
nocentia est sciendum/ quod ad iura-
mentum licitum requiruntur
3 iustitia/ iudicium/ et veritas/
sicut dicit Jeremie 4o Iurabis vivit
dominus in veritate/ Si careat 2m iudicio et iustitia erit
iuramentum mendax/ si iudi- [pravitate]
tium iuramentum incautum/
sed iustitiam iuramentum
iniquum vel illicitum/ Iu-
ramentum propter iurantem debet precedere
iudicium discretionis/ ut non
leviter sed cum necessitate iuret
propter dicti modo/ ne sit saltem
falsum secundum iudicium
constrictive sic neque illicitum/ sed

aliquando in iuramento promisso-
rio contingit / quod homo iurat
se infecturum homicidium / vel iurat
quod numquam concordabitur
cum illo / qui cum eum deliquid /
vel aliquid tale quod est illici-
tum fieri in effectu / in quo tamen
peccat iurando quod illicitum
est observare / et iterum peccat
si observet / et in hoc tamen dicit
ysidorus quod in malis promissis resci-
de fidem et in turpi voto muta
decretum / lecc 192

lec 192

Cum ergo nobis di-
sciplinam das / in-
imicos nostros multipliciter flage-
llas / ut bonitatem tuam cogite-
mus iudicantes / et cum de nobis
iudicatur speremus misericordiam tuam /
Unde et illis qui in vita sua
insensate et iniuste vixerunt / per
hec que coluerunt dedisti summa tor-
menta / Et enim in erroris via di-
utius erraverunt / deos estiman-
tes hec que in animalibus et ina-
nimis sunt supervacua / infantium
insensatorum more viventes / propter
hoc tamquam pueris insensatis
iudicium in derisum dedisti -
Postquam s. nos instruxit qua-
liter bonorum primo de amari debe-
mus ad spem venie gratie inspira-
re / hic autem ostendit quod comma-
lorum flagellatione et dampna-
tione dicit boni animari ad spem
glorie in vita eterna / et circa hoc
duo facit / quia primo ostendit
quale iudicium deus exercet
circa peccatores corrigibiles / 2o
quale iudicium exercet circa ob-
stinatos et incorrigibiles ibi / Sunt
et illis qui in vita sua / Circa
ad primum innuitur talis de-
ductio rationis / sicut obstinati
flagellantur impuniti / et quia se non
corrigunt imperpetuum dampnantur /
i. puniti

ita penitentes disciplinantur impuniti /
et quia se corrigunt / in perpetuum
premiantur / quia ergo videmus malos
flagellari sine correctione / et nos
disciplinari cum nostra correctione /
iudicare possumus divinam boni-
tatem in premio nostro futuro / et sperare
de dei misericordia / que a bonis miseria li-
berat / que quidem tollis mihi eterne / de quo
sic loquens dicit / tamen quo nobis
disciplinam das / disciplinam
verborum / et verbum das contra-
maliciam aliquorum / qui dicunt tri-
bulationes non esse a deo / inimi-
cos nostros / qui scilicet sunt in numera-
tum multipliciter flagellas / scilicet multa
flagella peccatorum / ut bonitatem
quam omnibus te gratias / secundum nam
diversorum capacitatem / cogitemus
iudicantes alios incorrigibiles ad
flagella tua / et cum de nobis iu-
dicatur / i. exercetur iudicium sive
iuste sive iniuste / sive ab hominibus
sive a deo / speremus misericordiam tuam
Job 13 etsi occiderit me in ipso
sperabo / nam scilicet a bonorum pena
et miseria liberantur / que a bonis
misericordibus subtrahetur / unde
Jac 2o iudicium sine misericordia
fiet illi qui non facit misericordiam / 2o 2a
dicit quale iudicium exercet de
puniendo peccatores obstinatos / et
specialiter illos chananeos / quos ex-
pulit a facie hebreorum / illi enim
tales fuerunt ydolatre / quod cole-
bant ymagines animalium / sicut
superius dictum fuit / et ideo iusto
deus illos per animalia vilia vo-
luit exterminare / propter quod sub-
iungit / Unde et in illis qui in vita
sua insensate et iniuste vixe-
runt / insensate quo ad deum / et
iniuste tam contra deum quam
contra proximum / vel insensate
quo ad seipsos / et iniuste vixerunt
contra deum et proximos / per hec
que coluerunt dedisti summa tor-

menta/ qui precepto et muscas/ et vi
lissima animalia eos interemisti
Et quod hoc fuit conveniens fan
sit probat/ Illi enim non ex sur
reptione vel ex modico tempore erra
verunt colendo talia animalia/ sed
diu/ et devenerunt more infantium/
Ideo conveniens fuit quod extermi
narentur iudicio singulari et de
risibili/ sicut infantes vel fatui
a bestiis quas prius colucrant Un
de dicit sic Et enim isti chananei
b in errore vie/ i. ydolatrie/ diutius
non in modicum tempus errave
runt errore negligentie/ quia no
lunt se corrigere/ nec ad deos nec ad
deum converti Deos estimantes hec
que in animalibus sunt supna
turalia i. inutilia et nociva/ cuiusmodi sunt
dracones et serpentes et talpe/ vel
secundum aliam literam Deos esti
mantes que in manibus sunt
supnatura/ i. ab operibus humanis/
que per manus hominum fiunt supna
tura i. inutilia/ sicut carpentarius
extremitates lignorum et truncos
sunt dimittit/ quia sibi servire
non possunt/ et de talibus dicit
sculptor et pingit ymagines ysa.
44 Artifex lignarius operatus
est deum/ et fecit sculptile/ et in
curvatus est ante illud/ medium
eius combussit igni/ et de medio
eius carnes coxit et comedit
Et infra Reliquum eius deum fecit
et sculptile/ et curvatus est an
illud/ et adorat id et obse
cravit id dicens/ libera me/ quia
deus meus es tu Talia igitur co
lunt isti chananei/ in faciendum
in sensatorum more dementes
Pueri enim insensati faciunt
sibi puppas et ymagines puerorum
et cavallorum/ et ludunt cum eis/
et ideo inutiliter deus dedisti iudi
cium in derisum tamquam pueris
insensatis/ quia satis derisibi
les videbantur/ qui pro numinibus mu

scas et ranas/ urses et leones ex
timabantur Spectemus ergo iniquitas
Notandum est quod spem in tri
bus temporibus pre ceteris re
colligere debemus/ scilicet In imminente
tempestate temporalis tribu
lationis Accedente necessitate
corporalis dissolutionis Et sup
veniente perplexitate finalis de
sperationis Primo sperare de
bemus divinam nobis
facillime assistentiam imminente
tempestate temporalis tribu
lationis ps in me speravit
liberabo eum Exemplum ad
hoc in vita beati martini qui
cum inter alpes incidisset in la
trones et unus eum ferire
conaretur/ alius ictum fe
rientis continuit et cum postea
latrones quererent ab eo an
timeret/ dixit se nunquam
magis securum fuisse/ quia scie
bat misericorditer deum ma
xime in temptationibus ad
esse futurum summa cautela milituum
antiquorum fuit/ omnia que vi
debantur adversa et terribilia/ et
bone spei contraria/ ad confide
tiam interpretari/ sicut narrat
S. Julius frontinus libro primo ca.
primo Unde cum cyprio et affri
cus exitalia in affricam exerci
tum duxisset/ et ipse de navi de
beret descendere/ cecidit ad terram
considerans igitur milites atto
nitos de casu ipsius lapsum ma
teriam spei fecit Audite inquit
milites affricam oppressi/ consi
mili modo gayus cesar cum in
naviem ascendere debet/ cecci
dit ad terram/ et militibus con
sternatis dixit/ Teneo inquit
te terra mater quasi diceret sic recedo/
quod ad te redibo/ et sic illo verbo
milites sperare fecit se in terram
propriam reddituros Item frontinus
dux quidam militum/ cum exercitu

scuta aquarumque prora concuta
subito prodigio apparuerunt et mi
lites inde consternentur. Victoria
inquid nobis ostenditur. Iste n
ptes non propo sed hostili an
bie solent aspargi. Epaminundas
thebanus cum sus decelo no
cte fusset delapsa. et eos qui
aduertant terruerunt metum co
ceptum fugauit. Sic simia inqt
sua minima nobis ondunt
q. d. dii nobis mittunt simp
ut nos inuenit. Isto modo si
sancti et iusti omnia tribulia
que eis accidunt. uel malorum
persecutione. seu mundanorum
tentatione. uel corporis in fir
mitate interpretantur in bonum sci
entes quod diligentibus deum
omnia cooperantur in bonum. et
quanto maior mala timor i
cutitur. tanto fortior spes
eorum erigitur. iuxta illud Job
13. Si occiderit me sperabo in
eum. 2o sperare debemus co
fidenti attendente necessitate cor
poralis dissolutionis. prouerbiorum 14.
Sperat iustus in morte sua.
Sicut docet aristoteles libello suo
de pomo non est phy. timere
mortem. sed magis gaudere. et
et bone spei esse imminente mor
te. Et hoc suis discipulis de
clarauit moriturus per duas roes.
primo sic. Vardias inquid per phiam
scientiam. quod ua est in cognitione
et bonam. et qui inquirit ueri
tatem et rectitudinem in phia a
me gradus altissimos. Credis
inquiunt. Siunt. 1o. Bonum ergo
quod prouenit bonum exsisten
tibus illis. a prouenit ei in hoc
seculo in quo sumus. Ut m a o fu
turo. Si dicatis quod in hoc
seculo in quo sumus. go gradus
cognoscentes scientie no dedisti
nam plures homines insipien
tes qui non cognouerunt creatorem
suum. finierunt dies suos i
bono. et annos suos in desiderijs
cordium. et plures sapientes qui
cognouerunt creatorem suum. sunt
pna ob boni et pacis. Ergo bonum
apphis cogitatum non euenit an
mortem sed post mortem. quare
ergo timetis mortem. que uia est
et in exessus anime ad illud quod
maxime concupiuit. 2o idem sic
persuasit. quando in quid a uobis
terminum mors sit aliquid aliud
recessus anime a corpore. Respon
derunt quod non. Corpus inquit
nichil audit nec uidet nisi per
animam. sed consentit delectationibus.
et est contraria appetitui anime
eo quod uult ascendere ad gradus
bonos et rectos. Quare g2 dolet
si anima recedit ab eo. quod est
contrarium sue delectationi et per
fectioni et suo desiderio. et ideo
cum faciet aristoteles moriturus cherea
esset. et iocunda dixit eis. non
cogitetis in cordibus uestris quod
ego letor eo quod sperem euadere de
infirmitate mea. quoniam bene
scio me moriturum. et nisi esset
hoc pomum quod in manu mea
teneo. cuius odor me confortat.
et aliquantulum prolongat uitam
meam. iam expirassem. Sed
aia sensibilis. in qua conuenima
mus cum bestijs. fouetur odore bo
no. et ego letor quod recedo de h
seculo. quod est compositum ex
contrarijs. quia quodlibet quatuor
elementorum est contrarium alteri
Unde quo posset constare a dm
progari corporis compositi et opositi
Tandem cadentem cadente po
mo de manu eius mortuus e
Pro quo phy orauerunt dicentes
Ille qui susapit animas phy
losophorum suscipiat animam tuam
usa e o. Qui sperant in domino
muta. fortitudinem per mortem sed transe
undo ad uitam. 3o maxie

2a

d

2a

sperare debemus super veniente per
plexitate finalis desperacionis etc.
Vero Estote quia nullus speravit
in domino et confusus est. Habet
ypocrites in campho desipiencie
tu usu sed sermonis etc. ut supra
Et ideo sicut in finis multum
confert quod sint bone spei circa
mortem peccatoribus iuxta illud
metrum Sperare qui metuit
mortuos vincere vidi Sperando
victus ipse moriente moriar Augustinus
in quodam sermone Tu es domine
spes mea quid quid agendum quid
quid declinandum quidque tolle
randum quidque optandum. Tu
es domine spes mea que una in
omni promissionum causa. Hec
tota racio mee expectacionis
qui pretendit articulum meum suscipe
se iactat pondus diei et estus
seminat semel in sabbato dicat
postremo non afficiatur certa homi
gle fruncti autem adherere deo bonum
est ponere in domino deo spem
meam. Et in fine si nichil prima
permittunt parte obtinenda spera
bo. Si surgant adversum me
prelia si fremat mundus si fre
mat malignus si ipsa caro ad
versus spiritum concupiscat in te spera
bo. in psalmo Tu domine singulariter
in spe constituisti me etc. l 43

Quam autem ludibriis et increpacionibus
non correpti sunt dignum dei iudi
cium experti sunt. In hiis enim
que paciebantur moleste ferebant.
in quibus pacientes indigna
bantur. per hec quos putabant de
os in ipsis cum exterminarentur vi
dentes illum quem olim nega
bant se nosse deum verum agno
verunt. propter quod et finis con
dempnacionis illorum venit super
illos. Declarato sufficienter
quod deus est benignus flagella
do quo ad illos qui se corrigunt
hic finaliter concludit quod est
iustus rigidus et severus contra
illos qui se propter flagella non
corrigunt et circa hoc duo facit primo
ostendit quod deus contra eos
manifestum exercet iudicium. Secundo
vero declarat iudicium suum modum
2a pars ibi In hiis enim que pa
ciebantur. Quantum ad primum dicit
sic. Qui autem ludibriis et increpa
cionibus non correpti sunt dignum dei iu
dicium experti sunt. Ludibrium
proprie est res aliqua que digna
est haberi ludo et contemptui
et magis ipse in sacra scriptura dicitur
ludibrium pena aliqua illata
cum ludo et derisione. Et quia deus
chananeos sic afflixit quod
hebrei de eis ludere poterunt qui
viderunt eos per vespas et cum
stabes exterminari ideo dicitur deus
eos ludibriis punisse et increpa
cionibus per verba videlicet suorum
suorum eos monendo. Et quia
nec hiis nec illis correpti sunt
id est correctionem propter quam fit
correpcio non habuerunt ideo
dignum dei iudicium experti sunt
et per quem modum subiungit
pulsando tamen idem quod
prius fuit dictum est qualiter per
talia animalia puniebat que a
lia in prudictam divinitatem colue
rant in punicione autem eorum
duo fiebant primo ipsi afflicti
murmurabant et contra deum
indignabantur. Secundo ex hiis diis
quos in specie animalium colue
runt ad veri dei noticiam deve
nerunt. Nam qui ipsi ydolatre
affligebant ~~clamant~~ clamave
runt prohibitacione sua ad
deos quos colebant et cum eos
~~in pot~~ impotentes sentirent re
ducti sunt ad cognoscendum
verum deum quem olim negabant

Cum 12

se nosse quia secundum gregorium
Oculos quos culpa claudit pe
na aperit prout quod et sumus
condempnacionis — tedere illorum veniet super illos |
i: finalis condempnacio in iu
dicio | que condempnacio sine
terminabit | Negabant se nosse deum
No — Tria enim quia homines negant se
b — nosse deum | Auari et perti
naces | Superbi et presumptuosi | Pe
r — uersi et maliciosi | Pertinosi sunt
nimis tenaces | presumptuosi sunt
nimis audaces | Maliciosi sunt
nimis fallaces | Primi negant
deum qui est caritas | 2i qui est bo
nitas | 3m qui est veritas | Primo
qui negant se nosse deum auari
et tenaces | Christus eis apparet in for
ma pauperis | ostendens indi
genciam et petens caritatem | et
ipsi pauperem contempnunt | non enim
poterunt se excusare dicentes |
Tunc apparuisti in talis effigie | non
potuimus tuam noticiam habere | primi
sumunt i. quod Christus in pauperi tali
roba uestitur | Ipsi sunt de quibus
dicit Christus | non potestis deo
seruire et mamone | Et nemo
potest duobus dominis seruire | Aut
enim unum odio habebit et alte
rum diliget | aut unum sustinebit et al
terum contempnet | Matthei 6. De ista
negacione potest se excusare
sanctus Job 31. Si negaui quod
volebant pauperibus | et oculos
vidue expectare feci etc. Et attende
quod sicut isti negant Christum mo
do | et Christus eos negabit in die iudi
cii | Amen dico vobis nescio vos
Matthei 29 et Luce 10. Qui negauit
me coram hominibus | negabo et
ego eum coram patre meo | 2o
2o — negant se nosse deum presump
tuosi et nimis audaces | tales
fortitudini — sunt qui propter fortitudinem vel viribus
in nitentes | non recommendant
se deo | nec diuinum implorant au
xilium | sicut Christus eos docuit
Matthei 6. Et ne nos inducas in

temptacionem | tales sunt qui se inge
runt periculis temptacionum | male
societati se admiscent | suspecta con
sorcia non refugiunt | et ideo cito
cadunt | horum signum et typum
gessit petrus | qui propter insultacionis
ignarus dixit Christo | Et si oportuerit
me mori tecum non te negabo Matthei
26. Iste vero eadem nocte se inge
rens male societati curialium et
mulierum | Christum tribus vicibus negauit
sicut ibi subditur | tales sunt multi
se iactantes de castitate et continen
cia | et alios qui cadunt condemp
nantes | et ipsimet ex modica temp
tacione vel occasione faciliter capiuntur | et
ideo sancti viri deo se continue recomme
dant | scientes quod diuina bonitas
est et non sua | si contra tempta
tiones resistant | et ideo sicut dicitur
Job. Si osculatus sum manum
meam | que est iniquitas maxima |
et negacio contra deum altissimum
Job 31 | gloza | Osculari manum
est bonum vel nature vel gracie
a deo concessum | viribus humanis
attribuere | Unde qui bona opera faciunt |
et illa deo non attribuunt | sed vir
tuti naturali et prudencie proprie |
hii deum qui est bonitas a quo
omne bonum donatur negant | 3o
negant se nosse deum maliciosi
et fallaces | huiusmodi sunt falsi
testes falsi iudices | et falsi ad
uocati | qui sciunt veritatem ne
gant | Christus enim est veritas primi
est | falsi enim testes a iudicibus
onerantur | quod super materiam
de qua fit inquisicio veritatem
dicant | fidem prestant et volun
tarie ancitate recedunt | et ta
les non solum Christum negant |
ymo vendunt | Unde glosa super
illud Matthei 26. Et inde querebant
optimi testes ut eum traderent | multi
enim hodie sunt | qui sicut iudei
accusant et idem faciunt | Nam
cum promittunt ferre testimonium

dicunt deum qui veritas est vendunt
eorum signum gesserunt iudei
quibus petrus dixit act. 3. Deus
glorificavit filium suum ihesum christum
quem vos quidem tradidistis et
negastis ante faciem pilati iudi
cante illo dimitti / tales sunt fal(si)
iudices qui sicut veritatem subver
tunt et iudicant principibus id
quod sciunt ex favore vel per timorem et
et nimis audacitate recedunt sicut
fecit pylatus qui audito isto verbo
a iudeis Si hunc dimittis non es
amicus cesaris ipsum dimisit et adit=
tamen conscientie prope restitit
recessit Et tamen nondum quod non
accusant iudices nisi totis viribus
liberare studeant innocentes / le
gimus enim Mt 27 quod pylatus
multum egit ad liberationem christi
1o primo quando latronem insto=
ponens vultis dimittam vobis
Barrabam an ihesum qui dicitur christus
q.d. indecens habetur christum dimit
tere ex quo vel debetis eum di
mittere vel latronem / Secundo
2o cum quereret a iudeis quid enim
mali fecit et quid faciam de
ihesu qui dicitur christus / Tertio quando
3o lavit manus suas coram populo
et dixit In nocens ego sum a
sanguine iusti huius vos videritis
Quarto quia eum flagellari manda
vit quod ideo secundum rabanum
fecisse creditur ut iudei penis eius
saciati desisterent ab in
stantia mortis christi sed hiis omni
bus non obstantibus non ex
cusatur pilatus quia sciebat
eum innocentem et quod per invi
diam tradidissent eum iudei quod
tamen non obstante illud verbum
conclusit pilatum si hunc dimittis
non es amicus cesaris Unde au
dito hoc verbo adiudicavit fieri
petitionem iudeorum de christo Io 19
et sicut falsi iudices pretendunt
se velle defendere veritatem diligunt

inquirunt veritatem si tamen punt
cavit fa. Vide non prosequuntur
ita pylatus bene inquisivit a christo
quid est veritas sed noluit christi
responsionem audire sed post
hoc exiuit continue ad iudeos
Joh 18 De hiis omnibus verificatur
id ys. 4 negaverunt dominum et dixe
runt non est ipse neque veniet
super nos malum / ffalsi vero ad=
vocati dicunt se nosse deum ver
bis sed factis eum negant et
non solum negant immo repro
bant veritatem et collaudant fal
sitatem de quibus verificatur id
quod Tit. primo inquinata sunt eo
rum et mens et conscientia
confitentur enim se nosse deum
factis autem negant / De istis ser=
monis in quadam epistola sic eos
describit hii sunt in omnibus scur=
re in orationibus arpie in col
locationibus vespe in questio
nibus statue ad intelligendum
saxei ad iudicandum lignei
ad agnoscendum ficti ad minas
pardi ad fractas ursi ad fallendum
vulpes ad superbiendum thauri
et ad consumendum minotauri
Hec ille / Istis nichil sufficit ni
chil placet nisi pecunia sicut
dicit Alanus libro suo de comp=
lanctu nature Si quis inquit
armatur pecunia tanquam lori
ca argentea torrentis impetum
tuliani fulguris incursus hecto
rei robur virtutis herculee supe=
pellet Ulixis vilipendit astuci
as et in tum herculi famis in
canduit ut dyalectice muta sit sub
tilitas rethorice languescat civi=
litas ubi minor parat pluralitas si in aure iudicis vel ad
vocati susurret pecunia orphei
lyra carmen arphionis musa
virgilii voce pecunie suffocantur
quid plura ubi nummus loquitur
tuliani tuba eloquii conticescit

Hercules
Ulixes
Hector

ubi numquam militat / hector fulmi-
cia fulgura tempestuum / ubi pug-
nat pectoralis virtus expugnatur
hercules / numquam vincitur / numquam
regnat / numquam imperat dominus.
Hec Alanus. Iste advocato sicut
dicit Ambrosius in quodam ser-
mone iuste dicetur / redde quod
accepisti / qui tam veritatem dixi-
sti / in iniquitati assuisti / iudicem
fefellisti / iustam causam oppre-
ssisti / de falsitate vicisti etc. Se-
~~clausio capituli~~ Capitulum 13 folio 149

Capitulum 13 folio 149

Vani autem sunt omnes homines

in quibus non subest scientia dei / et
de hiis que videntur bona non
potuerunt intelligere eum qui est / nec
operibus attendentes agnoverunt
quis esset artifex / sed aut ignem /
aut spiritum / aut citatum aerem / aut
girum stellarum / aut nimiam aquam /
aut solem aut lunam rectores
orbis terrarum deos putaverunt etc.
Postquam salomo prosecutus est
iustam chananeorum exterminationem
perdicionem / pro eo quod deum cole-
re noluerunt. Sed sicut stulti
et insani ydolis suis perege-
runt / que in sequitur. Auctor huius
libri circa tunc ydolatre reproba-
cionem / et circa hoc sic procedit.
Primo agit de magnitudine cul-
pe servientium ydolis / 2o de
gravitudine pene quam deus
inflixit ydolatris et specialiter
egiptiis / 2a pars ibi capitulo 16 / pro
hec et his similia passi sunt
digne tormenta. Circa primum duo
facit / primo prosequitur de ydo-
latrarum superstitiosa adoratione / 2o
de ydolorum primaria adinven-
tione / 2a ibi in fine 14 c. / acerbo n.
luctu dolens. Circa primum duo
facit / quia primo ydolatras co-
lentes naturales creaturas / 2o rep-

reprehendit

hendit alios qui colebant artificia-
les ymagines et sculpturas infra
ibi infelices autem sunt / quia
vero ydolatria sunt. Quo ad primum
autem dico / quod ab omnibus est co-
lendus / et divisio ad tractatum / pro
primo agit de gentilium aversione
a deo / 2o de eorum commissione ad cre-
aturas / 2a pars ibi. Sed aut ig-
nem / aut spiritum. Circa primum reprehen-
dit scilicet stoliditatem et fatuitatem
curiosorum gentilium / qui circa
naturales investigaciones cum summis
laboribus studuerunt / et tamen
dei notitia caruerunt / et dicit sic:
Vani sunt autem omnes homines in
quibus non est scientia / vanum autem
est sicut dicit philosophus 2o physicorum / quod
est ordinatum ad aliquid sicut
ad finem / et non potest attin-
gere finem suum / sicut si aliquis
deambulet propter sanitatem / et circa
perambulationem non consequatur
sanitatem / tunc dicimus eum in vanum ambu-
lasse / homines autem ordinantur
ad deum cognoscendum / et cole-
ndum. Unde Augustinus 2 ... deus ho-
minem rationalem adeo factum esse
instituit ut illo fruendo beatus esse
debuit non debet / ideo nam ...
rationalis est ut discernat inter iustum
et iniustum / inter bonum et ma-
lum / inter maius bonum et minus
bonum / alioquin frustra facta esset
rationalis / ergo omnis homo frus-
tra est et vanus est / si scientiam de
deo non habeat / et ideo dicit vani
sunt omnes homines in quibus
non subest scientia dei / id est scientia de deo /
hec scientia est fides per prophetas reve-
lata antiquis patribus / et po-
stea nobis per filium predicata secundum
glosam / hec scientia est timor et re-
verentia dei / Baruch 3 dicit de
prudentibus huius mundi perierunt
eo quod non habuerunt scientiam
et sequitur dicit / In quibus non

sube scia dei i. fides / est enim fides
fundamentum totius edificii spiri
tus in xpiano / hebr. xi° fides est spe
randarum rerum substancia / et ideo in
fideles nichil boni super edificant /
dum modo in sua infidelitate per
severant / Hec g^a est primum de quo
reprehendunt gentiles ydolatre / quia
fidem de deo non habuerunt per fundato sue inquisicionis / quod aut
noticiam vel sciam de deo non
habuerunt / patet ex duobus / primo
quia non intellexerunt remunera
torem vel gubernatorem mundi / 2°
eo quod non intellexerunt eum esse
mundi creatorem / Quantum ad primum
dicit sic / et de hiis que videntur
bona non potuerunt intelligere eum
qui est / i. deum qui est summe bo
nus / et solus deus est verus / qui
a se est et sine eo nichil est nec
esse potest / sicut enim deus sum
me dicitur qui est / ita dyabolus
propter maliciam suam dicitur
qui non est / Job. 18 / habitent in
tabernaculo eius socii eius qui
non est / Cum enim viderunt crea
turas esse bonas / potuerunt argu
isse ad summum per se bonum / sicut
arguit autem phylosophus metaphysice / sic ad
summum necessario / alias non esset ens /
et sic devenissent ad illum qui
vere est / qui dixit Exo. 3 Ego sum
qui sum / sic dices filiis israel / qui est mi
sit me ad vos / unde sicut dicunt
sancti / istud nomen proprie deo
convenit / quia qui est / ipse enim so
lus uniformiter semper idem est /
Omnis creatura aliter mutationi
subiacet / angeli secundum aliquas
affectiones mutantur / corpora celestia
secundum locum / corpora inferiora
alterantur augmentantur / moventur
secundum locum / et ideo sicut dicit aug.
super psal. 21 Tu solus domine es qui
es / tu es qui es / nam quod aliud
est in partibus / et in quo aliquid est
mutabile / non omnino est quod est / et

quod incipit ante esse etiam ut
cogitatum non esset / et nisi per aliquid
subsistat redit in non esse / et
quod habet fuisse / quod iam non
est / et futurum esse / quod nondum
est / illud non est proprie et absolute /
tu vero es illud quod es / quia
quicquid aliquid aut aliquo modo
es / hoc totus et semper es / et
tu es quod semper vere et ipse et es
finaliter es / quia nec habes
fuisse nec futurum esse / sed tantum hoc tantum / Secundo rep
rehendit fatuitatem gentilium
phylosophorum de eo quod non cognoverunt
deum esse mundi creatorem / et
quantum ad hoc dicit sic / Neque
operibus attendentes agnoverunt
quis esset artifex / Cum
enim effectus deducat in no
ticiam sue cause / et ipsi totaliter
occupati fuerunt ad investiga
dum causas rerum / in hoc cul
pandi sunt / quod ad primam
causam devenire non potuerunt
Sed qualiter est quod phylosophi ad de
monstrandum deum esse suffi
cientes fuerunt / tamen nec xpiani
qui soli unius veri dei habent noticiam
ad hoc non sufficiant / ad hoc
dicendum est primo / quod deum esse
non est per aliquam racionem demon
stratum eciam quoque / nec deum esse
creatorem mundi / sed quicumque
ad deum innotuerunt secundum et
racionem naturalem querere studendo /
nec divine gracie obicem ponebant
do deus eis sufficienter sui quanta
bit noticiam sic quod eis su
fficiat ad salutem / Exempla ad
hoc habentur de cornelio / cui missus
est petrus / De paulo cui missus
est ananias / qui sic se disposuerunt / quod revelacionem per inspira
cionem de vero deo meruerunt
habere / et ideo dicendum / quod
sine culpa hominis habentis usum
racionis / iniqua oriretur quam noticia

dedecus generat / saltem quia est ne
cessaria ad salutem / Tercio mo
reprehendit errores gentilium
de genere ydolatrie / i. quantum ad
quid creaturas / que apud ydo
latras supersticiones habeant
in honore cum dicit / Sed aut
deos putaverunt / aut ignem q
spiritum etc. Ignem voluit cal
dei / et apud gentiles dicebat
vulcanus q. volitanus seu
fervens circumquaque / i. volante
candorem / iste fingebatur qui
fabricaret fulmina / et dicebat fabricare
fulmina Jovi / quia Jovem superio
rem partem aeris dixerunt / et
vulcanum reputaverunt mediam
regionem / a quo loco fulmina
et tonitrua descendunt / Cal
dei autem fecit sicut in qui
busdam hystoriis scolasticis
invenitur / ignem adorabant
et ad hoc aliquos cogebant per
modum istum / obtulerunt qui
busque negantibus ignem
et alium deum colentibus
pugnam / ita quod si deus eorum
ab aliquo vinceretur / eius cul
turam dimitterent / Si vero ig
nis qui fuit deus eorum / aliorum
consumeret ydola / ipsi ad ignem
colendum se semper obligarent
Isto audito canopei in egiptos
qui ydolum beli coluerunt / depo
suerunt de capite dei sui coro
nam auream / et super caput
suum quoddam vas testeum po
suerunt et illud multis foramini
bus perforaverunt / et cum cera
obturaverunt / Venerunt quidem cal
dei ad illud ydolum cremandum
posuerunt ignem / et statim in fo
raminibus cera liquefacta / De
scendit aqua et ignem extin
xit / et sic prevaluerunt ydola
canopei cuiusdam civitatis egi
pti / et illi de civitate promissi
sunt de ceteris ydolis suis =

Alii voluerunt spiritum etherium quod dixerunt
Jovem / i. superiorem partem aeris /
vel ipsum ignem secundum alios /
quia aerem diviserunt in duas
partes vel potius in tres / superiorem
vocaverunt Jovem / inferiorem Juno
nem / et illa inferior pars est quam
vocat hic citatum aerem / propter
facilitatem motus et divisionis
Quarto alii venerabantur gyrum
stellarum / i. firmamenti in quo
sunt fixe stelle / variis nomi
nibus nominate secundum quorum fabulas
Alii voluerunt aquam unde nep
tunum fingebant deum maris
tethym vel amphitritem deam ma
ris / Sunt istas falsas fabulas / eq
nostras magna est de Jove / quia
medium significat planetam in
nete sub saturno / medium superio
rem partem aeris / fingunt q
saturnus tres filios habuit Jovem
neptunum et plutonem / Jupiter
regnat in celo / Neptunus in mari /
pluto in inferno / unde tales versus
habent / Jupiter astra / fretum nep
tunus / tartara pluto / Regna pater
na tenent / tres tria quisque suum =
Unde ipsum elementum aquarum voca
verunt Neptunum / et ideo dicitur hic
in littera / quod aliqui voluerunt nimiam
aquam / cuius ymago portabat in
manu tridentem / ad designandum
quod aque triplici funguntur
virtute / sunt enim liquide / fecun
de et potabiles / Hic etiam amphi
tritem accepit in tomingem / ab am
phi quod est circum et tron quod
est contra eo quod aqua tribus
elementis quasi conclusa sit circum
circa / terram ut in aquis superioribus
aeris in nubibus / terra in fon
tibus et puteis / vel uxor Ne
ptuni dicitur amphitrites secundum
macrobium / quia mare terram
ambit et terit / Alii voluerunt so
lem / quem multis nominibus

imcrepavit. Solem enim dixit primi
filium iovis quem vocant phebu
.i. novum eo quod mortu suo cotti
die novus appareat et ideo pinge=
batur imberbis. Erat etiam Appollo
dicitur .i. perdens. Sic estimans eo=
quod calore suo omnium virentium
generum perdit et estimat. Pydez
vocatur propter quia appitone serpente
qui cum natus est occidit eum
cum sagittis. Sol dicitur quia nichil=
solem precellit magnitudine inter
stellas vel quia solus lucet de
die aliis per eius presentiam obscura
tis. Dicitur etiam licius aliccio .i. lupo
eo quod sicut lupus pecora di
laceat ita sol suo fulore omnem
humorem consumat. Alii colebat
lunam quam dyanam voca
bant. Et hec multa nomina secundum diversos
effectus habebat. Dicebatur=
luna dyana in silvis luna i
celo. Deistis et eorum cultu. Vero q
13 adolebant incensum bali=
et soli et lune et 12 signis et
omni milicie celi. Hec igitur talia deos
putaverunt. Verum ritores orbis terrarum
sed post ipsas multas alias sup
sticiones adinvenerunt poete
sicut narrat philosophus in libro qui
dicitur phisiologus. Antiqui namque silvicole
et pastores non ut nos post da
tas hominibus ad usum vinedi
a divina gratia colebant prodiis
sicut agriculturam vindemia
tonem et seminacionem et huius
modi. Postea vero poete ea luci
et fanaticis easdem artes sine sa
crificias membratim effigiaverunt
et propriis nominibus distinxerunt
vocantes scienciam colendi agros
cererem scienciam colendi vineas=
Bacchum. Actus etiam humane li
bidinis venerem vocaverunt. Et sic
supersticiones multi excogitaverunt in=
imus. Et vocantur supersticiones secundum
quosdam a vetulis ultra consue
tudinem humane vite superstitibus.

talee enim vetustissime vetule
etiam decrepite et delire. Talium
inventum et fictionum inventores
fuerunt etc. ~~[struck]~~ Lc^o 199

Quorum si specie de
lectati deos puta
verunt. Sciant quanto hiis
dominator eorum speciosior est.
Speciei enim generator hec omnia
constituit. Sciant si virtutem et
opera eorum mirati sunt in
telligant abipsis quoniam qui hec
fecit fortior est illis. A magni
tudine enim speciei et creature
cognoscibiliter poterit creator horum
videri etc. Postquam .s. redarguit
prius gentiles de ignorancia
quam habuerunt de deo omnium cre
atore. Hic ostendit quia quod prima
ignorancia non fuit omnino huma
na sed ab eorum malicia processit
et ita hec duo facit. Primo ostendit
per quam viam venisse poterant
Ade cognitionem. 2^o quod in
llam hic sue ignorancie ex=
cusacionem. Ibi sed tamen adhuc
in hiis. Circa primum 2^o facit. Primo
tangit duplex remedium di
missum per quorum utrumque addeiuo
ticiam poterant pervenisse. 2^o
ostendit quo prima vita debebant
arguisse ibi a magnitudine ei
us. Dicitur duo sunt in oratione. For
ma delectabilis inspiciendo et virtus
admirabilis in agendo et ista
duo maxime apparent in cor=
poribus celestibus sole luna et
stellis de quibus in merito ante
dictum est et ipsis loquens sub
dit. Quorum si in specie deos
putaverunt sciant quanto hiis do
minus eorum speciosior est quorum predictorum
s. solis lune et stellarum de spe
ciali sunt. Psalmus Delectasti me=
domine in factura tua. Delectati

Vero ...

als gubnator

sufficiet

duo

+ R

+

s. caelior

Narcisus puer

in specie creature propter deum re-
lictum est, sed delectari in creatu-
ra propter se ipsam, non referen-
do ad deum, peccatum est. Quia si horum
specie delectati sunt, sciant i.
scire debent quanto dominator
eorum deus scilicet speciosior
est hiis rebus. Speciei enim ge-
nerator i. creator rerum specio-
sarum hec omnia constituit.
Quia quamvis deus pulchritudines
creaturarum creavit et non cre-
avit nisi per liberum arbitrium,
sicut artifex facit opus suum,
scire potuit quod ipse longe
est speciosior quam sit opus.
Boecius 3 de consolatione: pul-
chrum pulcherrimus ipse mundum men-
te gerens similique ymagine for-
mans. Aliud medium est in istis
creaturis, dicens in tercium ho-
mines videntes in creature totius
causam, scilicet mirabilis virtu-
te per corpora celestium lumi-
nando, movendo, diversos effectus
in istis inferioribus producendo.
Quia si virtutes et opera eorum mi-
rati sunt, quia propter mirari
ceperunt homines philosophari
1° methaphisice et secundum philosophum sunt mira-
biles delectationes 10 ethicorum.
Intelligant, hoc est intelligere de-
bent a bipis i. per ipsas creatu-
ras quoniam qui hec fecit fortior
i. virtuosior et potencior est illis
magnitudo. Unde ipso volente sol
lumen suum retraxit Exodi 20.
Ipso volente sol stetit Josue 10.
Ipso volente sol retro redijt 4 Regum
20. Qui ostendit quod prima duo
media mundus humanus ascen-
dit in deum, quasi diceret: est tota ra-
tio quare gentiles ab ignorantia
sua de deo sunt inexcusabiles,
quia magnitudine speciei i.
pulchritudinis et creature i. mira-
bilis facture debebant cogni-
visse creatorem esse maiorem

tam specie quam virtute. Sic enim deus
primus totius universi est, per virtutem
primum movens est, immo ille et
infinitum, nullam habens mag-
nitudinem corporalem, 8 phisicorum.
Romanos primo: invisibilia enim ipsius
i. dei a creatura mundi i. ab homine que
facta sunt intellecta conspiciuntur.
Sempiterna quoque virtus eius et
divinitas etc. Sicut in gentiles ipse
delectati deos putaverunt. Delectantur
aliqui videre specie propria et
aliqui specie aliena. Primi sunt
qui superbiunt de pulchritudinis
vanitate. Secundi sunt qui
sequuntur libidinis voluptates.
Quia delectantur de specie propria, super-
bientes de pulchritudinis va-
nitate, non considerantes quam
vana sit et superficialis, quam
brevis et temporalis. Unde Boecius
3 de consolatione: forme vero ni-
tor rapidus est et velox et
vernalium florum mutabilitate
fugacior. Quod si ut Aristoteles ait
lincei oculis uterentur homines
ut eorum visus obstancia penetraret
introspectis visceribus,
illud Alcibiadis superficie pulcher-
rimum corpus turpissimum videretur.
Quia te pulcherrimum videri non tua
natura, sed oculorum spectancium
reddit infirmitas. Sed estimate
quam velitis nimis pulchritudinis cor-
poris bona, dum quamque
mirantur, triduane febris igniculo
posse dissolvi. Refert Ovidius
metamorphoseos libro 3°, quod Narcisus
puer quidam tante fuit speciei
statum natus ab omnibus possit
amari. Parentes quia pueri nimia
admiratione sue pulchritudinis
consuluerunt quendam vatem, si
iste puer annos attinget senec-
tutis, et si esset futurus etatis
longeve. Ille respondit, dum inquid
vivet si se metipsum non noverit.

Puer adultus et factus iam iuuenis
tantam concepit de suo corpore su
perbiam quod eum contempsit amo
rem tam iuuenum quam puellarum.
Tandem fatigatus quodam die
de venacione diuertit ad fontem
quemdam pulcherrimum, tamquam sitis se
dande. et dum bibet, ymaginem
sue faciei vidit magnam. miratur
speciem vise ymaginis, considerat
frontem, crines, os, genas. et ocu
los. et amore ipsius ymaginis
capitur. alloquitur ymaginem, expor
rigit brachia ut eam apprehendat. nichil
inuenit nisi aquam. offert oscula
et ymago videtur reddere sibi. ridet
puer et illa cor[redet]. lacrimatur et illa
deplorat. Sic igitur exardescens
in amore sui ipsius langwens
defecit. et in florem sui nominis
est conuersus. Iste puer per speciem
elatus in superbiam designat vanae
gloriantes de fragili decore cor[poris]
qui tantum delectantur de sui corporis
venustate. quod totaliter evanescunt
et ubi homines esse debent, inuti
les flores fiunt. Ysa. 40. Omnis
caro fenum et omnis gloria eius quasi
flos agri. Isti dum viuunt vita sobri
si semetipsos non noscunt. In
cuius figuram occidit herodes Jo
hannem. Mt 14. herodes interpretatur
glorians in pellibus. et sic de
signat personam de pulchritudine cor[poris]
que non est nisi in superficie sue
pelle. secundum augustinum gloriantem. Jo
hannes vero gracia. uel in quo est
gracia interpretatur. herodes igitur Johannem
occidit dum superbiens de specie
sue pulchritudinis, graciam extinxit
que latebat in mente. Unde auc
tor libri de vanitate carminum. Ia
sunt homini secum in gloria. que in
culto iuuentutis agro. absque
comitantibus zizaniis rarissime
conualescunt. Elegancia pulchritu
dinis, vigor fortitudinis. et sua
uitas vocis. Pulchritudo enim
iuuenem aliene libidinis pre
dam pronumque efficit castitati. Item
fortitudo audaciam ingerit. au
dacia non admittit quiescen
das in pollicitis. Sunt autem quidam vo
cis amici qui prominent lasci
ua modestiam laudis per sensus et
totam suam spem ac ponunt. Hec ille.
2o delectantur aliqui viciosi in 2o
specie aliena. sicut ille senex
sacerdos. cui dixit daniel. Semen
chanaan et non iuda species decepit. In da
te. et concupiscencia subuertit
cor tuum. Dan. 13. Porro su
sanna erat delicata nimis et
pulchra specie. Sic olofernes
occiditur dum in tante iudith
speciem contemplatur. Judith 16.
Judith filia merari in specie
faciei sue dissoluit. Sic dauid
captus est in specie bersabee 2.
Reg. 11. et ideo singulariter dicit
Ecc. 9. Ne circumspicias speciem alie
nam, propter speciem mulieris
multi perierunt. et ex hoc concu
piscencia quasi ignis exardes
cet. Nondum quod nichil
ita potens est subuertere cor hu
manum sicut concupiscencia et
amor speciei. In cuius signum fi
gunt poete. quod alexander
filius priami patris vocabatur
a paritate indicans. Unde ad eum
missi fuerunt iuno. pallas. et ve
nus. ut litem dissolueret. cui po
mum aureum deberetur quod in
tercedente dea discordie. tali... ceci
dit litem. in quo pomo sic erat
scriptum. pulchrior me habebit.
habebit. Certabant igitur dee iste 3.
que ferret fame pomum preter
habitatoria. Juno promisit diui
cias et regnum. Pallas laude
milicie. Venus pulcriorem de
gracia mulierem. Et igitur paris non
obstante sui indicem subiti...

F

concupiscencia est sublimis sed
et potum bonei admiramur do
nari. 2° notandum, quod inter de-
lectationes temporales et eternas
multiplex est differentia. Primo enim
delectationes corporales secundum
Aristotilem septimo ethicorum sunt
quasi medicine, et curant tristicias
sibi oppositas, immo nichil valet
nisi contraria tristicia precedente;
sic delectatio que est in quiescen-
do non placet nisi fesso et fa-
tigato, et delectatio in bibendo
non acceptatur nisi propter sitim,
et delectatio que est in comedendo
intenditur et augmentatur propter
famem precedentem; et sic de aliis.
Et concludit ibidem philosophus
quod nichil idem est nobis de-
lectabile semper, ideo est quia ho
minis complexio mutatur ab una dispo-
sitione in aliam; et id quod pla
cet homini et est sibi delectabile
in una disposicione, est ab eodem
abhominabile in alia dispo-
sitione; et ideo eo ipso quod natura
nostra non est simplex, sed com-
posita et consumitur de dispo-
sitione una in contrariam, necesse
est quod illud quod est delecta-
bile homini secundum unam di-
sposicionem sit tristabile per aliam,
sic esurienti sumptio cibi est de-
lectabilis, etiam saciato fit ei-
dem abhominabilis. Et per oppositum
dicit philosophus quod deus est na-
simplex immutabilis, semper
gaudens una et simplici de-
lectatione, qua habet in conte-
placione sui ipsius. Tunc igitur ad sta-
tum divini devenimus per glorio-
sas dotes corporis et anime, erit
delectatio nostra semper una et
uniformis et perpetua. Iuxta
illud psalmiste: Adimplebis me le-
ticia cum vultu tuo, delectatio-
nes in dextera tua usque in fi-
nem. 2° [illegible]
[illegible]

Sed tamen adhuc in
istis unum est quod est
(et hii enim fortassis errant, qui deum
querentes et volentes invenire; et
enim cum in operibus illius con-
versantur inquirunt et persuasum
habent, quoniam bona sunt que
videntur. Iterum autem nec huius
debet ignosci; si enim tantum potuerunt
scire ut possent estimare seculum
quomodo huius dominum non facilius invenerunt
agnoverunt.) Postquam sapiens declaravit
viam et modum per que gentiles
philosophi poterant devenire ad veram
cognitionem dei, hic ostendit quod
de eorum negligencia in hac parte non
habuerunt excusacionem, et circa hoc
tria facit, quia primo ponit eiusdem
excusacionis allegacionem, 2° illius
allegacionis probacionem, 3° eiusdem
probacionis confirmacionem. 2^a pars
ibi: et enim cum in operibus, 3^a ibi:
Iterum autem nec huius. Allegatio
ad excusandum gentiles philosophos
posset esse talis: videtur enim po-
sset quod in eis minor erat que-
la quam pretendunt, pro tanto
quia ipsi fecerunt quod in eis
fuit, quesierunt deum studiis
et ingeniis, disputacionibus et
doctrinis, et volebant eum invenire.
Unde si non invenerunt non
est culpa eorum. Confirmacio illius
allegacionis est, quod ipsi cum
in operibus dei, scilicet creature, discu-
ssionibus conversabantur, studentes
circa naturas rerum creatarum adeo
complacentes, et utiliter inqui-
sierunt in veniendo, disputan-
do, et docendo, et concludendo, et co-
gnoverunt evidenter quod omnia
sensibilia que sunt bona quidem
sunt et usui humano multum
necessaria. Ergo videtur quod si
potuissent ulterius ascendisse

contr^e

ex^e multib|

ad deum cognoscendum. hoc multo libentius acceptassent. sed confutatio istius allegationis cum sua probatione est talis. si isti fuerunt ita studiosi et ita ingeniosi quod potuerunt acquirere sibi estimationem et aliqualem cognitionem de toto mundo sicut de motibus solis et lune et viribus arborum lapidum et herbarum quod est difficilimum quomodo non facilius homo horum omnium creatorem potuerunt invenire presertim cum ipse se devote querentibus sponte ingerat. sapiencie 6. preoccupat autem qui se concupiscunt ut illis se prior ostendat.

b Dicit quod sic in principio homo plura sed tamen ad hunc inquisitis gentilibus vel colentibus corpora celestia et elementa minor querela est quam de colentibus ydola de quibus postea statim dicitur vel minor querela est. hec est excusatio eorum scilicet quod cetero vera predebat et enim proaemia quia hii fortassis errant et quod in hoc dicit fortassis innuit excusationis insufficientiam. deum querentes et sic facientes quod in eis fuit et volentes invenire sed non valentes. [illegible] confirmatio dicitur esse. et enim cum conversatur et inquirit id est continue circa ea vel scilicet presciendum et inquisitione et in operibus illius id est dei et maxime est ex dictis eorum quod persuasum habent id est ratum prius probatum quam bona sunt que videntur ita sensibilia. Sed hec non mittitur sic. Iterum autem nec hiis

f debet ignosci. quia est eis sicut de se plana. Sed contra istud ultimum videtur esse illud supra positum 9. capitulo difficile estimamus que in terra sunt et que in prospectu sunt invenimus cum labore. que autem in celis sunt quis investigabit.

Ergo non poterant facilius invenisse deum quam ista estimare secundum scilicet doctores quod aliud est comprehendere de deo quia est et aliud quid est. primum potuerunt philosophi peccatores. secundum fuit eis impossibile. x Sed quia nec deum ce[illegible] scilicet demonstratum invenire aliter ad dictam obiectionem Respondeo. Dico secundum mentem beati Augustini 18 de civitate dei capitulo 38. quod autem omnes philosophos grecos et barbaros prophete sancti precesserunt qui tam verbo quam scripto dei noticiam docuerunt. et eo deum esse statim a principio mundi ab adam et filios suos constitit probatum. tamen quidam ex de deo dissenserunt. quidam asseruerunt sicut modo de aliis articulis invenimus. Isti ergo philosophi audientes deum esse et fuisse a dei cultoribus prius poterant ex regimine mundi et rerum uniformi gubernatione totaliter assensisse. et ideo quod erravit quidam eorum vel illis negligencia vel malicia fuit in causa. et quia propter revelacionem antiquam divulgatum est apud omnes gentes legibus utentes deum esse. et quod est omnibus notum videtur ipsa natura notum. Ideo Damascenum dixisse 1. sentenciarum capitulo 3°. c cognitio existendi deum naturaliter nobis inserta est quamvis non ingenium nostrum in investigatione sed divina potius revelatione dei noticia omnibus fuit communicata. Unde dico quod multo facilius est deum id est fidem de deo invenire quam estimare scilicet quia bene utentibus naturali ingenio deus se ipsum aliquo revelat vel per exteriorem informationem vel per interiorem inspirationem. Confirmatur quia nec ad astronomiam

al. platu

dicunt plerique ad inventam fuisse. Unde magister in hystoriis scolasticis super gen. de dispersione filiorum noe narrat noe habuisse quendam filium nomine Jonitum qui accepit a deo donum sapiencie et invenit astronomiam. Sicut ergo addiscere potuit ad mensurandum quantitatem terre solis et lune ita poterant didicisse colere deum verum. Quare autem non invenerunt ratio est quia non quesierunt eum ubi manet. non enim invenitur in lasciviis voluptatum nec in diviciis vanitatum nec in consortiis carnalis consanguinitatis. Primo non invenitur in lasciviis voluptatum quia Job 28 non invenitur in terra suaviter viventium et ysa. ca. 3o in lectulo meo per noctem quesivi quem diligit anima mea quesivi illum et non inveni.
2o non invenitur in diviciis vanitatum quia osee 4. in gregibus suis et in armentis vadent ad querendum dominum et non invenient.
3o non invenitur in consortiis carnalis consanguinitatis luc. 2. Requirebant eum inter cognatos et notos et non invenientes regressi sunt in ierusalem. Sed invenitur in presepio austeritatis penitencie luc. 2o invenerunt infantem pannis involutum et positum in presepio. In domo munde consciencie math. 2. intrantes in domum invenerunt puerum cum maria matre eius. et in templo contemplationis devote luc. 2. post triduum invenerunt eum in templo. Errant ergo isti philosophi circa deum et celestia propter nimiam distanciam. Dicit enim basilius quod nimia distancia facit distare circa ea circa quantitatem circa qualitatem circa figuram. Circa quantitatem et ponit exemplum de sole qui propter magnam distanciam a nobis apparet vix pedalis in dyametro. Circa qualitatem et ponit exemplum in velis navium que cum sint alba apparent multum distantibus celum. Circa etiam figuram propter distanciam et ponit exemplum de turribus que cum sint quadrate propter nimiam distanciam apparent esse rotunde. Unde auctor de visu propositione 10 trianguli magni et distantis procul apparent ubi habet a contemplatio sic quadrata per distanciam rotunda apparet quia in magna distancia anguli quadrati non implicant sensum quantumlibet visibilis per elongationem visum timari contingit sicut dicitur propositione tercia eiusdem libri. Sic omnino peccatores elongati a celestibus errant circa futuram gloriam. Primo quia circa eius quantitatem non considerantes quam magna multitudo dulcedinis tue domine. Circa eius qualitatem non considerantes quod nec auris audivit nec in cor hominis ascendit gloria quam deus se diligentibus preparavit. Circa eius figuram non considerantes quia stabilis sit et eterna est enim in quadro posita sicut dicitur in apoc. 21 ante eam credunt esse rotundam et nobilem et caducam etc.

Infelices autem sunt et inter mortuos est:

spes illorum qui appellaverunt deos opera manuum hominum aurum et argentum artis inventionem et similitudines animalium aut lapidem inutilem opus manus antique. Postquam s. s. reprobavit ydolatras colentes naturales creaturas inchoat parte quarta ag

gredit reprobare ydolatras qui colunt ymagines et artificiales figuras / et contra hoc duo facit primo agit de ydolorum multiplici diuersitate / 2° de adorantium stulticia et fatuitate 2a pars ibi / et de silua tua circa primum duo facit primo ostendit quo modo fiunt ydola in materia metalli 2° quo in materia lignea et nemorali 2a pars ibi / ait si quis artifex circa primum dicit sic infelices autem sunt etc. Et merito infelices est enim felicitas propria operacio hominis secundum virtutem in vita perfecta id est per totam vitam primo ethicorum propria autem operacio hominis est intelligere et amare deum verum. Isti aberrantes et colentes ymagines fictas / dum merito infelices sunt propter contricio et infelicitas in viis eorum. Solet eciam dici sic metrice Tres infelices in mundo nomine esse infelix qui pauca sapit spernit quoque doceri infelix qui multa sapit spernitque docere infelix qui ita docet operatur iniqua Et omnibus modis istis infelices sunt ydolatre primo quidem quia cum pauca sapiant de deo spreuerunt plura doceri 2° cum multa intelligant spreuerunt deum per illa inuestigare / et sic se et suos docere 3° quia cum multa ita docent de naturalibus maxime / operantur iniquae ydola venerando. Infelices ergo sunt per ignorancie fidei priuationem et beatitudinis desperationem vnde subdit Et inter mortuos spes illorum q. d. sicut mortuis nulla est spes quod redeant ad vitam naturalem ita nec de istis vlla est spes quod ad vitam gracie possint redire qui appellauerunt deos opera manuum hominum argentum aurum etc. Simulacra gentium argentum et aurum / artis inuentum ydola noua arte excogitata Dicitur autem Dedalus primo

fecisse ydola se mouencia / secundum magistrum in hystoriis scolasticis super libro iudicum / de temporibus gedeonis / et similitudinem draconum sicut serpens est expositus. Colunt omnes similitudines serpentium draconum et omnium ceterorum / aut lapidem inualidum quia ad nullum vsum vite deseruientem opus manus antique / quia olim plus ~~numinis~~ credebatur in antiquis ymaginibus / quam in nouis propter vetustatem. Solent enim vetule dicere 60 annorum a fabricacione sua sortiri virtutem. Et quia in hac leccione vituperantur adoratores ymaginum / fit hic dubitacio vtrum liceat christianis ymagines aliquas adorare / et quod non / quia Exodi 20 Non facies tibi ymaginem neque vllam similitudinem. Si enim non licet facere multo forcius non licet adorare. Item de nullo alio vituperantur in scriptura ydolatre nisi quod adorant opus manuum suarum / sicut patet in hac leccione / ymagines autem sunt opera manuum hominum de auro et argento lignis et lapidibus. Item in canonica scriptura nichil tale legitur esse datum / igitur supersticiosum videtur tales ymagines introducere. Ad oppositum est ritus ecclesie / et dicitur de consecratione dist. 3 quod intitulatur de sanctis ymaginibus / vbi allegat dominum Basilium dicentem / quod honor ymaginis fit ad prototipum id est ad exemplum. Ad istam quoniam respondet magister super 3° sententiarum d. 9 quod ymago potest dupliciter considerari / vel secundum quod res quedam / vel secundum quod

Questio vtrum liceat christianis ymagines aliquas adorare

q ymagines

Dedalus

b

est ymago / primo modo nullus ho-
nor sibi debetur / sicut nec lig-
no nec lapidi / 2o modo idem
est ymaginem et ymaginatum
nec idem honor debetur ymagini
et illi cuius est ymago / et ideo nullus
honor debetur ymagini / sed illi
cuius est est ymago / Sed cont-
ra istam responsionem fit obiectio
primo quia latria est honor soli
deo debitus / sed nulla ymago
est deus / ergo nulli ymagini de-
betur talis honor / 1a consequentia
includit d. / quod latria sit ho-
nor soli deo debitus / et non tamen
quod debeatur ymagini xpi
et xpo idem / ¶ Item si idem ho-
nor debetur ymagini xpi et
xpo / idem honor debetur lapidi
et xpo / et per consequens idem honor
debetur deo et creature / quod non
est concedendum / ¶ Item qui ho-
norat aliquid honore latrie / con-
fitetur illud esse deum / ergo si
aliquis possit licite honorare
ymaginem cultu latrie / potest licite
protestari et confiteri aliud a deo
esse deum / Ideo aliter potest dici / quod
nulla adoracio debetur ymagini /
nec licet ymaginem adorare / vera
enim adoracio est in spiritu devocione
et amore summo / et istam nullo
modo debemus in aliam crea-
turam dirigere / quia tamen tamen
propter ymaginem xpi excitamur
ad adorandum xpm / et coram yma-
gine adoracionem nostram facimus /
deum large loquendo quasi yma-
ginem adoramus / Unde videtur mihi
dicendum / quod nec adoro y-
maginem xpi quia lignum
nec quia ymago xpi / sed ado-
ro xpm coram ymagine xpi quia
est ymago xpi et exci-
tat me ad adorandum xpm
et sic exponit damascenus
li. 4o / ubi dicit quod sanctorum

ymagines dicuntur adorari / hoc intelligo
sic propter ymagines representatas licet
in eis coram ymagine sancti cuius
est adorare / Et eodem modo intelligo
secundum thomam et basilium
et totum ecclesie ritum / Et videtur
mihi bene esse dictum / quod eodem
honore honoratur ymago et de
cuius est ymago / Sed ad hunc con-
trarium in eam arguitur / quia si de-
beo adorare ex commemoracione y-
maginis / multo magis ex commemo-
racione ymaginis melioris sed
melior ymago dei est in homine
secundum animam / et melior ymago est
boni hominis / quam ymago lig-
nea vel lapidea / ergo licet et de-
beo adorare deum vel xpm in
homine pocius quam in yma-
gine / Nota dicendum / quod
homo nimis habet in se mag-
nam nobilitatem / Unde si ado-
raretur posset presumi quod propter
se adoraretur / ymago autem lig-
nea nichil bonitatis habet nec
momenti / quare coram ea adoracio
debeat fieri / et ideo statuit ecclesia
quod pocius coram ymagine
fiat adoracio quam coram homine /
quamvis qui sit deum adoraret
excitatus per hominem / qui est
ymago dei in nullo peccaret / nisi
forte paciendo cause scandali /
quod alii possent assumere sibi
inde / Est autem notandum / quod
usum ymaginum in ecclesia intro-
duxerunt apostoli / licet hoc in
racione biblie nullibi exprimatur
Unde allegat dam. libro 4o capitulo
8. preallegato / quod rumor ad
eum pervenerat / quod beatus
lucas pinxit ymaginem tam
xpi quam matris sue et que
ille ymagines habebantur in
roma / et secundum illas alie
sunt depicte / que olim xpiani
habebant / Unde narratur eciam

idem honor

ad

ad

in ecclesiastica historia | quod christus
abagaro (?) regi edissenorum civitatis regi | qui
pictorem suum miserat ad eum |
ymaginem sui ipsius transmisit | sed
cum pictor non posset in faciem
christi aciem visus sui defigere
propter claritatem coruscationis | christus
devotionem regis attendens vestimentum
suum faciei applicuit |
et sic sui ipsius ymaginem ei misit |
sicut narrat damascenus v (?) pg |
Fuit autem triplex causa institu-
tionis ymaginum in ecclesia | primo
ad instructionem laicorum | quibus
ymagines sunt ad habeant loco
librorum | 2° ut in carnationis mi-
sterium et sanctorum exempla no-
bis frequentius in figantur | 3° ad
excitandum devotionis affectum
qui magis ex visis quam ex auditis
excitatur. et per hoc patet ad voces utriusque
partis | ecclesia simulacrorum admi ben...
tocem nondum secundum ysidorum
8. ethi. 2° ca° 11° simulacrorum
usus exortus est ex nimia affe-
ctione ad mortuos | constituebant enim
effigies vel ymagines | ut mor-
tuos vivos reputarent | post hec
demones illa simulacra sunt in-
gressi | et responsiones dederunt | et
se coli animalis et perditis hominibus
persuaserunt. Simulacra autem
dicuntur | vel quia sunt similia | vel
quia sunt simulata atque con-
ficta. Iudei dicunt quod ismahel
primo simulacrum fecit ex luto. Ge-
tiles dicunt prometheum simulacra
hominum primo finxisse de luto | et
ab eo dicunt artem faciendi statu-
as adinventam. Unde et poete
ab eo fingunt homines primo factos
figere loquentes propter effigiem
hominum quas esse ... Cytrops
primus symulacra reperit aras
erexit et sacrificia instituit ut in
1 theodoli egeo cytropi

debetur causa laudis. Ille bonus pro-
ximatur iusta fide. Sacra iovis
statuit | que posteritas celebravit |
Condidit athenas | ad minerve no-
mine pallas i. minerva | admi-
nit nomine suo | quia ab ce-
cropone civitas vocabatur | que
minerva grece dicitur athena | quam
historiam beatus augustinus e-
narrat 18. de civitate dei ca°
10 allegans | Cum enim repente
in illa civitate duo mirabilia
apparuissent | unum scilicet arbor olive |
aliud fons aque. Cytrops qui
tunc tempore regnabat ibidem |
motus de istis prodigiis mi-
sit appollinem delphicum sci-
scitandum | quid sibi esset fa-
ciendum. Appollo rendit | quod olea
signat minervam | et unda nep-
tunum esse. et in potestate civium
ex cuius illorum deorum civitas vo-
caretur. Tunc ergo cives utriusque sexus
convocat | mos enim erat tunc |
quod femine publicis consultatio-
nibus interessent | consulta ergo
multitudine mares pro neptu-
no | femine pro minerva tulere
suas. Et quia una plus in-
venta est feminarum minerva vi-
cit. Neptunus ergo ira motus
marinis fluctibus estuantibus
terras atheniensium depopulatus
est | cumque ut iracundia placaretur
tripliti supplicio femine athenienses
sunt punite | scilicet ut nulla ulte-
rius daret consilia | ut nullus na-
scentium nomen acciperet |
nullus de cetero eas athenas
vocaret | ne illius nomen ha-
berent quam victoriam fecerant
nominando etc. 148

Et siquis artifex:
Faber de silva lig-
num recisum secat | et hinc

Marginalia (left margin, top): ... [illegible]; e; et; Aut

Marginalia (right margin): ... vesta; et ... nomine ... ; ... illius ... ; ... ; ... nullus; nascentium; leo 148.

Below column: secavit

A valde | ut in cepit aliqui idem ~~non~~ quod

utor — Item multa signt

Docte artis circadat omnem corti
cem | et arte sua usus / diligent
faberet uas inutile in conserua
tionem intr reliquas autem
huius opis ad preparationem escarum ab
utatur | et reliquum horum
quod ad nullum usum facit lig
num curuum et uiciis plenum |
sculpat diligent' p vacuitatem
suam | et p scientiam sue artis
figuret illud | et assimulet ymagi
nem hominis | quam alicui animali
bus illud comparet | perliniens
rubrica | et rubicundum faciens
fuco colorem illius | et omnem
maculam que in illo est perliniens |
et faciat illi dignam habitationem |
et in pariete ponens illud et
confirmans ferro | ne forte cadat |
prospiciens illi / sciens quod non
potest adiuuare / ymago enim est et
opus est illi adiutorium | Post
quam redarguti sunt ydola
tre colentes ymagines de ma
teriali in prin. ydola aurea ar
gentea et lapidea | in hac parte
arguuntur colentes simulacra
de materia lignea | et circa hec tria sunt
Nam primo tales ydolatras rep
bat et deridet ratione materialis co
positionis | 2° ratione formalis
dispositionis | et 3° ratione localis
situationis | Quantum ad materialem
compositionem ~~sunt~~ sunt multo
deridendi | Nam in casu artifex
deferri faciens lignum ma
gnum de silua / diuidit illud in
tres partes | de una forte facit ali
quod uas uel instrumentum necessarium
statim ad utatem | sicut biga
nam aratro de alia parte que
est superfluitas de lenda a tali
uase | facit sibi ignem ad co
quendum cibos | De 3a parte que
est plena gibbis et nodis deputa
tur ad uitam humanam necessarium
fi. pt / facit ydolum fatuissimum
est quod illud credere deum qui est
a unigenitu

tum eo quod combussit / et tum eo de
quo ciuitatem summum fecit | Dicit quod
guttu ad literam sic sanat signis ar
tificialis faber sed lignarius secuit
sita uel secum ligni rectum de
silua | et huiusmodi ligni docte
i. artificialiter circadat corticem omnem
tam diligent' faber uas inutile
talem enim modum loquendi
habet ugilius ubi dicit nunquam i
prudentibus nocuit ymber | in
prudentibus i. valde prudentibus
ysa. 33 p'm imprudentem non
uidebis | in prudentem secundum
unam expositionem | et sic accipitur
inutile i. valde utile | In nominibus
sicut dicit pap aliqui significat idem
quod / non | ut in ualidus | aliqui idem
quod intra | ut benedicta tu in
mulieribus | aliquando idem quod
ad | ut impulit in latus i. ad la
tus | aliqui accipitur pro cum | ut
in baculo meo transiui i. cum
baculo Iungitur recitat / nec non adu
nat et auget priuat in compositione
sicut in inquis in ualidus / auget
in compositione quam accipitur pro valde
et sic in proposito tum dicitur uas inuti
le in consumptionem uite | Reliquas
aut omnis opis ad preparationem
esce abutatur coquendo escas
apud iuristas homo re aliqua
non abutitur quam post usum sal
natur substantia | sicut utor equo
michi concesso ad usum | Sed
quando res non manet post usum
sed deperit | tunc tali re homo
abutitur | Unde concedunt quod
homo abutitur cibo et potu et
non utitur proprie | et isto modo
quia id quod comburitur de ligno
destruitur | dicitur quod artifex illo
abutitur | Ar theologi uocant abuti
i. male uti | sed hoc non est ad pro
positum | Sed etiam uti translatorum
antiqua grammatica cum dicatur

reliquas abutatur

[Right margin glosses:] operatione qui i. tiore | arte sua usus — ipsum — am — secundum

reliquias abutatur quia apud moder-
nos uti et abuti corrigunt post se
ablatiuum casum et nunquam accusatiuum
stat hic reliquias pro reliquiis/ ac-
cusatiuus pro ablatiuo/ et reliqui hoc
i. basis facti et ignis/ quod ad nichil
usum facit i. innare per lignum
tortum uitiatibus plenum/ uerticu-
bus i. gibbis et nodis/ apud an-
tiquos dicebatur uortex uorticibus/
ubi nos dicimus uertex uertice/ Vn-
de Ioh. hic est uorticibus/ sed raba-
nus et moderni hic uerticibus/
sententia non mutatur/ uortex autem
appellatur circularis reuolucio aque
sculpat et diligenter per uanitate
suam i. qui sibi uacat hic deo
deuicit ydolatre quantum ad forma-
lem dispositionem simulat/ qui
omnem fici sculpat dicit. per ... i. per
sciam artis sue figuret illud fa-
ciendo de ligno statuam/ ubi in
... nomen tali/ sed remouet partes
eorum uitiosas/ sed assimilat ymagini
hominis/ ysa. 44. et facit ymaginem
uiri quasi speciosum hominem ha-
bitantem in domo/ et cum ceteris
libus illud comparet et assimulet/
sicut apis depingebatur in specie
bouis/ hamo in figura arietis/ ca-
nis in specie canis/ Composita dispo-
sitione figurationis/ subdit colo-
rationis/ et dicit perliniens illud lig-
num rubrica i. colore rubeo/ uel
rubrica appellatur instrumentum in
quo rubricatur/ mars enim et pa-
llas/ quia ... deus bellorum
et alia dea/ carent palliis pin-
gebatur/ Iupiter uero igneo colore pic-
tus est/ propter furorem fulgoris
et coruscationis/ aliqui libri ha-
bent rubricam media correpta/
quod est instrumentum quo utuntur
iunices ad complanandum et poli-
endum fincas uestes/ cuius di-
minutiuum est rubricula/ Sed quia
hoc instrumentum leuit et no

Linit/ non concordat hinc hic que
est perliniens est enim linire lini-
endo inungere/ unde rubrica in
proposito accipitur pro colore rubeo/
uel terra rubea uocatur rubea secundum
ysidorum ethimologiarum 19. libro et uocat
rubicundum faciens fuco co-
lore illius/ fucus est equiuocum/
uno modo signat colorem simulatum
uel adulterinum/ Alio modo signat
quoddam genus apis/ Tertio modo
idem est quod mendacium uel
ypocrisis/ unde metrice dicitur fucus
est uermis fucus color ac simu-
latus in proposito accipitur pro colore
adulterino/ quia natiuum colorem
occultat et alium pretendit/ et
omnem maculam que in illo est
i. ligno de quo fabricat statuam
perliniens i. inungens ut occul-
tetur communi colore/ Composita y-
maginis in suis compositione et
formali dispositione/ hic subiun-
git derisionem ydolatrie circa
localis situationis dicens/ et
faciat illi dignam habitationem/ quia
ponunt tales ymagines in pinna-
culis templis/ in pariete
ponens illud i. ydolum posuit
talis ydolatria in arcuato loco
pictis et confirmans ferro ne
forte cadat/ sicut fecit Dagon
ad presentiam arche dei/ Reg. 4. Da-
gon prorsus iacebat ante archa
prospiciens illi ne cadat/ sciens
quoniam non potest se iuuare/ yma-
go enim hominis est non homo
et opus est illi adiutorium ho-
minis/ et nullo modo potest adiuuare se/
faciet ei dignam habitationem
Virgo gloriosa facta est isto operi
habitatio digna dei/ qui in suo corpore
filius dei carnem assumpsit
In psalmo Elegit dominus syon/ ele-
git eam in habitationem sibi
Syon interpretatur specula/ et beatam

lc 149

Signum significat que specula alti
ssima et preminens p(ro)pter sue exce=
llenciam extitit / Luce 41 Exalta
sti sup(er) terram habitacionem meam
Digna facta est ista habitacio p(ro)pt(er)
tua 2c ~~sequitur et~~ lc 149

Et de substancia sua
et de filiis suis et
de nupciis suis votum faciens
inquirit ab eo / et non erubescit lo
qui cum illo qui sine anima est
et p(ro) sanitate quidem infirmum
deprecatur / et p(ro) vita mortuum
rogat / et in adiutorium inutilem
invocat / et p(ro) itinere petit ab eo
qui ambulare non p(otes)t / et de
acquirendo et de operando / et de
omni re(rum) eventu petit ab eo q(ui)
in omnibus est inutilis / Post
quam redarguti sunt ydolatre
consulti(s) ydolorum vilitate /
In ista p(ar)te p(ro)sequitur de eadem
eorum stulticia et fatuitate / Con
sistit autem in supersticioso cultu
ydolorum fatuitas multiplex / Nam
ydolis suis committunt vota /
porrigunt supplicationes et ora
nes / ac si eos intelligerent de om(ni)
bus negociis que ad vitam hu
manam contingunt / Primo q(ui)de(m)
videntur ydolatre de cultu que
exhibent pro negociis que ger(u)nt
in terra / 2o deridentur p(ro) cultu que
exhibent p(ro) negociis que gerunt
in aquis / 2r p(s) ibi ca. 14 Ite
alius navigare cogitans etc.
Primum duo facit / quia primo de
ridentur devotorum promissione /
2o devotorum oracione / ibi / non erube
scit loqui / Quantum ad primum dicit
Et de substancia sua / quantum ad
bona fortune que sunt divicie /
et de filiis suis quantum ad pro
lis successionem / et de nupciis q(ua)ntum

c. de nupciis

gaudiis prosperitate et p(ro) filiis / votum faciens
inquirit ab ydolo suo / Votum di
ffinitum a iuristis sic / Votum est
alicuius boni cum deliberacione facta
promissio / Ar(gumentum) Aquinas sua 2a 2e libro
2 d. 38 ca. primo / Votum est testi=
ficatio quedam spontanee pro
missionis / que de deo et de hiis
que dei sunt p(ro)p(ri)e fieri debet / Ad
votum enim necessario requirunt(ur)
tria / deliberacio / p(ro)positum volu(n)tatis / et p(ro)
missio saltim vi interior / et h(oc)
sufficit quo ad deum / vel ubi sen
tenti exterioris quod requiritur quo
ad ecclesiam / ydolo non insensibili hominum
intelligenti / fatuum est vovere
Secundo deridet ydolatras de 20
porrigendo supplicaciones ydolis
et dicit / non erubescit loqui cum
illo qui sine anima est vegetati=
va / sensitiva / et intellectiva / et
ideo debet erubescere supplicare ei
vel loqui tali / cum ipsemet sit
racionalis / et cum tale ydolum infir
mum i. impotens pro sanitate de=
precatur / et p(ro) vita mortuum rogat /
mortuum quia lignum aridum
vel mortuum i. non viventem / vel
lapidem equivalentem mortuo /
et in adiutorium inutile invocat /
sicut fecerunt sacerdotes baal de
mane usque ad meridiem dicentes /
baal exaudi nos / et transiliebant
altare quod fecerant / et inade
bant se iuxta ritum suum cultris
et lanceolis / ut sanguine p(er)funde=
rentur / Demones enim p(er) t(a)l(e)m delec
tantur in oblacione sanguinis humani
et tunc multo derisit eos Helias
dicens / exaltate clamorem deus
forte vester dormit / aut cum alio lo
quitur / aut in diversorio est / Tercio fa
tuus ydolatra petit p(ro) itinere
ab eo qui ambulare non p(otes)t / et
de acquirendo p(ro) negociacione / et de
operando q(uantu)m ad opus inchoatum

A 3o R(eg) 18 Invocabant nomen
baal de mane

aut sit fortunata vel non / et breviter
de omni tali eventu petit a deo /
qui in omnibus in utilis est. ¶ De
observationibus futurorum eventuum
per signa / invalescente ad deos ordinata /
loquitur reprobando prolixe beatus
Augustinus de doctrina christiana capitulo
2° dicens ¶ tales observationes super-
stitiones esse / sicut aliqui cum vi-
dent vestes a soricibus roditi-
mone de aliquo infortunio eve-
tu / unde legitur catho quondam
bene dixisse / qui sibi primam a li-
signo infortunato interrogavit ca-
ligas esse per sorices corrosas / esse
inquid non est mirabile / sed fuisset
mirabile si caligae sorices corrosissent /
¶ ad ista pertinet si homo surgens
de lecto / ad lectum redeat / quia sterni-
tavit antequam se potuit calciare /
item cum homini singultanti dicitur /
teneas manu dextra pollicem manus
sinistre. Item cum in primario accipitur
si duobus amicis simul ambu-
lantibus / puer medius intercur-
rit / vel aliquod aliud animal / creditur
enim quod tamen haec amicitia
sit dividenda / simile est redire
domum / si homo statim procedens
se offendit / et tales multas fa-
tuas observantias ibidem recitat
Augustinus / tale est hiis diebus /
quod venatores in eundo fratri-
bus obviando / pro dicto processione
diacone diffidunt. ¶ Huius etiam
et omnium figurarum conscripta signa
tinas / et invocatio nomini signo-
rum et alligatio cedularum de collo
ita tollimus pacientis / et multa
talia ad superstitiones pertinent fratrum
enim / et sunt quedam reliquie
ydolatrie. ¶ Sed hic potest peti et
dubium / utrum observatio
signorum ad prognoscendum
eventus futuros sit licita vel
superstitiosa / videtur quod sit licita /

quia licitum est illo uti / quod anti-
qui per plurima experimenta proba-
verunt esse verum / sed multi pro-
baverunt quod occursus religio-
sorum / est signum sinistrationis artis
venatorie / ergo licet 1°
uti / et secundum hoc procedere
vel dimittere / Item multi opi-
nantur quod inchoare labores in
itinera certis diebus puta feria
6a est periculosum et tediosum
ergo licet hoc observare et vitare
Ad oppositum est 2° Augustinus 2° de
doctrina christiana capitulo 2° ubi do-
cet quod omnes tales observa-
tiones pertinent ad quedam pa-
cta significationum cum demoni-
bus inita. ¶ Ad istud dicendum /
quod talia que observantur vel
futurorum eventuum / vel observan-
tur tamquam illorum eventuum / vel
ut signa tantum. ¶ Si sunt causae considerandum
est an possit esse cau-
salitas vel futurum vel non / si fuit
sit / nullum peccatum est illud ob-
servare / sicut si videmus aerem
nebulosum / cognoscimus quod erit
pluvia vel aliquid tale / si vero
nulla causalitas posset attendi /
sed tamen dicatur quod istud signum ta-
lem eventum futurum / sicut
cum pica garrivit / significatur
hospitum adventus. ¶ Ex quo ista
significatio non est a deo insti-
tuta / dicunt doctores quod tales
observationes horum signorum sunt
introducte ab humana vanitate /
cooperante demonum malicia / qui
gaudent implicare homines in
vanitatibus et erroribus / et in
principio casus accidit quod talis
eventus et tale signum seque-
batur / et postea cum homines in-
ceperunt talibus indulgere / multa
sequebantur per cooperationes de-

Questio utrum observationes signorum
ad prognoscendum eventus futuros
sit licita vel superstitiosa

adoppositum

dubium

monum, ut homines magis fiant
curiosi et attentius in talibus supersti
tionibus radicati. Unde tamen nulla
ratio possit esse quare occursus
salutatorum verborum donatorum impe
diat quando est licita et a prudentibus
concernentibus competit, manifestum
est quod hoc credere superstitiosum
est et erroneum. Hoc etiam ostenditur
consequenti falsitate signi. Ad-

Adiurationes

iurationes patet predicta, quia ho
mines decipiuntur per cooperationes
demonum propter eorum sciam credu
litatem precedentem, et ideo ob
servationes talium multa incom
moda recipiunt propter eorum falsam
fidem, que aliquatenus paciuntur
qui de talibus non curant. Sed
de ymaginibus astronomicis que fiunt
certis temporibus planetis consti
tutis in quibusdam locis celi de
terminatis dubium est an liceat ta
les ymagines facere et talibus
factis uti, sicut temporibus
meis quidam londoniis dicebatur
curare a quartana per ymaginem
leonis aurea secundum certas constellatio
nes factam. Hic est difficile dicere
quid est verum propter mirabiles opera
tiones earum, quia hoc est certum
quod nichil est homini licitum
quod per naturam compleri non potest. Dicit
tamen Thomas 2a 2e q. 96 et alle
gat Augustinum 10 de civitate dei
quod opinio porphyrii falsa
fuit de ymaginibus talibus
construendis. Verum est autem
quod res naturales formas
suas et virtutes consequuntur ex
corporibus celestibus, sed ymagi
nes artificiales nullam virtutem con
sequi possunt ab arte, nec aliquam
virtutem habere possunt a corpori
bus celestibus nisi quam ... ra
tione materie. Figura autem non est

principium alterandi et non habet aliam
virtutem curandi aurum talis yma
ginis quam aliud aurum alterius
figure. Sed si aliquem effectum habet, hoc est
operatione demonum, qui sunt illu
sionatores hominum secundum Augustinum.
Et ideo tales ymagines astronomice vir
tutem sortiuntur per demones, cuius
signum est quod oportet illis
ymaginibus quosdam caracteres
imprimi, qui ad nullam naturalem operationem. Unde
ymagines astronomice et nigromantice in
hoc differunt, quod in factura nigro
manticarum ymaginum fiunt ex
presse quedam invocationes de
monum, unde pertinent ad expre
ssa pacta cum demonibus in
ita. Sed in factura astronomicarum sunt
pacta tacita cum demonibus per
quosdam caracteres et figuras ab
ipsis demonibus adinventas,
quorum caracterum fautores demones
facientibus suffragantur. Ad hunc
de cartulis et obligaturis circa co
lla personarum infirmarum continentibus
verba ewangelica, necnon usus psalterii, po
test esse dubium an talia sint
superstitiosa. Dicendum quod si per
se talia verba ewangelii alligentur
ut deus ad eorum appensionem
pacientem curans vel propter
devotionem, nichil mali est. Sed
qui putat quod illa verba corpora
liter ... febres et prohi
beant morbum caducum, et sic
similiter qui cum illis verbis ad
iungent caracteres ignoti et no
mina extranea. Similiter si non
promittit quod persona portans
faciat quod scribitur, tamen non est
dubium quin ibi sit superstitio.
Unde dicit postea super ... quendam
aliquam partem ewangelii septam circa
collum portantis nolite ...
ewangelium in ecclesia legitur et auditur

Cam 14

insignis littera tau in the fronte

ab omnibus tum quia in manibus portata
cum nichil proficiunt quo possunt
cum ea collum suspensa innare.
Deinde ubi est utris cum in insignum A
bene ea collum suspendis si in i
tu quia melius in corde portata psunt
quam erga collum suspensa. Consequitur capitulum Ca^m 14

Iterum alius navigare cogitans et per feros

fluctus iter facere incipiens ligno
portante se fragilius lignum invo
cat. Illud enim cupiditas acqui
rendi excogitavit et artifex sa
pientia fabricavit sua. Tua autem
pater ~~tua~~ providentia ab initio
cuncta gubernas qui dedisti et in
mari viam et inter fluctus semi
tam firmissimam ostendens qui potens
es ex omnibus sanare etiam si
sine rate aliquis adeat mare. Sed
ut non essent vacua sapientie
tue opera propter hoc etiam exiguo
ligno credunt homines animas suas
et transeuntes mare per ratem liberati
sunt. Postquam derisa est ydo
latrarum fatuitas in veneratione y
dolorum precedentis que geruntur in ter
ra hic parte derisit fatuitas eorum
dem in supplicando ydolis pro ne
gociis que geruntur in aqua. Hec
autem fatuitas ostendit per hoc quod
ydoli facti de ligno facto ad na
vem de ligno consistit. Cum enim
utrumque factum sit de ligno et
navis sit fortior et utilior et sub
tilior quia a sapientia divina ordinata
6 Gene. 6 Fac tibi archam de lignis
levigatis. Ydolum vero sit a sapientia
humana. Ergo maior fatuitas foret
adorare navem quam ydolum. Et
circa hoc tria facit primo reprehen
dit ydolatrie vanitatem. 2º ostendit
ydoli superstitiosam inutilitatem.
3º navis fructuosam commoditatem

Secunda parte ibi. Illud enim cupiditas.
Tercia ibi. Tu autem pater gubernas. Circa
ad primum dicit sic. Iterum alius ali
quis ut ydolatra navigare cogitans
et per feros vel feroces fluctus iter
facere incipiens ligno portante se.
i. navi fragilius lignum invocat.
ut ydolum quod fragilius lignum
est quia ydolum fieri potest de ligno
valde debili. Sed navis fit de lig
nis fortissimis ac fortissime com
paginatis. Quod autem navis
melior sit et utilior ydolo probatur
sic. Ydolum fabricatum est
sapientia humana et propter cupiditatem
ut artifex per pulchritudinem y
maginis consequeretur plus merce
dis. Sed navis fabricata est a sa
pientia divina consulente hominibus
quod eorum conveniebat saluti.
Sicut de Noe dictum est. Illud enim
i. ydolum cupiditas acquirendi
tam in artifice quam in sacerdotibus
et pontificibus ydolorum excogi
tavit quia isti qui serviebant
ydolis et recipiunt pro oblationes
et sacrificia eis facta. Et clamant
omnino quod ydola forent pul
chra et artifex sapientia fabricavit
sua non divina. Et quia navis
ad inventa dicitur opere dei minima et
inidonea posset aliquis dubitare
an deus sine ~~adiutorio~~ navis
adiutorio ~~non~~ posset homines
in mari salvare et ideo primo osten
ditur quod sic. Secundo decla
ratur navis commoditas magna ibi
Sed ut non essent vacua. Circa primum
ad primum dicit. Tu autem pater gubernans
navis super omnia Sapientie 6.
In omni providencia ordinans illis et
qui dedisti in mari viam in ma
ri rubro Exo 14. Et inter fluctus
semitam firmissimam inter fluctus
Iordanis fluminis Josue 3. Omnis
populus pariter ibat contra

saluat i. ex omnibus peri
lis liberat 2m omnibus

sibat|ous, quidiam potens est ex
omnibus locis vel element homines
liberare|sicut ab igne abraham
saluauit secundum hebreos|gen
12. Ego eduxi te de ur i. de igne
caldeorum|et tres pueros missos
in fornacem Dan 3o In aere salua
uit latronem pendentem luc 23|
In aqua jonam jone 2 In terra la
zarum Joh xi Etiam si sine rate
quis adeat mare|confidens in
deo|sicut patuit in petro mt 14.
Descendens petrus de nauicula
ambulabat. Kat ẞ ysido. 19 ethi
cao primo fuit primum et antiquissi
mum nauigii genus|coradiabus
tignis asseribus que confectum|
ad cuius similitudinem naues fac
te sunt. Ratem vero moderni gra
matici dicunt esse latus nauis
In gratissimus|prora por ps|est
nauis alta terra puppis. Dic la
tus esse ratem|Bonitatem dic esse
tamen|et secundum hoc in lra est sy
nodochyum pona pars pro toto
Ultimo prestat et extolli nauis
comoditas|quia licet deus posset
in nicte per se hominem gubernare
in mari|tamen voluit dare ho.
prudentiam nauem faciendi|ut
non esset vacua sapientie tue opa|
vacua i. infructuosa et inutili
lia|propter hoc exiguo ligno cre
dunt homines animas suas|i.
vitam suam temporalem|et transeun
tes mare per ratem liberati sunt
i. peruenerunt. Exiguo ligno cre
dunt homines animas suas Cri
stus uocatur ut dici modicum
lignum propter mentis humilitatem|
lignum propter fructus fertilitatem
De quo modicum hebr 2. Eum
qui modico minus ab angelis mi
noratus est, videmus ihesum. De
huius ligni fertilitate. In ps erit
tamquam lignum quod planta
tum est secus decursus aquarum,
quod fructum suum dabit in tempore

suo|Istud lignum fuit plantatum
in terra benedicta in incarnatione
hoc est in virgine gloriosa Vnde
ps Benedixisti domine terram t.
Illa terra est bona|que bene culta
reddit fructum 30m 60m vel 100m
Sed ista illa est multo melior et
benedicta|que sine labore vel cul
tura produxit|optimum fructum
et in fine bonitatis|talis fuit
beata virgo|que sine viri subsidio
xpm genuit mundo Et ideo bene
dicitur Benedixisti domine terram tua
spa [illegible] singularit et acceptabilitate|et sicut
lignum plantatum in terra solidat
tam ex omni parte et radices suas|
colligat et constringit ne defluat|
ita xpus plantatus in virgine
matre sua|eam solidauit in verbis
et operibus|sic astrinxit quod numquam
diffluere potuit per peccatum Fuit enim
sic sanctificata in utero|quia
emundata a peccato originali|et in ea
fomes ligatus|sic quod numquam
eam ad peccandum impegit et hec
fuit prima sanctificatio in utero ma
tris sue. Sed secunda fuit in con
ceptione filii|quando fomes ablatus
fuit 2m essentiam|et quia superaddi
ta|que flexibilitatem liberi arbi
trii determinauit ad bonum|quod
extunc nullo modo potuit in ma
lum flecti|unde tunc confirmata
fuit|sicut in bia potuit|Imperfecta
namque sanctificatione ligatus
fuit fomes et quia tollatur|in [illegible]
nauis efficacit liberum arbitrium
in bonum|tamen non fuit tanta
quod flexibilitatem liberi arbi
trii in malum auferebat|sicut
nec gratia tollata primo homini i
statu innocentie|sed per prude
ntiam diuinam fuit confir
mata|ut esset in minimis a peccato
quamuis ante conceptionem peccatae

potuisset. In secunda ante sanctifi-
catione sic sanctificata fuit / quod
deinceps peccare non potuit. Unde
(ipsud) lignum perfecto solidavit, istam (terra)
eam sibi construxit. Quia primo ger-
minet terra herbam virentem / et fa-
cientem semen / et lignum pomiferum
faciens fructum iuxta genus suum.
8. Secundo istud lignum germinavit
in miraculorum operatione / quia lignum
incipit germinare virtus que la-
tuit intra lignum se (foris) exserit
et ondit / eodemmodo virtus que in
Christo latuerat usque tempus sue
predicationis / se ondit evidenter
in miraculorum operatione. Luc. 6.
Virtus de illo exibat et sanabat
(ligni) omnes. Ezech. 36. Multiplicabo
fructum et germen. Tertio istud li-
gnum frondavit in bona operatione
orando, commando, itinerando et
predicando. Quarto floruit per fame divulgacio-
2. nem. Primo Unica nostra floruit odor
florum in vinea / dicit serpentes
fugare / et bona fama Christi fecit
iudeos scandalizari. Quinto fo-
lia produxit per doctrine salubris
predicationem. Verba enim sunt sicut
folia. Nam folia sunt sonora /
et sunt signum ligni. Apocalypsis ul-
timo. Folia ligni ad sanitatem
(febri) gentium. Sexto ipsa fecit in
peccatorum absolutione. Ysa. 2a. Iste
omnis fructus ut auferatur pec-
catum. Septimo istud lignum
(ut fructu plus efficet causa Christus) fuit putatum in passione ut fruc-
tum putationis adveniret. Oc-
tavo fuit isti ligno appodiamen-
tum appositum ad supportandum /
quia tanti fuit applicatum. Et
ideo quem occiderunt suspendentes
in ligno / quia Christus peccata nostra per-
tulit in corpore (suo) suo super lig-
num prima pe. 2. Nono istud
lignum aruit in morte. Luc. 6.
Relinquitur ne lignum aridum
in herema. Decimo refloruit
in resurrectione Christus. Refloruit caro
mea et Job. 14. Lignum habet spem
si precisum fuerit rursum virescit
et rami eius pullulant. Unde-
cimo usque ad celum crevit in as-
(2i) censione. Ezech. Excelsa est altitu-
do eius super omnia ligna regionis.
Duodecimo iterum fructificavit
in Spiritus Sancti missione. Apoc. 22. Ex u-
traque parte fluminis lignum vite affe-
rens 12 fructus / per menses sin-
gulos afferens fructum suum.
Christus vocatur est lignum vite.
Nam ab eo datur homini vita triplex / primo
nature. Gen. 11. Inspiravit in facie
eius (lignum vite) desiderium spi-
ritualium vite. Secundo gratie / Prov. 13.
Lignum vite desiderium veniens.
Tertio dat vitam glorie / Prov. 3. Lignum
vite est his qui apprehendunt eam /
et qui tenuerit eam beatus. Unde
de sapientia increata que est Christus.
Istud lignum attulit 12 fructus /
quia post missionem Spiritus Sancti apostolos
misit in mundum. Luc. 6. Elegit
12 quos et apostolos nominavit / qui-
bus dixit Joh. 14. Ego vos elegi
de mundo / et posui vos ut eatis
et fructum afferatis / et fructus
vester maneat etc.

f. 161 Fo. 161.

Sed et ab initio cum
perirent superbi gigan-
tes / spes orbis terrarum ad ratem
confugiens / remisit seculo seme-
n[illegible] illius que in manu tua
[illegible] gubernata. Benedictum est
enim lignum per quod fit iustitia /
per manus autem quod fit ydolum
maledictum est / et ipsum et qui fe-
cit illud quia ille quidem operatus est nephas
est / illud autem cum esset fragi-
le deus cognominatus est. Simili-
ter autem odio sunt deo impius
et impietas eius / et enim quod
factum est cum illo qui fecit tormenta

paret. Posita comparacione inter ydo
lum et margianum prosequitur
s[cilicet] de commendacione nanis per lar
gie diuinitus ordinate. Et circa hoc
duo facit. Nam primo ondit gu
nanis merere humanam benedictionem
2o quod ydolum meretur ~~2o quod~~
humanam maledictionem ibi a p[ar]te
ibi primanus autem. Circa primum
duo facit quia primo ponit regu
larie vocem salua[tionis] [...] 2o ostendit
inferatur quod ei merito debetur be
nedictionis hec [...] 2a pars ibi Bone
dictum est lignum. Dicit ergo. Sed et
ab initio i[d est] parum post mundi co
ordinem, quia in principio hec etatis
seculi, sub noe, cum perirent superbi
gigantes in quo notatur perditionis
peccatorum causa et ratio. Erant enim
superbi homi carnales et luxurio
si, ysa. 26. Certam gigantum de
tractes in ruina. Spes orbis terrarum
i[d est] sciarum genus humani, noe vz
et filii eius, uxor eius et uxores
filiorum eius, ad ratem i[d est] ad archa
confugiens, remisit seculo semi
nium i[d est] sciarum propagacionis, quod
mundo fuit subtractum, cum
non staret nisi in 8o personis, q
s[cilicet] ratis vel archa manu tua i[d est]
pro erat gubernata. Et ideo merito
debet illud lignum ab hominibus
benedici. Unde subdit. Benedi
ctum enim lignum per quod fit
iusticia, benedictum i[d est] benedictione
dignum, lignum i[d est] archa per quod
fit iusticia i[d est] salus et conserua
tio iustorum pereuntibus malis.
Gen. 7. Te enim vidi iustum cor
am me in generatione hac. Sicut autem
illud lignum fuit dignum benedictione,
ita lignum quod est ydolum est
dignum maledictione propter cu
ionc facientium qui peccant
fabricando quod deus prohibuit
fabricari. Deut. 27. Maledictus homo

qui facit sculptile et conflatile, fa
cti ione eri facte, que in digne
cognominatur deus in preiudicium
maiestatis eius. Dicit ergo sic. Ydo
lum autem quod fit primanus
maledictum est, et ipsum s[cilicet] ydo
lum, et qui fecit illud, quia ille
quidem operatus est, quod non li
cuit; illud autem cum esset fragi
le, deus cognominatus est. Si
militer autem odio sunt deo impius
et impietas eius s[cilicet] ydolatra et
ydolum simul. Ubi notandum
quod ydolum accipitur triplicitur. Imp
ressum isto. Uno modo pro materia figu
rata lignea vel lapidea vel me
tallina, et sic verum est quod ydo
lum est aliquid. Secundo modo
accipitur pro demone presidente tali
ydolo, et sic etiam est aliquid. 3o
accipitur ydolum q[uasi] pro quodam
composito ex demone et materia figurata,
sicut homo componitur ex corpore et
anima, et sic loquitur apostolus i Cor.
8. Scimus quod nichil est ydolum
in mundo. 2o modo accipitur ydo
lum quod in littera tunc sumitur.
Et enim quod factum est i[d est] dyabolus
qui dicitur ydolum 2o modo, scilicet
presidens illi quod factum est i[d est] ma
teria figurate, cum illo qui fecit
tormenta patietur in in fine. Be
nedictum lignum per quod fit
iusticia. In ligno crucis multiplex
iusticia facta fuit. Homo re
pendit quod abstulerat. Dyabolus
debitum perdidit illud in quo vicerat.
Primo homo rependit quod
abstulerat. Iustum est enim
quod secundum formam et quantitatem delicti
fiat emendacio in restitucione
ablati. Homo autem fructum ve
titum accepit ab arbore, et homo
christus fecit fructum vite resti
tuit arbori. Homo delectatus est

bn[ficiati]
est
in octo
2a
dno[...]
fruct[us]
lu[...]

omni sensu afflicte. et corpus Christi
est in omni sensu suo iustissime pe-
nam enim sensit quo ad tactum
in flagellatione, crucifixione et co-
ronatione. quo ad visum conspi-
ciendo matrem lacrimantem et disci-
pulum quem diligebat. et inde
eos insultantes. audiuit obpro-
bria et blasphemias. Si filius
dei es descende nunc de cruce. et
multa alia. gustauit acetum cum
felle mixtum. odoratus est cor-
porum fetorem. Ysa. 50. faciem
meam non auerti ab increpantibus
et conspuentibus in me. Decimo-
quarto. Ro. 5o. Sicut per unius delictum
omnes homines in condempna-
tionem ita per unius iusticiam in omnes
homines in vite iustificacionem.
Secundo iustum fuit ut dyabolus
qui in ligno ~~vicerat~~ deceptat et per-
~~iitud~~ et vocat per lignum fallacitur
et vincetur secundum illud
Ouidii. iustus vtique fuit. nec e-
lex equior vlla quam necis
artifices arte perire sua. Iustus
dominus in omnibus vi-
is suis. Gen. Benedictum lignum crucis
per quod fit iusticia. Dicit magister
sentenciarum libro 3o dist.
2o. Reddens racionem quare Christus non
potentia voluit nos liberare sed iusti-
cia. in quo potius praestitat. sicut a-
mator est potentie, desertor op-
pugnator est iusticie. in quo homines eum
magis imitantur qui neglecta
vel etiam perversa iusticia potentie
magis student. eius adeptione
letantur vel cupiditate inflamantur.
sed iusticia vincens hominem eru-
eret. in quo homo ... eum imitari
disceret. Lignum namque crucis
benedictione dignum est. Ipsa enim
est pons per quem Christus transiuit.
lectus in quo dormiuit. Scala
per quam Christus ascendit. Li-

Tunc placuit deo ut non potentia

bra in qua redempcio nostra pepen-
dit. Primo ipsa est pons per quem Christus
transiuit flumina mundane va-
nitatis. et super quem calcare de-
bemus pedibus affectionis. ut nos
supportet fortiter a fluctibus in-
undantis peccati. et sicut quilibet
contempnens pontem precipitatur
et submergitur ita qui crucem rece-
dit nec ei innititur saluari
non potest. 1 Cor. 1. Verbum enim crucis
pereuntibus quidem stultitia est.
his autem qui salui fiunt
id est nobis virtus dei est. Unde de
cruce exponi potest illud Sap. 10
cum aqua deleret terram, sana-
uit iterum sapientia per contemptibile
lignum iustum gubernans. Bernardus
maxime in sermone de martiribus.
Crux non solum intelligitur lig-
num et patibulum sed pie vite
virtuosum propositum. Unde omnis christiana
vita, qui secundum euangelium vivit, crux est
atque martirium. Iste est pons paruus
qui non est pons fixus et im-
mobilis sed est pons qui leuatur
et attrahitur de nocte. Unde qui non
fuit super illum pontem transire
est quod verificatur dedit dies est
vita nostra. mors est nox. Pons
crucis per me eleuatur et subtra-
hitur a pedibus nostris. Quia mo-
tuo? Ecc. 17. Ante mortem confitere
domino. a mortuo quasi nichil perit
confessio. Hoc est significatum lignum
quod dominus ostendit moysi
Exo. 15. Cum enim populus ve-
nisset in ~~...~~ marath et inuenisset
aquas ita amaras quod eas
nullo modo bibere poterant clama-
uit moyses ad dominum qui osten-
dit ei lignum quod cum mi-
sisset in aquas in dulcedinem versae
sunt aque et facte sunt pota-
biles. Secundo moraliter significat quod
prima in hac vita nobis amara

videat tibi mittat lignum crucis / et recogitetur quod ibi passus est christus / et dulce fiet nobis quidquid pro eo bibemus / Unde ysidorus de summo bono / Si passio redemptoris ad memoriam reducatur / nichil est tam durum / quod non equo animo tolleretur / prima enim videbimus quae tolleramus / si recordemur quid sibi velit ad patibulum qui nos invitat ad celum / Ille enim obprobria irrisiones contumelias alapas sputa flagella / spineam coronam crucemque sustinuit / et nos miseri ad nostram confusionem uno sermone deiicimur / 2o lignum crucis est lectus in quo christus dormivit / quia deus in medio decli navit / scilicet ad dormiendum / in qua te solent fenestre thalami clan di ut quietius dormiatur / isto modo quando christus fatigatus de miseria vita ista dormivit noluit in lectulo contra / fenestra mundi videbatur clausa quando facte sunt tenebre super universam terram / a sexta hora usque ad horam nonam / 2o pat. 19 Dormivit omnia in lectulo suo / et mortuus est / Ibi fuerunt duo in lecto uno divinitas et humanitas / una assumebatur ad penam / alia relinquebatur libera / quia pati non potuit / et bene potest lignum crucis vocari lectulus / et non completus / nam ita strictus fuit et brevis / quod nec habuit ubi caput reclinaret / nec ubi genua potuit collocare / Unde de eo exponi potest illud gen. 49 finitis que mandatis quibus filios instruebat / collegit pedes suos super lectulum et obiit / hoc fuit ferculum quod fecit sibi salomon de lignis libani cant. 3o Ascensorium non ascensorium / sed est genus vehiculi quod vulgo lectica dicitur

Tercio lignum crucis est scala per quam christus ascendit / Ascendit enim sicut Jonatas reptans manibus et pedibus 1o reg. 14 / hec est scala quam iacob vidit in sompnis / cuius cacumen attingebat celos / et angelos ascendentes / et descendentes per eam gen. 28 / super istam scalam oportet ascendere / si ad celum volumus venire / nec ad veram gloriam venire / ut gal. 6 mihi absit gloriari / nisi in cruce domini nostri ihesu christi / 4o lignum crucis est libra in qua nostra redemptio pependit / divites et nobiles quando pecuniam solvunt in magna quantitate non numerant sed ponderant seu librant / pauperes vero semper numerant / tamen si utrumque fiat de pecunia / scilicet quod pondere etiam numeretur / tunc potest certius constare de quantitate / Nam possibile est quod centum unus denariorum / puta 20 solidi deficiunt a libra in pondere / et item possibile est quod aliquando 19 solidi ponderent unam libram / sed deficiant in numero / quia apud christum facta est copiosa nostra redemptio / voluit non solum numerari iuxta illud ps. Dinumeraverunt omnia ossa mea / ymo voluit etiam ponderari / ut ondet nobis illud eccl. 6 amico fideli nulla est comparatio / et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei eius / ponebatur quasi christus quasi in uno appendiculo libre / et homo peccator in alio / et inventum est quod christus sicud sufficientissime ponderosissimum recta descendit ad medium / quod est semper decorsum / quando centrum terre dicitur descendit ad infernum / qui est centrum mundi / et quantum ipse descendit / tanto hominem peccatorem exaltavit scilicet

usque ad celum, et sic verificatur illud
Ezechielis a. humiliavi lignum sub
lime, et exaltavi lignum humile
~~et sequitur textus~~ Sap. 14

Propter hoc et ydolis nacionum non erit

respectus, quia creature dei in odium
facte sunt, et in temptacionem
anime hominum, et in muscipulam
pedibus insipiencium. Inicium
enim fornicacionis est exquisicio
ydolorum, et adinvencio illorum
corrupcio vite est. Neque enim erant
ab inicio, neque erunt in perpetuum. Super
vacuitas enim hominum hec advenit
in orbe terrarum, et ideo brevis
illorum finis est inventus.
Postquam reprobata est ydola-
tria fatuitas propter ydoli in
veritatem, nunc ista probat turpe
eorum incompossibilitatem, et circa
hoc tria facit. Primo probat eorum
instantem punicionem, 2° allegat racio-
nem, et 3° ponit racionis probacionem.
Prima pars ibi: quia crea. dei in odium.
2a ibi: inicium enim fornicacionis.
Dicit ergo primo sic: propter
hoc quia scilicet ydolatre sunt deo
ita odibiles, et ideo ydolis nacio-
num, id est in nacionibus ydolatris
non erit respectus scilicet aliquis clemencie
ad liberandum eos, vel ydolis
nacionum, id est demonibus presiden-
tibus ydolis apud diversas nacio-
nes non erit respectus nunc Abacuc 1°.
Mundi sunt oculi tui ne videas
malum, et respicere ad iniqui-
tates non poteris. Et huius racio sub
ditur, quia per abusum hominum et in
stigacionem demonum creature dei que
facte et ordinate sunt ad hono-
rem dei, et profectum hominum, con
verse sunt in odium, ut deus propter
illas odio habeatur, et homines
decipiantur et pereantur, et hoc e

quod dicit: quoniam cre. dei in odi-
um facte sunt, non quod creatura
in ydolo odiatur a deo, qui nichil
odit eorum que fecit, sed quia per
suggestionem dyaboli factum est
ydolum in odium dei, id est ut deo
odiatur, dum honor sibi debitus
abstrahitur et ydolo impenditur,
et in temptacionem anime vel animis
vel animabus hominum, et in musci-
pulam decepcionis pedibus insipiencium,
et hoc tamen quod ydolis na-
cionum non erit respectus, et quod hec causa
sit vera sic probatur, quia inicium
fornicacionis anime recedentis a deo
est exquisicio et adinvencio illorum
corrupcio vite. Sed creature racionalis
quod autem ydola sint adinventa
probatur, quia si fuissent ab eterna
secundum dicta quod non est verum, manerent
sicut etiam semper, quod planum
est esse falsum, quia deficient ante
finem mundi, et hoc est quod sub
dit: neque enim erant ab inicio,
neque erunt in perpetuum, sed in perpetuum
quia supervacuitas, id est vana homi-
num racionalitas hec advenit in or
be terrarum. Et ideo brevis illorum fi-
nis inventus est, opera enim dei
perseverant in eternum. Opera homi-
num habebunt finem, Act. 5. Si est
ex hominibus consilium, hoc aut
opus cito dissolvetur. Si vero ex
deo, non poteris dissolvere illud.
Dicit ergo primum tangitur scilicet adin
vencio ydolorum, sed quia procedens
de eorum adinvencione in specie
fornicacio. Hu. pap. dicitur a fornix
quod est arcus vel curvatura
in pariete vel edificacione, quia
in talibus locis meretrices prostitu
tuebant. Est autem amor a le
gittimo connubio solutus et va
gus, explende libidinis conse
cuendo luxuriam. Scriptura aut
solent vocare fornicacionem omnem

ydolum turpitudinis
ydolum concupiscentie
ydolum negligentie
ydolum incontinentie

illicitam corruptionem / sicut est ydo
latria et avaricia / ex quibus fit
transgressio legis divine / Et illud per
des omnes qui formantur ab
scilicet pap · Quintum formatoris
est cognitio ydolorum Nondum
quod morari loquendo quare gna
ydolorum in ecclesia sunt / ydolum
turpitudinis effigiatione simula
tionis / ydolum concupiscentie
et pecunie congregationis / ydolum
negligentie et desidie prelato
rum / ydolum incontinentie et
allectio compositionis / Primum ge
nus ydolorum designat simula
tores et ypocritas / Secundum
cultores et pecunie cirthas / Tertium
ignes sed ydiotas / Quartum de
signat · inmisericordias subditas et la
sivias · Primo ergo ypocrita comparatur
ydolo / sicut enim ydolum effi-
giem habet exteriorem hominis
viventis / sed caret corde interius
sentius / et omnibus partibus spiritua
libus / ita tales videntur bone vita
gracie / et tamen intus mortui
sunt per peccatum in corde / Hii plerosque
lapsos dampnant et indicant
sine compassione / ut eo minores
et mediocres ardeant / quos in eos
seniores monstrant / De tali
bene dicit Ieronimus in quadam
epistola / intus vero et foris g…
totus ambiguus monstrum-
nelud quedam bestia composita
chimica vocatur / Et quia tales in
veniuntur non nunquam in statibus
et in gradibus ecclesiasticis / Unde
conquerit dominus Ieremiam xe 31
posuit ydola in domo in qua
vocatum est nomen meum ut po
lluerent eam / contra tales qui
tuentes in religione / qui habitus
sanctitatem sibi putant sufficere
dimitte ampla corona minus /

in qua vestis roba rotunda Non
faciunt monachum / sed mens an
imeque munda / Secundum genus ydolorum
est ydolum concupiscentie et pecunia
tiue congregationis De quo dicitur Osee
viii° Argentum suum et aurum suum
fecerunt sibi ydola ut interirent /
hoc est ydolum mamone quod
adorant avari Unde et avaricia
ydolorum appellatur servitus Ephes
5 · glosa Illum avarus sequitur quia
deus nummus est / talis nummum
adorat et colit ut deum / diligit
enim nummum plus quam se ipsum et
proximus debet diligere
deum verum / hoc patet quia animam
suam ponit pro pecunia acquirenda /
Et Io · 14 · Maiorem enim dilectio
nem nemo habet ut a s p o q
p · a · s · Ecc 10 Nichil iniquius quam
amare pecuniam / hic enim animam
suam venalem habet / De pecunia
sua continue contemplatur et me
ditatur / Gregorius · quia contemplati sunt
pecuniam morte satti / et a pecunia
sua nunquam separatur ponte
Mt 6 Ubi enim est thezaurus
tuus / ibi est cor tuum / pecunie
sine obedienciam servat / Ecc 10
pecunie obediunt omnia / Item
sine adminicula descendunt de
cepti / Amos 2° Deceperunt eos ydo
la sua / post que abierunt patres
eorum / Hoc ergo ydolum est concu-
piscencia et pecunie congrega
tionis / Aristoteles primo politicorum disting
uit triplicem pecuniam naturalem
campsoriam / vel obolestaticam et
usurariam / pecunia naturalis
consistit in omnium fructuum
et animalium et rerum naturalium
pro pecunia / et hec est pars yconomice
et laudabilis / pecunia cam
psoria est circa commutationes in
numismatum / et cambium inmunitate /

cipit et in minimis ima tima et hec
est vituperabilis quia non vtitur
pecunia ad finem suum proprium Alia
est pecunia naturalis vel iocosa
que consistit in commutatione rei na
turalis pro pecunia et hec laudabilis
est et ypocrito atque politice Campsoria
etiam est duplex obolestitaria
que est necessaria etiam quantitates
minimas maiorem vna moneta quantitate
pa et hec est vituperabilis et in
naturalis qui non vtitur pecunia
ad finem suum et thakor et
usuraria et hec est odibilis et
maxime abhominabilis quia
finis et fructus pecunie est eius
usus et ideo qui concedit alteri
pecuniam concedit sibi usum et
quia pro usu petit pro alieno pe
tit Tertium genus ydolorum est
ydolum negligentie et defectiue
platoris ydolum recipit honores
et nichil videt ponitur in loco solem
pni et celebri et nichil virtutis
habet portat gladium vel hastam
et nunquam percutit vel castigat
Eodem modo platus negligens
recipit honores ponitur in loco so
llempni et habet auctoritatem
corrigendi defectus et nichil fa
cit ymo sicut videmus quod pa
sseres et aues alie sedant sicut
super caput ydoli et non obstante
gladio suo ita non mi
dissolenti et lascivi sedent et re
quiescunt super caput talis
plati sicut sibi familiares ser
mentes et consiliarii et ab eo sup
portantur a quo debent cagni et
puniri Vnde ypi enim sceribus
suis sedant quia culpis suis
dampnabilem eum probant
Tali prelato dicitur Zach. o pastor et
ydolum delinquens gregem ag
gelis libro a et ponit hug metochantus

In
suo super platorem commendis pecca
tis esse causas estimatum quibus
tum adhibet pre castigandi atque
emendandi gratia ut is qui delin
quid attentior fiat correctorque Alia
est cum dignitas auctoritas que in
quam peccatur tuenda est hic pre
missa euadusio contemptum cog
nat si propter exemplum ut ceteri metu
pene terreantur Quartum genus
ydolorum est ydolum continentie
et allectiue sponsis hoc est mir
ornatu mecanice parata ad capie
das animas exposita et exornata
ut similitudo templi hoc est ydo
lum zeli ad prouocandum emula
tionem Ezechielis viii Ista sunt ydo
la in quibus demones dant
responsa fallacia et libidinis in
centiua radiant auro argento
et gemmis et vestibus preciosis et
mechilomis sunt in tutus uile
lutum Vnde mecum dicit Auri no
bilitas lutum si vestiat ollam
Non tamen hinc sed quanto minus
est lutum Contra vero curiositatem
ornatus ut quoniam per quem vtri
vel mulierem adulterium amoris
non alliciat dicit sic Iohannes in
quadam epistola Si vir vel mulier
se ornauerit et vultus hominum ad se
prouocauit et si nullum inde se
quatur dampnum iudicium tamen
patietur eternum quia venenum attu
lit si fuisset qui biberet Hec ille
Et de istis satis pro expositione prima
pars lectionis hodierne In ydo
lis nationum non erit respitus
hoc est non licet viro bono et vir
tuoso tale ydolum respicere iuxta
illud Ecclesiastici ix Ne respicias mulierem
multiuolam ne forte incidas
in laqueos illius Et in eodem Auerte fa
ciem tuam a muliere compta
et ne circumspicias speciem alienam

Nota hic unde ydola ortu habuerunt

Iste creature sunt de quibus dicitur
in litera Quia creature dei in odium
facte sunt in odium videlicet ipsius dei
et in temptationem homini anime et in
muscipulam pedibus insipien
cium in hac muscipula captus est
david 2 Re. 11 hoc ydolum sapi
entissimum salomonem ad cultura
ydolorum produxit 3 Re. 11 Sed
ydola fugienda sunt non exqui
renda periculositatem quia sicut
dicitur in litera initium fornicationis est
exquisitio ydolorum Nam impossibile
est quod curiosus homo et lascivus
et sotians se istis ydolis non
corrumpatur aliquis vel homo diligenter
cognitus et commemorans co
gitando in specie mulierum ut
faciat sibi ydola ydolorum necessa
rio parat sibi casum Unde in vitis
patrum narratur de quodam qui
noluit alloqui mulierem nec ymo
nec mirum nisi clausis oculis et
quod senes tunc temporis etiam
noluerunt videre mulieres a quibus
cum quereretur de causa respo
derunt quod cogitationes sunt
sicut pictores in quibus cantes ex
commemoratione rerum visarum et ad
hoc pertinet fabula de pugna leo
ne pictore qua narrat Avianus in
metro 10 quam puto me prius scrip
sisse et ideo summa cau
tela contra ista ydola est fugi
tiva pugna et est difficillima et
hoc satis innuit apostolus 1 Cor. 10
fidelis inquid est deus qui non
patietur nos temptari supra id
quod potestis sed faciet etiam cum
temptatione proventum ut possitis Augustinus
propter quod karissimi fugite ab ydo
lorum cultura quod dicit licet necessa
rium sit quod temptemur tamen non
temptabimur supra illud quod
potestis nisi nos presumptuose

optimitatibus ingerantis et ideo fu
gite ab ydolorum cultura etc.
alia lectio ~~alia lectio~~ lectio 163

Acerbo enim luctu
dolens pater sibi
cito rapti filii fecit ymaginem et
illum qui tunc quasi homo mor
tuus fuerat nunc tamquam deum
colere cepit et constituit inter servos
suos sacra et sacrificia Deinde inter
venientibus temporibus convale
scente iniqua consuetudine
hic error tamquam lex custo
ditus est et tyrannorum impe
rio colebantur figmenta Postquam
quia multi reprobaverunt ydolorum
superstitiosam adorationem in parte
ista incipit ~~errare~~ ydolorum enar
rare principiam ad inventionem et
circa hoc duo facit primo ostendit
quomodo ydola adinveniebant 2o quomodo
ex eis mala consequebantur 2a ibi
ibi et non suffecerat Circa primum
tria facit Nam primo agit de ydo
lorum adinventione 2o de ydo
latrie continuatione 3o de eius
augmentatione 2a pars ibi De
inde intervenientibus et 3a ibi Pro
vexit autem Circa primum 3 narrat
scilicet ydoli facturam ydoli cultu
ram et cultus servandi legem
hec consuetam Notandum autem
primum ad ydolum construen
dum fuit amor deordinatus
patris carnalis ad filium qui
filio iam defuncto dolens ultra
omnis mensuram modum excogi
tavit quo tantum dolorem
delinire valeret et artifice sculp
tore effigiari fecit filium ut
quem vivum habere non posset
~~haberet~~ Saltem aspiceret sicut enim

lectio 163

dicit Arist. in poetria sua / homo valide
delectatur in repraesentatione / et quia unus
quisque ydeo colit hoc quod summe
diligit / ideo ex deordinata dilectione
ad filium / cepit talis pater fatu-
us colere ymaginem filii tamquam
deum / et iussit servos suos qui
contra dictum sibi non audebant
legem statuit de solempnibus et
sacrificiis faciendis / eadem istam
hystoriam de ortu ydolorum / nar-
rat magister in speculo / Fulgentius
in mythologiarum libro primo in principio
et alleo nequam in scintillario
poesis capitulo primo / Fuit inquam in
egipto vir ditissimus nomine
Sirophanes / hic habuit filium unum
quem immoderate dilige-
bat / Contigit filium mori / cuius
simulacrum pater pro nimio dilectionis
affectu in edibus suis constituit /
dumque tristicie quesivit remedium / se-
minarium potius doloris invenit
Denique simulacrum illud ydolum
dictum est / quod nos latine speciem
80 doloris dicimus / ffamilia vero Siro-
phanis / in adulacionem domini flores
ydolo offerebant / coronas plecte-
bant / odoramenta succendebant /
rei etiam ad simulacrum confugi-
entes veniam adepti sunt / ve-
neratique sunt illud timoris po-
tius affectu quam amoris / un-
de Petronius / primus in orbe deos fecit
esse timor / huius historie narra-
tor antiquissimus / est dyaphan-
tes lacedemonicus auctor / secundum
Fulgentium ut supra / Magister tamen
in hystoriis scolasticis super iii ca-
pitulum / aliam narrat hystoriam de or-
tu ydolorum / dicit enim / quod
ninus rex assiriorum / mortuo
belo patre suo in solatium doloris
ymaginem patris fecit sibi / cui
adhibuit tantam reverentiam / ut

quibuslibet reis qui ad eam confugerent
parceret / propter quod ceperunt homines
illi simulacro divinos honores im-
pendere / Et huius exemplo plurimi ciuitatis
mortuis ymagines dedicaverunt
istam hystoriam narrat gregorius
super illud luc. xi / in beelzebub
principe demoniorum eicit demo-
nia / nec inter hystorias istas est
repugnantia / quia origo ydolatrie
in diversis regnis diversos habuit in-
ventores / unde ninus rex nimirum
primus fuit apud assirios / Siro-
phanes apud egipcios / Quia magis
ydola in egipto colebant / placuit
salomoni in hoc loco ydolatrie egi-
ptiace tangere inventorem / sicut
docet hermes trismegistus libro
suo qui logostileos dicitur
i. verbum perfectum / in egipto po-
tissime et religiosissime fie-
bant ydola et colebant / unde dicit /
quod egiptus est ymago celi / et
mundi totius templum / prophetavit
enim de egiptiace religionis
destructione / et dicit / sic fuit
terra ista sanctissima / sedes de-
lubrorum atque templorum et sepul-
crorum erit atque mortuorum pleni-
ssima / O egipte egipte / religio-
num tuarum / sole supererunt fabule /
et eque incredibiles posteris tuis /
verba sola que supererunt lapidibus
incisa / tua pia facta narrantibus /
Hec ille / quia ergo in egipto ydola ma-
xime colebantur / placuit salo-
moni in hoc loco originem ydo-
lorum narrare / que apud egip-
tios inchoata fuit / in multiplica-
tione vero ydolorum dicit tytheon /
et ponit hec in glo. lactantius / quod
opinio quorumdam virorum / deorum ho-
nore afficiebant / sicut romani cesares
suos consecraverunt / et mauri re-
ges suos / sic paulatim creverunt
religiones in diversis provinciis

celebrari / qui in templis et urbibus tam viri quam femine / propter virtutis aliquid insigne puta philosophiam vel puta fortitudinem / castitatem vel scienciam deificari ceperunt unde ysidorus libro 8 ethimologiarum capitulo 11 quos pagani deos asserunt homines olim fuisse perhibentur et quod pro uniuscuiusque vita vel meritis coli apud suos post mortem ceperunt unde apud egiptum ysis / apud creta iovis / apud mauros / apud athenas minervam / apud paphos venerem / apud lempnios vulcanum / apud naxas bacchum / apud delos seu delphos apollinem / [iuba] apud latinos faunus / apud romanos quirinus / ysis filia regis machi dicta yo que de grecia veniens in egiptum / docuit egiptios litteras et culturam terre / et eam post mortem deam habuerunt / iovis a iuvando dicitur / et idem dicitur iupiter qui iuvans pater fuit ante filius saturni et rex crete / et expulso patre dicta insula illud / primus rex creta saturnus venit / abhorrescit deificatus est propter multa mirabilia que fecit maxime apud cretenses / similiter iuba fuit rex maurorum / faunus latinorum / quirinus romanorum / qui et romulus primus conditor urbis rome. Redeundo igitur ad literam / exponenda est descriptione egiptio istorum pater acerbo luctu dolens / cito rapti filii fecit ymaginem / et postea hoc ad ubimus cito destinare hoc principium rapti / et est sensus quod filius ille cum maturitate in iuventute moriebatur / et ideo cito raptus predicatur / vel postea hoc ad ubimus cito destinare hoc ubi fecit et tunc est sensus quod statim filio mortuo ymaginem sibi statuit / et illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat / nunc id est post mortem / tanquam deum cepit colere / exhibendo ei latriam id est cultum debitum soli deo / Nota quod quasi aliquando ponitur pro similitudine sicut 2 ad corinthios 6 / quasi tristes semper autem gaudentes / aliquando pro veritate sicut Johannis 1 Cuius gloriam vidimus quasi unigeniti a patre / plenum gratie et veritatis / Et constituit inter servos suos sacra id est dies solempnes sacrificia et oblaciones / sic igitur patet de [ydolum] ydolorum adinvencione quam agit de eorum prosa continuacione / invaluit autem iste error per antiquam consuetudinem / et per utrumque modum tractum et ponitur unde dicitur sic deinde interveniente tempore / et convalescente iniqua consuetudine / quamvis proprie loquendo secundum ysidorum consuetudo non possit esse iniqua quia in iniqua assuefactio corporis tela est non consuetudo / large tamen loquendo / consuetudo dicitur usitacio quelibet bona vel mala / et sic in iniqua consuetudine convalescente / hic error de colendis ydolis tanquam lex custoditus est / et tyrannorum imperio colebantur figmenta / Acerbo enim luctu dolens pater / Iste modus lugendi amicos decedentes / multiplicat sicut sunt homines quibus diebus / lugent enim quidam amicos suos defunctos / quidam fallaciter simulatione et cum fictione / quidam prodigaliter excessive et sine consolacione / quidam sagaciter caritative et cum predestinacione / Primo modo lugent interdum filii mortem [patri] patris / minorum bonis succedunt uxores maritos / aliorum societate

Gelia

libent recedunt legatarij testatores
qui eis bona sua legando concedunt
Sicut omnes nigris vestiunt^ur vesti-
bus et facies suas extimant et
tamen in mente satis gaudent
sicut forte lusit iudas mortem
uxoris sue que sic dicebatur
gen 38. Deque ibi legitur quod
post luctum consolacione suscepta
ascendebat ad tonsores ovium
suarum et duxit thamar quam
putavit meretricem sic planxit
precium suum gelia de qua marcialis
epigramatum libro primo Amis-
sum non flet cum sola est gelia
patrem si quis adest iussi prosiliunt
lacrime Non luget quisquis laudari
gellia querit ille dolet vere qui sine
teste dolet Isti signant precium
icium tante cui dixit ioab 2 Re
19 Luge te simula et induere ve-
ste lugubri et ne ungaris oleo ut
sis quasi mulier plurimo iam tempore lu-
gens mortuum Quarto modo luget
immoderati qui sic mortem pla-
gunt amicorum quasi tota vita et presencie
miserunt quorum fatuitas ex-
perimentis declaratur que ind nobis
narsibus includunt Hec nota que
cum mortem plangis aliqui non
finem statuat et gaudia leta
redundant vult deus et finis c-
lovis liberat omnia nos tenens Nec
valet ymo nocet obstabat sur-
get amabit Prima ergo ad con-
dendum fatuitatem per tractatur
lugentium mortem amicorum acci-
pitur et ex consideracione divine
voluntatis cum nullo modo debemus
esse contrarii Unde seneca ad lu-
cillium placeat homini quicquid
deo placet ob hoc ipsum quod deo
placet Divina enim voluntas prima
et summa causa est omnium que fi-
unt cum alia causa quondam non
est secundum magistrum sentenciarum libro
primo di. 47 Igitur si amicum quemcumque
tuorum mortuum habeas considerans
primo hanc esse ut deus vult unde
Augustinus de vera religione capitulo
92 Qui perfecte deum diligit non
affligitur morte cuiusquam qui qui
toto animo deum diligit nomen nec
sibi perit quod deo non perit Deus
autem deus est vivorum et mortu-
orum 2o considera quod iustum
est et licitum unicuique repetere
quod suum est Unde Jeronimus
in ep. ad marcum vel tyrasium
nichil abstulit tibi qui dignatus
est recipere proprium creditum suum
recipe debuit creditorem et nichil
aliud decet quam creditori gratias
agere mutuanti exemplo sancti
Job qui filiis orbatus et substan-
cia tota privatus dixit Dominus
dedit dominus abstulit sicut
domino placuit ita factum est sit
nomen domini benedictum Tercio con-
sidera quod necessitas moriendi
est lex omnibus si enim ect-
... ita amicum tuum mortuum
quod non fuisset necessario omni-
tivum iuste conqueri posses et
plangere iam vero nichil actum
est nisi quod lege omni toti hu-
mano generi est statutum Hebr 9
Statutum est hominibus semel
mori Unde Ambrosius libro 2o
de morte satiri fratris sui Quid
absurdius quam ut idem quod scias
omnibus esse perscriptum quasi spe-
ciale deplores hoc est animum sua
condicione extollere legem commu-
nem non recipere nature con-
sortium recusare consortis carnis
inflari et carnis ipsius non
sentiam vestire Deest omni lege
dicitur morte pauperis et regis
quis lex moriendi dat causam

[Margin notes:] L; +; 20; nosce; f; Job. 1o; no

flendi, si bene scripta legis. Gustato
pomo nullus transit sine morte.
Heu misera sorte clauditur omnis
4o homo. Quarto cum luges pro morte
amici tui, considera quia per mor-
tem fit liber de seruo, certus de du-
bio, beatus de misero, quia Job 13. Ho-
mo natus de muliere breui viuens
tempore repletur multis miseriis. Unde
Augustinus de consolatione mortuorum
libro primo. Omnis intrat ut pertu-
lit molestias, esurire, sitire, alge-
re, estuare, lassari, et innumerabilia que
contra consuetudinem nobis do-
mestica sunt. Et infra. Denique
audacter pronuntio, quia principium vite
hominis initium dolorum est. Quod
sciunt patres hoc non ignorantes,
qui in ortu puerorum lugebant, in
morte autem gaudebant, hoc
significantes quod homo ad labo-
rem nascitur, ad requiem autem
moritur. Consimiliter fecit Saluator,
qui de morte Lazari non plora-
uit. Sed potius dixit: Lazarus
mortuus est et gaudeo propter
vos. In resuscitatione vero eius
cum ad vitam reuocauit, plo-
rauit, quia eum ad huius vite
miserias reuocauit. Et paulo post
dicit idem Augustinus: O mors desidera-
bilis, o mors omnium malorum pu-
timus finis, o mors laborum
clausula, quietis principium, quam co-
gitant per tuarum utilitates beati-
tudinem. Nam male mori christianorum
non est, dum mori cum Christo bene
est. Hec Augustinus. Igitur mors
liberat. Unde Ysidorus libro 3o
de summo bono: Illi deplorandi
sunt in morte, quos miseros
in suplicia ex hac vita recipit. Non
quos celestis aula letificandos in-
5o cludit. Quinto considera dum in
morte plangis amici, quod deus est

omnia nostra ordinans. Ipse enim nouit
quid unicuique prouidens expedit,
quando viuere et quando mori nobis conue-
niat. Hec ergo quamque rationes in primo
usu tanguntur, ibi deus ut deus
et finis etc. Sexto considera 6o
quod luctus tuus immoderatus
cum non iuuat, neque enim ad
vitam eum poteris reuocare, nec
per talem luctum a purgatorio li-
berare. Et hoc fuit quod allegabat
David 2 Reg. 12. Cum filius sibi
carissimus langueret, flebat et
non capiebat cibum. Cum autem
mortuus esset, surrexit, lauit,
comedit et consolationem accepit
et ait: Numquid potero eum reuo-
care amplius? Ego vadam ad
eum, ille vero non reuertetur ad me.
Septimo considera quod luctus 7o
irrationalis et tibi et illi nocet,
iuxta illud Eccli. 38. Repelle tristi-
tiam a te, et memento nouissimorum,
et noli obliuisci, neque enim est
conuersio, et huic nihil proderis, et te
ipsum pessimabis. Dum enim
homo a tanta tristitia absor-
betur, animum non habet liberum
ad orandum pro illo que luget. 8
Octauo considera, quod aliquo-
tiens amici nos impediunt
a virtute et via salutis. Nam
cor nimis ad eum allicitur et
ad gerendam sollicitudinem erga sta-
tum eorum, et ad eius obediendum
deo in consiliis suis. Unde Augustinus
super Genesim: Sepe offenditur deus,
ne offendatur amicus. Et ideo
dispensatione diuina plerumque
contingit, ut amici quos carnaliter
diligimus subtrahantur, ut affec-
tiones nostre in deum liberius 9o
et integrius extendantur. Nota
de heremita videntem angelum filium

9 boni viri subiunge. Nono considera spem resurrectionis future, quod quomodo mortuum vides, alias iterum videbis. 1 Thess. 4. Nolumus vos fratres ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Unde Ambrosius 2 libro 3 de morte fratris sui. Cessabunt inquid lacrime mee, quia debet aliquid inter fideles et perfidos interesse. Plorant suos qui eos in perpetuum perisse estimant, in tristicia qui spem resurrectionis non habent, nobis non quibus mors non necessitas sed humane vite finis est, quia ipsa natura in melius reparatur, mortis casus abstergat omnes fletus. Hec ille.
10 Decimo considera quod si viventes fuit tibi gratus, gracior erit iam salvatus, et ideo dicitur in usu amabit. Sic enim amici nostri a torrente voluptatis divine inebriantur ut tamen nostri miseriarum obliviscantur, sicut docet beatus Augustinus quodam sermone 3o loquens de nepote amico suo defuncto. Hiis 9o 10 consideracionibus de mortis acerbitate dolorem mitigare debemus, quod amicos nostros subtrahi morte credo videmus, sicut nobis suadet Ciprianus libro suo de mortalitate ait. Non sunt inquid lugendi fratres nostri accersione dominica de seculo liberati, cum sciamus eos non amitti sed premitti, et occasione non esse dandam gentilibus, ut nos merito reprehendant, quia quos apud deum vivere dicimus, ut extinctos ac perditos lugeamus. Nichil enim prodest verbis proferre et factis destruere veritatem. Hec ille. Igitur contra illos excessive lugentes, mortuos istas x consideraciones attendere

tes signant, dicitur Ecclesiastici 22. Modicum plora super mortuum, qui requievit valde a laboribus et miseriis huius vite. Apocalypsis 14. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Tercio sunt qui lugent mortem amicorum suorum sagaciter et caritative, copia devocionis; iniquum enim nescit intercessionis amici, ingratitudinis signum est, animus non tristari desperacionem arguit tollere recordationes. Sunt autem tres cause que cum racione et cum dolore possumus morientibus bonis unde lugere. Primo quia pauci boni viri sunt in ecclesia militante, et sic debeat Augustino legitur quod gaudens de morte alicuius boni sacerdotis audivit doluit non quod sibi detestatu suo timuit, sed quia paucos tales in ecclesia dei reliquid. Secundo quia forsitan aliqua secum purganda defunt, que in presenti non compleverunt. Tercio ex consideracione naturalis miserie, quia oportet nos propter peccatum primi parentis morte putrefieri et incinerari, et sic sanctus Thobias mortuos sepeliebat et lugebat. Tob. 2. Et sic dicitur Ecclesiastes 7. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii, in ea enim admonemur finis omnium venientium etc.
~~sequitur alia lectio~~ Lectio 164

Et hos quos palam homines honorare

non poterant, propter quod longe essent, e longinquo figura eorum allata, evidentem ymaginem regis quem honorare volebant fecerunt, ut illum qui aberat tanquam presentem colerent sua sollicitudine. Posita prima causa adinvencionis ydolorum, que fuit amor de

ordinatus hominum adamantes et iniustes
Iuxta partem prosequitur de 2a causa
principali eiusdem erroris que fuit
superbia et vana ambitio regum et
principum ad dominationem et ho-
nores principes enim tiranni vole-
ntes honorari non solum a presenti-
bus sed etiam ab absentibus or-
dinaverunt sibi ipsis ymagines
quas multiplicari fecerunt et apt
iorrabatis nationes statui et in
veneratione servari ut vz timentur
Unde sibi ipsis honores divinos
fecerunt attribui in similitudine hominis
obliti sicut Nabuchodonosor
precepit olofernes omnes deos terre ex-
terminare ut ipse solus deus dicere-
tur ab hiis nationibus que potuisset
olofernes potestate subiugari sic gaius
galiculus imperator precepit suam
imperii ymaginem suam mi-
sit ut ab omnibus tamquam deus
coleretur Dicebat enim se fratrem
Iovis esse unde et virginem filiam
quam habebat posuit in gremio
Iovis ut postquam egressa esset
de genibus eius dicere filia
videt Iste gaius mandavit pe-
tronio qui iudee preferat ut
statuam suam eriget in templo
eo quod intellexerat solos iudeos
cultum sue statue recusare quo
audito iudei ad petronium acce-
sserunt supplicantes quod ipsum
ciis dominio ad cultum statue cesaris
hortaretur quia citius permitterent
se occidi et iugulo se obtulerunt
minabant etiam quod iniqua terra
colerent et sic in edia afflicti mo-
rerentur sic herodes agrippa divinos
honores ab adulatoribus recepit
sicut dicitur Actuum 12 qui inter ho-
nores sibi factos bubonem vi-
dit insistentem et imminente
capiti suo nuntium mortis e-
sse et inclinatus ad eos qui sibi

applaudebant dixit Ecce ego deus
vester morior statimque percussus ab angelo
consumptus a corrodentibus vi-
scera eius vermibus expiravit
Hec 3a vana superbia et ambitio
sa elatio 3a causa fuit ydola
faciendi et hoc est quod dicit
liber sapientie hos quos palam i. presen-
tia homines honorare non po-
terant colendo propter quod i.
quia longe essent in aegiis
suis e longinquo figura eorum al-
lata evidentem ymaginem re-
gis plana est ymaginem regis
quem honorare volebant fecerunt
Quia hic agitur de cambiatione
honoris gentilium principum et secundum
doctrinam aristotelis 4o ethicorum ita amo-
rem honoris contingit in bonitate
superhabundantiam et defectu
et medio modo ita honoris medium est
sciendum quod ad honorem quali-
ter nos habere debemus Debemus
enim nos honoribus dignificare
honores non nimis desiderare
honores in bonum convertere Primo
enim debemus nos honoribus
dignificare sola enim virtus facit
hominem dignum honore nullus
enim pravus existens est dig-
nus honore quia virtutis premium
est honor et attribuitur bonis
secundum philosophum 4 ethicorum ca
3o inmanque signum narrat augustinus
4. de civitate dei 13 quod romani
antiquitus virtutes et honorem
sicut deos coluerunt quibus duas
edes sive duo templa statue-
runt sic ad se invicem ordi-
nata et connexa quod nullus
posset intrare templum honoris
nisi prius per templum virtutis trans-
iret per quod signum quod apud
eos nullus reciperet honorem
nisi illum prius virtutes antea me-
ruisset et ideo dicit aristoteles 4o

ecc^{li} 7 ca^o v^o secundum virtute aut
bonus solus honorandus est / omni
Unde ro^{m} 2 . honor et pax operanti
bonum / et quamvis honor debeatur
virtuti sicut premium quoddam suf
ficiens / tamen inconsultus ho=
nor frequenter derogat virtuti=
dum mente honorati in super
bia elevat. Et ideo ad istam
b perversam tollendam / le
gimus quod victoribus triumpha
tibus et romam redeuntibus
triplex honor impendebatur. primus
honor fuit quod victori populus ob
viavit cum iubilo et leticia. 2^{us}
quod omnes captivi sequebantur
currum eius ligati a manibus
eius post eum. 3^{us} quod victor
indutus tunica iovis sedebat
in currum quem trahebant
quatuor equi albi et ducebatur
usque ad capitolium. Contra illud quod
in nuncis auris ibis equis / ne
tamen tantis honoribus subli
matus oblivisceret sui / triplicem
molestiam sustinere debuit / 1^o
die prima erat quod ponebatur una
cum eo in currum quedam persona
similis condicionis ut daretur spes
cuilibet quantumcumque vilis condi
cionis perveniendi ad talem hono
rem / si probitate et virtute se di
gnificare valeret. Secunda molestia
erat quod ille servus cum prin
cipes sedentem in currum eum
colaphizabat dicens nothisolithos
i. nosse te ipsum et noli de honore
tibi exhibito superbire. 3^a mole
stia erat quod illo die licebat
cuilibet quibus dicere improperia=
obprobria quecumque in victorem
Unde Julio cesari redeunti post
multas victorias fuerunt gra
vissime contumelie dicte nulla
penitus ultione sequente. Et ali
quantulum de isto honore scri
bit ysidorus ecce 18 ca^o 2. et
legat tingmullum dicentem / quod trium
phus dicitur ab eo quod triumphans
cum urbem ingreditur triptito
iudicio honorabatur. Nam primo
de triumpho duci contendendo in
dicabat exercitus. 2^o senatus. 3^o
populus / Erat autem romanorum
mos ut triumphans quadriga ve
heretur / colore russo pinniretur /
purpura et palmata toga induceretur /
palma aurea et laurea corona
tegeretur / scipione cum capto super
quod sedebat / aquila ornaretur /
et istis omnibus peractis / et carmi=
fex poneret. Ideo vero in quadriga
vehebatur quia illo genere vehiculi
primi bellatores utebantur. Ideo co
lore russo pinniebatur quasi di
vini ignis in imitatam effigiem
etiam imitaretur. Ideo superscripcione
sine strepitum aquilam habebat
eo quod per victoriam ad supernam
magnitudinem ascenderet / co
ronabatur palma si in conflictu
et in bello triumphasset / quia pa
lma ciculeos habet et designat con
flictum / coronabatur autem co
rona laurea / si sine conflictu
contingeret triumphare / hostes vero=
sine pugna fugando quia lau
rus aculeos sine spinas non
habet / et carnifex tingebatur ut
ad tantum fastigium eventus
mediocritatis humane quasi
cavet tamquam sibi dicitur illud
ecc^{li} 2^o in vestitu ne glorieris
unquam / nec in die honoris tui
extollaris. 2^o debemus honores
non nimis desiderare. Ideo 6^o
ethicorum dicit quod omnes appetunt
honorem nec bene diffinitur am
biciosus si sic dicatur / ambiciosus
est / appetens honores sed ultra
merita / querens vel a quibus non
debet / quando non debet hic est
viciosum. ecc^{li} 10 fili in mansue

sua animam tuam et da illi honorem
secundum meritum suum. Qui aut ultra
merita vel sine merito honorari de
siderant alios ad temptationem seu
dum incitant. Qui honorem al
teri impendit cum aliqua virtute
perditum ce diat quia eccl. 10 in
suis bonis honorabitur et prov. 26 Sicut
qui mittit lapidem in acervum mer
curii sic qui tribuit insipienti
honorem. Status quia honor non
nimis appetendus est quia sicut
dicit Seneca abstrahunt divi
tie et honores ep. 82. Narratur
de quodam priore claraevallensi gal
frido nomine qui cum electus
esset in episcopum tornacensem et ab
eugenio papa et ab abbate suo
beato bernardo cogeretur omnibus episcopatum
subire prostratus ad pedes abbatis
et electorum qui eum elegerant
in modum crucis ait monachus
fugitivus si me eiciatis esse potero
episcopus nunquam. Ergo isti laboranti
in extremis quidam monachus ei
carus assidens ait: Care vir quia
nunc corpore separamur oro te
si potes salva dei voluntate ut
statum tuum michi post mortem
tuam reveles apparendo. Cum post
mortem suam galfridus coram
altari apparuit atque dixit: Ecce as
sum galfridus frater tuus. Cui
ille: Care vir quomodo est tibi. Cui ille:
bene inquid est. Sed revelatum
est michi a sancta trinitate quod si
promotus fuissem in episcopum fuissem
de numero reproborum. Nec mirum quia
honores ut frequenter mutant
mores in peius. Unde metrice dicitur:
plurima cum soleant hominum cor
rumpere mores. Altius evertunt
femina sensus et honores. Sic
quidam dixit ad socium suum
iam ad dignitatem promotum:
optimus esse soles te fecit honor

meliorem. Estimo quod fies de
meliore bonus. Et ideo nemo sibi
assumat honorem sed qui vocatur
a deo tamquam aaron qui in dia
nige florent et incendio
cumulorum electus est et non
statius placet deo sicut glo. heb. 5o.

Tertio debemus honorem in di
gnitate. Est enim honor triplex:
honor subiectionis et obedien
tie, honor supportationis et be
neficentie, honor affectionis et
benivolentie. Primus honor de
betur prelatis et principibus. Dicit
Aristoteles 4o ethicorum tertio a. quod
quilibet tenetur dare ei mercedem
qui pro se laborat. Sed princeps
laborat pro tota multitudine quare
danda est ei merces a tota multi
tudine. Hec autem merces est ho
nor et gloria et cui ista non
sufficiunt tyrannus est et non
princeps sicut pe. 3. Deum honori
ficate et concordat apostolus 1 thi.
5o. Qui presunt bene presbiteri
duplici honore habeantur
digni maxime qui laborant
verbo et doctrina. Duplici honore
ut scilicet eis obedienter et eorum
inopie subveniatur secundum glo. Secundus
honor qui est supportationis
et beneficentie maxime debetur 2a
parentibus. Deuteronomium honora patrem
et matrem. Contra chaldei
cujus qui non honorat patrem
suum et matrem suam. Tertius 3a
honor affectionis et benivo
lentie debetur omnibus. Prima
pe. 2 omnes honorate fraternitatem
diligite. Ro. 12. Honore invicem
prevenientes non alta sapie
ntes sed humilibus consenti
entes. Et ideo refert helina
ndus quod cum vespasianus consecratus
nator factus est imperator

in tantum habuit gratiam propter et
senatus / quod senatus eum ro
gavit quod filium suum augu
stum incorporaret / pater vero fecit
quod graue petitionem regnum i
incubat / Respondit / sufficit debet
quod ego in vita mea regnauerim
Et subiunxit valendi sunt primo
primi et virtutibus antecedenc / quos
debent honoribus ante vero eminenter
merite dicitur / Vt vero dat florem
flos fructum / fructus odorem
Et sic ordinum inoceni inos sen
sum sensus honorem / Exemplum
hoc quoniam vero quod in prelatum
mentum virtus honor debetur /
non ut scribitur ex iii in 6 Iulio libro
4° capitulo primo / Dedit quodam
qui Theogenes vocabatur iste erat
dux atheniensium / et exercitum
totam magnam dare debuit
Milites statim ordinem sum
petunt / ut vero designet qui ali
os precedere debeat / Theogenes
respondit se tenere ordinem
assignaturus / eum ad magarum
puenerint et statim etiam equi
tes quosdam premisit / qui specie
hostium in petunt in socios re
torquerent / De illis autem quos
secum habuit viris istis insultatoribus
tonibus / premisit unumquemque ordi
nare se sicut voluit / ibi strenui
et cordati se sponte protulerunt
vecordes et timidi se retraxe
runt / ... ergo ad insultantes de
uenti est optimum est eos socios
esse non hostes / Dux ergo prudens /
vnicuique illum ordinem tribuit
quem sibi ipsi in isto euentu
pelege primo vidit 164

Prouenit autem ad horum culturam

Et hos qui ignorabant ~~propter~~ artificis
~~eximiam~~ diligentiam / Ille enim
volens plus placere illi ~~homini~~ qui
se assumpserat / elaborauit arte
sua / ut similitudinem in melius
figuraret / multitudo autem hominum
abducta per speciem operis / eum qui
ante tempus tanquam honora
tus ~~homo~~ fuerat / nunc deum estima
uerunt / et hec fuit humane vite
deceptio / quia aut affectui aut regibus
deseruientes homines incommunicabile
nomen lapidibus et lignis in
posuerunt / Postquam actum
est de ydolorum principali ad hunc
tunc incipit pars agit de quadam
actuali ydolatrie promotione vel
augmentatione / Et ita hoc duo fa
cit / primo ponit istam causam
incidentalem / 2° recapitulat duas
causas principales 2a pars ibi
Et hec fuit vite humane decepto
Circa primum dicit quod causa ve
hementer promotiua ad colendum
ydola / fuit diligentia et subtili
tas artificum / qui labore studio
et viribus preciosis elaborauerunt fa
bricare ydola miri speciei et pulchri
tudinis graciose / propter quod
simplices / ydolorum speciem intu
entes / credebant ydolis aliquid
numinis inesse / Illi autem arti
fices ideo hec fecerunt / regibus ut placerent
a quibus inducebantur ut eorum
effigies fabricarent / dicit ergo textus
Prouenit autem ad horum scilicet
ydolorum culturam / et hos qui ig
norabant / ad simplices allicien
dos ad ydolatriam / artificis ex
imia diligentia / et quod subdit
planius / artifex volens plus illi
placere i. alicui regi principi vel
tyranno qui se assumpserat pro
alijs ad effigiendum speciem suam /
elaborauit i. diligenter labora
uit arte sua / ut similitudinem

Decipiunt homines: In presumptione · In temptatione · In delectatione · In simulatione

i. ymagine talis regis in melius
figuraret i. ita pulcre sicut sci-
vit formaret / quo facto multi-
tudine aut hominum abducta p spe-
ciem avertate i. pulchritudine
operis / enim regem vel principem
qui ante tempus i. paulo an-
tiquam honoratus homo fuerat
quia honoratus fuit dulia i.
cultu debito alicui excellenti
personequam i. post mortem deum
estimaverunt exhibentes latriam
ei que est cultus debitus soli
deo 2o mach. Rex antiochus ar-
sitie fratri suo salutem patre
uro inter deos translato etc. qui
ponit recapitulationem causarum
ydolatrie que fuerunt prius dicte ut
supius dictum / amor decordi-
natus amicorum et timor tyra-
morum unde dicit et hec s. di-
ffinitio que sequitur fuit vite
humane deceptio i. causa de-
ceptionis quia aut affectui i. di-
lectioni amicorum defunctorum aut
regibus adhuc viventibus p
timore deservientes homines
incommunicabile nomen / quod est hoc
nomen deus / lapidibus et lig-
nis imposuerunt. Dicitur autem
hoc nomen incommunicabile / quia im-
posibile est quod plures tales pnt
esse re absoluta / distinctio est
quale illud est p quo tamquam i te
deus proprie loquendo supponit
et hoc nomen deus est equivo-
cum. Nam dicitur adoptative de
sanctis in ps ego dixi dii estis
nuncupative de ydolis in ps
omnes dii gentium demonia
substantive et ita v. dedina essencia et
licet nomen que tribus personis
quia tamen ille tres persone sunt
una res dicitur nomen communicabile hec
fuit vite humane deceptio. Licet
vita humana multipliciter decipiatur

Quatuor tamen sunt in quibus in-
greiter maior pars mundi decipitur
et oberrat. Decipiunt enim ho-
mines quiter in presumptione pre
perfectionis. In temptatione nimie
commendationis. In delectatione sive
affectionis. Et in sila oc colunbi-
ne compositionis. Primo quomodo in quo
homines decipiuntur et quissime
est in presumptione pre perfectionis. Ne-
mo enim de facili bene meditat
neque dignitates proprias neque de
culpis suis sed gratias nostras
nimis magnificamus / culpas
nostras nimis attenuamus / et
ideo vix est aliquis qui bene
meditet de se ipso unde terentius
in quadam comedia ita fere co-
parata est omni homini natura ut
aliena melius videat quam
sua. Et tullius in oratione 19.
Nemo fere est qui sui periculi
iudex sit / Nemo sibi se equo
rem quam rex peccat. Sunt est
quod nonnulli cum pauca fa-
ciunt magna sibi arrogant
et facta propria non ar. extollunt
quam si peccata ceteri omnes suppor-
tarent illi / omnino similes baccu-
llimo de picto vel sculpto / qui
tollo humeris et brachiis et fa-
cie prominens / edificium se si-
mulat supportare / et tamen fabrica
eque fortiter staret / si totum illud
ydolum deletum esset tales etiam similes
sunt cuidam alienato amente
qui semper stans sub domo-
rum lodio noluit intrare domum
nec sedere nec bibere vel comedere
requisitus quare respondit quia
ipse supportat celum et si ad
horam modicam diminui fieret / celum
esset casurum / ita est de nonnullis
nimis presumptiosis / qui in stati

scia secularia ic

Ca^m ix

vita secularis/reputat se totam certitudinem
suppetere sapientia et discretione/qua
se habere presumunt/quorum contra dicitur
ysa. 47. Sapientia tua et scientia=
tua hec decepit te/et quia decepto=
ria presumptio confobsis scientiis
magis quam corporalibus solet=
omni singulariter/sicut scripsit
Ap^9 coll. 2^o videte ne quis vos
decipiat per philosophiam et inanem fa=
llaciam/ Secunda vero in qua=
homines communiter decipiuntur/est
inaccepcione nimie commendationis

2^a

De ista peste dicit Seneca epistola 3^m
credibile est in credibili quam ma=
gnos viros dulcedo sermonis ab=
ducat/ et epistola 47 illud preciput=
in pendit/ quod nobis cito placemus/
si invenimus qui nos bo=
nos dicit/qui prudentes/qui
sanctos/non sumus/modica lau=
datione contenti/quicquid in
nos adulatio sine pudore con=
gessit/tamquam debitum prendi=
mus/optimos nos esse sapienti=
ssimos/quia assentientes cre=
dimus/cum sciamus illos sepe=
multa mentiri/ hec Seneca et iam
ista deceptio fit potissime per ami=
cos vel vos vel amantes/ sicut
dicit Tren primo/ vocavi amicos
meos et ipsi deceperunt me/ verum
excecari solet/ sicut candorus pelvis
oculis suis obiciat/ et similiter
fit gratie hominibus/ vel ne vel fa=
llatur sibi attribute/oculis mentis
obiciatur adulatorum commendatione/
statim excecatur et decipitur ysa. 3
primo popule meus qui beati=
te dicunt ipsi te decipiunt et
viam gressuum tuorum dissipat
Exemplum huius narrat Seneca
de beneficiis/ Xerxes inquit duo
medorum grecis bellum indixit/ tu=
multuosam bellis dicebat gre=
cos nuntios belli non expectaturos

modica

turos alius grecos non vinci sed
obrui mole exercitus medorum alius
dicebat timendum ne urbes de=
sertas et vacuas inveniremus et
se habituros ubi tantas vires ex=
ercere posset/ Alius dixit vix illi na=
turam rerum posse sufficere/angu=
sta esse classibus maria/militi=
bus castra/explicandis copiis et
equestribus campestria/vix celum
patere sagittis/ Dum in hunc mo=
dum regem nimia exultatione fure=
rent concitarent/ Dixit Damaratus
regi/ multitudo ista que tibi placet
metuenda est/verum est enim modi=
ca nunquam posse regi/nec diu du=
rare quod regi non potest/nichil ta=
magnum quod perire non possit/
acciderunt autem que dixit Da=
maratus/ ille enim tam gravis
exitus ob defectum prudentie
et regiminis fuit devictus/ a pau=
cis prudenter ordinatis/ De eius victoria
narrat Justinus in abbreviatione libro 2^o
quod de regno suo 80000 arma=
verat de auxiliis 300 milia
et 100 milia navium legitur ha=
buisse/ sed ipse primus in fuga po=
sitionis in prelio in periculis timi=
dus si metus abesset in stratis
apparatis fugatus est/ huius exerci=
tum pars ante fugam equa perit
leporum/ qui est animal fugitivum
sicut narrat Val. li^o 1^o ca^o 6^o ut
hoc fuit signum sicut narrat in
libro de dictis philosophorum/ homines ex
inimicis magis quam ex amicis
sibi proficiunt/ quia inimici du=
cis horrores vel errores in presenti
exinde corrigunt/ amici vero suos
eis non ostendunt errores sed
tollerant et occultant/ Tertia in ea

3^a

quam potissime decipitur vita
humana est in delectatione seu
dilectione/ sicut enim in dicitur
amare et amari sit in membris

multum delectabile sicut dicit Augustinus
2° confessionum suarum c° primo / quid
erat quod me delectabat nisi amare
et amari / sed non tenebat modus
ab animo usque ad animum / quia luminosus
est limes amicitie / sed exalabant
nebule de limosa concupia / et scatebra
pubertatis / et hec nubilabant / et
obfuscabant cor meum / ut non discer-
neretur serenitas dilectionis a caligine
libidinis. Hec Augustinus. Licet inquantum
hec caliginosa dilectio carnalis et
castitas multum delectet molliat et
enervet / potissime tamen constrin-
git et decipit familiaritas femi-
nina. Numeri 31 Cur feminas reser-
vastis / nonne iste sunt que de-
ceperunt filios Israel / Hec. Namque
nulla alia ars est et delectatio in
hominem emollire / emollitum deci-
pere / et ideo sicut philistei Dalida
mediatricem fecerunt / ut superarent
Sampsonem dicentes Decipe eum
et disce ab eo ubi habeat tantam
fortitudinem / sciebant enim illud
versiculum Fallere flere nere sta-
tuit deus in muliere / similiter
ista sunt / non inequa dum mu-
lier animo sancto soliditer recipit
castitatem / vis molliciem in sim-
plicitatem refundit. Unde signum
genesis 2 quod ad fabricam mulie-
ris ablatum est a viro quedam
os / et restituta caro pro eo / et ideo
quantumcumque homo sit osseus
soliditate bone vite / caveat sibi
semper / quia ex familiaritate fe-
minea os per carnem faciliter com-
mutat / Fingunt fabule de Achille /
quod mox cum natus esset mater
eius in aquis stigiis intinxit
per totum corpus excepto talo / per
quod factus est postea invulnera-
bilis in toto corpore preter talum /
sed tandem in talo vulneratus occi-
ditur. Hec fabula sicut exponit
allex in scintillario sic intelligitur Achi-
lles grecorum fortissimus / virum virtute
perfectum designat / hic aquis sti-
giis intinguitur / quia in actibus
penitentie et austeritatis solidatur / solo
talo non intinctus dimittitur
quia semper libidinis tempta-
tionibus exponitur / Dixit enim Or-
pheus / quod in talo est locus
libidinis / quamvis ergo virtus omnis
sit munita ad omnia / libidinis
tamen vilibus subiacet pati / voluptatibus
Habebant etiam que in talo sunt
adicem et femorum vilium perti-
nent / [illegible] / sicut etiam innuitur
quod quantumcumque homo virtuose
et pudice vixit / tamen caveat per ante
talum i. finem / Nam quedam
sexagenaria virgo vivebat / et
anno 60 corrupta est et defecit /
et ideo sicut enarrat Job inter
cetera difficilia que demittit / si
deceptum est cor meum super
mulierem Job 31. Et Valerius ad
Ruffinum in fine / Lege aureolum
Theofrasti / et Medeam Jasonis / et
ibi pauca invenies impossibilia
mulieri / Amice / det tibi deus omni-
potens / omnipotentis femine non
falli fallaciis. Vide mecum dicit
Adam Sampsonem / David regem
Salomonem / femina decepit /
quis modo tutus erit. Certe
in iniqua gens decipitur. Quia
in ea vita est simulatio columbine
conversationis / et hec est ypocritarum
et assuetorum ad statum seculi affa-
bilitatem / et pretendentium exte-
rius sanctitatem / et habentium inte-
rius cupidam rapacitatem / Proverbiorum 26
Simulator ore decipit amicum
suum / et ideo signanter docemur
in scriptura / non debemus nos iu-
dicare hominum maliciam vel boni-
tatem / secundum eorum exteriorem
[illegible] / nec per intrinsecam =

anathomiam nec secundum ignota
physiamque contusam philosophia ut
phizomia habet in facie Jo · 9 · Nolite iudicare
secundum faciem iusti ta anathoma
sunt intentiones quas occulte
homines habent et has iudicare non
licet Luc · vj · Nolite iudicare et
non iudicabimini futura ipsa o
statim pronunciare et diffinire neque
iste erit bonus homo de uno in-
nocentem errante forsitan aliqua
levitate j · Cor · 4 · Nolite ante
tempus iudicare Dicit n · ypo
cras in amfforismis actutorum mor-
borum non sunt omnio certe pronosti
cationes neque sanitatis neque mor
tis Acuti morbi sunt lascivia
et dissolutio iuvenilis malus
ergo medicus est qui statim pro
sitat quod talis iuvenis morietur
2 et sequitur alia lectio lectio 166

lectio 166 Et non suffecerat
errasse eos ~~circa~~ scientiam

dei sanam sed et in magno viven
tes inscientie bello tot et tam ma in
gna mala pacem appellant Aut
enim filios suos sacrificantes aut
obscura sacrificia facientes aut
in sanie plenas vigilias habe
tes neque vitam neque nuptias
mundas iam custodiunt sed
alius alium ~~per invidiam occi~~
invidiam occidit aut adulterans
contristat et omnia commixta sunt
sanguis et homicidium · furtum
et fictio corruptio infidelitas
perturbatio et periurium tumultus periurium
et bonorum dei immemoratio anima-
rum inquinatio nativitatis immutatio
nuptiarum inconstantia inor
dinatio mechie et inpudicitie
Positis tribus causis ad incre
dulitatis ydolatrie amore dilectorum
timore tirannorum et decore et
dolorum Hic ponit parte prosequitur

enarrat
~~enarrare~~ quante malitie et quod-
incia seu morum corruptiones ex
ydolatria creabantur et circa hoc duo
facit quia primo ista mala enu
merat diffuse 2o concludit ibi et
omnia commixta sunt Mala autem divisio
que inter ydolatras sunt suborta
sunt quatuor magne quia quantum
ad deum debita notitia privabantur
quantum ad seipsos decipiebantur
quantum ad demones eorum servituti
subdebantur quantum ad proxi-
mos omnes sibi invicem in-
iuriabant Si ergo loquamur
de notitia quam homo per fidem
debet habere de deo ista privabant
Unde premittit et non sufficerat
errasse eos circa dei scientiam per
fidelitatem sed in magno viven
tes inscientie bello tot multiplicia
et tam magna mala intentione
malitie pacem appellant ergo deci
piebant in seipsis et omnium iniqua vivens legibus sub
eos bella fecit contra deum et de debuissent et
bonos mores estimaverunt se in tamen in esset in
quiete Sic ergo duo mala consecuti bello continuo contra
cuti sunt quo ad deum primo deum
et postea quo ad seipsos 3o de
monibus servituti crudelissima
subdebantur Nam cultus et sacri
ficia que ydolis faciebant fue
runt inhumana et crudelia quantum
ad materiam de qua fiebant inter-
pestiva et suspecta quantum ad tempus
quo fiebant feda et abhominabilia
quantum ad ritum et modum
quo fiebant Unde quantum ad prima
tia dicit sic Aut enim filios suos sacri
ficantes sicut observabat in sacrificiis
saturni Qui enim propter odium Jovis
filij sui qui eum de regno expulerat
rat cultoribus suis precepit sibi
filios suos immolare Aut obscu
ra sacrificia facientes de nocte
vel de die ~~locis obscuris~~ in an
tris vel speluncis et lucis sine
loco obscuris dicitur enim Ita lucus

pantificasim locus fuit lute propt
nimiam arborum umbraciam sant
in sanie ples q vigilias tenentes sic
in sacrificiis bacchi et tabelis inius
deorum in quorum festiuitate luxibus
et luxuriis vacantes totam no
ctem in saniendo transiebant Ephe. v
Nolite communicare operibus infruc
tuosis tenebrarum magis autem
redarguite que enim in occulto
fiunt ab ipsis turpe est dicere Ipse
huiusmodi feditates subtraxit
etiam vigilias multas que solite
fuerunt apostolis celebrari in ecclesiis de
nocte in festiuitatibus sanctorum
Quarto sibi in viciorum in mabant
in corporibus infundo molestias
et in uxoribus impietas violan
do unde dicit Neque vitam neque
nundam iam custodiunt neque
impietas nundas sed alius alium
per inuidia occidit aut adulterium con
tristat. Sequitur secunda pars huius
lectionis in qua mors corrumptores
interitum causat ydolatriam gentes
et sunt 14 quibus sic. Et omnia inmix
ta sunt sanguis id est in vasione et
in violatione in iusta homicidium
in occisione furtum malicie vi
indebita subtraccione ficto in fal
sa composi corruptio in virginum deflo
racione infidelitas in mi
tua prodicione turbacio in discor
diarum seminacione periurium in fal
sificacione tumultus in rixarum con
tencione bonorum dei [immemoratio in obliuione] in memoria in bene
ficiorum dei ingrati oblivione
animarum inquinatio in gule et
luxurie delectatione natiuitatis inmuta
tio in viciorum contra natura perpetra
tione nuptiarum inconstantia in
uxorum illicita permutatione inor
dinatio moechie in coytus et adul
terii coniunctione et impudicitie in
ordinatio in libidinosa contrac
tione. Contra tales ydolatrias in
tulerunt in vehit audiuimus rex
bragmanorum in epistola ad allexandrum ma
gnum Deridens eos in hoc quod
hominem in orbem mundum dixerunt
et singulas partes corporis singulis
diis deputauerunt hominem inquid
mundum parvum esse dicitis et sicut
meo multiplicia sunt membra
disposita ita vos deos singulis
membris consistere quorum unumquodque di
uersas partes vestri corporis deputatis
et familiares singulis victias
ymolatis et nocabula illis ex
quisita tribuitis assistentes
mineruam capitis artem sic potes
sapientiam tenere Iunonem iracun
die presidentem precordia possidere
Martem bellorum presidem pecto
ra vulneribus apta distinguere
mercurium facundie rectorem
lingue habitas possidere Herculem
lacertos ut possitis pugilem ben
dicasse cupidinem iecoris scaturi
cohercere Bacchum ebrietatis dat
torem tellatia gutturis obtinere
Cererem frumenti datorem hor
rea ventris implere venerem
matrem libidinum femorum et
turpis cubicula Ione quam ani
ni in naribus habere prone
Apollinem medicine et musice
peptorem palmarum habita
cula possidere tantaque homines fa
brica diis quodicatis Exponendo
minando contra dicit nulla pro
tor dei corporei domicilii corporis sedibus sit
seruata qui tamen nec gratiarum
vobis debitam accionem ut sibi
diuis hospitibus reddunt sed
ut inquilinis obnoxiis solue
dum vectigal imponunt atque
aliis alia tributa perfigunt ita
quod marti aper cedit Baccho di
catur hyrcus Ioni dicatur thaurus
Apollini cygnus offertur veneri

nota

in memoria

columba decantur Venus nactura co
scantur. Ceri sacra libant Mercu
rio mella pandunt Bachi Hercu
leas populea corona circumdat
flammis cupidinis rosea serta
decorant. Et in sua sciencia non
opitulantes deos sed carnifices
teterrimos in vos qui vestra viri
suppliciorum diuersitate discerpunt. Plu
ra est enim in corpore vestro tot
penas constitutas esse quod est
dijs cum sint sunt vos cogunt
in hinc ludibrijs. Venus trahit
ad bellum. Alter eundem ducit
ad luxuriam. Alter luxuriandi causa
hortatur inquiri. Sic desiderium
suggerit epulandi et in fine ope
sic ardendo concludit. Vos
sceleratissimos ducem quos et
religio timen est via supplicia
magna mala patem appellant.
Vides quod in omni modo loquendi
tam magna mala pacis nomine
gloriantur. Iudicium enim vocatur
pax licet indigne. Beniuolencia
libidinose familiaritatis iudicium
violencia calumpniose sanitatis
iudicium negligencia scelerose impunitatis
Prima est pax fornicancium ad
ulteratorum. Secunda est pax
mundialium conspiratorum. Tercia
est pax carnalium prelatorum. Prima
pax recipit inter adulterum et
adulteram, fornicatorem et for
nicatricem, ut dicat mulier illud
Can. viii^o Ego murus et vbera mea
sicut turris. ~~factus fuit~~ ex quo
factus sum coram eo quasi pa
cem reperiens. Talis pacificus
fuit Salomon. Dicitur Eccli. 47
Salomon imperauit in diebus pacis
et tamen post inclinasti femora
tua mulieribus, habuisti potestatem
in corpore, dedisti maculam in
gloria. In diebus belli et aduersitatis
homines non vacant libidini

sed in diebus ocij. Vnde dd. dauid cum
ociaretur in domo Ioab contra
bello adulterium commisit. 2 Reg. xi
Sic ciuitas romana cum bellis
et discordijs contra carthaginem
vexaretur virtuosis operibus vacabat
sed postquam carthago subuersa
fuit ocio libidini et gule roma se
dedit et plus nocuit rome cessa
carthago quam prius nocebat eo
versa sicut dicit Augustinus de ci. 3^o
dei ca. 19. In horum signum mensis
martius deo belli fuit consecra
tus. Vnde ille est mensis in quo
solent reges ad bella procedere
2 Reg. xi. Et statim mensis imme
diate sequens qui est aprilis Ve
neri extitit dedicatus in signum
quod finito bello et ocio honorem
datum est pacis et ocio dominatur
libido iuxta illud Ouidij de reme
dio. Ocia si tollas periere cupidinis
arcus. Secunda pax mundia
lium conspiratorum, que nichil aliud
est quam quedam violencia calumpni
ose sanitatis, qua mali se colli
gant et confederant ad resistendum
et nocendum iustis. Hoc significat
panniciaam(?) et pacem Herodis et
Pylati contra Christum. Et sicut vide
mus quod inter spinas steriles
et infructuosas longe maior est
concordia quam inter arbores fru
ctiferas, sic in pace congregatio
malis et collegijs longe fortior
est consciencia vigorosa personarum
ad inuicem ad se defendendum
quam sit bonorum ad malos corri
gendum. Nam primo Sicut spine
ad inuicem complectuntur sic quoni
am eorum pariter potantur. De ista
pace dicit ps. Zelaui super iniquos
pacem peccatorum videns. Glosa i. in
vidi et male tuli pacem peccatorum
Tercia est pax carnalium prelatorum
et nichil aliud est nisi quedam
negligencia scelerose impunitatis qu

cum prelatus videt peccata notoria sub
ditorum et ea dissimulat nec cor=
rigit / ymo se dissimulat et sic
talis prelatus vocatur pacificus
Verba Humectacio lotorum etc. Arides que
vocatur temporum delacte mulier
nudat sompnum et consimiliter
qui prelatus habet vias remissionis
et dulcedinis admodum tanta malos
nutricat eos ad dormiendum in
peccatis suis / vias prelatorum et predicatorum
antiquitus vocabant onera. Ysa.
primo Onus in domum Aquilonis et in
ysa. Onus damasci onus egipti
Onus tyri et sic de aliis / Oportet
enim vias prelati esse onerosa contra
pertinaces et rebelles / sed solaciosa
ad devotos et humiles / sed disting
wendum est de remissione et ri
gore in prelatis / quia si loquamur
de corpore personali iniuria vel de
derogacione honoris in hiis debemus
acutissimi et rigidissimi nichil
remittimus / De iniuria vero illata
deo vel dehonoracione divini divinacionis
divinacione / ibi sunt remissi nec
curant omnino / contra tales bene
f loquitur Crisostomus super Matheum Episcopus si
debitum honoris non accipit
a presbitero / vel presbiter si non accipit
a dyacono / vel dyaconus a lectore ira
scitur et turbatur / Si autem videat
aut episcopus presbiterum / aut presbiter dya
conum / aut dyaconus lectorem circa
obsequium ecclesie non primatum vel
alias peccantem in deum / neque ira
scitur ei / neque curat / quia omnes
quidem de suo honore solliciti sunt /
dehonore autem dei nullus. Hec
Crisostomus Quamvis enim esse
pacificum et pacientem in pro
priis iniuriis sit laudabile tamen
esse tamen pacientem in dei in
iuriis est summe vituperabile in prelato /
in cuius figuram Christus sicut legi
mus Mathei 4. quando dyabolus sibi
dixit / Si filius dei es dic ut
lapides isti panes fiant / pacienter
sustinuit et pro auctoritatem scripture
eum confutavit / Tercio consimiliter
qui dixit si filius dei es mitte
te deorsum / quia iste due temp
taciones non fuerunt directe nisi
contra humanitatem / Sed in tercia
temptacione qui dixit hec omnia
tibi dabo si cadens adoraveris me / repulit
inimicum cum indignacione
dicens vade sathanas non temp
tabis dominum deum tuum / super
quem locum dicit Crisostomus Ecce
ipsi dicamus iniurias in nobis
equanimiter sustinere / dei autem
iniurias neque usque ad auditum
sufferre / quoniam in propriis
in iniuriis esse quemquam pacien
tem laudabile est / Iniurias vero dei
dissimulare nimis impium est
De ista mala pace et negligencia
in prelatis dicit salvator Luce
12 Non veni pacem mittere
sed gladium id est acutam correc
cionem viciorum etc. Lectio 16a lectio 16a

Infinidorum enim ydo
lorum cultum omnis

mali causa est et inicium et finis /
aut enim dum letantur insa
niunt aut certe vaticinant falsa
aut vivunt iniuste / aut peierant peierant
cito / Dum enim confidunt
in ydolis que sunt sine anima
t^v et sine anima / male iu
rantes noceri se non sperant /
Utraque ergo illis evenient
digne / qui male senserunt de deo
~~domino~~ attendentes ydolis /
et iuraverunt iniuste in dolo / Et in
ydolo / contempnentes iusticiam
Non enim iuramentum est virtus iuracium
sed peccancium pena per
ambulat semper iniustorum
prevaricacionem / Postquam
al' prevaricantem

cunata sunt vicia et morum cor-
ruptiones que ex ydolatria pro-
cedunt. In ista parte replicat tan-
salitas illa, et ostendit specia-
liter quomodo ex ydolatria ducitur
falsitas. Et in iusticia et cetera.
Hec tria facit quia primo agit
de malorum pectatione 2o de ma-
lorum punitione 3o de mira-
menti naturalis condicione.
2a pars ibi Utraque ergo et cetera ibi
Non enim iuratorum. Ista pars primo
in detestacionem ydolorum replicat
generalitatem malitie ydolatrie
et dicit In fandorum enim
ydolorum cultura omnis mali
causa est et inicium et finis.
Ydola dicuntur infanda quia non
sunt fanne i. sermone digna.
Nam hec ergo cultura est causa
omnis mali in suis cultori-
bus et initium et etiam finis.
Nam propter ydola colenda or-
dinant peccata sicut propter finem.
Qualiter autem malorum causa
sit ydolatria initium et finis
enumerat et manifestat cum
subdit Aut enim dum letantur
insaniunt in festis ludis-
quos dyis suis faciebant,
in quibus se plibidinem(?) moe-
chiarum fedabant. Aut cer-
te vaticinantur falsa sicut prophe-
tae achab de quibus dicitur
3 Reg. 22 Ecce dedit dominus
spiritum mendacii in ore omnium prophe-
tarum tuorum. Aut vivunt in-
iuste pro omnibus nocendo aut
periurant cito i. de facili et pro
levi causa. Ista metuunt sine-
sicut periurant. Aut cum ali-
qui ad hoc audaciam pertanto
sumunt enim quod ydolum
non potest se vindicare nec eos
punire pro periurio facto per ydolum
et ideo facilius periurant et
confidentius. Et hoc est quod
dicit Dum enim confidunt in ydo-
lis que sunt sine anima et sine
intellectu et voluntate male iuran-
tes nocere se sibi non sperant
i. non metuunt ex hoc penam quod
iurant falsum per ydolum. Iurata
multiplici culpa sequitur de eorum
pena est quod utroque dap-
nabuntur. Unde subdit Utraque ergo
illis evenient digne i. pertanto
quod digne punientur. Videlicet de
eo quod male senserunt de deo
aut ydolis, et iniuste iuraverunt
in ydolo contempnentes iusti-
ciam, et sic duo peccaverunt, tum
quia iuraverunt falsum, tum quia
iuraverunt per illud quod est ydolum.
Et 3o subiungitur de natura
iuramenti et dicit sic Non
enim iuratorum est virtus
i. iurare non est virtus, nec per
se appetendum, sed peccantium
pena, propter incredulitatem
cum hominum ergo iurare. Matthaei 5. dicit
sermo vester est est non non, quod
autem hiis habundancius est
a malo est. Est scilicet a pena vel cau-
sa illius cum iurat. Et hoc
perambulat semper i. existit in
iniustorum i. iniustitie vel iniustarum
ierum prevaricationem. Periurant cito.

Circa periurium est notandum quod
periurus est multipliciter detestandus
et specialiter propter tria. Est enim peri-
urus prodiciosus per infidelitatem
quo ad deum in mores peccati(?)
quo ad proximum, et perniciosus
per iniquitatem quo ad se ipsum. Primo
ergo periurus est proditiosus per
infidelitatem quia ad deum. Pro-
ditio foret magna si ille qui ha-
beret custodiam sigilli regis
signaret litteram perditionis quam
rex maxime detestaret, et si hoc
faceret de sigillo pape esset ex-
communicatus ipso facto et brachio

seculari tradendus. Nomen dei est
commissum nobis quasi quoddam
sigillum ad testificandum verita
tem et confirmandum. Deut. 6.
Dominum timebis et illi soli servi
es et per nomen eius iurabis
et ideo dicit Apostolus Hebr. 6. quod
omnis controversie finis ad
confirmationem est iuramentum. Fal
sitas autem est illud quod deus
summe odit tamquam sibi contrarium
qui est veritas et ideo qui nomen
dei assumit ad confirmandum
falsitatem dei proditor est. Hoc idem
patet secundo quia qui castrum
domini vel regis sue fidelitati co
missum tradit hostibus regis
proditor regis esset. Castrum est
nomen domini quod invocamus
et ad quod refugimus in omni nece
ssitate. Prov. 18. Turris fortissima
nomen domini ad eam fugiet iu
stus et salvabitur. Illud castrum
traditur hosti qui demonibus et
falsis hominibus committitur ad pro
bationem falsitatis. Hoc idem patet
3o quia qui dominum suum diffa
mat malitiose et in voluntate
tamen proditor suus est sed qui
deum inducit tamquam testem fal
sitatis involvens ipsum domini malicie
et ascribit sibi nomen
bonum quo vocatur et est summa
veritas ergo proditor suus est.
Vide quantum in eo est plus con
tempnit Christum quam carnifi
ces Christi. Etiam ipsi non in
tulerunt Christo nisi malum
pene et iste infert ei malum culpe
in malo culpe. Dyaz ad iura
tus in nomine dei dicere verita
tem non mentiri quamtenus et
iubemur quod ipse addat suus
mendacius iuramentum. Licet
ipse sit mendax et pater men
dacii et ideo non est mirum si
deus eos deserat ultionem puni

tur. Malach. 3o. Ero testis velox
maleficiis et adulteriis et per
iuris. Narrat Ovidius 2o Metamorphoseos
de Mercurio et Batto. Mercurius ac
cepta figura humana contemp
tavit furari boves quas Apo
llo pastor regis diligenter
debuit custodisse. Iubent eas
depascentes lata cuiusdam
montis et statim arte sua
abegit in quandam silvam et
eas ibi occultavit. Istud fur
tum nullus percepit nisi quidam pa
stor qui dicebatur Battus. Istum
igitur timens Mercurius accessit ad
eum rogans quod si aliquis
veniret inquirere pro bobus quod
negaret se eos vidisse et nichil
aliud responderet et ne furtum
suum taceret premio. Dabo inquid
tibi istam vaccam omnino al
bam. Qua accepta Battus re
spondit: sic tutus eas, lapis iste
prius tua furta loquetur. Et lapi
dem ostendit. Mercurius simula
vit se recedere et statim mutata
figura corporis et voce sue
ius rediit ad rusticum quasi
in forma alterius inquirentis
boves aut vaccas dixit sibi
Rustice vidisti si quas hoc
limite duxit iter boves fer
opem furtoque silentia deme
iuncta suo pariter dabitur tibi fe
mina tauro. Videns ergo ru
sticus quod merces sua foret
geminata si peieraret volens
et albam vaccam et album
taurum habere. Sub illis mon
tibus erant et ostendit mon
tes in quibus fuerunt ante
vagate. Risit Mercurius et me
mihi perfide prodis me mihi
prodis prodis ait periuraque
pectora vertit in durum silicem.

qui in utroque dicitur videri / in igne
mitti incaluit / inventus est in saxonia
saxo / et sic iste mirum lapi
dem vel consimilem est imita
tus / de quo prius dixeram / tutius
eius lapis iste / prius tua sunt a lo
quentur / et sic frequenter videmus /
quod homines sui minus acci
piunt ab utraque parte / et committunt
periurium et lesionem veritatis /
et tandem dei iudicio iusto in
lapides convertuntur / quia appro
pinquante fine vite frequenter
desperant. Job xli Cor eius in
durabitur quasi lapis / non sic fuit
de marco marcello regulo. De
quo Augustinus i de civitate dei ca°
9 vel ia p li m num / Marcus
iste imperator romanus capti
vus apud carthaginenses tene
batur / qui mallent a romanis
suos reddi captivos / quam
romanorum captivos tenere /
regulum istum cum legatis
suis romam miserunt prius
iuramento constrictum / se car
thaginem rediturum / etiam si
quod volebant minime peregisset /
Perrexit ille / et plane in senatu
contraria persuasit / quia non ar
bitratur utile rei publice roma
norum reputare captivos / nec post
hanc persuasionem redire ad
hostes compulsus est / sed quia
iuraverat / illud sponte con
plevit. At illi excogitatis su
pliciis eum interemerunt / in
clausum quod angusto ligno ubi
stare cogeretur / clavis acutissimis
undique confixo / ut se in nulla
partem sine penis acerrimis
inclinaret / abscisis etiam aliis
ne dormiret occiderunt. Pone
rem / iste liber fuit et in mani
tate propria / nulla causa
hostibus et captus se reddidit ~~iter~~

iterato rursus / ut fidelitatem ser
varet quam promiserat iuramento /
se videlicet rediturum / si romanis
quantum captivorum persuadere non
posset / et tamen persuasisse posset /
et vitam suam salvasse noluit /
quia hoc contra rei publice
fore vidit / et sic tamen possit per du
as vias evasisse mentiri noluit /
quia nec tamen fide stare po
tuit. Secundo periurus est in modus
per falsitatem quo ad proximum /
decipit enim iudicem / et spo
liat iure suo bone fidei posse
ssorem / et ideo restituere tene
tur / qui vel de unoquoque in solidum /
si tamen unus solvit restitu
endo complete / alii de obligantur.
Legimus etiam Josue ix de dolo
gabaonitarum se simulantes
se a longe venisse / obtinuerunt
a filiis israel vite promissionem /
hanc autem promissionem po
stea servant non obstante dolo
gabaonitarum / responderunt enim quid
Josue et vicinant / ne contra nos
ira dei concitetur si peieraverimus.
Tertio periurus est periculosus per
iniquitatem quo ad se ipsum. Ille
enim qui sciens periurat / ma
num libro supponit / quia tangit
crucem / et illam dyabolo commendat
si nisi dicat verum. Unde illa ma
nus efficitur dyaboli possessio / et
manum dyaboli demonibus de se
signat / se tradit et operatur sem
piternam manum tenet eum
dyabolus donec peniteat in missa
si vero quo nititur quatuor scripta sunt /
consecratio corporis et sanguinis
christi / suffragia sanctorum / beati do
minorum / et dampnatio reprobatorum
Est ergo sensus iuramenti sui nisi
verus sit quod meo nitor verum
mio / alias me non iuvet mi
steriorum celebratio / nec sanctorum

depracos | sed prior oro futura btitu^e
bonorum | et veniat super me ma
ledictio reprobrorum | que ponitur
in t^e 29 · ite maledicti in ignem e=
ternum | qui paratus est dyao et an
gelis eius | super genua flecten
do abrenunciat omnibus bonis
gressibus quos pedibus fecit
nisi dicat verum | manum ad librum
ponendo abrenunciat omnibus
bonis operibus | sicut etiam ecclesias
si que fecit | osculando librum
abrenunciat omnibus bonis verbis
et oracionibus quas deo fecit =
Unde quod est 33 · Vir multum iu
rans replebitur iniquitate | et non
recedet de domo eius plaga | et
exodi 19^o non periurabis in noie
meo 20 ~~sequit~~ Cap^m xv. libri

Capitu 14 too ·1·68·

Tu autem deus noster sua
uis et verus es ·
paciens et in misericordia omnia dispo
nens | et enim si peccaverimus
tui sumus scientes magnitudi
nem tuam | et si non peccaverimus |
scimus quoniam apud te sumus
computati | nosse enim te consumata
iusticia est et scire iusticiam et
virtutem tuam | radix est immor
talitatis | Intencio est tamen in
isto capitulo quam in duobus prece
dentibus est ydolatriam destruere
sive | et verum dei cultum homi
nibus persuadere | sed autem in ~~isto~~ isto
capitulo per duas vias aggreditur · Na
primo commendat divinam bonitatem |
propter quam omnis creatura tor
debet servire ei | 2^o declarat ydo
lorum vilitatem | propter quam
omnis homo tenetur eam contem
pnere | 2^a pars ibi | non enim merito
rum circa primum primo ponit di
vinam commendacionem | 2^o subiungit
tante commendacionis declaracionem

2^a pars ibi | et enim si peccaverimus
commendabilia autem que dicit
de deo sunt quatuor | que ma
xime movent aliquem ad ser
viendum domino | tales con
diciones | utilitas scilicet suavitas ~~est~~
in commercio | domino enim avaro
et iracundo nullus libenter famu
latur | suavitas in permissione | quam
multa permittens et pauca per
solvens | raros habebit famulos
sibi devotos | paciencia in ex
pectacione | Dominus enim qui non
subito nec rigide procedit ad
sui vindictam | dat subditis con
fidenciam serviendi veniamque
post offensas | et misericordia in equali
disposicione | quia misericordia domini
famulos facit esse devotos 12
Quantum igitur ad ista quatuor
dicit sic | Tu autem deus no
ster · etc · est | suavis benefi
cia largiendo | verus promissa
adimplendo | paciens expec
tando delinquentes | etc. 9.
Altissimus est paciens redi
tor | et in misericordia disponens =
omnia | quia primus erit condi
gnum | et premias bonos super
meritum | Hec est ergo dei di
commendacio | 2^o subiungitur huius 24
magne commendacionis declaracio
Iustum enim est quod deo ser
viamus et eum honoremus
sive simus in statu culpe sive
in statu iusticie | quia si sumus
peccatores | sumus nichilominus
in sua potestate parcendi |
si sumus iusti sumus in sua
potestate suam et potestatem super
merita premiandi | et hoc est
quod dicit et enim si pecca
verimus tui sumus scientes ma
gnitudinem tuam · i · infinitatem

potencie tue in p(s)s magnus dominus
et laudabilis nimis, et magni
tudinis eius non est finis. Et
si non peccavimus scimus i. firmi
ssime credimus quod apud te
sumus computati i. innati et electi
ut in celis equaliter primos nos. Luce
10. Gaudete et exultate quoniam no
mina vestra scripta sunt in celis. Sed quia
posset aliquis querere quod illud
primum initium et quo ad illud pre
veniemus subdit. Nosse enim
te inde virtus et aptitudo consummata
iusticia est. Jo. 17. Hec est enim
eterna vita ut cognoscant te solum
verum deum, et quem misisti
Jesum Christum. Hec primum initium. Sed quo
ad illud attingimus subiungit.
Et scire i. ardere perfeccionem in
sticia et virtutem tuam i. pie
tatem tuam radix est i. primum
immortalitatis et beatitudinis sapien
cie q. d. qui habet formatam fi
dem tam(?) quod tu es vere
iustus et vere pius, ille habet ra
dicem beatitudinis. De hac ra
dice fidei christiane loquitur Au
gustinus super Jo. et dicit sic:
Sicut in radice arboris nulla
prorsus apparet species et tamen
quidquid est in arbore pulc
ritudinis vel decoris ex illa pro
cedit, sic ex fidei humilitate
quidquid meriti et beatitu
dinis anima suscepti(?) est ex fi
dei fundamento procedit. Un
de signanter dicit quod fides est ra
dix in nostro textu. Eccli. 1. Radix
sapiencie est timere dominum, rami
illius longevi. Et enim
qui apud te sumus computati
istud verum pat(et) d(e) electis
quorum numerus soli deo cognitus
est, sicut dicit Augustinus de
civitate 22 ubi non dum, quod

magni domini aliter possident modi
ca et vilia, et aliter possident precio
sa et utilia, vel res proprie pari licet
habeant non tamen adeo com
putantur, sed preciosa iocalia sub
sunt in sinu et diligenter compu
tantur. Sic homo est de deo qui deus
possidet sive sint peccatores sive
iusti et predestinati. Peccatores enim
subiecti sunt subditus suo, sed nullius
numeri sunt apud eum. Eccl. primo
Stultorum infinitus est numerus. Bo
ecius primo arismetrice loquens
de numero perdiminutum superfluum
et perfectum dicit sic: est inter hec
magna similitudo virtutum et vi
ciis perfectos enim raros invenis
numeros, quia superfluos et
diminutos multos et infini
tos. Perfectus enim numerus est qui ex
omnibus suis aquotis sit sup
tis resultat sicut sunt sex
et infra centum nulli non
sunt nisi quatuor tales numeri. Et quia
est malorum copia, non est deo
cura sicut numerentur. Iusti autem
possidentur sicut iocalia precio
sa. Prov. 13. Preciosior est vir auro
et homo mundo obrizo. Et bene
dicit viri, quia sic ordinabatur
in lege quod mulieres et parvuli
non numerabantur sed soli viri.
Ita apud deum nec effeminati
ad opera virtuosa. Nec corona vi
nentes preciosi iudicantur, sed
tantum viri i. virtuosi qui propter op
pressiones et ignominias pertule
runt de quibus Sap. 5 Tunc
stabunt iusti ~~nos insensati vi
tam illorum~~ in magna constancia
adversus eos qui se angustiaverunt. Et sicut
dicitur ibidem: Tunc dicent: Nos
insensati vitam illorum estimabamus insaniam
et finem illorum sine honore. Et quomodo ecce
computati sunt inter filios dei, et

ut. Stos sors illorum est/ prout g[ratia] cla
dite. Etiam quod aptum te summus
computati sitiet ex arte algorisi-
ca satis patet/ computationis
septe sunt species/ que in quibus versibus
continentur. Adde subtrahe du-
plare dimidiare. Quinta quedam
inde/ sexta quoque multiplicare/
radicem extrahere pars dicitur
esse. Deus autem in effectibus
grosis quos circa nos exercet suos
facit omnes istas species computatio-
nis exercet/ addit et subtrahit/ du-
plat et dimidiat/ multiplicat
et dividit/ et radices extrahit. Ad-
dit enim nobis peccantibus tem-
pus prius ut conteramur/ sicut de
rege Ezechia 4 Regum 20 cui dixit
Dominus/ addam diebus tuis
14 annos. Subtrahit quoque
malos et in perditores quietis
nre ut proficiamus/ quia prius 26
Ensorone subtracto invigilavit co-
quievit/ et ideo consulit/ per
apostolum 1 ad Cor. 3. Subtrahite vos
ab omni fratre ambulante inordi-
nate. Duplat nobis penalia in-
puti ut sufficiant/ qui dat nobis
virtutes tam naturales quam gra-
tuitas/ prius 31 omnes domesti-
ci eius vestiti duplicibus/ et 1
futuro duplicem stolam/ quia tam
in corpore quam in anima glorifi-
cati erimus/ ysa 61 in terra sua
duplicia possidebunt. Dimidiat
penas quas iuste meremur/ quia
longe citra condignum punit. Si
tamen aliqua pena posset esti-
mari pro mortali condignissimo
mathei 10. Dimidiam partem fruc-
tus ligni quod est porcionis mee
relinquo. Multiplicat in nobis
dona sua et beneficia/ orationes
nostras exaudiendo/ sicut pro propugna
cula dic in bo. te ex au me/ multi-

ma in virtutem. Dividit enim
quoque gratias datas gratis/ divi-
sionis diversas communicat/ ut eos
fideles in caritate sic in bitem vale-
ant supportare/ iuxta sententiam apostoli
1 Cor. 12 Divisiones graciarum
sunt/ idem autem spiritus divi-
dens singulis prout vult. Et
radices extrahet/ qui pravas co-
gitaciones a quibus omnia mala
oriuntur indicat. Deum dabit
prius 14 cogitaciones impiorum
eradicabuntur. Omnis quoque iusti
multiplicat computaciones/ non di-
est autem/ quod aliter computat
senescallus cum proposito. Aliter
usurarius de superfluo. Aliter
yconomus i. procurator domus
primus computat ad calumpnian-
dum. Secundus ad iniuste mo-
liendum. Tercius ad iuste re-
munerandum. Sicut aliter
computant nobiscum demones
aliter vani et arrogantes ho-
mines/ et aliter deus et angeli
beati nos expectantes. Demones
computant ad calumpnian-
dum tantummodo/ unde sicut fullo
auditor compoti/ qui calumpniari
ponit positum vel valuntur
illas expensas diligentissime
computat/ in quibus videtur eum
amplius neglexisse/ ita dyabolus
computat ~~notat~~ nobiscum tam
de peccatis nostris/ portat enim
contra nos tabulam peccatorum/
qui plus letantur in fontibus
peccatorum/ quam in floribus virtutum
de quibus dicitur Job 30 inter
huiusmodi letabantur/ et esse sub
fontibus delicias computabat
Et computant modo usu-
rariorum sic homines arrogan-
tes illi enim computant mo-
do usurarum/ solus usurarius vendit

tempus quia p solo lapsu temporis
plus percipit quam deberet et iste
modum computandi habent aque
persone que tamen sue iuventutis
tempora tribuerunt otiose sine
quacumque merito virtuoso ex solo
lapsu temporis et non defectu
honorem vendicant senectutis
similes antiquis ymaginibus
in quibus secundum opinionem
vel vetulas est numinis deitas
fuit. so annorum et tunc illud
vanum est illicitum quia non
tenendet merito vel virtutis
lapsu temporis et senectuti
Vide quid dicat scriptura sapie
4. Senectus enim venerabilis
est non diuturna neque numero annorum
computata canis autem sunt sensus
hominis et etas senectutis vita
in maculata et ideo iuvenes
qui virtutis honores in senec
tute vendicare ...is in tam
in iuventute non otiosis sed
studiosis in sistere laboribus et
meritis dum vires habetis in corpore
et vacuis ingenium possidetis
in mente iuxta consilium om
di de arte amandi 2o libro dum
vires animi qui sunt tollerate la
bores nam veniet tacito curva
senecta pede non que preterit
iterum revocabitur unda Nec
que preterit hora redire potest vtere
dum est etate cito pede labi
etas nec bona tam sequitur quam
bona prima fuit quamvis s
tiose vixeritis iuvenes non
poteritis iuste vendicare sene
ctutis honores sap. 3. Et si quidem
longe vite erunt in nichilum
computabuntur et sine honore
novissima senectus illorum et
quamvis honores ambire non
debeat Dz tamen decet se ho
noribus dignum facere sicut docet ...

q; ...; ... et alias contigit ... decitum
dies computant nobiscum deus
et angeli boni et etiam anime nos
expectantes modo quo ytono
mus sine procurator domus
computat de labore cum famulo
ad remunerandum sic computavit
ille procurator qui in sero reddi
dit singulis operarijs singulos
denarios mt 20 sic enim deus
nobis computat dies quibus merito
rie laboramus et actus etiam
meritorios et non solum deus ymo
tota illa tertius ... vita ut
~~ut~~ merito dicat quilibet nostrum
illud ~~to~~ thobie 4. Ego novi quod
pater meus et mater mea modo
dies computant ad iuste ... rem
unerandum ... punito vi
tam etiam etc ~~...~~ Lectio 169 Lectio 169

Non enim in errorem
induxit nos homi

num male artis excogitatio nec um
bra picture labor sine fructu
effigies sculpta per varios colores
cuius aspectus insensato dat con
cupiscentiam et diligit mor
tue ymaginis effigiem sine ania
Malorum amatores digni sunt
morte qui spem habent in talibus
et qui faciunt illos et qui di
ligunt et qui colunt Tantum
sit intentio salomonis in isto capitulo
sicut in duobus ~~precedentibus~~ pre
cedentibus ydolatriam penitus
exstirpare et cultum dei unius
hominibus persuadere procedit contra ydo
latriam omnes ydolatrarum fatuita
tem secundum 4or causas ydo
li primus vz materialem formalem
efficientem et finalem forma
namque ydoli vana est et inuti
lis et deceptoria que protendit ~~...~~
aliquid exterius ubi nichil est in
terius ... est corruptibilis de

de quo tamen actiua sive sit aurum
sive argentum sive lapis vel lig
num efficacius est deceptibilis quia
homo miser et peccatis involutus
presumit sibi facere deum finalis
est impossibilis quia illud quod
ipse nec vivit nec intelligit a ius
nullo modo auxilium potest prestare
Dividitur autem pars sequens
usque ad finem capituli vii in quatuor partes
primo ponit ydolorum inutili
tatem ex parte forme 2o ex parte in
et efficientis simul 3o ex parte effi
cientis ipsius 4o ex parte finis et effi
cientis coniunctim 2a pars ibi Sed
et figulus 3a ibi Sed et illi tu
ra 4a ibi Denominam omnia ydo
la ... primo duo facit quia primo
ostendit quomodo ydolatre per speciem ydoli
decipiuntur 2o quomodo ipse propter
hoc puniuntur ibi malorum a
matores Primo quo decidendo for
mam et pulchritudinem ydoli lo
quitur in persona volentium vivum
deum hoc est in persona iudeorum
qui tamen voluit vivum deum et
dicit sic Non enim in errorem
induxit nos hominum male artis
fabricandi ydola que dicitur ars
hominum quia ab hominibus non
a deo est inventa neque nam ex
cogitatio i. ars excogitata non in
duxit nos in errorem ydolatrandi
vel deserendi verum cultum dei nec
etiam umbra picture i. species ydo
lorum cito transitiva sicut umbra
umbra dico que est labor sine
fructu i. forma inutili labore
fabricata effigies sculpta per varios
colores cuius aspectus i. que for
ma dat insensato concupiscentiam
i. amorem reverentie et dilectio
nis ydolo tribuendo et talis
insensatus diligit mortue i.
non viventis ymaginis effigiem
sine anima sicut fecit pigma-

A excogitatio i. excogita to male arte illi

lion de quo 10 meth. narrat Ovi
dius Qui ibi malorum ama
tores subiungit qua pena digni
sunt et distinguit quatuor per
sonas quarum tres pertinent
ad cultores 4a ad factores ydo
lorum ad cultores pertinent
sperantes diligentes et colen
tes ad factores qui ea operantur
Omnes isti digni sunt morte
scilicet in fine penis sicut oves in in
ferno positi sunt mors depa
scet eos Labor sine fructu No
tandum est quod locus vite pre
sentis medius est inter celum et
infernum Medium autem sepe
conuenit naturam extremorum Ideo
medio est summa quies et nullus
labor Apoc 14 Amodo iam
dicit spiritus ut requiescant a la
boribus suis et in inferno est sum
mus labor et nulla quies in
quo laborabit in eternum et vi
net ad huc in finem Quo conue
niens est quod in loco medio
sit quedam commixtio laboris et
quietis tamen plus participare
debet de labore quia vicinior est
infernus quam celum Unde
sicut dicitur Iob 5 Homo na
scitur ad laborem et ideo necessa
ria est cautela aliqua qua fiet
tollerabilis labor iste Labor autem
iste fieri potest facilis tripliciter
primo per occupationum variatio
nem Secundo per collaborantium
consideracionem Tercio per
magne mercedis expectationem
Primum quo quod facilitat labores
bonorum virorum est occupatio
num variacio ut homo modo
studeat modo scribat modo
oret modo laboret Unde illud
metrum Nunc lege nunc ora
nunc cum fervore labora Sic
est hora brevis et labor ille

b

R

leus / et hoc est quod docet Augusti
nus libro suo de sancta virginitate
dicens inquit / omnibus pectorum
tuum tellus facit / nunc alimoniis me
dicibus / nunc ieiuniis precibus /
lectione opere perseverantia laborum /
indutie sunt quietis. Secundo facili
tat laborem nostrum collabora
2a tium consideratio / si enim considera
mus ipsum dicentem per prophetam /
pauper sum ego et in laboribus
a iuventute mea / Apostolus dicen
tes i cor. 4 usque in hanc ho
ram esurimus et sitimus / et
nudi sumus / et laboramus ma
nibus nostris non solum viros /
sed etiam mulieres philippenses 4
adiuva illas que mecum la
boraverunt / facile est nobis la
borare in operibus minorum. Unde
Gregorius v libro moralium: Cum deside
ramus in labore persistere / quia
sublevatio laboris est visio
collaborantis / Iacobus secundo: Accipi
te fratres laboris et patientie
prophetas / qui locuti sunt in nomine
domini / Unde subdit ibidem
Gregorius / Sicut enim in itine
re comes minuitur via quidem
non contrahitur / sed tamen de
societate comitis labor itineris
3o t levigatur. Tertio laborem faci
litat sanctorum in premio magne
mercedis expectatio / Sicut agricole
tis currentibus ~~currentibus~~
ponit brachium in fine sta
dispensationis recolit in yeme
futuros fructus autumpni / et
operarius quantitatem sui stipe
dii contemplatur. Delectat me
de mea futura et labor presenti
Primus dicit Iohannes in quadam epistola nul
lus laboris nullum tempus
videri longum debet / quo gloria
eternitatis acquiritur. Sapientie 3 Bo
norum laborum gloriosus est
fructus / et sap. 10 Reddet

iustis mercedem laborum suorum etc. Primo
est nondum / quod distinguere
possumus de labore multiplici ho
minum in presenti est enim labor
delinquentium atque peccatorum / labor
penitentium atque contritorum /
labor studentium atque scolasti
corum / labor presidentium atque ~~atque~~
aliorum prelatorum / Primo quod est
labor delinquentium atque
peccatorum / Via enim peccatorum est multo
magis laboriosa quam via iustorum /
famulus quanto pluribus habet
servire tanto in maiori labore /
peccator vult servire mundo diabolo
et carni sue / et ideo necesse habet
multiplicare laborare. Ieremie nono
Docuerunt linguam suam lo
qui mendacium / ut inique age
rent laboraverunt / et multo so
licitius laborant homines circa mun
dana et transitoria quam circa eterna /
et magis circa voluptates quam
circa virtutes / Unde Leo papa in quo
dam sermone de ieiunio septi
mi ~~partis~~ mensis / Libentius
suscipitur labor pro desiderio
voluptatis quam pro amore virtu
tis / et Gregorius super Ezechielem / quibus
dam pravis mentibus
nichil est laboriosius / quam si eos
precipiat ut in aliquibus mundi acti
bus non laborent / De inquieti
vano et varie laborantibus sic
loquitur Augustinus libro suo de simi
litudinibus / molentium i. in hac vita
laborantium / tria sunt laborum
genera / Hec autem velut tres sunt
homines / a mane usque ad vesperam
molentes / Horum itaque
primus quidquid molit in sac
cum suscipit et abscondit. Alter
vero partem capit / partem in flumine
~~neglig~~ negligenter cadere sinit / parte
vero alienis capi permittit /

Primus autem quicquid molit(ur) impe-
tus fluminis secum tollit vel vento
dissolvitur. Veniente vespere cum a la-
bore cessatur, et fructus laboris
inquiritur, quid putas singulos
sentire? qui farinam totam ser-
vavit, totum laborem suum
bene recognovit; qui vero partem
collegit, inde letatus est quod
servavit, inde ~~dextrus~~ mestus quod
vento vel flumine amisit; qui
vero totum amisit, eo tristior
fuit. Flumine profecto seculi cursus
accipitur, vento vero gloria designa-
tur inanis. Molendinum quod tota
die molit, presens labor est huius
seculi, qui a mane usque ad vesperam
nunquam finitur. Mane nobis cepit
cum nati sumus, vespera vero erit
cum pro mortis debitum huic tri-
buimus. Tempus itaque presens dies
est in quo laborare debemus antequam
vespera veniamus. Et sicut mola
circumducta ad eundem semper locum
revertitur, sic labor iste singulis
annis more solito reiteratur;
modo namque aratur, seminatur,
metitur, panificatur, pistatur,
comeditur, quod eidem redditur.
In vespera igitur cum dicetur: voca
operarios et redde illis mercedem,
letabuntur iusti tota servata fa-
rina id est vita sua. Alii vero qui
non eam totam servaverunt,
in hoc mesti erunt, leti tamen
quia opere laboris sui donum
recognoverunt. Unde alii qui
omne tempus suum in vanitate
ponunt, et quod faciunt non ab
humana laude abscondunt, qui
omne studium vite sue in decur-
sum fluminis perimunt, farinam
quam suam vento committunt, sed
et in fine vite eius carebunt.
Ve illis, sicut dicitur, isti fatue labo-
rantes dicere poterunt illud Luc. 5: per to-
tam noctem laborantes nichil
cepimus, id est prerum; secundum
illud Joh. primo: sine ipso factum
est nichil. Secundus labor
impositus est penitentium et con-
tritorum. Narrat Helinandus sacre li-
bro 12 ca. 91 quod Tyrus rex
Persarum volens animos suorum
excitare ad bellum contra me-
dos, tali usus est cautela: duxit
enim exercitum ad quandam
silvam, ubi populum tota die
in laboribus maximis occupa-
vit in silva illa succidenda. Sed
in crastino iussit epulas lautissi-
mas parari et exercitum cum gau-
dio et tripudio convivari, et tum
ens per turbas interrogavit quis
illorum dierum duorum magis
eis placeret, et responderunt
quod dies secundus plus placuit
eis quam primus. Quibus ille
subiunxit: sicut per laborem hes-
ternum ad hodiernum pervenistis
convivium, sic felices utique esse
non poteritis, nisi prius medos
viceritis. Sic etiam morari si
peccatorum nostrorum remissionem
et vitam eternam etiam in-
gredi volumus, necesse habemus
prius laborem premere et humilitatem
subire. Unde Ps.: Hic petit:
vide humilitatem meam et laborem meum
et dimitte universa delicta mea; et tamquam
~~fuit~~ fuit finis labor [illegible]
[illegible]. Alibi ubi dicit: labora-
vi in gemitu meo [illegible] per singulas noctes.
Tertius labor impositus est la- 3a
bor studentium et scolasticorum
[illegible] labore. Sic loquitur
Seneca: non est, inquit, vir
timens laborem; generosos animos
labor nutrit, [illegible] inquit [illegible]

c

Super

In crastino

ut pane

R

in necessitatem qui eam vult habere oportet quod laboret. Apostolus non suscepit ipsam ingeniosissimam sed effectus est sic somnus. Cum in studiis scripturarum et circa Hebreorum discendum usque ad fatigationem laboraret, se ipsum per illud poeticum confortare solebat: labor improbus omnia vincit. Iste labor est in studendo, loquendo, et scribendo, ut pote ceteris possit prodesse. Eccl. 24. Videte quam non solum michi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem. Et circa in orando exemplo Salomonis dicentis: Da michi domine sedium tuarum assistricem sapientiam, ut mecum sit et mecum laboret etc. Quartus labor est presidentium et aliorum prelatorum, quorum est laborare doctrina et exemplo bone vite iuxta illud 1 Thi. 5: qui bene presunt presbiteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina etc. l. 110

Sed et figulus mollem terram premens laboriose fingit ad usus nostros unumquodque vas, et de eodem luto fingit que munda sunt in usum vasa, et similiter que his sunt contraria. Horum autem vasorum quis sit usus iudex est figulus. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto, et ille qui paulo ante de terra factus fuerat, post pusillum ducit se unde acceptus est, repetitus anime debitum quam habebat etc. Postquam reprobata est ydolatrarum fatuitas et malicia tum ex parte speciei sive artis pulchritudinis ydolorum, hic auctor eos reprobat ex causa

tam efficiente quam materiali eodem coniunctim, et quamvis que cumque materia sit incepta et inconveniens ad ostendendum partis dei, et omnis artifex impotens et insufficiens ad producendum deum, maxime tamen evidenter ydolatrarum fatuitas ostenditur, in hoc quod credunt unum figulum qui est deceptus artifex de vilissimo elemento quod est terra posse formare deum perfectum. Vident figulum de eodem luto formare vasa honesta et inhonesta quantum ad usum secundum iudicium suum et de eodem luto fabricare unum ydolum, quantum attinet ad materiam nulla nobilitas maior est in ydolo quam sit in olla vilissima facta de luto. Et hec ratio ponitur in prima parte lectionis plane, et sumitur huiusmodi apte. Secundo est talis: colentes ydolum in materia lutea sive terrestri sciunt ipsum per figulum factum de terra, et post modicum redigendum in terram. Ergo cum non possit dare terre deo qua fuit essentia vitam immortalem, vel dimat multo minus potest dare vitam terre, cum quam operatur arte sua. Et hoc est quod dicit: et cum labore vano deum fingit, id est ydolum pro deo colendo, de eodem luto ex quo prius fecit vasa honesta et inhonesta quantum ad usum. Ille qui paulo ante de terra factus fuerat. Eccl. 12. Donec deterat omnis homo. Et post pusillum ducit se, scilicet ducatur, in luto pectorum suorum unde acceptus est in terram. Eccl. extrema que de terra sunt in terram revertentur, vel ducit se secundum alios

libus | ille etiam non solum sit dimi-
nutivus sed repetitus erit debi-
tum anime quam habebat hec
littera exponitur dupliciter primo modo
anime debitum dicitur ipsa mors |
quam omnis homo debet post
peccatum primi parentis Gen. 2o
in quacumque hora comederis ex
eo morte morieris id est necessitati
moriendi eris addictus tu et
tota posteritas tua | Alio modo
est construccio intransitiva | re-
petitus anime debitum id est debi-
tum quod est anima ipsa Luc.
12. Stulte hac nocte animam
tuam repetent a te | et est hic
grammatica modo non usitata | ut
hoc participium passive significans
repetitus regat hic accusativum debitum |
et dicunt quidam quod hoc
ideo est | quod sunt activum re-
git 2m accusativum | sicut hoc verbum do-
ceo Unde bene dicitur repetitus

duplex

debitum | sicut iste doctus grama-
ticam | Repetitus anime debitum

nota 6

Notandum est quod homo bene
considerans statum suum di-
versimode debitor est multorum |
cum est debitor videlicet Superioris
inferioris et equalis | Deus est
superior | caro est inferior Ro. 13
Reddite omnibus debita | pro-
ximus equalis | Deo autem de-
bitores sumus | sicut dicit quidam
doctor racione delicti | racione bene-
ficii | et racione depositi | primo
quidem racione delicti omnes
enim contra eum deliquimus |
et ideo omnes ei poenas emen-
dam debemus | complevimus hoc (?)
1 Reg. 6. Dan est Philisteis qui ex
archam domini detinuit iniuste |
et ideo diversimode afflicti sunt |
que debetis reddite pro peccato et
tunc curabimini | illud debitum

est pena | qua multi male solvunt
et quidam nunquam male solvunt
qui suam penam in senectute
differunt | nunquam solvunt qui
sine pena et culpa decedunt |
Racione huius debiti quod est pe-
nitencia peccatis | et ipsa peccata de-
bita nuncupantur Mt. 6 Dimitte
nobis debita nostra | sicut et
nos dimittimus etc. 2o sumus
deo debitores racione beneficii Re-
cepimus enim a deo bona gra-
tuite et fortune (?) pro quibus utique
merito ei servire debemus Luc.
17 Cum omnia bene feceritis
dicite servi inutiles sumus quod
facere debuimus fecimus 3o su-
mus debitores deo racione de-
positi Hec enim bona omnia que
nobis videntur esse collata de-
posita sunt magis quam data |
videlicet redditum sumus de omnibus racionem
Luc. 6 Mitte eum in carcerem
donec reddat universum debi-
tum | 2o sumus proximis debito-
res caritatis non ut secundum
eam vivamus sed ut ipsam proximis
subiciamus | 3o vero debitores
sumus non carni ut secundum car-
nem vivamus. Si enim secundum car-
nem vixeritis moriemini si autem
spiritu facta carnis mortificaveritis vi-
vetis | Carni enim debemus
tria scilicet sustentationem casti-
gationem excitationem Susten-
tari enim debet ne deficiat
castigari ne insolescat unde
Gregorius omelia prima 2e partis
super Ezech. In hoc mundo car-
nis nostre temptationibus na-
scimur et caro nobis aliquando ad-
iutrix est in bono opere ali-
quando seductrix in malo
Si fovemus plus quam

debemus hostem intimum/ et sine
cessitate eius que debemus non
reddimus tunc necamus/ Sacia
da itaque est caro/ sed ad hoc usque
ut in bono opere nos sustine
at/ vel nobis sufficiat/ nam-
quis ei tantum tribuit ut super
biat saciare penitus ignorat
hec ille/ De eodem Seneca ep. 99.
fateor insitam nobis corporis
nostri caritatem/ fateor nos huius
gerere tutelam/ non nego indul
gendum illi/ serviendum nego/ sic
gerere nos debemus tamquam (vacat)
propter corpus vivere debeamus/
sed tamquam non possimus
sine/ sine cor... etc/ ... sic dicit
ibidem vir honestum in quod ei
vile est cui corpus nimis ca
rum est/ Caro quoque sustentari debet
non impinguari/ ne contra spiritum
fiat hostis/ unde id metricum
Si bene sum pasta dicit caro
non ero casta/ item quidam
alius dicit sic Ista caro caro
rem consona caro/ Dum tibi
multa paro fercula littera-
rio/ 2o debemus carni casti
gacionem per abstinencias vigilias
et afflictiones racionales/ I cor. 9
Castigo corpus meum et in
servitutem redigo/ ne forte cum
aliis predicaverim ipse reprobus
efficiar/ est enim caro sicut
equus lascivus propter nimiam
prebendam/ qui dominum suum proicit
in lutum in via/ Greg. super illud
Job versa est in luctum cythara
mea dicit sic Si corda
in cythara tenditur minimum
tinnit/ frangitur/ dimicans ...
durat probatur/ si minus ten
ditur/ Tanto quisque sibimet
debet moderamine presse/ ut
ad culpam non superbiat/ et tamen
caro

ad officium rectitudinis in opere
subsistat/ 3o debemus carni
occultacionem non omnium revelati
onem/ De ista loquitur Seneca ep.
8. s. ... quos ... in pacium
dies accipit/ partem noctium studiis
vendico/ non vaco sompno sed
succumbo/ et oculos vigilia fa
tigatos cadentesque in opere deti
neo/ Ieronimus in quadam sermone
Semper aliquid operis facito/ ut te
dyabolus inveniat occupatum/
Non enim facile capitur a dyabolo
qui bono operi vacat/ Tercio proxi
mis debitores ... sumus/ cui
debemus dilectionem/ in sinceritate/
et supplicacionem dilectionis debemus
omnibus iuxta illud Ro. xiii Nemini
quicquam debeatis nisi ut invi
cem diligatis/ et I Ioh. iiiio Si
deus dilexit nos et nos debemus
alterutrum diligere/ Tullius de ami
cicia et virtutis omnesque prestantiae
et maximus fructus ingenii
capit/ tam dilectio in proximum
quemquam confertur/ Item Greg.
in quadam omelia/ Habens intel-
lectum curet omnino ne taceat/
habens rerum affluenciam a-
mia non torpescat/ habens arte
qua regitur/ usus illius cum proximo
participatur/ habens loquendi
locum/ apud divitem pro paupe
re intercedat/ talenti enim nomine
cuique reputabitur eciam minimum
quod accepit/ De ista dilectione
dicit petrus Ravenn. in quadam
epistola/ Cum humane condicionis
status multiplici motu varietur/
nichil in temporalibus invenio per
petuum/ quod vite celestis ymagine
reputet/ sola dilectio est quam
non alterat talis eventus/ quam
separacio corporalis non dividit/
quam temporis longitudo non
abolet/ que defectu non succumbit/

non — g — e — dimis — al. casus casualis

sola dilectio est p(ro)q(ua)m amicos ab
sentes videmus / alloquimur am
plexamur / et sic quadam angelica
agilitate et ymaginario comea
tu t(ra)nsvolat et recurrit ut nichil
de dampno corporeo violat di-
stancie localis in mia co(n)queri
mur. Secundo debemus pro
ximus in (con)stanciam Ro. 1° Grecis
et barbaris sapientibus et insi
pientibus debi(t)or sum. Tercio de
bemus proximus supportacionem /
cuius exemplum q(uonia)m decer-
nis habemus / qui s(ecundu)m Ambro(sium)
et ysidorum li(bro) xiij° cap° 1° cu(m)
sti(m)ula vel mala t(ra)nsvadunt / ca
pita clunibus precedentium su-
ponunt / sic q(uod) sibi invicem sa
mulantes nullum ponderis la
borem sentiunt / Consimilimo(do)
i(n) om(n)i congregacione et statu / qui
p(er)fectiores et forciores sunt /
inferiorum defectus et imbecilli-
tates sustinere debent. Ro. xv°
Debemus ~~et~~ nos firmiores in-
becillitates infirmorum sustine(re)
~~et sequitur alia~~ l. ixi

Sed est illi cura non
quia laboraturus
est neque quoniam brevis illi vita
est / sed concertat aurifi(ci)bus et ar
gentariis / sed et erarios imitat(ur)
et gloriam p(ro)fert / quoniam res
supervacuas fingit / cinis est enim
cor eius / et terra supervacua spes
illius / et luto vilior vita illius /
quoniam ignoravit qui se fin(x)it
et qui inspiravit illi animam /
et amat que operatus est et qui
insufflavit ei spiritum vitalem /
Postquam est necessitas repro
bata ydola fabricantium / p(ro)pter
materialis et formalis. In ista
p(ar)te reprobat eorundem vanitate(m)
p(ro)pter ... efficientis / et hoc i(n) m(odo)

vili sicut de luto. Nam quanto m(ateria)
ydoli est vilior / tanto magis sunt
derisibiles ydola fabricantes de
~~re vili~~ et ydola talia adorantes / unde
ubi ~~prius~~ sanctus deridet p(ro)p(te)r
figulos / ydola generaliter fabri
cantes de m(ateri)a fictili / et circa hoc
duo facit. Nam primo eos abte
nitupat / 2° eos fabricatoribus
ydolorum / primo tales operites
~~arguit deinde~~ aliis comparat ibi /
Sic enim sanctus super se omnes
Circa primum duo facit. Nam p° tales opifices
~~eos~~ arguit de negligencia bone con
sideracionis q(ua)ntum ad laborem
sumptum et temporalem fragilitate(m) /
Secundo eos redarguit de be
hemencia sue opinionis / circa vite
humane bonitatem 2a pars ibi
sed estimaverunt ~~circa~~ circa primum
hoc facit. Nam primo arguit ta
les de negligencia / 2° de vana gloria
3° de spe supervacua / 4° de iniquo
tunica minus fatua / Neglige(n)
tes enim sunt in eo quod non
curat de suo laboris quantita
te nec de sue vite brevitate / et q(ua)ntum
ad hoc dicit sic. Sed est cura
illi / non quia laboraturus est /
nec quoniam brevis illi vita
est / s(ed) tantum negligenciam pati
untur omnes mundi / qui contime(n)
cia divicias et honores labo-
rant / et vite sue brevitatem
non considerant. Sed cortat
2° de vana gloria figuli / qui
certat enim nobilibus artifici
bus / ut operetur ita subtiliter in
luto / sicut alii in metallo / sed
et erarios similiter illos qui operantur
in ere / vel in quocumque meta
llo imitatur / et gloriam p(ro)fert
i. in subtilitate iactat querens glo
riam / p(ro) fecundo opere suum
operibus artificum aliorum / et in
subtilitate p(ro)fert / quoniam res sup(ervacuas)

nacua tenebras fingit supna
cua i. vitalis reprobata eorum ne
gligencia et vana gloria reppro
bauit tres eorum spes supnal de
ydolorum cultura que
quidem cultura reprobanda est
tum mala cogitatione affectione
et tota conuersatione Quantum ad co
gitationem dicit sciendus est cor
eius hoc est cogitatio cordis
illius qui adorat vile ydolum
est cinis i. tam cinerem sicut tam
obiectum suum factus enim
specificantur et denominantur frequenter
ab obiectis sicut dicitur cogitatio
cupidi est aurum et terra sup
nacua spes illius i. conuersatio
adorantis ydolum deluto est
vilior ipso luto quod adorat et
cui se subdit Simon in omne qui
vento elevatur designat supra
vite que est concupiscentia oculorum
infimo concupiscentia carnis et
quo reprobat eos de ignorancia
ipsi quam incidunt in tot erro
res unde subdit qui ignorauit
eum qui se finxit s. deum de
quo in ps Qui finxit sigillatim
corda eorum et qui inspirauit
illi animam qui 2o inspirauit
insaciens cuius spiraculum vite
et amat que operatus est scilicet fi
gulus ydola sua et non illu
s qui insufflauit ei spiritum vita
lem h. deum qui illum igno
rat meliores autem ignorantium
est amatum Breuis est vita
illius Inter omnia que considerare
debemus admirando sic vinonde
maxime nobis confert ponderare
re diligenter mutabilis
biles qualitates unde Augustinus
libro suo de amore dicit sic
cogitemus quam breuis sit
vita nostra quam incerta sit mors
nostra cogitemus quam sit

lugentes hanc vitam in tranquillitate
tum labore vinimus et cum gemi
tu exitum sumus cogitemus eciam
quantis amaritudinibus iuxtum sit
siquid est dulce et si quid eciam
diu in hac vita in ea occurrit sub
ficio nobis alludit quam fallax
qua suspectum quam instabile
quam fugitiuum sit quidquid
amor mundi pollicetur quidquid
spes et pulchritudo temporum vel
corporis promittit et postea
cumulat multa mala huius vite
puta quo in peccato fuimus i.
tramus et peccata peccatis accu-
mulamus tandem subdit
quis omnia mala huius vite enu
meraret possunt enim permittamus
illa mala que omnes homines
opprimunt quantum putamus
secreta singulorum pericula quorum
quisque sibi conscius sunt Si quis
enim cogitare voluerit que ab ineunte
etate fecerit que sustinuerit ponat
quod ante oculos tempora preterita
et dies vite sue consideret diligenter
que et quot et quantos labores
durant pertulit quociens ad huius vite
amores et frustra desiderauit quo-
ciens in laboriosis conatibus fa
tigatus exitus in ventum profecto
sciret quid desiderat vita indicet
unde Salomon qui addit scienciam
addit et dolorem et cum quanto
homo seipsum plus intelligit
tanto plus suspirat et gemit
hec Augustinus igitur vita ista
habet durationis breuitatem
nota illud Job 13 homo natus
de muliere breui viuens tempore
et cum sit breues dies hominis et
et quamuis hoc sit verum de omni
homine magis tamen apparet illa bre
uitas in magnis personis sicut
sunt pontifices et reges homini

Afflictionis acerbitatem
et terminationis ambi
guitatem Tercio
Primo durationis bre
uitatem iuxta id

.·. regni

cui etiam aim acribus conpetunt
cum dicitur Anno regis talis vel
pontificis nostri anno primo tali
vel Unde est ratio omnibus potentatus
brevis vita et forte ad litteram ma
ximum regimen corporis et excessus
delectorum seu deliciarum in cibis
et potibus et voluptatibus huius vite
aliquando pertinent ad eorum brevitatem quia
est 3a· In multis est causa infir
mitas et iam post propter cra
pulam multi pierunt dicitur
tat macrobius 2o saturnalis Utrum

.·. Q.

difficilioris digestionis sit cibus
simplex et uniformis vel multi-
plex et difformis et respondetur ad istam
questionem Teysarius physicus et probat
quattuor rationibus quarum tres sunt

p cibus spl^x et uniformis est digestionis facilioris et p quod sanior

exempla pro dictis Primo enim
videmus quod pecudes que sim-
plici alimento vescuntur semper
sana sunt et si nunc pecudes ali-
que infirmant ille potissime in-
firmantur que homini voluptas
per varietatem ciborum nititur saginare
Secunda ratio est quia simplex
cibus facilius digeritur quam vari-
us sicut omnis medicus simplici
cibo reficiat infirmum tamquam
cuius natura debilis facilius sim-
plicem cibum in sui naturam
convertat Tertia ratio est quia sicut
cuius nocet varietas vini quia
idem vinum in equali quantitate
sumptum ita varietas ciborum in
aliqua quantitate plus resistit na-
ture quam unus cibus in consimili
quantitate Quarta ratio est quia
qui simplicem cibum sumit si
postea infirmetur facilius cau-
sam infirmitatis sue cognoscit et per
quod potest faciliter sibi cavere vel
a tali cibo totaliter abstinendo
vel minuendo quantitatem quia
si multis et variis utetur tunc

necessarium est de multis possit im-
putare Igitur secundum predicta salubrior
est consuetudo qua multi utuntur Quinta
ratio est talis diversorum ciborum
receptorum in stomacho diversa
est natura et ratio agente na-
turaliter uniformiter ex parte sui quedam
citius digeruntur alii manen-
tibus adhuc crudis illud autem
quod prius in ista stomachum ma-
nens commititur dum expectat
ibidem illud quod est postea
digerendum corrumpitur etiam
accedit sicut in crudelitatibus satis
patet Igitur quando cibus est cibus
uniformis et idem uniformi-
ter digeritur et vitatur talis pu-
trefactio humoris in stomacho
Unde relinquitur secundum eum
quod cibus simplex salubrioris
est digestionis quam cibus
multiplex Hec ille Quia igitur po-
tentes et divites multiplices fer-
culis et variis vescuntur ci-
borum generibus frequentius
infirmantur et citius moriuntur
et ideo omnibus potentatibus bre-
vis vita quia in multis est
non decet infirmitas Est 3a·
Qui abstinens est adiciet
vitam Sicut concordat Seneca
epistula a multis inquid mor-
bos multa fercula fecerunt Ista
tamen brevitas vite non
est contra nos sed pro nobis
si bene consideremus quia
sicut dicit Ambrosius in
sermone de quadragesima Ideo brevem
illam deus fecit ut mole-
stie eius quia prosperitate per-
petuitate vinci non poterat
temporis exigui tempore finirentur
Sapientie 2o Exiguum et cum
tedio est tempus vite nostre

Questio utrum difficilioris digestionis
sit cibus simplex et uniformis vel multi-
plex et difformis

¶ Habet 2º vita p̄ntis afflictionis acerbi
tatem / sicut patet in auc͠te Aug͠m
de oratione superius allegata / et gg͠
q̄ mor͠. Si subtilit' consideretur / quo=
modo hic agitur / pena et miseria est /
tamen hoc ipsum quod vita nostra ca
ducis repletur miseriis / misericor
diter disposita. Unde idem gg͠
33 mor͠. Secreto dei consilio=
agitur / ut huius peregrinationis tpe ⁞ via
dictorum vita turbetur in via / q̄m p
pe est vita p̄ntis / qua ad patriam
tendimus / et proco hic occulto dei
iudicio frequenti perturbatione
conterimur / ne viam propria di
ligamus. Istud satis considera=
vit salomon / qui in omnibus q̄
fuerunt sub sole vanitatem
vidit et afflictionem spiritus / et
io dixit Ecc͠ 2º. Tedebit me vite
mee / videntem mala universa
esse sub sole / et cuncta vanitatem
et afflictionem spiritus. Docent / Do
cet Ar̄s de p̄blem͠ particula
2ª p̄blem͠te 3º. Cur aqua dulce
tanta mollem rerum non susti
net / quantam aqua salsa eiusdem
quantitatis. Causa est / quia aq
salsa est corpulentior et den
sior / quam aqua dulcis. Unde
si ovum ponatur in aqua salsa=
super natat / sed in aqua dulci
submergitur / et aliqui ignorantes
hanc diversitatem / penes pondus
et grauitates in aquis / onerati
primitus in mari / dampnificati
sunt in fluminibus / sicut dicitur
in textu. Et ideo securius contin
git navigare in mari quam
in fluminibus. Moraliter aqua ma
ris est vita p̄ntis tribulationis /
que est salsa et amarissima=
mis est p bone honesta vir
tutibus et graciis. Iob 21. Facta

est quasi navis institoris de longe
portans panem suum. Ista g͠ bona
persona / multo securius navigat=
in amaritudine seculi et adversi
tatis / quam in prosperitate et de
liciis / ut dicat illud Ysa. 38. Dne
si sic vivitur et in talibus vita spi
ritus mei et in pace amaritudo mea / hec
est in pace constituta / amaritudo=
mea amarissima. Tota vero penite=
ciam absolvitur. Quesivit etiam=
Ar̄s in p̄blem͠te 9º particula 22ª
quare post comestionem eorum que
sunt / stiptica et pontica vel=
austera / que non multum ad in
vicem differunt / sicut quercus /
vinum et aqua et vir omnis potus
videtur dulcior. Causa est duplex / Una
quia contrarium magis apparet iuxta
suum contrarium / alia quia p̄talia
aperiuntur pori lingue et organorum
gustus / et sic potus melius penetrat
trat et dilatatus adheret eis. Isto
modo morali / vinum penitencie sb
tunditatis / melius sapiet anime /
postquam amara vite p̄ntis de
gustavit / sicut ex contrario delecta
bilis / sit lux magis accepta. Iob
3. Lux et vita his qui in amari
tudine anime sunt. 3º est vita
p̄ntis tribulationis ambiguitate
Ecc͠s 9. Stulti atque sapientes / et
opera eorum in manu dei / nescit
homo finem suum / sed omnia
in futurum servantur incerta / et io
docet Seneca / quod virtuosus debet
in opinione et mortis contemptu
mori / antequam finiat vitam=
suam / et consummare vitam an
mortem / sicut dicit Seneca ep͠
22. libro 2º. Pulchrum est consummare
vitam ante mortem / et expec=
tare securum reliquam sui tem=
poris p̄tem / tales erant quibus=
aps loquebatur Col. 3. Mortui

lco 142

enim estis et vita vestra abscondita est cum xpo in deo l. 142.

Sed et estimaverunt lusum esse vitam nostram et conversacionem vite compositam ad lucrum et oportere undique etiam ex malo acquirere. Scit enim quia se super omnes delinquere qui ex terre materia fragilia vasa et sculptilia fingit. Omnes enim insipientes et etiam infelices supra modum anime superbi sunt inimici populi tui et imperantes illi. Postquam s. s. redarguit ydolatras de negligencia bone consideracionis. Ita propter corporis fragilitatem in parte ista redarguit eos propter falsam opinionem circa vite humane moralem bonitatem. Est autem opinio reproborum de conversacione humana, quod tota hominis conversacio ordinari debeat ad duo, scilicet ad delectaciones sive delicias et ad possessiones sive divicias. Et hoc est quod dicit. Sed et estimaverunt lusum esse vitam nostram, lusum vel ludum vel luxum, hoc est delectacionem et voluptatem estimaverunt esse finem et perfectionem vite humane. Et homo ita nichil aliud sollicitari debeat nisi quod fruatur deliciis et voluptatibus corporis. Et cum hoc habundet diviciis. Unde subdit. Quod estimaverunt conversacionem vite humane esse compositam, id est ordinatam ad lucrum diviciarum. Et ideo oportet undique, sive iuste sive iniuste, etiam ex malo acquirere. Et ideo tales ministri figuli student fabricare ydola cariosa ut possent ea carius vendere ydolatris. Quare comparat figulum ydola facientem ad alios artifices ydolorum de nobiliori materia. Et ita hoc duo facit. Primo vituperat eum sicut precellentem facientem et singularem. Secundo vituperat omnes ydolatras generaliter ibi Omnes enim insipientes. Dicit quod de figulo deos fictiles faciente scit, scit enim quia se super omnes delinquere qui ex terre materia, id est ex materia fictili, fictilia vasa et sculptilia fingit, quia expresse videt et palpat quod non plus sunt honoranda sculptilia quam vasa fragilia. Sed non solum iste, sed etiam generaliter omnes ydolatre sunt insipientes, infelices superbi, bonorum inimici et exprobratores populi dei. Unde subdit. Omnes enim insipientes quantum ad cognicionem et infelices quantum ad affectionem, supra modum, id est ultra mensuram, anime sue propter vanitatem superbi sunt et inimici etiam sunt populi dei et bonis viris opere persequendo et imperantes illi, deridendo et diffamando. Estimaverunt lusum esse vitam nostram. Secundum aliquos recitat opinionem quorundam et reprobat, qui posuerunt humanam felicitatem in operacionibus ludi consistere. Et hec eadem opinio a philosopho sancto reprobatur in primo libro ethicorum. Ponit quod decimo reprobat eos. Ponit quod ratione ponendum felicitatem humanam in ludis. Et est ista ratio. Illud quo divites et potentes maxime indigent et in quo maxime delectantur, videtur potissime ad felicitatem pertinere, sed divites

Cl'''/14

et potentes maxime querunt de
lectaciones ludi / unde p^o tamen
ment ludentes / sunt eis tac
et preciose / g^o dr quod in talibus
consistat felicitas / 2^o ars les
istam racionem euacuat propter
duo / primo quia non est suffi
ciens signum / quod felicitas con
sistat in ludo / propter quod pote
tes in ludis maxime delectantur
Nam in talibus hominibus ni
chil est singulare / quod non
sit in aliis hominibus / nisi po
tencie vel divicie / sed nec po
nec divicie faciunt operaciones ce
teras virtuosas / g^o non sequitur
quod ideo sit aliquid virtuo=
sum / quod a divitibus et pote
tibus maior patet / po et divicie
non conferunt homini virtutes
morales nec intellectuales / que
sunt principia virtuosarum opera
cionum / Secundo quia illi quibus
non sapiunt delectaciones spirituales /
que sunt in operacio virtutum mo
ralium et intellectualium confugiunt ad
delectaciones corporales / non tamen
propter hoc sequitur quod ille sint=
simpliciter eligibiles / et propter se / sicut
nec sequitur quod pueri qui ca=
rent intellectu et virtute / iudicant
aliqua esse preciosa ~~et magis~~ et ma
gis ponderosa / igitur tunc tali modo
sicut pueris et viris perfectis
alia et alia preciosa videntur / ita pra=
vis et virtuosis alia et alia pre
ciosa videntur / illud autem sim=
pliciter est preciosum et laudabile / quod
a virtuoso laudabile iudicatur / tunc=
g^o potentes ex potencia sua virtu=
tem non habeat et honorem / patet=
quod non sequitur quia potentes
in ludis maxime delectantur / g^o fe
licitas consistit in ludis / Tercio

Ars^p arguit contra istam racionem / quia^{t}
primo sic / Cum ergo felicitas sit
finis humane vite / sic in opera
cionibus ludi non consistit
felicitas / Si ludus foret finis
vite humane / sequitur quod ho
studeret negociaret laboraret
et militaret / propter ludum qui
est puerile / sed ergo secundum sentenciam
anatarsis / bene se habet dice
re quod aliquis ludat ad horam
ut postea diligencius studeat /
quia requies est / propter operacionem /
non operacio propter requiem / 2^o
tum felicitas sit summum bonum /
necesse est quod in optimis consistat /
seria autem sunt ridiculosis
meliora / g^o felicitas magis circa
seria quam circa ridiculosa con
sistit / unde tulius primo de officiis
Non enim generati ita causa sumus
ut ad ludum et iocum facti esse
videamur / sed ad seueritatem potius
et ad quedam grauiora atque
maiora / 3^o quia nobilioris partis
anime melior est operacio / et per
quas in nobilissima parte ponit
debet felicitas / sed nichil prohibet
homines bestialium / corporales delec
taciones maxime percipere / g^o in ta
libus delectacionibus non est felicitas
Quamuis autem ludus non sit
humane vite felicitas / est tamen
quemcumque ludus virtus / sicut ho
enim indiget / a recreacionibus
corporis quiete / ita indiget in
tencionem animi a studiosis et
~~studiosis~~ relaxare / et a sollicitu
dinum anxietate pausare / hoc autem
fit per ludum / qui consistit in=
colloquiis et in collacionibus con
uenientibus inter homines ordi
natos / Notandum est quod circa lu
dum / quod ad hoc quod virtuose
fiat tria requiruntur / scilicet condecencia

Marginalia: p^o — fit — 2^o b — simpliciter — 3^o — 1^o — 2^o c — c — studia — quedam — seriosis — No^d

honestas impudenciam (ex)cludit et
carenciam superfluitatis. Primum quod
quod a virtuose ludentibus con-
siderari debet est honestas et de-
cencia, ut videlicet ludus talis dece-
at personam ludentem, deceat perso-
nas assistentes. Unde alius lu-
dus convenit prelato et clerico
seu viro religioso, et alius militi
armigero vel famulo. Alius et
ludus decet senem et alius
iuvenem, quia non omnibus omnia
decent. Fingit Esopus de asino
et catulo, quia asinus considerans
catulum domino suo, et tamen hono-
rabiliter acceptum et gratum do-
mino, deliberavit que posset
esse causa, quare dominus catulum
nichil operis facientem tantum dili-
geret, et deprehendit quod quoti-
ens dominus domum rediret, catulus
ei occurrit voce et motibus quibus
potuit domino semper applausit. Visum
sibi ergo expediens asino effigi-
are catulum, et sic domini graciam
promereri. Igitur domino domum rede-
unti occurrit asinus, et impe-
tu pedes anteriores humeris
domini illisit, clamore valido in-
duxit(?). Cepit dominus turbatus et
lesus auxilium vocat famulo-
rum, qui asinum validissime
fustigatum abiecerunt. Item
multi sunt qui putant quod
eos deceat omnis ludus, et ta-
men in rei veritate inde sepe di-
splicent. Unde se reputant pla-
te(?) Narrat fabulose quod mi-
nima(?) inventis tibiis cepit fi-
stulare. Cum igitur iuxta aquam
quandam sufflando tibias
incederet, consideravit buccarum
suarum tumorem, et visa indecen-
tia vultus sui proiecit tibias, nec
umquam postea fistulare voluit.
Consideret ergo ludens primo per-

sone sue condicionem et honesta-
tem, et nichil attemptet nisi quod
eum vel statum suum deceat,
et semper omnia turpia caveat que
aliquo ad peccatum inclinant. Ver-
ecundia de qua omnibus virtutibus omnia
loquabilia(?) propter turpitudinem — (marg.: al. detestabilia)
cede, auribus quoque turpibus
abstineto, quia licencia eorum
impudenciam nutrit. Sermones
utiles magis quam facetos et
affabiles ama. Miscebis inter-
dum seriis iocos, sed tempera-
tos et sine detrimento vel ho-
noris dignitatis et verecundie. Nam
reprehensibilis risus si est immo-
deratus, si pueriliter effusus, si mu-
liebriter fractus. Odibilem quoque (marg.: aut superbus aut
facit hominem risus aut fatu- clarus aut ma-
us aut alienis malis evocatus, lignus)
hec Seneca. De ista honestate et
decencia in ludo servanda dicit
Aristoteles 4 ethicorum capitulo 16, quod ludus
liberalis et disciplinatus differt
a ludo servili et indisciplinato
in hoc quod ludens indiscipli-
nate exponit se duplici damp-
no, scilicet derisionis et suspicionis.
Unde indisciplinate ludentes
in comediis secundum eum
aliis parabant derisionem, scilicet
aliqui in aperte dixerunt, aliqui
suspicionem, quia scilicet turpia di-
xerunt, quia probabile est quod (marg.: quod)
de turpibus ludunt, in turpi-
bus delectantur, et ideo comprehensis
magis sepe intelligimus, sicut
docet Tullius in rethorica, ex
oculorum nutu et superciliis(?)
et risu et huiusmodi. Sicut in-
quit Tullius primo de officiis,
prius non omnem ludi licen-
ciam damus, sed ea que ab ho-
nestis actionibus non sunt
aliena. Sit in ipso ioco semper
aliquid probi ingenii elucescat.

(marg.: Ex^m; alii allegaverunt)

Unde ambrosius de officiis libro
primo caueamus ne dum relaxare
animum volumus solvamus omnem
honestatem armoniam q. co
centum quenda bonorum operum. Ri
sus enim cito in fficit naturam
unde clericos nullomodo decet inu
lior(um) p(re)cationes vel metrica effi
giare gestu situ vel loquela ne
homines suppitent eos in talibus
p(re)ordiari delectari. Item nec minime
nec — te saltatores clericos minime decet
Jeronimus sup(er) illud m(atthe)i 14. Die
autem natalis herodis saltavit
filia herodiadis ubi dicit sic ubi
saltatio ibi dyabolus nec enim deus
ad hoc dedit nobis pedes ut in
vanitatis saltemus sed ut cum
angelis choros faciamus. In sal
tibus consultant homines et le
tantur iniusti demones. Hec ille.
Istam honestatem bene servaue
rat virgo illa Sara filia raguelis
que dixit potuit illud Tho. 3 Nunq(uam)
quam cum ludentibus miscui
me neque cum hiis qui in levitate am
bulant participem me p(re)bui. 2m
est quod ludus virtuosus re
quirit est prudencia vel circumspectio ut
ludens semper prudeat quod
ludus suus sit simpliciter innocens
et innoxius ne aliquis inde le
datur. Unde qui in cecil in dictis
suis ponderant nisi ut risum
faciant nec curant quem per
confundant — dant sua offendat et derisores sunt
et bomolichi et non eutrapoli secundum
phylosophum quarto ethicorum. Et de talibus loquitur
Salomon proverbiorum 26. Fraudulentus nocet
amico suo et cum deprehensus
fuit dicit ludens feci. Tales lu
ludus — dunt more sampsonis qui tot
se quam assistentes oppressit iudicum
16. Sed nisi quod virtuose ludens
propter alteri dominari et ad hoc satis
videt quarto ethicorum. Ut quod comitia

sunt contumeliosa et quod non dicatur
autem contumeliam alicui est eum
in famare et ideo talia convicia
nullomodo virtuose ludens dicere
debet. Sed hoc apud gentiles leges
prohibebantur. Sunt ante alia quedam
convicia delectabilia que per conve
nientem virtuosus dicere vel propter
delectationem vel propter hominis emen
dationem sicut exponit ibidem
Thomas. Tertium quod ludus virtuosus
requirit est temperancia superfluitatis 3m
ne nimis frequentet vel nimis — quod est
contumet et quod dicit tulius
primo de officiis ludo quidem et
ioco uti licet sed sicut sompno et
quietibus ceteris tunc videlicet tamen gra
vibus seriis que rebus satis fece
rimus. Distinguit autem Tho
mas triplex genus ludi super
quarto sententiarum di. 16. q. ultima argumento — prima vero ludi pruaz im
primo. Est enim ludus turpis et — pediant
inhonestus qui in se deformi
tatem importat. Et tales fecerunt
gentiles coram diis suis in
theatris et in templis. Et iste sim
pliciter in hibitus est christianis de
penitentia di. 5o c. 67o in fine. Et in multi
tocis Alius est ludus devotio
nis et gaudii spiritualis qualem
faciunt christiani in die corporis
christi et qualem fecit david coram
archa domini 2o regum 6. Tertius est
ludus humane consolationis et
cuius medietas vocatur eutrapolia
i. virtuosa et illa virtus dicitur ab eu quod est bene
et trapos quod est versio quasi bene vertens (?)
eutrapolis que est virtus ita neces
saria humano convictui quod finis
enim primum est eutrapoli esse epido
xiotem ab epi quod est supra et
dixios quod est aptum q. optime
aptum convictui humano. Et de ta
li ludo potest exponi illud Za
charie 8. Platee civitatis complebuntur
infantibus et puellis ludentibus.

Capitulum 14

[illegible]

Quoniam omnia ydola nacionum de-
os estimauit quibus neque oculorum
visus est ad videndum nec na-
res ad percipiendum spiritum nec au-
res ad audiendum nec digiti
manuum ad tractandum sed et
pedes eorum pigri ad ambulan-
dum homo enim fecit illos et
qui spiritum mutuatus est is finxit
illos. Nemo enim sibi similem
homo deum poterit fingere cum
enim sit mortalis mortuum fingit
manibus manibus iniquis
Postquam Salomon reprobauit y-
dolorum tam culturam quam fic-
cionem ubi supra reprobauit propter
causam formalem et efficientem in ista
sita structuram reprobauit ydolorum
et etiam culturam propter causam finalem
finis enim faciendi ydola et
colendi est suffragium vel au-
xilium concedendum circa de-
fectus vite humane sed tale
suffragium concedere non pote-
runt carent enim sensu et motu
progressiuo et vita. Si finxit fuit et
colunt quod autem careant omni

ft

sensu probat inductive sicut patet
in littera excepto solum gustu de quo
non facit in littera mencionem sed

/sensu

tamen pateat sensu tactus carere
et gustus est quidam tactus secundum
dicit 2o de anima satis liquet
quod gustu caret. Sequitur non quia spiritibus
carent affligit impotenciam efficientis
qui cum sit mortalis mortuum
fingit i. corpore fingere enim com-
ponere dicitur secundum Gregorium unde
licet mortalis generare possit viuum
prolem fingere tamen partem nullo
modo potest viuum. Moraliter quod

/partem

doctores postillatores istam literam
exponunt de malis pastoribus et
prelatis quos primo describunt ad
se mercitoria administracione 2o
ab inferioria institucione circa primum
ostendit primo quales reputantur
ab aliis 2o quales sunt in se

/ om(n)es d(e)os

ipsis reputantur enim ab aliis
dii unde eis sunt genuflexio-
nes adoraciones et supplicaciones
Sapiencie 14o cunctis orbis terrarum de-
os putauerunt Io para(lipomenon) 16 omnes
dii populorum ydola et quantum ad hoc
dicit omnia ydola nacionum de-
os estimauerunt i. malos pasto-
res Zach(arie) 11 o pastor et ydolum

ps | als xi

derelinquens gregem. Quales autem
sunt in se ipsis subiungit quia
aliud sunt aliud apparent apparent
viui et sunt mortui quod maxime
probatur per carenciam sensus et mo-

ß

tus. Deficiunt enim in prelatis omnes
quinque sensus spirituales quibus re-
gi debent tam in propria conuersa-
cione quam in subditorum regimi-
ne. Primo enim carent virtute visiua
discrecionis et consciencie qua disc-
nere debent necessaria sibi et populo
et populo carent cognicione non
solum scripture sacre sed nec
nulli quidem artis liberalis isti co-
cecant pulvere [illegible] et [illegible]
tibus et munerum. Ysa(ie) 56 ysa
56 speculatores eius ceci omnes
isti nichil vident et tamen vi-
dent temporalia ad emendum et
dispensandum ea. Io 9 apperi
tam et ecce vacua erat et in
terili et sap(iencie) 9o diuicias nichil
duxi esse. 2o carent spirituali ol-

/ virtute

factiua qua virtute sensitiua se-
titur odor ille quo anime de-
uote currunt post sponsum Can(ticum)
Io currimus in odore vnge-
torum tuorum odor enim flo-
rentis sunt diuicie cum honori-
bus et dignitatibus que tantum

redolent in naibus platorum quod
predic odorem pdite et lucem vel xpi quem
insequi currendo deberent tota
curiusit de quibus dicit p̃s 13
nares habent et non odorabunt
3a 3o carent virtute auditiva in
auribus duas enim aures spua
les hr̃e debent unam ad audi-
endum delectabiliter et libenter verbum
dei aliam ad intelligendum fa-
cilit et similiter clamorem egeni
prima auris est dextra 2a est si
nistra Sed modum plati nomilli
more aspidis surde dextram au-
rem obturant tam et sinistram
tanda quia si offeratur eis co
pia verbi dei dicunt quod non
vacat eis omnia enim de tribus redi-
tibus et platiis habe consilium
Si clamant pauperes pelemo
sina obturant aurem sinistram
tanda dicunt enim tanta fami-
lia est nobis necessaria tot milites
tot clerici tot armigeri tot servien-
tes tot famuli tot ribaldi quod
vix sufficiunt quecumque de ecclesia
possidemus et iste due surditates
reddunt eos dicones execrabi-
les etiam efficaces De prima pro-
28 Qui declinat aurem suam
ne audiat legem oratio eius fiet
execrabilis Apoc 9 potestas eorum
in ore eorum et caudis eorum consistit
potestas platorum in ore eorum principa-
liter etiam caudis hoc est in mag-
na familia prosequentium De 2a
pro 21 qui obturat aurem suam
ad clamorem pauperis ipse cla-
4o mabit et non exaudietur 4o
carent virtute gustativa spuali
qua gustatur a sanctis quam sua-
vis est dominus patiuntur
enim febres variorum peccatorum quo-
modo in frigidam per timorem
perdendi mundialia modo cale-
scunt pruriente semetipsos blas-
fendi deum in ira modo sudant
torpe delitiis et desidia et ideo
gustum habent infectum et non
sapiunt que dei sunt Coll 3o
que sursum sunt sapite non
que super terram et ps consstate
et videte quam suavis est dominus
dicit Aristoteles de problematibus parte
12a problemmate 4o comeden-
tibus fructus putridos omnia
dulce videtur amarum quia amaritu-
do manet diffusa in lingua eorum
et magis diffunditur per omnia Sic r
de platis nomilli fructus pu-
tridos delectationum carnalium
comedunt et ideo omnia devotio-
nis et spualis contemplationis
eis non sapit Luc 14 Nemo viro-
rum illorum qui vocati sunt
gustabit cenam meam 5o Quinto 4a
carent virtute tactiva spuali et
quantum ad hoc dicit quod non sunt
eis digiti manuum ad contrac-
tandum et bene dicit manuum
in plurali quia duas manus
spuales habe debent dextram
qua tenent tractare ministeria
sacramentorum et sinistram qua
suaviter curarent vulnera peccatorum
prima manus debet esse mundissima
qua tractare debent filium dei
1 Joh 1o manus nostre tractave-
runt de verbo vite sed ista manus
in multis est leprosa et in fetida
libidine ut melius veniatur eorum
dicatur illud Exo 4 mitte manum
tuam in sinum tuum et 1o Joh 20
Noli me tangere id est subtrahe te
a celebratione divinorum et admi-
nistratione sacramentorum propter
immunditiam vite tue Job 13 ma-
num tuam longe fac a me 2a
manus debet esse suavissima
qua sanare debet vulnera peccatorum.

Io. viiij. Putabam quod egrederetur
ad me et tangeret manu sua lo-
cum leprosi. Et salvator extendens
manum suam tetigit le-
prosum dicens: Volo mundare.
Math. viii. Sed multi curati hiis
diebus sunt ut canes qui ulcera
sola lingunt ut Lazari. Sed
manu non contingunt, quia
opera manus non impendunt, nec
operibus suis exemplum prebent
subditis vel prece vel virtute.
Math. 23. Super cathedram Moy-
si sederunt, alligant onera
gravia et importabilia, et im-
ponunt in humeros hominum. Digi-
to autem suo nolunt ea mo-
vere. Tales sacerdotes comparat Grego-
rius Ier. 10. aque baptismatis, que
alios mundat et semetipsam non
emundat. Dicit sic: ingrediuntur
electi sacerdotum manibus ex-
piati celeste patriam. Et sacerdotes
reprobi prava reprobam conversationem
pulchra perpetrant. Sunt ergo similes
dixerim sacerdotes malos, nisi aque
baptismatis, que peccata credentium
diluens, illos ad regnum celeste
mittit, et ipsa in cloacas descen-
dit. Primo Regum viii. Dicit ss. deorum
ydolum i. malorum prelatorum ne-
glecta et destructa conversatione. 2o
eos describit a bruto insolita insti-
tutione. Dicit enim quod homo
finxit illos, et qui spiritu mutua-
tus est his finxit illos, et quod
mortalis mortuum finxit ma-
nibus iniquis. Et notat hic
modum triplicem quo prelati nunc
male instituuntur. Quidam enim
adipiscuntur dignitates et sta-
tus in ecclesia propter sanguinis affe-
ctionem, et de talibus dicit quod
homo finxit illos, homo secundum
motus carnis et sanguinis. Et
non spiritu sancto. Quidam adipiscuntur
per carnem conspirationem spiritus hu-
manam, non per carnem inspirationem
spiritus sancti, et talibus bene dicit
qui spiritu mutuatus est his fin-
xit illos. Spiritus enim mutuatus per
mutuo accipitur iuxta illud i Cor.
14. psallam spiritu psallam et men-
te. His quo qui spiritu mutuatus est
hic est conspirationis qui votis
obtinet aliorum et pro aliis eligit
iste fingit ydolum i. falsum pre-
latum ad comodum spiritus, non ad
curie perfectum. Tertio adipiscuntur
dignitates per munera pactorum. Et
de talibus dicit quod mortalis mor-
tuum fingit manibus iniquis.
Mortalis i. symoniacus beneficium
vendens, fingit mortuum i. symo-
niace promotum, quorum utrumque a mor-
te denominat, quia utrumque peccat
mortaliter. Et promovens et promotus,
si de contractu constet utrique. Talem
fingit manibus iniquis hoc est
muneribus symoniace datis vel
promissis. In ps. In quorum manibus
iniquitates sunt, dextera eorum
repleta est muneribus. De istorum
munerum acceptione, quibus contra
iustitiam humana vanitas mili-
tat, favor divitiarum, adulatio-
laudis, et corporalis acceptio mu-
neris, facilius ante prevertit animo
rei corporee munere quam gratie
laudis et favore etc. Pi. 19. Lectio 19

Melior est enim ipse
his quos colit.
Ipse quidem vixit, cum esset mor-
talis, illi autem nunquam. Sed
et animalia miserrima colunt, insen-
sata enim comparata hiis illis
sunt deteriora. Sed nec aspectu aliquod
aliquis eorum videbatur bona

Dicit Ysidorus li. Summo de summo bono
Tales sunt munerum acceptores quibus

Benediccio dei l3 4or
Reuerenciaz deuocionis
Beneficenciaz gracionis
Innocenciaz conuersacionis
Resistenciaz correpcionis

per conspectum / effugerunt a dei laude et benediccionem eius / Postquam reprobata est multitudo ydolorum factura / in hac parte reprobat finaliter ydolorum stultorum culturam / et circa hoc duo facit / primo enim arguit eorum culpam / 2o concludit eorum penam per peticionem / 2a pars ibi Effugerunt / Circa primum quatuor facit / primo redarguit colentes ydola fragilia de materia terrena / 2o colentes aliqua animalia / 3o ostendit quod ydolatre sunt suis ydolis magis nobiles / 4o quod eorum ydola sunt penitus inutilia / Circa primum dicit quod miser figulus colens ydolum fictile melior est ydolo quod colit / tamen id est quod ipse vixit illud nunquam / Circa 2m dicit / quod etiam miserrimi ydolatre colunt animalia / hoc est ymagines animalium / de quo satis dictum est ca. 14 / Circa 3m probat quod miseri ydolatre sunt suis ydolis que colunt magis nobiles / quia ipsi sentiunt(?) / ipsa non / Unde dicit Insensata enim .i. ydola carencia sensu / comparata hiis s. cultoribus suis illis sunt deteriora / Circa 4m dicit / quod nullum cognus(?) animalibus .i. ydolis animalium / per conspectum bona aspectu in colori vel colori / nec per consequens bona cultoribus suis dat / et ideo merito submittetur ydolatris pena in gehenna(?) / sed quod sunt indigni laude et benediccione dei / Unde subdit / Effugerunt dei laudem et benediccionem eius / et ut legi dm(?) / quia fecerunt se indignos ad deum laudandum et benedicendum attinet / vel quia sunt indigni ut a deo laudentur et benedicantur / Sed contra dicta videtur quod dicit Aristoteles primo ethicorum

Optimorum inquid non est laus / sed aliquid maius laude / deus autem est optimus / ergo sibi non debetur laus / Dicendum quod deum dupliciter honoramus / primo modo secundum essenciam suam / que est incomprehensibilis et infinita / et sic sibi debetur honor latrie / et non laus / quia laus proprie loquendo non debetur sibi / sed illi quod est expediens ad finem / et sic loquitur psalmus secundum translacionem Ieronimi / psalmus 62 Tibi silet ut decet / laus deus in syon / quia maior est omni laude / Secundo alio modo honoramus deum per effectus suos circa nos / et sic possumus eum laudem attribuere(?) / quia effectus sui ad nostram utilitatem ordinantur / et sic loquitur psalmus frequenter / laudate dominum omnes gentes / Circa dei benediccionem est notandum / quod 4or disposiciones reperiuntur in scriptura / que hominem diuinam benediccionem impetrant et acquirunt / scilicet Reuerencia deuocionis ad parentes / Beneficencia gracionis ad indigentes / Innocencia conuersacionis ad gementes(?) / Resistencia correpcionis ad insolentes / Prima ergo disposicio virtuosa / que hominem dei benediccione dignificat / est reuerencia deuocionis ad parentes / Ecclesiastici 3 / Honora patrem tuum / ut superueniat tibi benediccio a deo / et benediccio illius in nouissimo maneat / Exemplum istius plena est scriptura / Iacob meruit benediccionem patris / offerendo ei cibos et vinum de consilio matris sue / genesis 27 / et illa benediccio data fuit a deo et ordinata / et contra intencionem patris / qui putabat se benedixisse Esau / Sed dubium est / quo benedixit Ysaac Iacob contra in

vixit

X

b.

no

tentione suam dicens cum verba con-
secrationis et non intendens con-
secrare non consecrat. Eodem mo-
do in aliis benedictionibus sacramen-
talibus requiritur intencio. Unde
sacerdos nullum sacramentum con-
ficit nisi intendat facere sicut
ecclesia statuit faciendum in sa-
cramento. Potest dici quod iacob
consecutus est beneficium benedicti-
onis non quia primo benedixit ei
pater putans benedixisse esaw
sed postea quando esaw veniret et
innotuit ysaac de deceptione
approbavit et ratam habuit bene-
dictionem datam dicens benedi-
xi ei et erit benedictus. Quaeritur
tamen utrum quod iacob benedictus
est secundum verba non sufficit
intentionem patris sicut episcopus ordi-
nat aliquem quem putat esse su-
um et ordinatus est. Sed non vi-
detur simile quia episcopus inten-
dit ordinare illam personam sibi
presentatam et non aliam preterea
unde intencio episcopi ipse terminatur
ad eum. Sed ysaac non intende-
bat ipse benedicere iacob sed esaw
intendebat tamen precedens
et per deceptionem benedicere illi
quem tangit et quem osculatus
fuit. Unde forte prima responsio
mulier est sufficiens virtutis et exemplum
in ipso salvatore habemus primum
de quo dicitur quod obtemperavit
parentibus et erat subditus illis
luce 2. In cruce autem tantum ho-
norem habebat matri defendi quod
eciam in articulo mortis matrem virginem iohanni commendavit
et in illas reverenciam debitam ei
exhibuit et de eius necessitate futura
sollicite providit [illegible] gessit ymmo in
quid ecce filius ioh. 19. Non solum
ante tunc sed eciam nunc honorem

quantum desiderat mater tamen eius precibus
semper favet et ipsa rogante quam-
plurimisque delinquentibus vita
prorogatur. Unde decet virum esse sicut de
coriolano principe volscorum
narrat valerius libro quinto capitulo
quarto. Iste cum fugaretur de roma
ad volscos fugit ut lateret sed
cum prudens et probus esset apud
quos quesivit latibulum ad
culmen est imperium. Iste contra roma-
nos in festinus multas eos vic- tot
torias obtinuit tandem cum ex-
ercitum contra romanos duxisset
in campum populus romanus
coactus fuit ab eo pacem postu-
lare. Mittuntur igitur ad supplicandum
legati sed nichil profecerunt. Mit-
tuntur sacerdotes cum infulis et
sine effectu redierunt. Stupe-
bat senatus trepidabat popu-
lus. Viri pariter ac mulieres exitum
imminentem lamentabantur. Tunc
veturia coriolani mater voluminiam
uxorem eius et filios secum
trahens castra volscorum petiit.
Quam statim filius aspexit. Expu-
gasti inquit et vicisti iram meam
patria precibus huius admovendum
cuius utero te quamvis merito in-
visam dono et continuo
a romanis exercitum suum amo-
vit. Sic omnino se habet christus ad
iracundiam matris suae quia ubi
peccatis angustiatur alterius
repellunt preces matris nostra
gabilis audivit. Unde augustinus
in quadam oratione sic inquit
O beatissima domina sicut omnis
a te aversus et a te despectus ne-
cesse est ut intereat ita omnis
ad te conversus et a te respectus
ut pereat impossibile est. Iste fuit virtute

pietatis admirem | pulc^o ondeMunt
belius et bienmis | qui cum in im=
moabilibus opatiis congredi se
passent | supponit ur | mudat=
liberat | patem supplicat | concordat
gniam Deista virtute loquntur
petrus damen in quodam smoc
sepa filium adoptione pruat |
etiam non est filius | sed fiat
et collegia illorum Dequibus dicit
Job capit dya^o cstis | et utique ta
lis maledictionem dei merito in
met^r Deut^o 2a Maledictus q
no honorat matrem et patrem |
et dicet omnis populus amen |
Secunda dispositio virtuosa que
divinam benedictionem impetrat
homini | est benefic^a gmonis ad
indigentes | Unde dediti opibus
pietatis et elee adomino benedi
centur pu 22 | qui pnis est ad
miam benedicet^r | de panibus
enim suis dedit pauperi Est enim
de bono elemosinario sicut nar
rat macrobius libro suo de la
pidibus ca^o ql. de encydros=
Iste enim lapis semp emittit
aquam in habundantia | et tamen
nunquam liquescit | nec unquam
potest minui | cuius causam difficile
est assignare | quia semp dat
et habundat | consimilis est de
homine liberali | qui quanto plura
pro deo aspargit dispergit | tanto magis
frequenter habundat | pu 11 Alii
dividunt propria et ditiores fiunt |
alii rapiunt non sua et semper=
in egestate sunt | et tales bndcoem
habunt finalem | quando vocabit
opibus pietatis dicens Venite bene=
dicti patris mei percipite regnum dei | Mt^t 24.
quia 2^m edm q^r dicatur qui seiat
in bndictionibus | de benedictionibus
et metet Tercia dispositio virtuosa=
que homini divinam benedictionem=

acquirit | est innocentia conversationis
ad eo venientes Unde ps innocens
manibus et mundo corde | qui no
accepit in vano animam suam |
nec iuravit in dolo. proximo suo sed
etc quod quatuor tangit scilicet Si
plicitatem operationis primo. ma=
ximi tes cogitationis mundo cor
de Soliditatem devocionis non
accepit in va. a. s. Et sinceritatem lo
cutionis | nec iuravit in dolo prox
imo Talis describit sanctus Job
primo Vir simplex et rectus ac
timens deum | et 10 cito post sub
iungitur | opibus manuum eius
benedixisti | et possessio eius cre
vit in terra Et in fine dicitur
Dominus aut benedixit novis
simis Job magis quam principio eius
Job 42 Sed notandum | quod e
de deo et mundo | sicut fuit de
Joseph et Jacob patre suo Gen 48
Joseph voluit quod pater suus
benediceret duobus filiis suis=
manasse et effraym | et quia plus
dilexit manassen | posuit eum
ex dextera parte patris sui | et effra
ym ad sinistram applicuit | Sed
Jacob instructus in spiritu manus
suas cancellavit | et effraym=
imposuit manum dexteram | ma
nasse vero manum sinistram | et
tamen utrique benedixit | Sic domino
mortuus mundus approbat aliquos
et ponit eos in magna dignitate |
sicut sunt divites et prelati | et vi
dentur ad dei dexteram esse
applicati | alios mundus repro
bat | et ponit eos in paupertate
et in servitute et adversitate | et
ipsa vita videntur indigni | sed quia
est sua gratia deus cancellat ma
nus | et super illum quem mundus
approbavit ponit sinistram | et=
super illum quem reprobavit po
nit dexteram | et tamen utrique

Marginalia: filius; Gen^i Jacob

benedicit. Dat enim illis quos mun
dus plus diligit divitias et gloriam
huius mundi et hec est benedictio
sinistre manus dei illis vero quos
reprobat dat vitam eternam in
celo prov. 3 longitudo dierum in
dextera illius et in sinistra eius
divitie et gloria et ideo sancti vi
ri maledicuntur a mundo bene
dicuntur a deo ps. maledicent
illi et tu benedices. Quarta di
spositio virtuosa que homini di
vina benedictionem acquirit est re
sistentia correctionis contra in
solentes et peccantes inveniens. prov.
24 qui arguunt laudabuntur
et super ipsos veniet benedictio. Ar
guere enim insolentes et peccantes
invenientes de quibus est species cor
rectionis et professus est opus
maxime caritatis propter tria. primo
quia ipsi corriguntur in corpore.
2o quia etiam peccatores in examine
quo per processum temporis mar
patones faciunt alios. 3o quia
peccatores obliviscuntur vitium. Unde
seneca libro de moribus. Vitia tua
mittit ad posteros qui peccantibus
ignoscit. Bonis nocet qui malis
parcit. Caute tamen debet iuste cor
ripiens agere. Assimili de
fectu. Unde ysidorus libro 3 de summo
bono ca^o 32. Non debet vitia
aliena corrigere qui adhuc vitiorum
contagiis fluit in voluntate. Improbum
enim est arguere quem qua
malo quod ad hunc reprehendit
in se ipso. Asperus impetu debet ho
mo tamen corripit. Quia quod
impetuose profertur non ab amore
sed ab ira proficisci videtur. Et nichil
corrigit quod ab amore et consistorio non
procedit. Unde Augustinus super
ep. ad gal. Quod ubi liberato ani
mi ipsis pravientis est impetus non

caritas corrigentis dilige et dic
quid quod voles. 3o tamen debet
corripiens aspectantis contemp
tum semper recogitans quod in con
simili capi possit. Unde Augustinus
de sermone domini in monte libro
2 ca^o 30. Cogitemus tamen quoniam
nos reprehendere necessitas cogit
utrum tale sit vitium quod num
quam habuimus et tunc cogitemus
nos homines esse et habere potuisse
vel est tale quod habuimus etiam
non habemus et tunc tangat me
moriam communis fragilitas ut illa
correptionem non odium sed misericordia
precedat. Et qui isto modo corripit
et punit delicta benedictionem domini
promeretur. Unde signanter cum moy
ses dixisset levitis quod unus
quisque gladium suum accipiet et fra
trem et amicum occidet qui vitu
lum conflatilem adoraverunt. et
cum ipsi mandato moysi paruissent
dixit ad levitas moyses consecra
stis manus vestras domino
hodie unusquisque in filio et in fra
tre suo ut detur vobis benedictio
Exo 32. Et per oppositum facientes in
solentibus eis et corporis defectibus
adulantes sunt causa perditionis
eorum et confusionis finalis. De
quibus dicit salvator Luce 6. Ve
vobis cum benedixerint vos ho
mines homines in qua facientes
defectibus qui errantes non cor
ripiunt sed adulatione benedi
cunt. Contra quos dominus per
prophetam ait. Maledicam benedic
tionibus vestris et maledicam illis
qui non posuistis super cor. Malachie
2o et sicut prallegatum est qui ar
guunt etc. Sequitur capitulum 16 ca^o
129. Ca^m 16 ca^o 129

Margin notes: obsistitur · peccantibus · Asperus impetu et aspectantis contemptu · A · consistorio · 6

Corripientes alios a talibus (?) debent cavere

Hebrei habuerunt tria mirabiles consolationes
2° manna descendens
3° lucem a corporibus celestibus

Propter hec et his
similia passi sunt
digne tormenta / et per multitudinem
bestiarum exterminati sunt / pro quibus
tormentis bene disposuisti populum
tuum / quibus quibus dedisti
concupiscentiam delectamenti sui novum
saporem / escam parans eis ortigo-
metram / ut illi quidem concupi-
scentes escam / propter ea que illis
ostensa et missa sunt / etiam a ne-
cessaria concupiscentia averterentur / hii autem
in brevi inopes facti / nova gusta-
verunt escam. Postquam supra re-
probavit ydolatras per multas vias /
et declaravit diffuse unum solum
verum deum esse colendum. Cultus autem
autem veri dei erat antiquitus
potentissime apud hebreos / cultus
vero ydolorum apud egiptios. Ideo
quia in parte ista ut cultum veri
dei complete suadeat / et cultum
ydolorum perfecte dissuadeat / agit
continue usque ad finem libri / tam
de suppliciis inflictis egiptiis quam
de beneficiis collatis iudeis /
ostendens quod illi fuerunt iuste pu-
niti propter eorum iniquitates / et isti mi-
rabiliter a deo visitati propter eorum
pietatem / qua verum deum fi-
deliter coluerunt / et huius processum
tenuit supra capitulo 4. Dividitur ergo
processus igitur processus primus usque
ad finem libri in duas partes / quia
primo narrat iniustorum et iustorum in
iustorum [illegible] retributionem / Secundo
rependit auctor libri deo pro colla-
tis beneficiis populo dei gratiarum
actionem / in omnibus enim magnifi- ibi
casti. Circa primum duo facit. Nam
primo enarrat malorum multipli-
cem tribulationem / 2° eorum finalem

exterminationem / capitulo 19. [illegible] autem
Circa primum tria facit. Primo ostendit
quod egiptii affligebantur per besti-
as et animalia / 2° quod affligebantur
per res insensatas et elementa /
3° quod affligebantur per corpora cele-
stia. 2a pars in fine capitulo isto: Ne-
gantes enim nosse te impii. 3a
capitulo 19: Magna enim sunt iudicia
tua. In qualibet autem istarum partium
facit collationem et correspondenti-
am inter beneficia et supplicia /
Nam sicut egiptii puniebantur per
bestias elementa et corpora ce-
lestia / ita hebrei per hec tria mirabi-
les consolationes receperunt. Habu-
erunt enim coturnices datas eis
in escam / ut sicut musce et cini-
fes afflixerunt egiptios / ita vo-
lucres nobiles consolabantur he-
breos. 2° habuerunt manna 2a
de celo descendens / ut sicut ig-
nis et grando afflixerunt egip-
tios per elementa aeris / ita manna
per idem elementum descendens
confortavit hebreos. Tertio habue- 3a
runt lucem a corporibus celesti-
bus semper cum eis permanen-
tem / ut corpora celestia que
egiptiis lucem suam subtraxe-
runt sunt cum hebreis nichilominus
exhibent. De istis igitur beneficiis
et suppliciis agit alternatim et per
antythesim per duo capitula et se-
dimidium. Circa primam antythe-
sim que est de egiptiorum extermina- Nota
tione et hebreorum consolatione / et
utraque per bestias et volatilia / tria
facit. Nam primo narrat egiptiorum
exterminationem / 2° hebreorum mira-
bilem consolationem / 3° assignat
inter egiptios et hebreos quandam
diversitatis distinctionem. 2a pars est
ibi: pro quibus tormentis. 3a ibi: Et

Opprobat cum illis / quartum ad primum dicendum
quod propter hoc scilicet ydolatriam
multipliciter et hiis similia quia
aliquos modos ydolatrie specia=
ficavit et aliquos puniverit pa=
ssi sunt digne tormenta / et per
multitudinem bestiarum quidam
afflicti / quidam exterminati sunt /
Econtra per bonum (?) fecit deus
circa populum suum / et cum pec=
cassent in deserto / sicut narratur
Exodi 16. filii israel murmu=
raverunt in deserto contra dominum
dicentes / Utinam mortui essemus
in egipto / quando sedebamus super
ollas carnium et comedebamus
in saturitate / statim vero cum moy=
ses orasset ad dominum pro eis / et
respondit eis dominus audivit mur=
murationes vestras contra eum / et
dabit vespere carnes / facto vero
vespere ascenderunt coturnices
de quodam sinu arabico ubi
potissime nutriuntur et transito ma=
ri in medio ceciderunt intra
castra / hoc est tentoria hebreorum /
et capiebantur a cunctis populi.
et hanc hystoriam narrans in
libro dicit sic pro quibus tormen=
tis egiptiorum per contrarium i. loco tor=
mentorum egiptiis illatorum bene
disposuisti populum tuum i. dedisti
beneficia populo tuo quibus i.
illis qui fuerunt populus tuus / dedisti
concupiscentiam delectamenti sui i. de=
lectationis concupitam / quia concupie=
runt concupiscentiam in deserto / no=
vum saporem i. escam novi sa=
poris parans eis ortigometram
Extraneam ortigometra avis re=
gia secundum magistrum in hystoriis / quam
josephus ortigiam vocat / greci
ortigometra / nos vulgo curle=
gium dicimus a currendo / et dicitur
ortigometra / quasi recta men=

sura / Dicit tamen ysidorus quidam diffe=
rentiam ponere inter coturnicem
et ortigometram 12° ethimologiarum capitulo
2° / coturnices a sono vocis dicte
quas greci ortigias vocant / eo
quod vise sunt primum in ortigia
insula / hec adveniendi sciunt
tempora / Nam estate depulsa
maria transeunt / Ortigometra
vero dicitur que gregem ducit /
eam terram appropinquantem accipiter
videns rapit / et propterea cura est
omnibus ducem sollicitare ex=
terni generis / per quem caveant prima
discrimina / Cibos gratissimos habent
semina venenorum / quam ob causam
veteres vesci interdixerunt / solum
enim hoc animal sicut et homo
caducum patitur morbum / hec ysi=
dorus / Ex quo patet secundum eum / quod ortigo=
metra non est coturnix quelibet /
sed illa que ducit gregem vel agmine
quamvis autem dicat ysidorus
accipiens a solino / quod solum
hoc animal pati caducum morbum tamen
creditur hoc esse verum / vulgus enim
dicit auctor libri qui incipit
triplex est esse / scribit quod pa=
sseres morbum illum patiuntur
Scribit etiam solinus de mira=
bilibus mundi de coturnicibus /
quod mare transiture nunquam
se committunt vento australi
nam metuunt eum flatus hu=
midiores / pleniorque se vento ab
aquilone credunt / ut corpora pi=
gra et tarda facilius provehat
siccior et vehementior spiritus / cum
maria transvolant in pectus (?)
dant in motu, spacii longioris
vires suas nutriunt tardi (?) cum
vero terram consentiscunt (?) cetera (?)
altivolatim (?) deinde conglobate ve=
hementius procedunt / que festinatio

b

Vobis

et

morbum

plerumque continue per navigantibus accidit omnibus noctibus ut vela madeant et pondeat funibus alveos necantes. Et solibus isto que circumque pariter domini filios Israel in deserto tum patentes concupiscentiam carnium qualis comedebant in egipto ut vix per illas carnes carerent a concupiscencia quam habebat. Et hoc est quod subdit textus ut illi quidem i. filii Israel concupiscentes escam carnium scilicet egipti carebant etiam antiqua concupia. Antiqua hoc est a molesti necessarium cum uno modo dicam violentum secundum aristotelem quarto methaphisice capitulo de necessario. Sunt autem corpus ex consuetudine concupiscencia violenta quia consuebatur ex consuetudine vesci carnibus in egipto consuetudo autem illa assimilatur modo nature. Ethicorum 2o consuetudo est altera natura. Igitur carebant annecessaria concupiscencia ut illa que illis consueta et iussa fuerint i. ut attalia que illis iussa fuerint per divinam providentiam i. continentes deo eis divinitus date fuerint quod est ei est per circ saltem. Unde subdit. Hii autem i. filii Israel in brevi inopes facti i. indigentes cibo nondum gustaverunt escam. Sequitur vita dei est et nondum quod consuetudo magnam habet violentiam inclinandi nos ad se et ideo sicut optimum est assuesci ad bonas consuetudines et virtuosas ita periculosissimum est et pessimum assuesci ad mala. Unde narrat Valerius libro 2o capitulo 2 in fine quod Arcenses cum acerbissima expectatione uti noluerunt ad vires eos quos vehementer oderant aptat

Nota

ut mala consuetudine delectentur modeste quo nocumenti genere efficacissimum ulcionis eventum reperiunt. Et ille vult dicere quod ipsi bene modeste maledicere quam dicunt homini mala consuetudine delectari et tamen imprecantur ei maximum genus mali. Quod de malicia vero prave consuetudinis loquitur beatus Augustinus libro 8o confessionum capitulo 9. et de ipso dicit quam difficilis fuit adducendum ad fidem ligatus eram non ferro alieno sed ferrea mea voluntate. Velle meum tenebat inimicus et inde mihi cathenam fecerat et constrinxerat me. Quippe ex voluntate perversa facta est consuetudo et dum consuetudini non resistitur facta est necessitas. Et Augustinus et metre dicit qui non assuescit virtuti dum iuvenescit amicus nescit discedens senescit. In cuius figuram salvator facile suscitavit puellam et iuvenem delatum inpta sed lazarum quadriduanum in monumento cum gemitu lacrimis et clamore. Jo. xi. Quod exponens Augustinus super Johannem omelia 19 dicit quod moles inposita sepulcro ipsa est vis dira consuetudinis qua premitur anima nec resurgere nec respirare permittitur dictum est autem quadriduanus est fetenciam adiciam consuetudinis. De qua loquor quodam peccato venit ad quod prima est titilatio delectationis in corde 2a consensus in opere 3a factum 4a consuetudo. Hec Augustinus.

libido

Nota

Leo 126

Oportebat enim: Illis quidem sine

concussatione superveniret interitu
concertantibus tyrannidem | hys
autem tuis unde quemadmodum
in nunc illorum exterminabant | et
enim cum illis supervenit seva
bestiarum ira | morsibus perversorum
colubrorum exterminabatur etc. | post-
quam .s. per salomonem declaravit ali-
quantulum | quo egipcii puni-
ebantur per animalia inutilia et ira-
nas | quia posset aliquis dicere
quod eo consimiliter affligebantur
hebrei in deserto per serpentes ig-
nitos | qui per suum tactum venenoso
inflammaverunt et occiderunt | ideo
placet auctori diversitatem assignare
in hac parte | inter afflictiones illatas
hebreis per consimiles | et circa hoc
duo facit | nam primo assignat
miraculosam dignitatem | 2° causam
miraculorum deo attribuit [illegible] 2a
pars ibi tu enim es domine qui vite
et mortis. circa primum duo facit |
primo ostendit diversitatem inter egip-
tios punitos et hebreos ex parte
eorum qui patiebantur | 2° ex parte pe-
narum que eis infligebantur 2a
pars ibi | sed non in perpetuum. circa
primum duo facit | primo ostendit quod
diversimode digni fuerunt punitione
punitione | 2° quod hebrei se ha-
buerunt in afflictione 2a pars
ibi | et enim cum illis etc. circa
primum sciendum | quod egipcii
detinuerant filios israel in servitute
per 100 annos post mortem Jo-
seph | qui eciam ordinaverunt to-
tum masculinum genus infan-
cium hebreorum tradi ad interitum
sine quocumque remedio | et maxime
propter durissima corda eorum ad
predicacionem moysi et aaron | sed
hebrei qui peccaverunt in deserto
longe minus peccaverunt | et ideo su-

Exo. i° portebat

fecit quod aliquantulum punirentur
per bestias | sicut egipcii puniebantur
(?) cogitaverunt ut castigarentur
in scripis (?) | et ponderent quid
egipcii sustinuerant in egipto
et hoc est quod dicit Oportebat
enim illis quidem i. egipciis
sine excusatione i. sine pene
mitigatione supervenire interitum
i. mortem in exercentibus ty-
rannidem | hoc est tyrannis ty-
rannidis est regimen tyranni et
est quedam species monarchie regalis |
qua aliquis principatur propter commodum
decorum non tamen | et ad suum finem proprium
principatum utilitatem secundum
philosophum 3° poli. et 8° ethi. hoc enim
tyrannis est crudelis dominatio
hys autem i. filiis optabat
unde tum ostendere concupienciam
in consimilibus afflictionibus |
quemadmodum in nunc illorum
.s. egipcii exterminabant hoc autem
ponderemus sensibiliter | qui ipsi
exterminabantur morsibus co-
lubrorum | et hoc est quod subdit
Etenim cum illis supervenit se-
va bestiarum ira | .s. serpentium
ignitorum in missa (?) et adeo mor-
sibus perversorum colubrorum ex-
terminabantur et aliqui morien-
tantes gratia dei | et non peni-
tentes | aliqui mordebantur sed
non exterminabantur | coluber est
genus serpentis | et dicitur coluber
quasi colens umbras | quia in
umbris semper commorantur
et sicut dicitur Deuteronomio 8° in
isto deserto fuit serpentes
flatu adurentes | scorpiones
et dipsades dipsas dipsadis
est genus serpentis | et latine
situla proprie vocatur | quia an-
fert sitim | et sunt iste situle
adeo parve ut cum calcatur vix

videntur quorum venenum ante ex-
tinguit quam sentiatur nec scientia
sentit moriturus secundum ma-
gistrum in historiis super 8. cap.
Dan. et significant moraliter iste
sibile demones qui bonos vi-
ros fedis cogitationibus agi-
tant et infestant, et iste fuit
ita pure in principio quod vix
videntur quia communia occa-
sione surgunt et intoxicant
sine molestia, ymo cum delecta-
tione primitus, que sunt post delecta-
tionem morose. Optebat enim
illis sine excusatione supponere
mi territum nondum. Quar-
ta sunt que inexcusabiles
reddunt homines peccatores et
pena dignos ostendunt, scilicet ma-
gnitudo sceleris in peccatore, simi-
litudo culpe in iudicante, inepti-
tudo cause in allegante. Primo
igitur reddit hominem inexcusabilem
magnitudo sceleris in peccante. Quanto
enim aliquis maiorem et clari-
orem de deo habet noticiam, tanto
magis peccat contra ipsum, et ideo
de peccatoribus dicit apostolus Ro. primo quod
invisibilia dei etc. percaturas
in notum, et tamen evanuerunt
in cogitationibus suis et obscu-
ratum est insipiens cor eorum,
in tantum ut ydola colerent, nec super
hoc in aliquo excusari, quia
de deo nullam noticiam habuisset,
quia invisibilia dei per ea que
facta sunt intellecta conspici-
untur, sempiterna quoque virtus
et divinitas, ita ut sint inex-
cusabiles. Simile dicit salva-
tor de iudeis Joh. 14: Si non
venissem et locutus eis fuissem,
peccatum non haberent, nunc autem
excusationem non habent de peccato suo.
2° reddit hominem inexcusa-
bilem similitudo culpe in iu-
dicante, qui aliquis iudex deprehen-
henditur in crimine pro quo solet
alios punire, nullam potest ex-
cusationem pretendere, exemplum de presbiteris
iudicibus qui volebant con-
dempnasse Susannam Dan.
13, et ideo signanter dicit apostolus
Ro. 2: Inexcusabilis es o homo
omnis qui iudicas, in quo enim
alterum iudicas te ipsum condempnas.
3° reddit hominem inexcusa-
bilem ineptitudo cause in allegante,
quando enim ea que allegantur in causa
nulla est vel quasi ficta premeditatur,
non est excusabile sed aggravatio
ad precedens delictum. Exemplum
de invitatis ad cenam Luc. 14,
qui quia fictas et falsas excu-
sationes pretendebant, a cena fue-
runt reprobati et alii loco eorum
vocati, et ideo contra tales ex-
cusationes malitiosas petit psalmista:
Non declines cor meum in verba
malitie ad excusandas excusationes in peccatis. Ex-
cusant se tamen homines quando
in peccatis quidam per astutiam
societatis, quidam per diminutam
voluntatem, quidam per carna-
lem fragilitatem, quidam
per fraudulentam utilitatem. Primi di-
cunt communiter quando reprehen-
duntur peccasse: mala societas
me compulit ad hoc malum, que
quidem excusatio fatuissima
reputatur apud iudicem secu-
larem, cum concedat fatuus et
alios accusat, et multo magis
apud deum, non enim qui nominatur
quam arbitrium voluntatis. Unde Senica
in proverbiis: Obmitte excusationem, ne-
mo peccat invitus. Fatua enim
est excusatio multorum allegatio
sociorum, sicut multi dicunt: quare non
et in, sic enim facit talis et
talis. Unde Jo. in quadam epistola

in multitudo sociorum primum peccatum non fa-
cit crimen. 2° quidam se excu-
sant per divinam voluntatem et
quod aliqui dicunt deum eos pro-
mississe peccatores et nolle eos
tales esse nec eis esse imputan-
dum, sed dispositioni divine vel
certorum celestium constellationi et
et deum blasphemant quare
sit auctor malorum et vindex.
In facta que homines cavere non
possunt isti aliquomodo significan-
tur per iacob volentem decipere patrem
suum cum pater quereret quo tam
cito invenire potuisset unde si-
bi cibum optatum pararet respon-
dit voluntas dei fuit ut cito
michi occurret quod volebam.
Genesis 27. 3° homo sunt nonnulli
mundi sapientes maxime civilis periti
~~scitis~~ et in iure terreni et regni periti
quidquid faciunt sciunt colo-
rare legibus et minime rationibus
ut nichil incontinentem maneat
si homo tardare velit eis. Tales
assimilantur Dyonisio tyranno
de quo narrat Valerius libro
primo capitulo 2° iste ingressus templa
deorum detracto Iovi olympio ma-
gni ponderis aureo amictu pa-
lium ei laneum circumdedit et in-
crepantibus aliis qui adherant quare
sic sine timore deos suos spo-
liare presumpsisset respondit quod
ad dei sui commodum illud fe-
cit, nam dixit aureum ami-
ctum grauem fore in estate in
hyeme frigidum laneum quoque
utroque tempore fore aptum. Item de
esculapio qui fuit barba au-
rea redimitus barbam iussit
demi et auferri cum causam assi-
gnavit quod apollo pater suus
imberbis esset et non decet dece-
bat patre carente barba filium

1 raphos

apparere barbatum. Item victorias
aureas et pateras et coronas quas
simulacra porrectis manibus
sustinebant tollebat et sic eas
accipere non auferre dicebat. Stul-
tum esse affirmans a quibus bo-
na precamur ab hiis porrigentibus
nolle sumere. 4° homo ut prudentes
seculi quantumque stant flagiciose
se gerunt contra mandata dei et
etiam semper colorant rationibus
se excusant. 5° quidam se ex-
cusant per carnalem fragilitatem
et dicunt plane blasphemantes
se non posse a libidinibus
abstinere complexionem talem se
habere dicentes, contra quos Ieronimus
in explanatione fidei et allegat
ingenium sinayarum di . 3 6 exeocia-
mus inquid eos blasphemia
qui dicunt impossibile aliquid homini
a deo esse preceptum et mandata
dei non a singulis sed ab omni-
bus in communi posse servari. 6°
quidam se excusant per finalem
necessitatem et tales in domino
nonnulli predones raptores et in-
iusti perquisitores qui auferunt
a diuitibus bona sua ~~extorquentes~~
sine conscientia, colligunt et reddunt
et elemosinas causam finalem
pretendunt. Item quomodo diversi di-
versas excusationes inveniunt, mul-
tum peccatores extant, sic et
tamen contra deum apertis defe-
ndunt. Unde Gregorius 22
moralium. Usitatum quibus humanum
vicium est libido peccandi com-
mittere commissum negando abscon-
dere convictum defendendo excusare
sicut autem impium est peccata
cuiuscumque peccantis excusare
ita virtuosum est valde peccata
proximum non faciliter iudicare
sed compatiens aliqualiter excu-

sare | considerantes, quis fragilitatis
conditionem | Secunda familiaritatis
conjunctionem | Tertia pietatis concitationem
Primo eum quis fragilitas / qua
frangitur omnes etiam | monere
nos debet ad aliquam excusandum |
non tamen peccatum defenden-
dum eorum fratres a. Unde
Bernardus super cantica simone Noli in-
dicare proximum sed magis excusa /
excusa intentionem si opus non po-
tes / puta ignorantiam / surreptionem /
puta casum / quod si omnino dissi-
mulationem certitudo rei excusat / sua-
de in te ipsum et dicito apud
temetipsum / Vehemens fuit tem-
ptatio / quid de me si facisset / si
accepisset in me similiter ptatem
24 Secundo monere debet similiter fami-
liaritatis conjunctio / ut saltem de
amicis mala facilius non creda-
mus. Et etiam de prelatis vel
etate prouectis / Unde Ieronimus in
epistola ad rusticum / Non est facile
malum de perfecta etate creden-
dum / quam vita preterita defendit /
et honorat vocabulum dignitatis /
Secundo etiam fuo venocte cum
quidam platoni dixisset quod
diceret de eo malum / respondit
non esse sibi credibile quod ille quem
tam amabat eum non diligeret /
Tunc narrans dictum suum / sed per
batur asseruit / respondit plo-
inmo quam venoctem talia dixis-
se / nisi expediret indicasset /
30 Tertio monere nos debet ad idem
ne pietatis concitatio / primum ut
est alienos defectus sine lesio-
ne iustitie quantum si potest occul-
tare / et famam proximorum quan-
tum potest est illibatam servare / Unde
Origenes super leviticum ca. 33
Non vult te dominus si forte

viderit peccatum fratris tui / quod in-
enolare ad publicum / et proclama-
re passim / et divulgare aliena
peccata / quod esset vere non corrige-
tis sed infamantis / Unde apostoli
Symon et Iudas / nos innocen- *leo. caa*
tes absolvat sed nocentes pro-
dere non decet / *c. aaa*

Sed non in perpe-
tuum ira tua:

permansit / sed ad correctionem in bre-
vi turbati sunt / signum habentes
salutis ad commemorationem man-
dati legis tue / qui enim conver-
sus est / non per hoc quod videbat
sanabatur / sed per te omnium salvato-
rem / et in hoc ostendisti inimi- *aut*
cis nostris / quia tu es qui liberas
ab omni malo / Illos autem locu-
starum et muscarum occiderunt
morsus / et non est inventa sa-
nitas anime illorum / quia digni
erant a talibus exterminari /
Quia dixisti te dimisisse inter egyp-
tios punitos per bestias in deserto / *et hebreos*
Inproportionaliter ista prosequitur de eadem
diversitate ex parte suppliciorum Fue-
runt enim diversimode puniti /
qua egypti ad exterminationem / he-
brei ad correctionem correptionem / De
punitione egyptiorum per ranas mu-
scas et ciniphes / satis supra
tactum fuit / De punitione vero
hebreorum in deserto est sciendum /
quod sicut habetur Numeri 21 cum
populus in deserto contra dominum
murmurasset / misit eis ser-
pentes ignitos / hoc est prunas
et velocis ignium scintillarum /
qui tactu venenoso inflamabat
et causabant tumorem et ~~ardore~~
ruborem in carne ad quorum pun-
turam quidam wlgariter ...

Christus significatur per serpentem
Cruciatu ad mortis innocentiam
Cruciatu ad situs eminentiam
Cruciatu ad vite carentiam
Cruciatu ad salutis efficientiam

mortui sunt. Venerunt ergo ad Moy-
sen et rogaverunt eum quod ora-
ret pro eis ad dominum. Ad cuius ergo
preces dominus ordinavit quod fa-
ceret figuram serpentis eream et
poneret super perticam eminen-
tem et faceret illum deferri in
populo et dixit eis quod quicumque
esset percussus a serpente ignito
statim aspiceret ad serpentem ene-
um et curaretur. Istud miraculosum
et remedium providit deus filiis
Israel in deserto, et figura fuit figura
pulcherrima de passione Christi, sed
ipsemet allegavit Ioh. 3. Sicut
Moyses exaltavit serpentem in
deserto ita exaltari oportet filium
hominis ut omnis qui credit in
ipso non pereat sed habeat vitam eternam.
De ista ergo afflictione Hebreorum per
serpentes ignitos et remedio
eis concesso agit auctor in parte
ista, declarans quare Egipcii afflicti
fuerunt sine remedio tamquam
inimici, Hebrei vero cum remedio
tamquam filii ad correctionem ha-
biles. Et circa hoc tria facit. Nam
primo tangit Hebreorum lenem
castigationem, 2o Egipciorum irreca-
bilem exterminationem, 3o redit ad
declarandum mirabilem Hebreorum
liberationem in plaga serpentium.
2a pars ibi: Illos autem locusta-
rum. 3a pars ibi: Filios autem
tuos. Circa primum quatuor facit.
Nam primo agit de afflictionis te-
dio, 2o de liberationis remedio,
3o de eiusdem remedii auctore
patrono, 4o diffinit per illud reme-
dium penitus intento. 2a pars ibi:
Signum habens salutis. 3a ibi:
Qui enim conversus. 4a ibi: Et in
hoc autem. Dicit ergo primo: Sed
non in perpetuum ira tua perman-
sit, id est pena inflicta per te Hebreis

peccantibus in deserto non fuit ex-
terminativa omnino generaliter, sed castigativa
tantum. Unde subdit: Sed ad cor-
reptionem in brevi turbati sunt. Ie-
re. 30: Non faciam te in consummationem,
sed castigabo in iudicio. Licet inde
..... in noxiis, et hoc in brevi, quia
Ysa. 54: In momento indignationis
mee abscondi faciem meam pa-
rumper a te. Licet fuit turbatio-
ne gravi, sicut habentes signum sa-
lutis, id est serpentem eneum ad comme-
morationem mandati legis tue,
sicut commemoratur in lege
tua Numeri 21: Fac serpentem ene-
um et pone eum pro signo. Sed quia
iste effectus quo curati fuerunt ad
aspectionem serpentis enei posset
a simplicibus isti serpenti attri-
bui et non deo, Io. 3o subiungit:
Qui enim conversus est etc. Sed
per te Christum figuratum per illum ser-
pentem, qui omnium est salvator.
Figurabatur autem Christus per illum
serpentem eneum multipliciter:
Quantum ad mortis innocentiam,
Quantum ad situs eminentiam,
Quantum ad vite carentiam, Quan-
tum ad salutis efficientiam.
Primo quantum ad innocentiam, quia
sicut illa figura serpentis vene-
nosus apparuit et tamen nullum
venenum habuit, ita Christus in
carne peccati apparuit et tamen
nullum peccatum habuit nec inventus
est dolus in ore eius. 2o quantum 2m
ad vite carentiam, sicut serpens
ille vitam non habuit et tamen
de ere maxime durativa fuit,
quia es inter metalla est dura-
bilius, sicut dicit hic glossa, ita
Christus vere mortuus est secundum
humanitatem et vere eternus et in-
mortalis secundum divinitatem. Tertio 3m

Cir 16 Quare legit fecisse miracula propter 3
propter alios utilitatem
propter alios conversionem
propter dei gloriam et honorem

quantum ad situs eminentiam / quia
sicut serpens positus fuit super
perticam longam / in qua a toto
populo conspici potuit / ita christus in
cruce exaltatus est in monte cal=
uarie / ubi a iudeis et gentilibus
videbatur / ubi etiam adhuc a devo
tis mentibus per fidem et amore
conspicitur / 4o quantum ad salutis effica
ciam / quia sicut omnis a b eo
serpente percussus / si in serpentem eneum
aspiciet curabatur / ita quilibet
a dyabolo vulneratus / si christum in cruce
considet per fidem / et veniam roget
sanatur / Tercio subiungit finem
pistus miraculum patrum in con
tinuum videlicet honorem dei / unde dicit
et in hoc ostendisti inimicis
nostris / quia tu es qui liberas
ab omni malo corporali et spirituali
Christus in lege legitur fecisse miracula
propter tria / primo ad eorum propter quos
in corpore operabatur utilitatem / ut
quia eos frequenter et in ea
curabat / 2o propter aliorum conversionem /
quia isti videntes christi miracula
convertebant / Tercio propter dei gloriam
et honorem / Ioh. ix neque hic peccavit
neque parentes eius / sed ut mani=
festentur opera dei in illo / et eodem
modo in proposito / deus istud mira
culum fecit ad utilitatem bonorum
de filiis israel et conversionem ma
lorum / et ad gloriam dei dilatan
dam / 2o principaliter in ista lectione agit
de egipciorum in egipto miserabili
percussionem in estimatione / que propter
eorum maliciam fuit quocumque re
medio inflingebat / Unde dicit / Illos
autem hoc est egipcios / locustarum
et muscarum occiderunt morsus / De
locustis Exo 10 Dixit dominus ad
moysen / extende manum tuam
super terram egipti ad locustam /
ut ascendat super eam / et devo

ret omnem herbam / que residua
est grandini / De muscis Exo.
8 venit musca gravissima in
domos pharaonis / et locusta secundum
scribam in glosa Exo. 10 dicitur
quasi longa hasta / quia longiora
habet retro crura et secundum
ysidorum 12 ethimologiarum est animal pruri
dente nocivum / et plus quam ce
tera animalia frugibus nocet / Ite
secundum 3m super prima tamen Ioel
huius volatilis tria sunt nomina
nomina successive secundum etatem
Nam fetus locuste antequam
habeat alas vocatur bruchus / qui
incipit volare vocatur attalbus — attalabus
cum plene volat vocatur locu
sta / loquens Basilius in exa
meron dicit / locusta dicitur quasi
loco stans fratres / quia cum it
arripienti occurrit malum est
sicut bufo dextrum percudit ec
vel dicitur locusta / quia in te
saltum dat in loco stat / vel
quia permodicum tempus stat
in uno loco / Ipsos etiam super ma
theum ait / locuste sunt volati
lia minima quidem sed parvo — parvo
saltum volantia / que man=
ducavit Ioh. in deserto / Arno
lphus etiam expositor quidam — reperimus
ait / sic minimum genus locustarum
in deserto videtur / quo pastus est — fuisse
iohannes / usque hodie apparet / que
habet corpusculum in modum
digiti manus / membris gracilibus
et brevibus / et in herbis facile
capiuntur / Hec ille / talibus ergo lo — cocteque in oleo pau
custis et muscis estimabant — peres pascuntur victu
egipcii in contemptum et derisionem /
et non leones vel ursos vel
fortia animalia / quia dignifi=
cavit propter eorum ydolatriam talibus
estimari / Tercio significavit hostes salutis
vindicavit quod deus humano generi

nota

multa signa ondit Benivolencie
Reviviscencie prudencie paciencie
Signa benivolencie sunt omnes
creature facte et create ad hominis
sustinendum esse n. signum quod
cum aliquis sanis et aliquis delinquit
in te vi et ideo omnis creatura se
sibilis se ipsam offert set deinde deu
reputat intellectum boni viatoris
Jo 3 Nemo potest facere signa que
tu facis nisi fuerit deus cum eo
Signa reviviscencie sunt septem
sacramenta ecclesie que dantur
in memoriam passionis dominice
Heb^o 2 Salus nostra firmata est co
testante deo signis et portentis
et variis virtutibus et spiritus s.
distribucionibus Signa prudencie
dabit ante suum adventum sunt
ne omnino veniat peccatoribus in
previsus et hoc est signum mag
ne caritatis domine Nullus enim
qui aliquid facit quod vellet oc
cultari approbat adventum hominis
improvisum predator aut quilibet
facit quod vellet si posset occul
tari et ideo deus mundo pleno pec
catis venturus premittet signa
quedam nobilia per que homines
contra ipsius adventum sibi provide
ant et disponant De istis signis
Luc 21 Erunt signa in sole et lu
na et stellis Dicit Vegetius de re mi
litari libro 3^o ca^o 4^o cum inquit ge
nera constat esse signorum pugnatis
belli vocalia semivocalia et muta
Vocalia dicuntur que humana voce
proferuntur sicut duces providmant
signum cuivis viri quo in conflictu utuntur
sicut Deus nobiscum vel triump
hus imperatoris vel aliquid consimile
Signa semivocalia sunt que sunt
per tubam cornu vel buccinam Si
gna muta sunt vexilla aquile
dracones et cetera ista signa pone
batur medietas donatiui omnium
militum eunti ad bellum propter

duas causes Una ratio fuit ne si cum
habuissent in custodia propria in
frivolis expenderent Unde adnutu
eorum previsum est quia ad suffi
cienciam sustentabantur de canona
qui Alia ratio fuit ut per hoc animosius
et forcius sequerent signa sua
et illa nullomodo relinquerent ex
quo peculium suum castrense ibi
dem starent consistere sed potius ea
defenderent quantum possent Ista
tria genera signorum faciet Christus in
suo adventu ho Nam signa vo
spersa Contrarium vero accidit in
inimicis sunt enim quod fastidium
non habebant ex sapore sed po
tius ex colore vnde sicut dixe
runt num 2 anima nostra arida est
nichil aliud respiciunt oculi
nostri nisi manna Angelorum esca
nutriuisti populum Notandum
quod per manna in scriptura sacra
significatur singulariter eukaristie sa
cramentum sicut enim filii israel
per desertum transeuntes usibus ha
bitis a domino repromissam
tali refocillabant alimento ita
nos peruidem ad eternam pergentes
corporis et sanguinis christi cotti
diano viatico recreamur vocatur
autem merito panis angelorum
tam propter confitientes eukari
stiam quam propter desentes
Conficiunt autem istud sacrame
ntum solummodo sacerdotes sicut
patet secundum illud verbum ecce 27
ego Sacerdotes vero in scriptura
sacra angeli nominantur j cor xj
Mulier debet habere velamen
propter angelos glossa propter reuerentiam
sacerdotum qui nuncii dei sunt
malach 2o labia sacerdotis custo
diunt scientiam et legem requirunt
ex ore eius quia angelus domini
exercituum est Sic huius denomina
tionis ratio est quia sacerdo
tem decet angelum in diuersis
condicionibus imitari que in istis
visibus continentur pascit et
hortatur ducit defendit excitat ar

cet orat congaudet punit laudat
sine supplicio Prima quia operatio an
geli circa nos secundum ordinem istorum
versuum est pascere cuius exemplum ha
bemus 3 Reg 19 vbi legimus quod
angelus detulit panem et aquam
ad heliam dormientem et fa
melicum surge inquid et come
de grandis enim tibi restat via
Consimiliter primum officium
sacerdotis est pascere in verbo et
exemplo et subsidio temporali si po
ssit vnde petro significat dominus
ter pasce pasce pasce Jo 21 bis
autem dicit dominus est ei pasce
agnos meos et semel pasce
oues meas ad innuendum dicta
mit doctrinam necessariam in
nocentibus Perfectioribus namque si
plex admonitio sufficit inci
pientibus vero opus est tam verbis quam
verberibus ut debite doceant do
ceant Notandum tamen quod dicitur aliter
exposuisse quidam notandus
arguens quod iuuenes fratres
debent bis in die refici et seni
bus conuenit ieiunare et ideo
pie dixit christus prelato bis pa
sce agnos meos et semel pa
sce oues meas 2a operatio qua
angeli circa nos legimus exercere
est exhortatio cuius exemplum
habemus Matthei 2 Angelus domini
apparuit joseph in sompnis dicens
surge et accipe puerum et matrem
eius et fuge in egiptum Et hanc
operationem imitatur sacerdos sana con
silia priuatim suggerendo Tertia
operatio est ducere per bonam et aptam
conuersationem exemplo raphaelis
Tob 4 Ego inquit angelus eu
ducam et reducam ad te et sic
sacerdos tenetur ducere quia sicut
victoria exitus est gloria bonum
ducis ita sanctitas in attributis
precelit sacerdotis vnde crisostomus

Circa hoc quidam

xi

No

Nota

aliter

de dignitate sacerdotali li° 3° ¶ Nunc age
te populo unusquisque pro merito suo
remuneratur sacerdos autem pro
bonis omnium habebit omnium pro meritis
bonis auream pro acquisitione alterorum
aureolam hec crisostomus ¶ Et ideo secundum eundem
crisostomum super mattheum in omelia 21 sacerdos
est in populo sicut radix in arbore
et sicut stomachus in corpore ¶
quemadmodum enim quando vide-
ris arborem pallentibus foliis
marcidam intelligis quia aliquam
culpam habet circa radicem ita
cum videris populum indisciplinatum
et irreligiosum sine dubio cog-
nosce quod sacerdotium eius non
est sanum hec crisostomus ¶ Sed secundum
plinium et ysidorum 21 ethimologiarum capitulo
6° ¶ Salamandra est serpens
quidam cuius inter venena ma-
xima vis est hec si trunco vel
radici arboris irrepserit omnia
poma inficiat et omnes ra-
mos sic necat ut comedentes
moriantur salamandre semper vivit
in igne radices etiam i. sacerdotes
sic inficiant et in sicut hiis dic-
tis quod omnes rami etiam
ab eis peccati venenum assumunt
Ro. 11° ¶ Si radix sancta et ramus
postea si radix est infecta et
rami erunt nocivi ¶ Ulterius dicit
crisostomus quod sacerdos est in grege
sicut stomachus in corpore quem-
admodum enim quod mediatis
qui primo ingreditur ad ventrem
statim de stomacho cuius in tho-
race et omni corpore festinat
quia si stomachus sanus fuerit
totum corpus validum est ¶ Si
autem dissipatus fuerit totum
corpus infirmum est ita si sacer-
dotium integrum fuerit tota flo-
ret ecclesia ¶ Si autem corruptum
fuerit omnium fides marcida est et
infirma sicut stomachus acci-

Et infra

piens cibum coquit ipsum in se ipso
et per totum corpus diffundit sic
sacerdotes accipiunt scientiam sermo-
nis per scripturas a deo et cogitan-
tes eam in se i. tractantes et me-
ditantes apud se diviso populo
submittunt et infra ¶ Sicut in cor-
pore si membrum aliquod fuerit in-
firmatum non omnino languet et sto-
machus si autem stomachus
languescit omnia membra in de-
riviunt infirma sic si aliqui
peccaverint populorum non omnino pec-
cant et sacerdotes ¶ Si autem sa-
cerdotes fuerint in peccatis totus
populus convertitur ad peccandum
¶ Et ideo dicit ysidorus 3° de summo
bono capitulo 3° ¶ Sacerdotes pro populorum
iniquitate dampnantur si eos aut
ignorantes non erudiunt aut
peccantes non arguunt dicente
domino ad prophetam speculatorem
dedi te domui israel si non fue-
ris locutus ut custodiat se a
via mala ipse ille in iniquitate
sua morietur sanguinem vero eius
de manu tua requiram ¶ Quartus
actus angelicus super predictos visus
est vehere i. transportare ¶ Deferunt
enim boni angeli animas mori-
entium in celum Luc 16 ¶ Factum
est autem ut moreretur mendicus
et portaretur ab angelis in sinum ab-
rahe ¶ Sic sacerdotes angelici de-
centibus desideriis ad amodum
celestium transferunt penitentes
qui eis confidendo confitendo
peccatis pressuris moventur prima pe. 1°
¶ Peccatis mortui iusticie vivamus
¶ Quintus actus angelicus est exci-
tare Act 12 ¶ Angelus domini astitit
et lumine refulsit in habitaculo percusso-
que latere petri excitavit eum dicens
¶ Surge velociter ¶ Petrus dormiens
in carcere est peccator irretitus ma-
la consuetudine iacet inter duos
milites vinctus cathenis duabus
et duo custodes ante hostium

Ezechiele
vinum sanguis

F

custodiunt carcerem. Duo milites
mors et demon. mors insidiatur
corpori. demon anime. Due cathe-
ne amor delectandi et pudor
reuelandi. Duo custodes nec hoc
confessionis hostium exeat presump-
tio venie et confidentia vite
prolixioris. Sicut autem debet sacerdos
angelus et omnem concupiscendo ex-
./et citare penitere non palpare. ¶ Sex-
6 tus actus angelicus est arce- fecit
re demonum potestatem sicut rapha-
hel de asmodeo qui suffocaue-
rat septem viros sare. Tob. 8.
consimiliter sacerdos arcere debet omnes
malos persuasiones extrasatas de-
monis etiam per admirationes
sacras ne noceant bonis viris.
7 Septimus actus angeli est orare
unde legimus Act. 16. quod pau-
lo per visum apparuit angelus in spe-
cie viri macedonis dicens
transiens macedoniam adiuua
nos. qui dicitur fuisse macedo-
num prepositus qui coram a paulo
supplicauit salutem. sic sacerdos
8 pro salute populi orare tenetur. Oc-
tauus actus est quod angelus
congaudet penitentibus de pec-
catis. Luc. 15. gaudium est an-
gelis dei super uno peccatore pe-
nitentiam agentem. et sic etiam
de penitentia populi gaudium
debet esse boni sacerdotis. ¶ Nonus
9 actus angelicus est quod punit
19 4 Re. 19. venit angelus domini et
percussit in castris assiriorum 185 mi-
lia. et sic sacerdotum est sinas
excommunicationis ferre contra con-
10 tumaces et rebelles. ¶ 10m ange-
lorum officium est laudare Ysa.
6. clamabant alter ad alterum
et dicebant sanctus sanctus sanctus do-
minus deus exercituum. hoc etiam
sacerdotibus digno sit, quemadmodum
legimus Esdre 3. steterunt sacerdo-
tes in ordine suo ut laudarent

ad angelorum act. 9
dominum. ¶ Ultimo angelus est sine xj
sumptu. sicut patuit in angelo
thobie v° qui magne fuit utili-
tatis et sine sumptus. consimiliter sa-
cerdotes relicta cupiditate tempo-
ralium de decimis et oblationi-
bus tantum viuat. similiter cum
spiritualia ministrantur largiantur et
nichil precisum recipiant pro
mercede ne symoniaco vicio macu-
lentur. Ubi notandum quod ange- h
li habent quatuor conditiones in
quibus sacerdotes eos debent
imitari. Sunt enim immiles sine
sexu separati. intellectuales plenis-
sima et veritate. sunt motores or-
bium. et sunt rectores hominum.
primo angeli sunt immiles. spi-
ritus enim sunt et carnem et ossa
non habent. et tales debent esse
sacerdotes per continentiam. ut mo-
tus passionum non sequantur in-
cuius figuram datum est petro caro et
sanguis non reuelauit tibi Mt. 16
in lapidibus de lapidibus ca° 3 proprie. 8
dicit de allectorio. primo quod lapis
ille non generatur nisi in gallis ca-
stratis. 2° quod extinguit sitim
3° reddit hominem honorabilem
et 4° distinctum. iste lapis moraliter de-
signat continentiam clericalem quia
non inuenitur nisi in hiis qui
se refrenant a carnalibus desideriis carnalibus
propter meritum vite eterne.
Mt. 19. sunt eunuchi qui se
metipsos castrauerunt propter re-
gnum celorum. hec virtus extingu-
it sitim fornicationis in se et
in illis tam desideria carnalis con-
cupiscentie. Sap. 11. Data est illis
aqua de petra altissima. et re-
quies sitis de lapide duro. la-
pis durus est continentia du-
rum est enim contra stimulos
carnis calcitrare. hec virtus
facit hominem honorabilem sicut in-
continentia facit hominem con-

Sacerdotes mali quatuor
Angeli sathane per discordiam
Angeli apostati per superbiam
Angeli incubi per luxuriam
Angeli abissi per avariciam

insibilem iudicii 1. Una mulier
facit confusionem in domo na
bochodonozor quia hominem red
dit distinctum i. eloquentem etiam
aptum in loco illo tam in oracione
quam in predicatione Et preterea
sacerdotes infames deum conti-
nuencia nec digni sunt orare
nec predicare. Sunt quoque primo sacer
dotes in mulieres et substancie se
pate in cuius figuram dicitur de
nathan etc. quia et surrexit na
than propheta et qui a deo separatus
a carne et delicatibus probis an(gelis)
dominus in psalmis facit angelos suos spiritus
2a. 2o angeli sunt intellectuales
pleni sciencia et veritate et sacer
dotes dei pollere debent sciencia
ac scripture et ideo conveniens est
sacerdotium tanquam de ingenio et ne
aliquid exigant provideat deo
condito ubi dicitur omnes aut ca
thedrales ecclesie quam alie
in quibus suppetunt facultates
doctorem habeant in grama
tica qui clericos ecclesie gratis in
struat et etiam alios in parte po
ssessor hoc est sma illius ca. 1 et de
dem ca. qui in ecclesia et conventu
galliana habetur quod magistri de
bent institui per singulas ecclesias
cathedrales et eis beneficia
assignari qui pauperes gratis do
ceant et informent et ideo sig
nanter dicit Aggei 2 interroga
sacerdotes legem super quod verbum
dicit Joannes considera sacerdo
tum esse officium de lege interro
gati et respondere et si sacerdos
est sciat legem domini ipse se
arguit non esse sacerdotem domini
Malachie 2o labia sacerdotis custo(diunt)
sciam et legem requirunt de
ore eius quia angelus domini
exercituum est 3o sunt moto
res orbium a quibus causa
et genera quid quid in corpo
re procedit ad esse sic officium
sacerdotum esse debet movere
nobiles et potentes quorum virtu
te reguntur subiecti ad cultum dei
figura Jo. 5 de angelo qui des
cendebat secundum tempus
in piscinam et movebat aquam
et qui primus descendisset in
piscinam post motionem aque
sanus fiebat piscina multe
aque est populus magne potencie
Angelus descendit sacerdos vel cura
tus qui eius conscientiam excitat
debitis monet aquam qui li
mitat suam potenciam a di(vi)ne
iure divini 4o Quatuor angeli sunt
rectores hominum vel custodes quia
homines recipiunt in custodibus
vel in regiminibus et eodem modo
sacerdotes et curati qui pro sub
ditorum animabus sunt coram
deo respondere iuxta psalmum Angelis suis
mandavit de te ut custodiant
te in omnibus viis tuis sed iam
proch dolor hiis diebus verificatur
minus dictum beati Job Ecce
qui serviunt ei i. deo non sunt
stabiles et in angelis suis reperit
pravitatem Job 4 Sunt enim
quidam demoniaci sacerdotibus
Angeli sathane per discordiam an
geli apostati per superbiam Angeli
incubi per luxuriam Angeli abi
ssi per avariciam primi sunt sa(thane) — angeli
thane per discordiam sathan enim
interpretatur adversarius et tales de
omni ingenio adversitate et discor
dia se intromittunt conspirant
prelia ingrediuntur pugnas et
docent latrocinia ut vix sit in
venire communitatem per domum que
habeat consortium sacerdotum
Isti sunt similes sacerdotibus
Baal Regum 3 c. 18 quod
incidebant se cultris et lanceo
lis iuxta ad protractionem sanguinis
demones enim multum delectantur

in effusione sanguinis humani/ qualibet
talis figuratur per angelum de quo
prius id est semper malis inquinatur
hominum quærit angelus crudelis
mittetur contra eum/ Secundi
(2ᵘˢ angeli — mali) sacerdotes sunt angeli apostatæ per
superbiam Ecc. 10 initium superbie
hominis apostatare a deo/ hii sunt
similes sacerdotibus dagon de
quibus 1 reg. 4 dicitur quod non
calcant sacerdotes dagon et omnes
qui ingrediuntur templum dagon
super limen templi/ limen super
quod calcatur per sacerdotem designat
humilitatem/ super quod stabiliter
stant viri sancti/ Istud limen non
calcant sacerdotes ambitiosi et
superbi qui ad prelationes maiores
et altiores aspirant/ quia adulantur
regibus et principibus/ et
eos infatuant/ ac finaliter decipiunt/
sicut deceptus fuit antiochus
rex sirie in templo nanee
consilio sacerdotum nanee/
sicut dicitur primo math. 1º Tertii
(3ᵘˢ angeli — 2º) sacerdotes moderni sunt angeli
in tubi plurimam/ Incubi
vel incubo/ incubes secundum
ysidorum 8 ethimologiarum ca. ultimo in
fine/ dromianus dicitur fauni/ et
sunt ut credit demones corpora
sibi assumentes/ et sit
mulieribus se inmiscentes/
et sicut demones in tubi dicuntur
non numquam genuisse
gygantes/ ita sacerdotes propter
sodomiticam voluptatem gignunt
quidem pingues grossos et corpulentos/
(pueros) hii sunt dicti sacerdotes
papi vel beelphegor/ fuit enim
ydolum moab super montem
fegor/ unde alio dictum est
beelphegor/ interpretatur autem
ydolum ignominie/ et reputabat
papium quem latini dicebant
deum ortorum fuit enim immensis
quidam delapsato civitate
helesponti/ quem propter magnitudinem
membri virilis expulsum
delapsato/ in numerum deorum gratia
libidini transtulerunt/ hii ysidorus
8 ethimologiarum ca. 11º hunc vilissimum
deum coluerunt non pauci sacerdotes
moderni/ discipuli illius
maligni angeli de quo loquitur paulus
2ª cor. 12 Datus est mihi
stimulus carnis meæ angelus
sathane qui me colaphizet
Quarti sacerdotes moderni sunt
(4ᵘˢ angeli) angeli abissi per avaritiam/ tria na-
(Avid) (?) abissus 1. in infimum credi-
tur/ unde sacerdotes terrenis
dediti lucris/ sed mercatoribus
Anli abissi dici possunt/ imitatores
illius angeli de quo apostolus
q. locuste habebant super se regem
angelum abissi/ tales
fuerunt sacerdotes hel. quorum
vestigia non nisi pauci sunt
sequti/ et ideo insite tradentur
Dan. 10 Cur ipsorum facta post
mortem eos corporis erant nota.
et ipsi prodomentum primi pe
na potuia/ ab illo qui angelis
peccantibus non pepercit/ sed rudentibus
inferni detractos
in tartarum tradidit in iudicium
cruciandos reservari 2ª pe. 2º
Non sic boni sacerdotes quibus
dicitur ysa. 61 Vos sacerdotes
domini/ vocabimini ministri dei
vestri quia ma. 4 Ecce angeli accesserunt
et ministrabant ei etc. (lco 183)
~~sequitur alia~~ lco 183

Nix autem et glacies sustinebat
vim ignis et non tabescebant/
ut scirent quoniam fructus inimicorum
exterminabat. ignis ardens
in grandine et pluvia coruscans
Hec autem iterum ut nutrirentur
iusti ~~ignis~~ etiam sue vir-

tutis oblitus est. Creatura enim tua
tibi factori deserviens exardes-
cit in tormentum adversus iniustos
et lenior fit ad benefaciendum pro
hiis qui in te confidunt. Dicto
itaque super naturali beneficio quo filii
israel in deserto sustentati fuerunt
a domino, redit auctor ad enar-
randum deinceps admirabili supplicio illa-
to egyptiis in egypto. Beneficium
autem collatum hebreis fuit pluvia
manne descendentis de celo ad
eos sustentandum. Supplicium vero
illatum egyptiis fuit pluvia
nimis et grandinis tonitrui et
fulguris ad egyptios terribiliter fla-
gellandum. Sicut enim Exodi 9
narratur inter 10 plagas hec fuit una
quod dominus pluit grandinem super
terram egipti, et cum grandine fuit
ignis admixtus, qua quidem
mirabili pluvia occisa sunt omnia
que inveniebantur in agris ab
homine usque ad iumentum, ligna
quoque et herbe confracta sunt
in tota terra egipti. Tamen in terra
gessen ubi habitabant filii israel
non cecidit grando talis. In tero
pando quare ista duo ad se invicem
docet auctor quod ignis contra
naturam duo serviebat miraculo
utrobique, et circa hoc duo facit. Nam
primo narrat ignis miraculi conditionem
et circumstanciam. 2º assignat
ignis miraculi causam. Secundum ibi
Creatura enim tua. Quantum
ad primum dicit quod nix et gla-
cies sustinebant vim ignis et
cum sint de celo descendissent
et essent sufficienter approximata
sic quod naturaliter ignis posset re-
solvisse nivem et grandinem,
et nix cum grandine extinxisse
ignem, nullum istorum egit
in aliud, sed nix et grando ma-
serunt in sua frigiditate, sicut

ignis in suo calore et non tabesce-
bant ut essent similes pene in-
fernali, ubi transitur ab aquis nivi-
um in calorem nimium. Job 24.
Fuit autem istud miraculum
omnium egyptiis et israelitis ut
scirent experimento quam fuerit
in inimicorum. Extimabat ignis ar-
dens in grandine quod fuit terribile
tactu et pluvia coruscans quod
fuit horribile visu. Sicut enim
ignis acuitatem propriam non ex-
cuit circa grandinem in supplicio ita
nec circa manna in beneficio. Nam
hoc fuit mirabile sicut in sequenti
dicitur quod manna que ad radi-
um solis radium liquescebat, ad calorem ignis non decrescebat.
Et hoc est quod subdit. Hoc autem
iterum ignis sicut nutrirentur iusti
sue virtutis oblitus est quia non
resolvebat, sed potius conserva-
bat manna in natura sua ut nut-
rirentur iusti scilicet filii israel in deserto.
Consequenter assignat huius miraculi
causam, et est obediencia creature
ad divinam voluntatem que
sicut instrumentum divine volun-
tatis aliquando exardescit in
tormentum adversus malos cum deo
placuit, et aliquando remittescit non
agendo ad solatium iustorum cum
deus hoc voluit ordinare. Danielis
3. Caldei fornacem accedentes
ab igne consumpti sunt. Magis
tros pueri custodiebant illos. Fe-
cit autem dominus medium fornacis
tamquam ventum roris flantem, et
pueros omnino non tetigit ignis
neque contristavit. Hec est summa lit-
tere. Ignis sue virtutis oblitus est.
Ignis in sacra scriptura caritas
dicitur dicente salvatore Luce 12
Ignem veni mittere in terram etc.
Et spiritus sanctus qui est caritas patris et
filii in specie ignis missus est
Actuum 2. Huius similitudinis propter ce

quadruplex primo quia ignis inter
elementa est maioris activitatis
Secundo quia maxime tendit
sursum 3o quia ignis crescit
in infinitum paratus combusti-
bilium sicut docet arist 2o de anima
Quarto quia ignis est quasi
forma omnium aliorum elementorum
Sic prima inter virtutes caritas
est magis activa amor enim
dei secundum Gregorium nunquam
est ociosus operatur enim magna
si est si autem operari renuit
2o amor non est 2o caritas tendit
sursum nam incipit adeo et
omnia ordinat in deum et sicut
ignis maxime calefacit ad su-
perius minus ad latus et mi-
nime deorsum ita homo caritate
maxime diligit deum minus
seipsum et proximum minime
corpus et mundum 3o caritas
crescit in infinitum nam bonis
operibus augetur nec sine habet
augmenti in vita presenti 4o vocatur
forma aliarum virtutum quia
sine caritate nullus virtutis actus
meritorius est Sed de isto ante
igne modicus temporibus istis ad
impleta est prophetia salvatoris
Mt 24 habundabit iniquitas
et refrigescet caritas ut merito
dici possit Ignis virtutis sue
oblitus est Ubi notandum quod
Quattuor sunt arguendi videlicet de oblivione — de oblivione divinorum beneficiorum
de oblivione priorum delictorum
de oblivione familiarium et
amicorum de oblivione salutationum mandatorum
Primo ergo arguendi sunt pec-
catores de oblivione divinorum
beneficiorum eius et mirabilium
eius que ostendit eis 2o argu-
endi sunt homines de oblivione
priorum delictorum illa enim ha-
benda sunt in memoria ut
pro eorum indulgentia supplicetur.

Exemplo prophete qui ait iniquitatem
meam ego cognosco et peccatum me-
um contra vel coram me est semper
Istud est contra non nullos qui
aliena delicta semper in pro-
spectu conspiciunt et peccata propria
non advertunt contra quos di-
citur Io obsecro ut obliviscaris
scelerum fratrum tuorum 3o ar- 3o
guendi sunt homines de ob-
livione familiarium amicorum et
et maxime cum fuerint mor-
tui magna enim ingratitudo
est tunc amicum deserere cum
vera amicicia primo incipiat
indigere amici nostri quam diu
vivunt possunt se iuvare in hiis
que spectant ad victum vel ve-
stitum sed cum mortui fuerint ad
mendicum penitus sunt impo-
tentes et tunc non habent aliud
refugium nisi amicos si quos
in vita post se relinquerunt ut di-
cat quilibet eorum illud Job 19 Mi-
seremini mei miseremini mei saltem
vos amici mei quia manus
domini tetigit me Sed aut de qua-
tuor generibus hominum conque-
runtur et qui sunt isti Sunt
possessores occupantes progenitorum
hereditates Executores defuncto-
rum voluntates Profes-
sores non pensantes fundatorum
pietates Mendicantes non recipro-
cantes benefactoribus suis gra-
tes Primi sunt heredes ingrati
qui succedunt parentibus in tot
bonis et redditibus que
illi sumptibus vel sanguine
quesierunt isti obtinent sine la-
bore et tamen vix semel in
anno vigilias faciunt unam missam
Nota de amicis 4a hec et
multa alia que ibi dicuntur de me-
moria eorum gemunt quis centum
libros pro oblivione delicti

nomen eius. Secundum genus ho-
minum de quo mortui conqueruntur
sunt executores falsi et fraudu-
lenti, de fraudantes corum ultimas
voluntates, contra quos 13 q. 2 Ultima
voluntas defuncti omnibus mo-
dis servetur. Hoc autem a iure non
processit. Liberum enim debet
esse quod iterum non redit ad ar-
bitrium. Unde Allexander nequam in
libro suo de natura rerum ostendit
noticiam de porcionibus non — aliquam
solum pulcram sed etiam ne-
cessariam iuris periti in tan-
tum. Hoc probat sub hiis verbis. Quis
legem romanam non testator
satis fecisse intelliget nisi in p-
porcionum natura in sanctis
sit. Quidam quoque lecto doloris de-
tentus, videns animam solue-
dam esse legibus humane ser-
vitutis, testamentum condidit sub
hac forma verborum. Si uxor mea
pregnans prolem virilem enita fuerit
delego puero duas partes hereditatis,
uxori terciam. Si feminea prole
fecundetur, gaudeat uxor duabus
porcionibus, filia terciam percipi-
at. Vivo itaque solvente debitum
nature testatorem, uxor eius Lucina
na fauens masculinam et femi-
nam prolem concepit. Quesitum
est, statutum animi pragmatici
hereditatem in quot porciones esse — septem
dividendam, assignate sunt autem
quatuor partes puero, due uxori et una
puelle. Liber enim debet esse sub-
iectus voluntatis stilus et liberum
quod iterum non redit arbitrium.
Pretulit autem testator ea por-
cione masculinam prolem proli
uxoris, qui pretulit uxorem proli
feminee, vel in dupla. Ideo quod pre-
dictum est mediatum similiter fe-
re ponde hec Allexander. Pragmaticus
dicitur causator. Pragma namque
grece dicitur causa latine. Unde prag-

matici dicuntur iuris periti qui cau-
sas et negocia decidunt. Hii quoque
fraudatores ultimarum volunta-
tum, sacrilegi sunt et fures et
pauperum necatores 13 q. 2 clerici
et c. Apostolo de quibus conque-
ritur defunctus dicens illud Psalmista
Oblivioni datus sum tamquam
mortuus a corde. Sed felices pru-
dentes executores, qui dicere potuerunt
mortuo illud Psalmista Nec obliti sumus
te, et inique non egimus in te-
stamento tuo. Tercium genus ho-
minum de quibus mortui con-
queruntur sunt professores non — F
pensantes fundatorum pietates. — possessores
Hii sunt religiones possessiona- — mancipio
te variis redditibus et omnibus
bonis ditate non solum ad ne-
cessitatem, ymo ad voluptatis
superfluitatem, qui vix nomina no-
verunt suorum fundatorum,
quorum quilibet de eis potest di-
cere illud Jeremie 13 Saturati sunt
et levaverunt cor suum, et obliti sunt
mei. Saturati sunt per gulam, leva-
verunt cor per superbiam, et obliti
sunt mei per negligenciam. Quartum
genus hominum de quibus
mortui conqueruntur sunt me-
dicatores non reciprocantes be-
nefactoribus suis gratos, qui tem-
poralia recipiunt et spiritualia
non retribuunt ut debent, qui
benefactoribus adulantur do-
nec recipiant, et cum receperint
devotionibus et precibus non com-
pensant, contra quos Eccl. 29 Non
obliviscaris amici tui in animo
tuo et non immemor sis illius
in operibus tuis. Quinto arguendi
sunt homines de oblivione sa-
lutarium mandatorum. Profundi-
tas enim peccandi et inveterata
consuetudo male vivendi
di amittit memoriam divino-
rum mandatorum. Quo contra

l. clxxx Dilectio xi quam in nobis facit [illegible]
preuenit tarditatem nre beniuolentie
abluit feditatem ingrate consuetudinis
superat quantitatem nre sufficientie
superat ad voluptatem plene affluentie

lectio 182

po^ta gloria quamuis se creasse fateatur
dicens Etiam sicut omnis que pri-
que sermonum tuum quia man-
data tua non sum oblitus etc.
~~sequitur aliud~~ l. 182

Propter hoc et tunc in omnia transfi-

gurata omni nutrici gratie tue de-
seruiebant ad voluntatem horum
qui a te desiderati sunt ut sci-
rent filij tui quos dilexisti do-
mine non natiuitatis fructus pa-
scunt homines sed sermo tuus
hos qui in te crediderint conser-
uat. Posita forma generali mira-
bilium que deus exhibuit circa po-
pulum hebreorum in deserto eos guber-
nando et circa populum egyptiorum
in egipto eos flagellando. Hic de obe-
diencia creature ad diuinam vo-
luntatem. propter istam eandem obe-
dienciam creature applicat singu-
lariter ad illam creaturam gloriosam
qua per mannam populum suum pa-
uit et circa hoc duo facit quia primo
ondit miraculi qualitatem 2o mira-
culi utilitatem 2a pars ibi ut sci-
rent filij tui. Primo dicit quod miraculi
magnitudo ineffabilis in hoc quod
cuilibet omnia cibaria videbant transfigu-
rata i. transsubstanciata quantum in
x quolibet sub specie ipsius manne
in quo vnumquodque sapiebat illud ge-
nus cibi quod magis diligebat
et hoc est quod dicit propter hoc
i. quia omnis creatura factori
deseruit ad nutum. Ideo etiam
tunc in omnia transfigurata i. ci-
baria uel esce quibus homines
pascuntur transfigurata in omnia
secundum appetitum et edi-
tum comedendi quia quod
prius sapiebat vinum rubeum po-
stea videbatur album et tenue
et sic quodam modo omnia ad

esum humanum per inuencia transfi-
gurata in omnia omni nutrici gra-
tie i. voluntati gratiose dei
inuenienti deseruiebat ad volun-
tatem horum qui a te desiderati
sunt i. adoptati et dilecti. Hec
est ergo miraculi qualitas. Et se-
quitur eius utilitas in forma-
tio uel fidelium ut cognoscat
quod non solum fructus pro-
ductum terrarum nature pro-
ductus seruat homines in vita-
nali sed etiam sermo dei. Hoc et
est quod dicit ut scirent filij
tui quos dilexisti domine
quia non natiuitatis fructus pas-
cunt homines i. fructus pro-
ductum modum nature produc-
tus sed sermo tuus i. manna
celitus datum ad sermonem
tuum hos qui in te crediderint
dilexisti domine. Dilectionem suam
deus ad hominem quatuor mo-
dis magnificat et commendat. Pre-
uenit tarditatem nostre beniuole-
ntie. Abluit feditatem ingrate
consuetudinis. Superat quantitatem nostre
sufficientie. Superat ad voluptatem
plene affluentie. Primo dico quod
deus suam ad nos dilectionem
ostendit in hoc quod preuenit tar-
ditatem nostre beniuolentie. Johannis iiii pa
In hoc est caritas dei in nobis non
quasi dilexerimus deum sed quia ipse
prior dilexit nos. Unde Richardus
Dulcis ihesus primus est in accessu
et ultimus in recessu et ideo te-
nement cor humanum cogit
sibi dari primogenitum. Prouerbiorum fili cor
tuum michi. Exiit enim ipse
est primus in accessu preueniendo
voluntatem ut ad eum con-
uertitur et ultimus in recessu quia
prius ira et carnalitate homo
recedit a deo prius quam deus
eum relinquat substrahendo

gra. Iste cor humanum primum est inter
partes corporis quod vivificatur et ultimum
quod moritur. In cuius figura
dicitur Exo. xiij. Sanctifica mihi
omne primogenitum, id est omne cor
humanum, quod inter membra corporis
primogenitum dicitur. Et hoc est
quod precipitur Mt. xxij. Diliges
dominum deum tuum ex toto cor-
de et ex tota anima tua. Secundo
Xpus ostendit ad nos suam
dilectionem in hoc quod abluit
feditatem iniquitatis nostre. Dele-
vit enim peccatum originale per
propriam sanguinis effusionem,
delet peccatum actuale per sacrame(n)-
talem confessionem. Et hoc
est quod nobis commemorat Jo.
1 Apok. 1. Dilexit nos et lavit
nos a peccatis nostris in sanguine
suo. Sanguis designat amo-
rem et causat amorem. Unde
sanguinee complexiones sunt
naturaliter amative, et iuvenes
magis sunt amativi quam se-
nes propter sanguinis effusionem
ampliorem. Narrat Jeronimus
contra Jovi(nianum) libro primo, allegans Ze-
nofontem hec scripsisse de in fa-
cia Cyri maioris. Scribit inquit
Jeronimus Zenophon occiso Ab-
radato, et viro quem Panteon
uxor miro amore dilexerat, col-
locasse se iuxta corporis lacerati
et confosso pectore sanguinem suum
mariti vulneribus infudisse. Isto
modo moraliter anime devote, spon-
se fideles Xpi, videant contem-
plando maritum suum occisum, ter
non (casu) naturaliter sed per eorum amore
sponte defunctum, collocent se
iuxta corporis laceratum crucifi-
xi, et illud tam voluntate quam
intellectu quasi duobus brachi-
is amplectantur, confodiant pe-
ctus suum gladio doloris compas-
sionis et compassionis, ut inde san-
guis amoris erumpat, et in vulnera
salvatoris fusturiat. Heb. ixo. Sine
sanguinis effusione non fit re-
missio peccatorum. Et hoc est quod
suadet Apostolus Ephe. vo. Ambulate
in dilectione sicut et Xpus dilexit
vos, et tradidit semetipsum pro no-
bis. Tercio Xpus ondit ad nos sua
dilectionem maximam in hoc, quod
superat quantitatem nostre sufficiencie,
plura enim nobis tribuit quam
perfecte intelligere vel desiderare sci-
mus, nec sufficimus suum amorem
recompensare. Unde Apostolus Ephe. ijo vocat
caritatem Xpi nimiam: propter ni-
miam inquit caritatem suam
qua dilexit nos. Sunt enim scri-
ptoribus de recepcione lapsi vicio
amicorum carnalium etiam si sit
in hoc supra modum in sanctis,
ita exardescit ut in amorem di-
lecte sue, sicut deus effunditur
in amorem animarum nostrarum. Qua-
tuor enim defectus in dilectione
hominum contingit reperire, a quibus
amor divinus totaliter est alienus.
Sunt enim aliqui qui licet a-
mentur, non tamen redamant
amatores suos, sicut ingrati,
contra quos deus dicit Pro. viijo. Ego di-
ligentes me diligo. Sunt qui
diligunt, sed propter propriam utili-
tatem indigent enim benefi-
ciis amicorum. Contra quos Seneca
in quadam epistola: Negociacio est
amicicia que ad comodum atten-
dit. Secundum Aristotelem viijo Ethicorum triplex
sit amicicia, scilicet honestum propter de-
lectabile et propter honestum. Di-
ligentes propter utile sunt minime
amici inter omnes. Hoc etiam
plangit Ovidius secundo de ponto:
Exit ibi turpe quidem, sed si
mo vera fatemur, vulgus ami-
cicias utilitate probat. Propo-

deus nos diligit nos propter suam
utilitatem qui nostris non indiget
sed diligit nos ad fructum nostrum
Ephesios primo Gratificavit nos in
dilecto filio suo / gratificavit i-
gratos nos sibi fecit Osee xiiij°
3° Sanabo contritiones eorum / et di
ligam eos spontanee / Alii sunt
qui diligunt homines sed non
nisi in prosperitate et felicitate de
quorum quorum dicitur illud Boe
cii libro 2° de consolatione prosa 8a Que
felicitas amicorum in fortunium
iniminicos facit / Unde dixit qui-
2° dam Exemplo didici quod pro
speritatis amici / res amplectuntur
non nos sed nostra sequuntur / Et item
mettre Non sunt persone / sed pro-
speritatis amici Quos fortuna te-
net dulces / adversa fugat / per oppositum
xpistus est qui maxime diligit
tunc cum homo a mundo deseritur
et a malis hominibus agitatur / Un-
de ps Cum ipso sum in tribulatione
Et Cito in mundanis amicis
inveniunt defectus / quia multi
diligunt viventem / sed mortu-
um persequuntur et odiunt / tamquam mor-
tuus sunt filii / uxor / servus / et ex
ecutores / cum enim fuit defunctus
tunc illi qui omnibus debonis suis
magis dominari debent / spoliant et pre-
dant / et sibi appropriant quidquid
possunt Unde metrice dicitur / post mor-
tis morsum / vertit dilecto dorsum
Firmata vita finit et amor / ita per
oppositum xpistus facit / quia satis
diligit viatorem dum vivit / sed
longe amplius post mortem Jo
xiij Cum dilexisset suos qui e-
rant in mundo / in finem dilexit
eos / hoc est in perpetuum eos dilexit
Je xxxi° In caritate perpetua dilexi
te / Quarto ostendit deus ad nos
suam dilectionem in hoc / quod no
bis parat ad voluptatem plu-
ma affluentes Unde ij Thess 2°
Dilexit nos / et dedit consolationem

eternam que quanta sit / sancti intuitur
exprimere et non possunt Augusti-
nus de moribus ecclesie et manichei
quanta est pulchritudo iusticie / tanta
est iocunditas lucis eterne / hec e-
nim incommutabilis veritatis atque sa-
piencie / ut etiam si non liceret in
ea amplius manere / quam unius
diei horam / propter hoc solum in-
numerabiles anni huius vite pleni
diviciis et circumfluentia bonorum
temporalium recte merito contem-
pnerentur / Et Crisostomus de repa-
racione lapsi / et cotidie oporteret
tormenta perferre / si ipsam gehen-
nam pro tempore tollerare
deo / ut xpistum possemus videre
in gloria venientem / immo sanctorum
sociari / nonne erat dignum pati
omne quod est triste / modo / ut
tanti boni tanteque glorie participes
haberemur / Et Lectio 184

Quod enim ab igne
non poterat ex-
terminari / statim ab exiguo radio
solis calefactum / tabescebat / ut
notum omnibus esset / quoniam
oportet prevenire solem ad benedicti-
onem tuam / et ad ortum lucis
te adorare / Ingrati enim fides
spes tamquam hybernalis glacies
tabescet / et disperiet tamquam a-
qua supervacua / Postquam auctor
declaravit de illo manna quod
deus dedit patribus in deserto
quante fuit dulcedinis in delectan-
do / In parte ista prosequitur de-
clarare quante fuit fortitudinis in
durando / Erat autem prima mira
condicio / quia cum esset lique-
factibilis / non liquefiebat ad
ardorem caloris / quia non a calore
igneo / sed a calore solari / primo
ergo ponit istius liquefactionis
diversitatem / Secundo sub

dit mirabilis condicionis utilitate
Secunda pars ibi ut notum omnibus
esset etc. Ita primum dicit sit quod ab ig
ne non poterat extimari i. liquefi
eri vel resolui statim ab exiguo ra
dio solis orientis quia tamen radii sunt
debiliores ad calefaciendum tum
quia cadunt oblique super terram
tum quia frigus noctis adhuc
dominatur in aere calefactum ta
bescebat i. deficiebat Exo. xvi.o
Cumque incaluisset sol liquefiebat
dum ante solis ortum non colli
gebant illud Ipsius sunt utilitas
fuit duplex una quo ad bonos
ut essent premuniti quo tempore
deberent illud colligere et quantum ad
hoc dicit Ut notum esset omnibus
hebreis in deserto quia oportet pre
uenire solem i. ortum solis ad
benedictionem tuam i. ad colligendum
quod erat eis benedictio et beneficium
datum a deo Unde Exo. xvi Colli
gebant autem manna quantum
sufficiebat ad vesperam et ad ortu
lucis te adorare pro beneficio ma
ne quod colligi debuit summo ma
ne Fuerunt autem multa miracula cir
ca illum Primum quod reglaciat (?)
omni nocte dabatur in habundancia
tanto populo Secundum quod collige
tes singuli eandem mensuram scilicet
gomor satis inveniebant cum id
domum deportassent quantumcumque esu
riens nec qui plus colligerat ha
buit amplius nec qui minus
parauerat reperiebat minus Tercio
quod non poterat seruari per nocte
usque ad mane et si seruabatur
a vermibus et tamen in feria sexta colli
gi debuit pro duobus diebus quia
sabbato non inueniebatur in agro
et tunc optime potuit per duos
dies seruari durabile Quarto fuit mira
bile quod ad modicum radium
solis liquefiebat et ab igne du
rescebat Quinto quod sapiebat

unicuique secundum suam voluntatem
saltem de bonis ut supra dictum est
Sexto quod potuit redigi in pul
uerem et transformari in panes et mi
rito dici potuit dei benedictio Tercia
utilitas proueniens de ista li
quefaccione ad ortum solis et re
sistencia ad calorem ignis fuit quan
tum ad malos quod si neglige
rent ortum solis preuenire ad
colligendum et differrent expecta
do divinis frustrarentur spe sua
manna tabescente et dispariente
sicut aqua Et hoc est quod subdit
ad literam Ingrati enim spes i. ma
na sperata durare ab ingrato
qui non credidit mandato domini
de tempore colligendi tanquam
yembalis glacies i. hyemalis
non vernalis tabescet et disparet
tamquam aqua super vacua quia
veniens colligere post ortum solis
nichil inueniebat sed totum erat
liquefactum Iste est sensus literalis
Exponitur tamen spiritualiter de ipso
sole iusticie cuius ortum i. aduen
tum ad iudicium oportet preuenire
ad habendam benedictionem de qua
Mathei xxv.o Venite benedicti pa
tris mei etc. Et oportet ad ortum
lucis i. ad aduentum iudicis
adorare et tunc ingrati spes ta
bescet etc. Ingrati sunt deo pec
catores ~~multiplicat~~ multiplicati
Quidam enim dona dei non co
gitant Quidam enim de suis
beneficiis non honorant Qui
dam ei sua beneficia exprob
rant Quidam contra eum
per sua beneficia pugnant Isti
sunt satis ingrati qui in quo
pendebant pro necessaria sed semper
aspirant ad habenda et non que
receperunt de preterito sed receptum sit
precauent de futuro et est prima
et potissima causa ingratitudi
nis Sicut dicit Seneca debu

fitijs in^o fere in principio prima in-
iquitas omnium ac potentissima ca-
ecitas quod nobis semper cupiditati-
bus occupati non quid habeamus,
sed quid petamus, non in eo quod
est sed in id quod petimus inte-
nti sumus. quidquid est vile est. se-
quitur autem ut ubi quod acceperis
leve nouorum cupiditas fecit
auctor eorum non sit in pretio. et
ideo non immerito conquerebatur
epicurus assidue. sicut refert
seneca consequenter quod adversus
preterita sumus ingrati, quod quecun-
que percepimus bona ad memoriam
non reducimus, nec inter volupta-
tes beneficia numeramus, cum certior nulla
sit voluptas quam que iam eri-
pi non potest. presentia bona non dum
in solido sunt, futura pendent
et incerta sunt. et ideo concludit
seneca quod ad hoc ut grati simus
indigemus bona memoria. quia
sicut ad perfectam scientiam sufficit
semel quedam didicisse que semper
postea sunt. quedam ut sciantur
non est satis didicisse. intercidit
enim scientia nisi contineatur geome-
tria dimensione et sublimium cursu.
Ita beneficia quedam magnitudo
non patitur excidere, quedam mi-
nora sed numero plurima effluunt,
quia non frequenter ita tractamus
nec libenter quid cuique debeamus re-
cognoscimus. Sed hic posset esse
dubium an tales beneficia non
recogitantes sed oblivioni trade-
ntes debeant dici ingrati. et cum
Seneca cum ebutio amico suo
de materia disputaret, solebat ta-
les ebutius non ingratos sed
oblitos vocare, tamquam eadem res
ingratum excuset que faciat.
secundo quia hoc accidat alicui
non sit ingratus, cum hoc non
accidat nisi ingrato. ideo disting-
wit consequenter Seneca de in-
gratis sic. Ingratus est qui be-
neficium se accepisse negat quod
accepit. ingratus est qui simulat.
Ingratus est qui non reddit. sed
ingratissimus omnium qui oblitus
est. et hoc probat primo quia illi
qui sunt memores beneficiorum
licet non reddant sentiunt tamen se
esse in animo debitores, et propter ex
facili occasione inducti ad red-
dendum. isti non obliti vero totum
beneficium elapsum est. Secundo 2^o
ad reddendum homo multis
indiget. meminisse sine impen-
dio potest. et ideo indigne voluit
esse gratus qui beneficium tam
longe proiecit ut extra conspec-
tum suum ponet. De quorum tali
necessitate illud est xxix ingra-
tus sensu delinquit libertatem
scilicet bone dici ingratus sensu, quod
memoriam perdit illius quod
semper sensisse debuit. Tercio 3^o
do sunt ingrati qui demum de
suis beneficiis non honorant,
similes porcis qui glandes co-
mmune comedentes nunquam
ad arborem oculos erigunt,
tamen fructu incessant pascuntur.
contra quos Aristoteles v^o ethi-
corum cap^o viij^o ostendit quod in contra-
faciendo proportionali commanent
et cohabitant boni cives, et
illi qui non possunt consilia
tribuere, saltem gratiarum sacrum
sponte reddunt ut retributio
fit. hoc enim proprium est gratie.
est enim gratiarum actio quedam
retributio et quoddam sacra-
mentum in eo quod non potest
retribuere ad equalitatem. Refamu-
lari enim oportet ei qui gratiam
fecit, et ei servire in recompen-
satione collati beneficii. Sunt
poete non ad veritatem sed ad
voluptatem fabulantes tres
sorores esse fatentur que gracie
nominabantur. Sicut narrat
Seneca de beneficiis libro primo.

libro primo. Que sorores et filie Veneris et liberi patris secundum aliquos dicuntur virgines, etiam complexis manibus ut chorum tripudiantium efficiunt ridentes et perlucida veste atque soluta induta. Quarum due ad nos conversae sunt, tertia vultum avertit. Virgines finguntur eo quod incorrupta et sincera intentione debent fieri beneficia. Complexis manibus chorum quendam efficiunt eo quod beneficium de manu ad manum transit et tamen redit utique ad auctorem. Ridentes sunt, quia beneficium hylarem debet habere datorem. Perlucida veste sed soluta induuntur, quia beneficia conspici volunt et volatur. Est enim amicitia benivolentia volatis intencione passis viii° ethicorum. Que conversae sunt ad nos, tertia procedit aversa, quia beneficium simplex a facie progreditur sed duplex redit. Sunt liberi patris et filie Veneris, quia propter amorem et liberalitatem beneficia dari debent. Cum igitur a deo beneficia continue recipiamus, sibi cottidie regratiari debemus. Unde dicit Augustinus in epistola ad Marcellinum: Quid melius dicere possumus quam deo gratias? Quid melius inquit nec animo geramus nec ore promamus nec calamo exprimamus quam deo gratias. Hoc nichil dici brevius, nec audiri letius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius quicquam potest. Ideo dicit Hermes Trimogestus in libro suo qui logostileos dicitur in fine, quod non est convenientius deo thus vel mirra incendere et sic eum adorare. Sed nos inquit gratias agentes adoremus. Hec sunt enim summe incensiones, cum gratie deo aguntur a mortalibus. Sed timendum est quod iam nimis verificatur prophetia apostoli ij Thi iii°: In novissimis diebus instabunt tempora periculosa, et erunt homines se ipsos amantes et ingrati. Tertio sunt quidam ingrati qui deum de suis beneficiis exprobrant, ad modum uxoris ingrate, que pro qua vir in collistrigio positus fuerat, eius enormitatem uxor deinceps improperavit in perpetuum. Istam imitari videntur qui Christo stigmata suorum vulnerum fatue improperando improperant, que in illatione sustinuisset nisi eum ad hoc caritas coegisset. Ecclesiastici xxix°: Pascet et potabit ingratos, et adhuc amara audiet. Quarto sunt ingrati quidam qui contra deum per beneficia sua pugnant, qui donis dei ad peccandum utuntur. Aliqui habundant divitiis a deo concessis ut necessitatibus pauperum succurrant, et isti sunt frequenter pauperum oppressores. Alii fortitudine corporis sui vigent ut deo primam serviant, et isti specialiter in servitio demonum vires suas consumunt. Sunt virgosi, rixosi, predones et latrones. Nonnulli vigent ingenio naturali, quo deum colere et se et alios regere debent, et isti fraudibus et dolis intenti circumveniunt proximos serviendo dyabolo non deo. Contra quos Gregorius xxxvi° moralium super illud Job xl: Huic montes herbas ferunt, dicit: Dum reprobi de donis acceptis nequaquam recta sed prava cogitant, quid aliud faciunt nisi suis donis contra deum pugnant. Hanc sententiam expressit in omelia quadam super illud: Cum audieritis prelia etc.: Omnia inquit que ad usum vite accepimus, ad usum culpe convertimus. Hanc severitatem per quam tam probabilitatione diligimus pro salutem corporum in usum redigimus viciorum. Sobrietatem quam debemus ad pravitatem intorsimus voluptatis. Hec ille. Isti sunt similes cuculo, qui per quandam aviculam debet nutriri in nido, quam postea

occidit et comedit cum etate adulta
habuerat. Et istis tamen non obstan-
tibus benignus est super ingratos
et malos Luc. vi°. Ingratum triplici-
ter punitum invenio. Unde apud athe-
nienses convictus libertus de ingra-
titudine adversus patronum iure li-
bertatis carebat. Sicut narrat Va-
lerius libro v° cap° primo dicebat
quod ei dampnus sup sedes tamen
tanti muneris imperium estimaret
nec adduci possum ut decidam
urbi talem quem domini scelesti
torno abi ergo et esto servus quia
liber esse non scisti. Filium. Unde
Seneca declamationibus frequent
liberi parentes alant aut vinciantur.
Militem sine hospitem. De quo na-
rrat Seneca iiii° de beneficiis. Miles qui-
dam naufragus littori est appulsus
et in hospitio cuiusdam per xxx di-
es refocillatus tandem licentiam
recipiens ait Gracias tibi referam
si imperatorem me videre contingat
veniens ad philippum regem ma-
cedonum predia illius apud quem
fuerat hospitatus poposcit. Annuit
philippus. Vir sinus expulsus no-
n iniens vel iustitius illud tulit
sed ad curiam imperatoris accessit et
ingratitudinem militis exposuit
philippus hoc audiens iussit ut
reprobissimo militi et ingratissimo
hospiti stigmata in figerent que
eius ingratitudinem perpetuo te-
starent et hospiti omnia redderent.
Erit ergo libertus ingratus libertatis
privilegio privabatur. Filius ingratus
parentibus vinculis carcerabilibus
arcebat. Miles ingratus hospiti
et amico stigmatibus perpetuis no-
tabatur etc. Cam 1a lc° 186

Magna sunt enim iudicia tua domine:

Et inenarrabilia verba tua propter hoc
indisciplinate anime erraverunt.
Dum enim persuasum vel sic habent

iniqui posse dominari nationi sancte
vinculis tenebrarum et longe noctis
compediti inclusi sub tectis fugiti-
vi perpetue providentie iacuerunt vel
latuerunt vel placuerunt. Post con-
mendationem divine gubernationis et
ad excellentiam sapientie in a creatore
agit auctor in postremo huius volu-
minis de speciali protectione qua iu-
daici quos sibi deus ad optimat
deminatiolosa derelictione quam egipti
aci quod filios israel captivaverant
et multis annis afflixit. Deus autem
x plagis egiptios percussit in quibus
alique inferebantur per bestias et
animalia alique partes insensatas
et elementa et alique per corpora sup-
celestia sicut supra dimissum fuit.
Ideo postquam auctor declaravit
quomodo egipcii affligebantur per
bestias et animalia et ceteras partes in-
sensatas et elementa. In ista parte osten-
dit quo idem egipcii afflicti fuerunt
per corpora supercelestia. Per corpora autem
supercelestia puniebant uno modo
per luminis subtractionem alio modo per
primogenitorum occisionem et sic huius
dimidii processus in duas partes. Prima
primo agit de nona plaga illata
egiptiis que fuit per tenebras pal-
pabiles. Sicut dicitur Exo. x et de
plaga x° quo fuit per mortes innu-
merabiles primogenitorum. De qua Exo.
xii° Secunda pars ibi ca° xviii°. Erant
tamen autem tuis maxima claritas
Circa primum quinque fiunt. Nam primo
agit de illius pene causalitate 2°
de eius remedii habilitate. Tertio de
eius immensitate. Quarto de eius
diuturnitate. Quinto de eius equita-
te. Secunda pars ibi Et dum putant
se latere. Tertia pars ibi Effugiebant
enim. Quarta pars ibi Illi autem
qui impotentem. Quinta pars ibi Orbis
enim orbis terrarum. Circa primum
duo facit quia primo assignat ta-
te pene causam. Secundo eius

Iudicium dei est propter quatuor
propter iudicii infallibilitatem
propter iurisdictionis qualitatem
propter iusticie inflexibilitatem
propter potencie incomprehensibilitatem

pene ponit forma ibi vinculis tene
brarum. Causa autem fuit duplex ex
parte dei iusta consideracio et ex parte
egipciorum iniqua conuersacio. Quantum
ad primum dicit sic magna enim sunt
iudicia tua domine quibus electos tu
os filios israel gubernasti et corpora ad
uersarios flagellasti et inenarrabilia
verba tua i. facta tua. Deus enim si fas
loquitur qui dixit et facta sunt Luce
ii^o. transeamus et videamus
hoc verbum quod factum est. Ex parte
egipciorum fuit duplex iniquitas
vna contra deum probellio alia
contra proximum insolencia oppressio
nem. Fuerunt enim deo rebelles et hoc
maxime cum eos plagis grauis
simis flagellaret illi nullam di
sciplinam receperunt. Et quantum ad hoc
dicit et propter hoc i. quod iudicia
dei et omnis flagella non receperunt
egipcii ad sui correctionem in disci
nati anime enarrauerunt repugna
tes imperiis dei sine dimissione
populi sui. Secundo peccauerunt
in proximum contra filios israel super
quos usurpabant violentam
oppressionem. Et quantum ad hoc sub
dit. Dum enim persuasum habent i.
sunt credunt iniquum egipcii posse
dominari possessionem nacioni tue
i. populo hebreorum quem dominus
sibi sanctis legibus dedicauerat
deseruire. Et ecce culpa. Et statum sub
dit pene forma vinculis tene
brarum longe noctis etc. Quasi di
ceret. Dum egipcii diuinis prodigiis
factis per moysen rebellaret et populum
israel seruitute solita cogitarent
opprimere subito tenebris palpabili
bus crudati iacuerunt inmobiles.
Et tangit triplicem tenebrarum con
dicionem. Prima palpabilitatem cum
dicit vinculis tenebrarum compe
diti. Fuit enim aer non solum pri
uatus luce ymo sic erat densatus
quod palpari potuit. Vnde ipsi

iacuerunt quasi vinculati in tenebris.
Dicunt quidam quod aer propter con
densatam partem in tantum quod ho
mini impenetrabilis fiet sed siue hoc
sit verum siue non saltem hoc
tunc adeo factum legitur. Exo x^o.
Fiant tenebre in terra egipti ut pos
sent palpari nec mouit se quisque
de loco in quo erat. Secundo tan
git auctor istius ligacionis diu
tinitatem cum dicit et longe noc
tis. Exo x^o. tribus diebus nemo
vidit fratrem suum. Tercio tangit
ligatorum inmobilitatem cum dicit
iacuerunt inclusi sub tectis quia
nullibi poterant sentire propter
aeris densitatem fugitiui perpetue
prouidencie i. putantes se effu
gere diuinam prudenciam que inmo
bilis est et inmutabilis. Sapie
xvij^o. manum tuam effugere impo
ssibile est. Rabanus et alii anti
qui habent latuerunt et tunc sensus
non mutatur. Alii habent placuerunt
et tunc sensus est quod miseri
puniti satis fecerunt penas per
petue prudencie. Magna sunt in
dicia tua domine. Nota quod di
uina iudicia magna sunt singulariter propter
quatuor. Propter iudicii infallibilitatem
propter iurisdictionis qualitatem propter
iusticie inflexibilitatem propter
potencie incomprehensibilitatem.
Primo iudicium dei dicitur magnum propter
iudicii infallibilitatem. Humanum
enim iudicium et fallit et fallitur.
Vnde eciam iudicium ecclesie non
nunquam fallitur sicut dicit extra
de sententia excommunicationis a nobis et xxxv q.
ix. Si quis iniuste et c. cum aliquis.
Vbi dicitur quod in suo iudicio decipitur
ut ille qui intrat clam peccatum ex
cludatur et qui foris est introdu
catur. Et ideo solus dei est de oc
cultis iudicare qui solus nouit
corda hominum. Sicut dicitur ij. q. i. Cons
suluisti et eadem q. c. Nemo pre
sbiteri dicitur quod diuinum usurpat

indicia
Nota

iudicem qui incerta et dubia iudicat
Et idem dicit beatus Augustinus xix de
civitate Quod ignorancia plerumque
est calamitas innocentis Ergo cum
in iudicio diligens examinatio precedit
iudicium sive sentenciam et sentencia puni
tionem vel absolutionem Unde fingunt
poete sicut tangit Claudianus i
sine secundi maiori tres fuerunt fi
lii Iovis primus Minos secundus Eacus
et tercius Radamantus qui cum in
vita sua iustissimi fuerint ideo iu
dicandi officium apud inferos so
rte dicunt Unde fingunt tres iu
dices esse in inferno quibus corpora anti
qui exercens officium quis tamen quod
exerceat officium dubium est quia
ius a nonnullis dicitur Minos ex
amine Radamantus querit tenetamen
de labe tamen fiat habere decretis non
est magna cura hoc sed hoc est tantum
quod volebant significare poeta
quod in omni iudicio debet esse dili
gens inquisitio sive perscrutatio et
eiusdem executio modo si agamus
de iudiciis humanis cum homo iu
dicare non possit nisi secundum
allegata et probata et licet frequenter
contingat plura probari probatione
iniusta consequens est cum tamen iu
dicem fallibilem esse Sed deus
solus est qui errare non potest de quo solo
verificatur illud prov xvi Divinatio
in labiis regis non errabit in
iudicio os eius Secundo iudi
cium dei dicitur magnum propter iu
dicantis qualitatem Nullus enim
homo est tamen iudicium ad eius domini
dominium se extendat Deus autem
omnes gentes iudicabit Joh 4.
Pater omne iudicium dedit filio Joe
lis iii Consurgant et ascendant
gentes in vallem Iosaphat quia
ibi sedebo ut iudicem omnes gen
tes ii Cor v Omnes nos manife
stari oportet ante tribunal Christi ut re
ferat Crisostomus omelia xix super
opus loquens de die iudicii dicit
Sic Nulla die qui in maiestate sua

venientem nemo ausus est garru
la contentione sermonum aut me
dacio se defendere aut contra dicere
veritati quia non os loquitur et opus
absconditur sicut in hoc tempore
sed econtra opera singulorum loquentur
et ora tacebunt non quia persona inter
rogatur et conscientia non videtur sed
econverso conscientia discutitur et
persona confundetur quia nemo excu
sat peccatorem sed omnes accusant
nec alter pro altero intercedit sed sin
guli sibi timebunt quia in illo
iudicio non erunt testes adula
tores sed angeli veraces non erunt
iudicantes personarum acceptores ho
mines sed deus qui iustus est et red
det unicuique iuxta opera sua Hoc
Crisostomus Narrat Ovidius xv metha.
Quod mos erat antiquus nive
is atrisque lapillis his dampnare
reos illis absolvere culpa modo
enim fuit sentenciam proferre non
voce sed signo quia si accusatus
debebat absolvi fundebantur de
urna coram toto populo albi la
pilli si debuit dampnari nigri
eodem modo in iudicio quali qui
libet fundet de urna sua i. de con
scientia propria lapides quales po
suit in vita i. opera dura et in
peccatum perseverantia quantum
ad meritum vel reatum et si fun
dat opera alba salvabitur et si nigra
condempnabitur Nam ii° Reg de dam
pnatis facies eorum sicut nigredo
bulle Tercio iudicium dei dicitur ma
gnum propter iusticie inflexibili
tatem Sicut dicit ysidorus de summo
bono et ponitur in canone xi q. iii
Quatuor modis humanum per
vertitur iudicium timore cupiditate
odio et amore Deus autem nullo
istorum modorum corrumpi potest non
amore quia omnipotens et nullum
metum habet Job xxxiv Numquid
timens arguet te et veniet tecum
ad iudicium Quasi dicat non sed
quanto potentiores tanto contra eos

suam profert dulciorem. Cap vi^o
Potentes potenter tormenta pacient
Et ibidem fortioribus fortior in-
stat cruciacio. Fingitur quod leo se-
mel tenuit curiam bestiarum in
qua debuit vna queque semetipsam
proclamare de culpis suis. Contra
leonem asinus ait. sequebar in-
quit domine aliquando plenum
plaustrum feno et feni manipu-
lus cecidit de plaustro accepi et
comedi. Cui leo male inquit cr-
rasti et contra legem et fidelitatem
fecisti. debebas enim ei qui per-
didit reddidisse. Ergo de precepto leonis
asinus verberabat ad mortem. Sic ac-
cessit lupus et ait domine cum
in aliquem greges ovium et arme-
torum et capui aliquociens agnum
tonarii et strangulavi aliquem pin-
guem vitulum qui cum attingere
potui. quemque ovem quemque ceruum. Cui
leo dimittas inquit carissime
talia pondare minus sectam co-
stram habes nasce enim est tibi
hoc sit sicut et nemo facius quod
natura dictat peccat. Sic a falso
iudice lupus iustificatur et asinus
innocens verberatur. Non est sic de
iudice xpo qui nullum timet pri-
mo sicut dicitur. Cap^e vi^o iudicium
durissimum in hiis qui presunt
fiet. Nec potest corrupi^te corrumpi
quia ditissimus est. Nec odio quia
optimus est nec amore quia iu-
stissimus est Job xxxiiii^o Vere enim
deus non condempnabit frustra
nec omnipotens subvertit iudicium Et
Thob iii^o Omnia iudicia tua iusta
sunt. Quarto iudicium dei dicitur
magnum propter sue potencie in-
comprehensibilitatem Ro. xi O al-
titudo diviciarum sapiencie et sciencie
dei. quam incomprehensibilia sunt
iudicia eius et investigabiles vie
eius. Ista sunt occulta dei iudi-
cia quibus homines disponit et
regit in presenti permittendo iustum
affligi et iniustum extolli que omni-

bus modo non videntur sed patebunt
postea luce clarius. quod enim sicuti
est videbimus et cetera. Leccio 184

Et dum putant se
latere in obscuris

peccatis tenebroso oblivionis velamine
to dispersi sunt paventes horrende
et cum admiracione et perturba-
tione nimia perturbati. Neque enim
que continebat eos spelunca sine
timore custodiebat. quoniam soni-
tus descendens perturbabat illos
et persone triste apparentes illis pa-
vorem illis prestabant. Postquam
auctor describit tenebras divi-
nas olim illatas egipciis quantum
ad eorum densitatem. quia fuerunt
palpabiles. in parte ista describit
easdem quantum ad pruriendi pra-
vitatem ostendens quod nullum reme-
dium poterunt egipcii adhibere quo
contra tenebras illas se iuvarent.
negabatur autem omne remedium
tam intrinsecum quam extrinsecum
intrinsecum posset sibi prestare per
animosam audaciam cordis. sed
contra istud remedium habuerunt
cordis pavorem maximum ut
nullus quantumcumque cordatus posset
alium animare. Primo ergo ostendit eos
caruisse remedio consolacionis cuius-
libet ab intrinseco. Secundo reme-
dio quod possent prestare ab extrin-
seco. tercia ibi Neque enim ea quam
continebat. Quantum ad primum tan-
git tria quarum propter quod nullus
potuit tunc temporis alium consolari
Fuerunt enim dispersi locali se-
paracione sunt pavidi et perplexi
stupefaccione. fuerunt turbati et
poti porti in nimia admiracione
Unde dicit sic et dum putant
scilicet egipcii se latere in obscuris peccatis
tenebroso oblivionis velamento
dispersi sunt. sicut enim lumen effi-
cit et signat sciam ita tenebre
designant oblivionem et ignoranciam

leo 184

scripsit

quo

dicit tenebroso vel velamento oblivionis

Domus invidie

Dicunt autem peccata obscura perfectum [?] quia aufferunt cognitionem veritatis lucis. Ephesios IIIIo: Tenebris obscuratum habentes intellectum. Et quia ducunt ad obscuritatem inferni, propterea obscurantur oculi eorum ne videant, Ro. [?] Erant ergo illi egipcii sunt dispersi ad invicem, quia quidam erant in domibus, quidam in agris, et illi qui prope se erant reputabant se multum distare propter tenebras palpabiles et importabiles. Unde sunt pavientes horrende et cum admiratione. Super ea parte concludit ab eis triplex remedium quod potuissent sperasse ab conspectu [?] contra illas tenebras, scilicet primo loci securitatem [?], secundo ignis claritatem, tertio magorum suorum subtilitatem. Et ideo ab eis ista tria concludit: primum ibi Nox enim; secundum ibi Et ignis; tertium ibi Et magice artis. Quantum ad primum a loco continente eos dimicantibus [?] illis tenebris nullum habuerunt solacium propter duo: primo propter strepitum quem audiebant in loco, quia quilibet sonitus eos turbabat; secundo propter melancolicas ymaginationes de demonibus et mortuis hominibus. Unde dicit: Sic nox enim que continebat illos specialiter [?], quia ad foveas et cavernas multi confugerant sine timore custodiebant, quem sonitus descendens perturbabat illos, et persone triste illis apparentes visione ymaginaria pavorem illis prestabant. Persone illis tristes apparentes. Nota quod quatuor sunt qui a tristium personarum que conveniunt in tristicia dicens [?]: invidi, perfidi, cupidi, stupidi; invidi mordaces, perfidi fallaces, cupidi tenaces, stupidi pertinaces. Primo videmus quod homines invidi sunt communiter tristes. Unde Ovidius secundo Methamorphoseos fabulatur qualiter Pallas ivit ad invidiam ut procuraret mortem Aglauros, ubi describit quatuor circa invidiam pertinentia, scilicet domum et escam, personam et viam. Domum describit sic: Protinus invidie nigro squalentia tabo tecta petit. Domus est in vallibus ymis, hec abdita sole, sole carens, non ulli pervia vento, tristis et ignavia plenissima frigoris, que igne caret, caligine semper abundat. Moraliter ergo dicatur quod domus invidie est situata in vallibus, pro tanto quia persone invidi semper invident superioribus et omnibus in mundo [?]; ideo invidet, quia se inferiorem aliquo modo videt. Quod appetit inferior, eclipsat superiorem, sed non econtra. Sicut patet de luna et sole. Et ita regulariter illi qui minus valent et graciis et meritis inferiores obumbrare nituntur per invidiam meliores. Et ideo signanter dicitur Job V: Parvulum occidit invidia. Unde merito dicitur quod domus invidie est in ymis vallibus situata. Hec domus est repleta squalenti et tabo, id est veneno, squalore et languore. Nam tota locutio invidi est de peccato [?], tota consideratio de defectibus aliorum. Item domus invidie caret sole et vento, quia numquam audit invidus de prosperitate seu felicitate proximorum; ymo venti bonarum narracionum de profectu bonorum occiderunt. Item domus invidie est tristis. Dicit Damascenus: Quod invidia est tristicia de alienis bonis. Unde sicut bufo tristatur de bono odore vinearum florencium, ita invidus de profectu valencium personarum. Iste domus invidie semper caret igne et est plena frigore, quia nullus invidus fruitur caritate; caligine semper abundat, quia numquam bene iudicabit invidus de aliis personis. Secundo quantum ad escam dicit quod Pallas invenit eam comedentem carnes viperas. Ita omnis invidus pascitur de malicia.

3° sis cogitationibus et machinationibus
turbationis aliorum. Tertio personam
invidie describit Ovidius sic: pal-
lor in ore sedet macies in corpore
toto, nusquam recta acies, livent rubigine
dentes, pectora felle virent, lingua
suffusa veneno. Risus abest nisi
quem visi fecere dolores. Nec
fruitur sompno vigilantibus ex-
citata curis. Sed videt ingratos
intabescitque videndo successus
hominum, carpit quoque carpitur una. Sup-
pliciumque suum est. Tamen feliciter.
4° Quarto meam et modum in rede-
di invidie usus. Athanas describit
sic: invidia baculum quia caput
spinea totum vincula cingebant
adaptata quibus lividis atris. Qua-
cumque ingreditur florentia pro-
arva conterit herbas et summa cacu-
mina carpit, afflatuque suo populos
urbes quoque domosque polluit. Tercio
modus nocendi quem invidus perso-
nis observat. Portat baculum plenum
spinis quo illud unde se fulcire de-
bet pungit ~~pungit~~ et non portat,
quia non est invidia quod possit
declarare. Atris vilibus coopertum
invidus et detractor insignem cla-
ritatem sed obscuram famam dicit.
De illo cui nocere proponit. Item qua-
cumque ingreditur florentia pro-arva
na, quia invidus nulli nocet nisi
aliqua virtute florescat. Unde Vale-
rius libro iiij° nulla tam modesta
felicitas est que malignitatis dentes
vitare possit. Divites enim fiunt
alicuius jacturis locupletes fuma
bus. Unde quidam interrogatus quo-
modo invidos non haberet, dixit: Si
nichil inquit comagnis rebus ha-
bueris aut nichil feceris gesseris nec
etiam sola miseria caret invidia.
Unde Tullius ultimo rethorice po-
nit exemplum de eo qui vocat
gratiam et ait: assiduitas miseria vir-
tutem, virtus gloriam, gloria emulos
parit. Quarto dicit quod conterit
herbas i. innocentes proficientes, sic-
tus cetera que moratur intra, certa

dices herbarum corrodit et impedit
viam abanguineto et non solum her-
bas, ymo summa cacumina carpit,
quia semper contra superiores suos
prelatos et dominos invidus quisque ga-
rrit. Ultimo dicit quod afflatu suo
i. verbo malicioso polluit omnesque populum
et urbem quam attigit. Hec est pri-
mum genus tristium personarum. De
qua tristicia dicitur Proverbiorum xxv°: Sicut
tinea vestimento et vermis ligno, ita
tristicia viri nocet cordi. Ecclesiastici
xxx. Tristitiam longe expelle a te,
multos enim occidit tristicia. Secundo
videmus quod omnes perfidi et
fallaces sunt quantum male tristes,
unde ypocrite ut decipiant alios
exteriorem tristitiam simulant et
sanctitatem. Contra quos salvator
Matthei vj°: Cum ieiunatis nolite fieri
sicut ypocrite tristes. Tales sunt
locundissimi in lascinijs in occulto
et tristissimi quanti ad apparentiam
in publico similes gellio. De qua epi-
grammatum libro tercio capitulo xxxj. Ambro-
sius in quodam sermone: latet
plerumque subtristi amictu lascivia
et deformis horror vili veste ob-
texitur, ut secreta tegant petulan-
tium animorum. Contra tales
David: lingua te fallant animus
vulpe latentes impia subdola mel-
le venena latent. Tercium genus
male tristium sunt cupidi et tena-
ces imitatores nabal, qui semper
sunt in timore et dolore, quo ac-
quirant vel acquisita retineant.
Ecclesiastes ij°: Cuncti dies eius doloribus
et erumpnis pleni sunt, nec per
noctem mente requiescit. Talis fuit ille
iuvenis cui dixit salvator Matthei
xix°: Si vis perfectus esse vade et
vende omnia que habes et da pau-
peribus, et habebis thesaurum in celo
et veni sequere me. Et abijt tristis.
Erat enim habens multas posses-
siones. Contra quos dicitur Ecclesiastici iiij°
Dedit a paupere amice tuam sine
tristicia. Quartum genus personarum

male tristium in puncti sunt stupidi
et pertinaces / qui de dei clementia et
pietate diffidunt / quorum aliqui de
peccatis propriis irremediabiliter sic tri
stantur ut dicant sacramentum peniten
cie non posse sufficere ad salutem /
vel quod misericordia domini non per
mittat penitentibus misereri / contra
quos propheta alloquens animam suam
dicit sic quare tristis es anima mea
et quare conturbas me spera in deo
quoniam adhuc confitebor illi / salutare
vultus mei et deus meus / Illi si
deperditi qui mortem amicorum suo
rum inconsolabiliter nimis plangunt
quasi de eorum beatitudine et vite fu
tura desperent / contra quos apostolus
1a thess. iiij^o Nolumus vos ignora
re fratres de dormientibus ut
non contristemini sicut et ceteri qui
spem non habent / et qui istud genus
tristicie paciuntur miserrimi sunt
et demum a spiritu vadunt ad mise
riam sempiternam / contra quos sig
nanter dicitur Eccli. xiiij felix qui non
habuit animi sui tristiciam et non
excidit a spe sua / Unde in leone xlv
de duplici desipientia etc. 188 l.

Et ignis quidem nul
la vis poterat il
lumen prebere nec syderum limpi
de flamme illuminare poterant
illam noctem horrendam / apparebat
autem illis subitaneus ignis timore
plenus et timore perculsi illius que
videbant faciei / estimabant de
teriora esse que non videbant /
Postquam auctor declaravit quod egi
pcii tenebris circumclusi nullum
potuerunt habere remedium a locis eos
continentibus / in parte ista prosequitur
consequenter ostendens quod nec habe
remedium potuit aliquatenus lu
ce tenebras expellente / expellit
autem tenebras lux triplex scilicet
materialis / solaris / et celestis / osten
dendo quod nulla talis lux eis
valere potuit / primo ostendit quod

eis nulla non potuit ignis quamvis
Secundo quod nec ignis celestis / Tercio
quod nec ignis in medio compre
ssionibus generatus / Prima pars ibi
nec syderum / et tercia ibi apparebat
autem illis / Quantum ad primum dicit
sic Et ignis quidem nulla vis po
terat eis lumen prebere / propter den
sitatem aeris tenebrosi / Et bene
dicit nulla vis ignis / quia nec
calor ~~nec~~ raro faciens calefaciens
nec lumen illustrans / Unde nec
ignis potuit illum aerem ~~calefa~~ al[illegible]
~~cere~~ nec illuminare / et quid mirum
si ignis materialis ~~et~~ et communis
hoc facere non posset / cum nec syderum
limpide flamme illuminare poterant
illam noctem horrendam / Conse
quenter ostendit quod ignis ~~in~~ ex
compressionibus generatus / nullum
eis adhibuit remedium / ymmo
auxit potius eorum tedium / Et
quantum ad hoc dicit Apparebat
autem illis subitaneus ignis tim
ore plenus i. subita choruscatio
fulguris / Sed contra / si apparebat
illis choruscatio / ergo aer fuit
illuminatus et iterum obscuratus
et illa vicissitudo plus terruit eos /
quam si fuissent tenebre conti
nuate / Unde quando dixit quod
nulla vis ignis potuit illis lu
men prebere / ad eorum solacium /
sed potius ad penam et suppli
cium / simul enim cum illis cho
ruscationibus illuminantibus subi
to aerem caliginosum et spissum /
apparuerunt illis persone tristes et ter
ribiles demonum accipientium effigies
mortuorum / et facies larvatas ad
terrendum eos quod fuit eis valde
penale non solum propter illa que
ymaginabantur confusio et hoc est
quod subdit Et timore illius perculsi
que videbant faciei / vel corpora
li visione vel ymaginaria / estima
bant deteriora esse que non vide
bant / quia confusis visis ~~et~~ esti
mabant peiora fore futura / et

A intelligit quod nullum lumen habuerunt

lc^o 188

A et ideo

sit in corde fuit ut maximus et tim
ore. Notandum est quod pena istorum e
gipciorum assimilabatur in multis
pene infernali. Apparebat enim
illis subitaneus ignis timore ple
nus, tum quia repente venit, tum
quia quia ad plenum punit. Quan
tum ad primum, Thess. ultimo: cum
dixerit pax et tranquillitas, tunc
repentinus superveniet eis inte
ritus. Quantum ad secundum, Apoc.
xviii: Quantum glorificavit se in de
liciis, tantum date illi tormentum
et luctum. Occasione huius simili
tudinis moveo istam questionem: Utrum
ignis corporalis puniat in inferno
dampnandos. Et arguitur quod non,
quia si sic, ille ignis calefaceret
corpora dampnatorum, et cum nullum
sit resistens quod possit actionem
ignis diminuere vel remittere, seque
tur quod ignis ille calefaceret de
facto corpus fidei vel cuiuscumque al
terius ultra quemlibet gradum signa
tum, et cum sit aliquis gradus ca
loris signabilis corruptivus proportio
nem complexionis humane, sequitur
quod per calefactionem talem corrum
petur corpus humanum, et fiet se
paratio anime a corpore, vel oportebit
dicere quod aliqua esset caliditas
que sufficit corrumpere naturam com
plexionis in centuplo debilioris.
Secundo sic: ille ignis affliget illa
corpora futura in inferno; ergo cum
sit agens naturale et non violenta
tum, aget uniformiter per modum
uniformem in omnia corpora; ergo
equaliter affliget corpus minus ma
li, sicut peioris, si sint eidem equa
liter applicata. Tercio: si erit ibi ignis,
erit ibi aliquod lumen; quod falsum, quia
dicit Matth. xxii: ligatis manibus et
pedibus mittite eum in tenebras
exteriores. Super quo Gregorius: Si ignis
ille lucem haberet, in tenebris exterio
res mitti non diceretur. Et Basilius
dicit super illud Ps.: Vox domini
intercidentis flammam ignis, quod
virtute divina separabitur ignis ab eius
virtute adustiva, ita quod claritas
cedet in gaudium sanctorum, et ustivum
ignis in tormentum dampnatorum;
ergo ibi nullum lumen erit. Quarto,
si ignis sit sub terra, hoc est per viole
nciam, sed nullum violentum est eter
num, primo de celo; ergo ignis ille non est eternus.
Quinto, si sic, quero an infernus est
idem locus cum purgatorio, et ignis
eiusdem racionis hic et ibi an non.
Si sic, ergo concedendum est quod
decedentes in caritate vadunt ad
infernum, quia multi tales vadunt
ad purgatorium. Si non, contra: sancti
patres ante mortem Christi purgabantur,
sed non purgabantur in aliquo loco
supra limbum puerorum nec in limbo;
ergo in inferno. Antecedens istius con
sequencie patet, quia in limbo non
est pena sensus. Ad oppositum videtur
esse illud Matth. xxv: Discedite a me
maledicti in ignem eternum; ergo
dampnandi erunt in igne eterno.
Quod autem ignis corporalis sit, dicit
Gregorius iiii Dyalogorum: Ignem
gehenne corporeum esse ambigo
non ambigo, in quo certum est cor
pora cruciari. In ista dubitacione non
est querenda nova fictio, sed cum re
verencia recitanda sunt dicta sa
nctorum. Volo igitur recitare quid de igne
inferni et loco inferni, quid de loco et
igne purgatorii conscripserunt docto
res antiqui. Augustinus xii super
Gen. ad litteram sentit quod anime
malorum post mortem non per corpora,
sed per corporum similitudines de
terminatas tantum mala affliguntur,
unde vult ibi quod ignis ille spiritua
lis est non corporalis; simile dicit
de loco, sed istud postea retractavit,
tenens quod locus inferni est igitur
corporeus et sub terra, et ignis etiam
corporeus qui ibi ardet. Gregorius iiii
Dyalogorum dicit: ignem infernalem
corporeum esse non ambigo. De
istis ergo certum est quod nulli pa
tet veritas propter determinatam,
sed tantum revelaciones factas
viris sanctis. Et ideo secundum
dicta tho(?) dividende sunt iste con-

clusiones. Prima est quod ignis infernalis est corporeus. Secunda est quod ignis iste non agit in corpora materialiter et modo naturali sed spiritualiter et modo animo. Tercia est quod ignis ille non calefacit corpora dampnatorum nec illa corpora fiunt calida per illum ignem. Quarta est quod ignis infernalis affliget sicut instrumentum divine iusticie non sicut principale agens. Quinta est quod infernus est infra terram. Sexta est quod purgatorium est infra infernum et ignis purgatorii idem est et inferni. Conclusionem primam probat sic: corpori non potest adaptari nisi corporea pena. Unde eciam hoc probat Gregorius quod ignis est corporeus quia corpora dampnatorum in illum post diem iudicii detrudentur. Et Augustinus xxi° de civitate dei capitulo primo dicit quod ignis ille materialiter affligendo corporeus erit. Secundam conclusionem scilicet quod ille materialiter non aget nec modo naturali sicut ignis calefacit lignum causando in ligno calorem qualis est in igne sic declarat dicens xliiii° c iiii° libro. Quia si aliter fieret necessario causaret passionem in corpore dampnati et alteracionem realem. Omnis autem talis alteracio presupponit motum celi sed post iudicium motus celi cessabit ergo tunc non erit talis alteracio. Est ergo secundum eum et secundum Aristotelem duplex alteracio sive passio. Una primo modo nature naturale quando agens assimilat sibi passum materialiter sicut ignis calefaciens lignum. Alio modo quando agens non assimilat sibi passum in qualitate qua agit sicut obiectum agit in medium. Albedo enim non facit medium album sed tamen causat in medio speciem albedinis. Consimili modo secundum eum corpora dampnatorum non patientur primo modo passionis sicut modo patiuntur sed secundo modo tantum

et sic ostendit quod ignis agendo proprie in corpora dampnatorum nunquam ea consumet vel corrumpet. Tercia patet ex predictis scilicet quod non calefaciet corpora dampnatorum nec comburet quia tantum spiritualiter immutabit sicut color medium vel pupillam. Quarta conclusio est quod ignis ille non aget secundum modum nature sed sicut instrumentum divine iusticie et hec conclusio sequitur ex priori quia non agit alterando naturaliter sed spiritualiter tantum et aliquos minus et aliquos magis puniet. Quintam conclusionem scilicet quod infernus sit infra terram declarat auctoritate Gregorii iiii dialogorum. Augustinus super Genesim ad litteram qui duas ad hoc congruencias assignat scilicet tum quia sicut anime peccatorum propter carnis amorem peccaverunt ita eis locus exhibeatur sicut mortue carni debetur. Tum quia sicut gravitas est in corporibus ita tristicia est in animabus ~~sicut levitas~~ sicut ~~gravitas~~ locus in corporibus est deorsum sic eciam locus spirituum peccatorum. Sextam conclusionem sic tenet quod idem sit locus purgatorii et inferni ita quod ista loca invicem sint vicina. Super iiii sententiarum xxi in responsione ad articulum iii secundum scilicet est quia limbus puerorum fuit continuus inferno alias Christus non diceretur ad inferos descendisse si limbus fuit superior quam locus purgatorii. Ergo locus purgatorii fuit magis vicinus inferno quam limbus puerorum. Vult tamen dicere quod infra ambitum infernalem quatuor sunt loca distincta. In summitate limbus patrum, postea limbus puerorum, tercio purgatorium ubi est pena sensus, quarto dampnatorum. Item dicit quolibet q. xxxii. Ubi licet igitur Augustinus de sacramentis libro ii dicit esse aliquam penam post mortem que purgatoria dicatur, tamen locus non est determinatus

dino | nisi quia multis exemplis et
revelacionibus animarum in singulis
penis positarum innatum est illam
doctrinam in hoc mundo Et forte proba-
bilius erit ut in hijs potissimum
locis singule ardeant sustineant penam
in quibus commiserunt culpam | et ibi s
locis purgatorii secundum legem communem
Secundum non privilegia personalia et di-
spensacionem divinam | anime aliquorum
affliguntur in locis ubi peccaverunt tamen
ad monitionem instruccionem | tamen ad mor-
tuorum subvencionem | Per hoc ad arti-
primum patet | quod ignis ille non al-
terat corpus materialiter sed tantum
spiritualiter sicut obiectum immutat
mentem vel sensum | ideo nunquam cor-
rumpet ymmo nec semel corpus ab
illa disposicione transmutabitur in
qua ponetur in in suo | Ad secundum patet |
quod licet non sit agens volunta-
rium | agit tamen ut instrumentum
agentis voluntarie | et ideo punit et
affligit secundum voluntatem ipsius | et
non secundum naturam suam | ignis |
Ad tercium de igne et lumine di-
cendum | quod locus ille sit erit
dispositus sicut convenit majoris
miserie dampnatorum | Unde erit ibi
lumen aliquod sed umbrosum | ut
illa videant que afflictionem inge-
re possunt | et tamen lumine non
delectet | Dicit tamen quod ignis
sit eiusdem speciei naturaliter cum igne
nostro | sed differt secundum materiales
disposiciones | sicut differt flamma
et carbo | quod ignis eiusdem sit
speciei sive sit in materia aerea | sicut
est in flamma | sive terrestri sicut est
in carbone | Quod igitur lumen erit ibi
in materia fumosa et umbrosa |
simpliciter loquendo dicitur locus tene-
brosus | Ad quartum dicendum | quod licet
nullum violentum possit esse perpe-
tuum ex ordine nature | potest tamen
ex ordine divine iusticie | Ad quintum
patet per predicta in sexta conclusione | Sic
ergo totam difficultatem de cremante
corporum non consumendorum per igne(m)

in fine Quam pertractat Augustinus
xxi° de civitate dei | Voluit iste doc-
tor philosophice principium, cessante motu
celi, nulla fieri posset in corporibus
actio vel passio materialis | sed spiritua-
lis tantum | Et quamvis istud esset quadam
dampnatum parisius | est tamen
postea sua retractata contrarium atti-
net ad dicta sancti Thome pro dicto
qui xxv° contra quod arguit sco-
tus doctor subtilis d. xlviii in
libro ~~Et sequitur~~

Et magice artis ap-
positi erant derisus |

et sapientie gloria alias gloriosa correctio
cum contumelia Illi enim qui pro-
mittebant timores et perturbaciones
se expellere ab anima languente |
hii cum derisu pleni timore lan-
guebant Nam et si nichil illos
ex monstris perturbabat | transitu
animalium et serpentium sibila-
tione commoti tremebundi peribant |
et aerem quem nulla ratione
quis effugere posset negantes se
videre | Postquam declaratum est quod
egipcii per totum triduum tenebro-
sum nullum potuerunt habere so-
lacium contra tenebras | nec ab ig-
ne nec a lumine | hic ostendit quod
nec aliquod remedium consequi
poterant per eorum magos | quos ha-
buerunt peritissimos | ymmo ipsi
magi a demonibus derelicti | et
adeo afflicti deridebant | et spe-
cialiter omnibus aliis flagellabantur
Et circa istud tria facit Nam primo
narrat eorum derisionem secundo
derisionis ponit racionem Tercio
concludit quandam obiectionem Secunda
pars ibi Illi enim qui promittebant
Tercia ibi Nam et si nichil
Quantum ad primum dicit Et magi-
ce artis appositi erant derisus |
hoc est circa eius manifeste derisi-
biles ostendebantur magi egipcia-
ci qui per artem magicam mon-
stra faciebant | qui nec sibi nec

Nota de Gereberto

alijs contra sepe dictas tenebras
potuit prodesse, et sapie gloria cum
correccione cum contumelia. Quasi
dicat vana gloria qua gloriabantur
dicti magi de falsa sapiencia, que
ipsa fuit modo in correccionem cum
contumelia, quia pharao et alij no-
biles clamantes ut eis prestarent
subsidia, et cum eos iuuare non
possent, contumelias intulerunt
tanquam fallacibus et pomposis
2o deceptoribus. Secundo ponit de-
risionis eorum racionem. Illi enim
qui promittebant timores et per-
turbaciones se expellere ab anima
languente, hij cum derisione sunt
ipse pleni timore languebant. Er-
go manifeste fuit deridendi, sic
presumptuosi et fallaces, promitte-
bant se alios ~~adiutores~~ adiuturos,
qui nec poterant succurrere sibi
ipsis. Tercio quia posset aliquis
obicere, quod ipsi non flagellabant
commissione corporali vel ymaginaria
tristium personarum et monstruo-
sarum effigierum, quia assueti fuit
talia videre, sicut nec Balaam ex-
pauit ad asine locutionem. Videtur
quod multiloquus hoc concessit, tur-
babant tamen contractu animalium
que iuxta eos strepitum faciebant
videbant eos conculcare, et sibila-
cione serpentium quos tamen non
videbant. Turbabant etiam ex
hoc maxime, quod negabant se
videre aerem, sine quo nemo viuere
potest et hoc est quod dicit. Nam et
si nichil illos ex monstris apparentibus
inhonestacionibus visibiliter vel
ymaginarie in tenebris perturbabat,
transitu tamen animalium robusto-
rum, et serpentium sibilacione
commoti, ab animalibus conculca-
rentur, vel a serpentibus intoxica-
rentur, tremebundi peribant, et
quem nullo modo quis effugere po-
sset negantes se videre aerem, que
tamen tangebant, et magice artis
appositi erant derisus. Ad hanc va-

nitates arti magice multiplicat deri-
dent. Nam deridentur a demonibus,
deridentur ab hominibus, deridentur
a bonis angelis, deridentur a deo.
Primo deridentur a demonibus et
decipiuntur, sicut quod aliquando
ab ipsis spiritibus fallacibus et
mendosis, quibus sacrificant et
quos colunt. Sicut patuit de pa-
pa Silvestro secundo, qui prius di-
cebat Garbertus, sicut primo mona-
chus floriacensis cenobij, postea a-
postotauit, et dyaboli obsequijs et
arti magice se penitus obligauit,
et in tantum quod dyabolo fecit ho-
magium, tali pacto ut ei omnia
ad nutum succederent. Auxilio
ergo demonis promotus et suffu-
ltus, factus est primo archiepiscopus
remonensis, postea rauenensis, et ta-
ndem papa, et cum demum que-
sivit a dyabolo quamdiu viueret in pa-
patu, et responsum est ei quod quan-
diu non celebraret in iherusalem. Cum
ergo postea celebraret in quodam
loco Rome qui ierusalem dicitur et est in
laterano, ex strepitu demonum mo-
rtem sibi sensit adesse. Suspira-
uit ergo et ingemuit, et licet scele-
ratissimus esset, nullatenus
desperauit, sed coram omnibus pec-
catum suum confessus, membra
ordinauit dimidi corporis sui,
ut omnia illa membra amputarent,
quibus demones adorauerat,
truncum vero mortuum super biga
iussit imponi, et ubicumque illa ania-
lia trahencia sisterent sepeliendo
eo sanguinem euidens sue clemencie
demonstrante, tulerunt animalia
corpus illud in ecclesiam lateranensem,
in cuius sepultura in libris de crastinum
habet, quod tumulus ossium et
sudore pape probet presagium mor-
tis. Hec in cronica fratris mar-
tini. Dicebat eadem persona talis re-
citat versus: Transit ab R. gebertus
ad R. post papa regens R. et de

signavit tres nobiles etiam quas rexit
successive que sunt remensis ravenna et roma. Iste ergo fuit turpiter de
risus a demonibus quibus se ho
magium fecit ut est dictum. Consimi
le narrat de quodam alio epo qui
se propter honores consequendos ar
ti magice dedit. tandem suis eperi
tum multos fecit adversarios et cet
in quodam castro suo de quo plu
rimum confidebat et tum timet
consuluit demonem suum sub hac
forma. Fugiam vel non. Respondit
demon non ita securi nec ment in
inimici tui fugavit et subdent tibi
Accedunt hostes et castra ceperunt
et succenderunt. Animadvertens ergo de
mone in extrema necessitate quesi
vit quid faceret et quare eum sic fraudu
lenter fefellisset. Respondit sibi demon
quod eum non decepit sed vera
dixit si dictum suum intellexisset
Dixi inquit non ita securi. Fu
gias venient fugavit inimici tui
et subdent vel i. ignem tibi
in fine decepit. Huius similia posset
infinita narrari. Aliqui autem de
cipiunt a spiritibus aliis non quidem
ab ipsis quos invocant sed a corpo
rum principibus qui sunt aliis poten
tiores. Unde ~~cum quidam~~ Unde
cum quidam theotunicus peregrinaretur
ad sanctum iacobum in quadam
villa navarre quendam nigroma
ticum obviam habuit. Qui dixit per
signo firmo video te esse in periculo
mortis sed si mihi mercedem
rependere salvabo vitam tuam. Re
spondit theotunicus. volo. Duxit
ergo nigromanticus theotunicum in
quandam cameram parat sibi
balneum et ponit in aqua an
cum speculum de calibe quo magi
solent uti et querit ab eo quid vi
deret in speculo. Respondit theutunicus
quod videt virum et uxorem in
domo propria et nigromanticus yma
ginem quidem formaverat statim
clericus arcum extento et sagitta i
missa ut sagittent ymaginem

nigromaticus
Cum clericus navarre. Ymago inquit
certa ymago tua est et uxor tua
et amasius suus clericus. In hoc
convenerunt quod te occidant quia
si ymaginem illam possit clericus
sagittare mortuus es. Custodias
ergo corpus totum sub aqua balnei
in qua stas et sic secundo et tertio
et pluries ut non possint possit
te sagittare. Fecit sic tandem tertio
se erigens de aqua et respiciens
speculum vidit qualiter uxor cum
famula clericum illum subito
mortuum in quodam stabulo se
pelierit. Solvit ergo theutunicus
nigromantico suo mercedem et
facta peregrinatione domum rediens
que per speculum viderat opere completa
conspexit. Unde habent tales versus
Theutunicus peregrinus iacobita navarre
re balneum cum speculo docuere
malum mulieris. Se latet ad sta
tuam sub aquis in vicesimo tertio.
In fatuant fatuam. fatuus sta
buli tenet yma. Unde signanter
magos dicit ecclesiasticus xiiii. Subvides
pro te dabit narrans tibi bona et
et in novissimo deridebit te. Tales
derident dantes se illi arti etiam
ab hominibus sicut nuper patuit
nostris temporibus. De quodam clerico
scriptum nigromantie cui demon
apparens promisit quod foret
rex anglie et quod cum tanta
milicia duceretur in medium regni
anglie sicut unquam edwardum
filium henrici videat equitare.
Hic tandem in nortantona tempore
parliamenti convenientibus totius
regni proceribus tractus fuit et
suspensus qua dum ossa ossibus
adherebant. Ymo omnes qui ta
libus artibus indulgent etiam
apud homines confundunt. Sed
michi tempus deficeret si omnia
narrarem ut merito dici possit
illud ps. Posuisti nos obpro
brium vicinis nostris subsannationem

3°

Sixti ca

et dixisset hijs qui in circuitu viro
sunt. Signa et exemplum iii° Re
xviii° Quando Helias prophetas ba
al derisit Et ait Clamate voce
maiori deus vester forsitan loqui
tur alijs aut in diuersorio est
aut in itinere aut certe dormit

3° Tercio non est dubium quin ab
angelis bonis derideantur qui
se vilissimis spiritibus submittere
non verentur Unde angelus obui
ans Balaa nigromantico cum
gladio euaginato satis eum in
dijs suis confidentem derisit
qui asinam suam cum ad ma
ceriam collidere impanuit Num xxii
Merito deridebunt adeo finaliter
iuxta illud ps Et tu domine deri
debis eos et ad nichilum dedu
ces omnes gentes id est omnes gen
tiliter se demonibus submitten

Dubio tes Dubitacio tamen est utrum ars
magica sit racionabiliter hominibus
interdicta videtur quod non Nam
ad honorem dei videtur esse quod
homines aliqui virtute suorum nomi
num vel carminum vel sacramentorum certe
possint demonibus imperare sed
hoc frequenter traditur in arte magica
scilicet in vocare demones adiurando
verba dei per nomine dei ergo non debet
hominibus prohiberi Item ad artem
magicam pertinere videtur uti yma
ginibus ad curam hominum spectan
tibus sed hoc potest fieri naturaliter ergo
illud irracionabiliter prohibetur Et
minor probatur per illud quod nar
rat commentator super tercio libro
quod ubi narrat se vidisse quendam
qui sculpsit figuram scorpionis
in lapide luna existente in signo
scorpionis uno die quatuor an
gelis et quid quid postea impres
sionem illius habebat siue cera
siue incensum morsum scorpionis
curabat sicut ipse se testatur vidi
sse sed hoc non fiebat nisi per na
turam igitur etc Item irracionabile est
illud prohibere quod ad inspicientes per ex

perimentum sed diuersi sunt experti quod
quedam negocia malos euentus
demonstrant sicut obuiare lepori
significat malum et obuiare bu
ffoni significat bonum Voces cor
nicis auibus astendere statim cum
homo de domo procedit et multa
alia similia hominibus per expertis mani
festis et quibus plus valet
talia considerare que sunt signa
infortunium ergo irracionabile est ta
lia prohibere Item narrat magister in
historijs super euangelia Quod inter
iudeos fuerunt quidam exor
ciste qui per exorcismos factos a Sa
lomone demones eiciebant Ma
xime apposita radice cuiusdam
herbe in naribus obsessi ergo hoc vi
detur naturale et confirmatur per hoc quod
dicitur communiter quod herba Johannis
que et perforata dicitur fugat de
mones per naturam Item nobis con
fertur virtus naturalis et caracteribus
ex signis et stellis celestibus sed
tamen re naturali uti licet applica
do ad effectum consequentem ergo etc

Aug Ad oppositum est Augustinus de doc
trina christiana ubi dicit quod ad
superstitionem pertinet volumina magi
carum artium et ligature que
medicorum quoque disciplina con
dempnat siue in precantacionibus siue
in quibusdam notis quas caracteres
vocant Ad questionem dicendum quod
sic racio est Quia ars magica dicitur
esse superstitiosa obseruancia qualis
cumque sunt an auxilio vel con
silio demonum ad hoc pactis vel
pactionibus vocatorum completa
Ubi primo sciendum quod demo
nes antiquitus tempore ydolatrie
multas obseruancias hominibus
reuelauerunt ad certos effectus quos
ipsimet demones causabant ad
decipiendum homines et ad osten
dendum cum hominibus familiari
tatem ad fallendum eos finaliter
et inter talia videtur ars notatoria

Nota locum tenere/ per quam suadet divinam sci-
entiam posse hominem acquirere/ per in-
spectionem quarundam figurarum/ et
orationibus debitis cum observatio-
nibus/ que vel est totaliter inefficax
quod est mihi credibile/ vel preve-
lationem demonum pot habere/ ob-
servatis principiis illius artis/ que
sunt valde difficilia. Sicut patet
artem illam intuenti. Ultimo est
notandum/ quod inter ea que sunt per
demones hominibus revelata/ que-
dam continent expressas demo-
num invocationes/ sicut patet de
modo includendi spiritus in aliis
demonum superstitionibus/ quedam
alia similia in exhibitione rerum
continent/ quedam continent quedam
vana/ que tamen demones ordi-
naverunt fieri/ quibus factis ad
modum quo illi ordinaverunt accedunt
demones/ non coacti sed sponte/
et quasi ex quodam pacto efficiunt
effectus quos antiquitus promise-
runt/ et in talibus consistit tota
ars magica. Qualiter autem di-
scerni possit/ an ex magica sequatur
effectus vel ex natura rerum creatarum/
est in quibusdam casibus nimis
difficile/ quid tamen sit est/ quod
nulla causalitas naturalis inve-
nitur/ quare talis effectus sequi debeat/
et aliquid admiscetur contrario/ quod talem effectum
causare non habet ex sua natura/
sicut sunt figure caracteres vel vo-
ces extranee/ vel alia huiusmodi/ ar-
bitrandum est talia magica esse
omnino/ sicut est illud/ quod scribit
palladius de agricultura libro primo/
ubi agens de columbis dicit co-
lumbe non pereunt/ neque locum
deserunt/ si ponimus fenestras
ad destrangulato homine/ vel de
vinculo vel de fune suspendas.
Et in plinio de naturali historia multa
talia inveniuntur. Augustino contra
utrumque ponit experimentum/ sub-
iungit aliquod supersticiosum/ que
omnia generaliter spectant ad quedam

pacta antiquitus inter demones et ho-
mines constituta. Tertio notan-
dum est quod nulla virtus nec cor-
poree lapidis. metalli. ligni. vel
herbe potest demonem ad aliquod com-
pellere/ quamvis fingat se compelli/ et
homini aliquomodo subdi/ ut per hoc
familiaritatem cum homine con-
trahat/ et finaliter ~~eos~~ eum fallat/
quod autem dicitur per armoniam fuga-
ri demonem/ nisi fiat adeo mira-
culose/ sicut fuisse creditur de david
et saule primo Regum xvi/ frivolum est/
sicut satis innuit Augustinus x
de civitate contra porphirium. Sed nota
dupliciter demon homini deservit/ primo
modo sponte ut decipiat/ alio
modo coacte a superiori spiritu/ sicut
iudei dixerunt de christo. Quod in
belzebub principe demoniorum eiciat
demonia Mt xii. Ultimo est no-
tandum de incantationibus ser-
pentum/ quod ex quo nulla causa
talis apparet/ quare voces tales que
[illegible] sunt faciunt serpen-
tes expectare/ nec serpens intel-
ligit quod profertur/ videntur tales
incantationes per demones effectum
sortiri/ et sunt reliquie veteris
ydolatrie. Incantationes etiam
quas vetule faciunt pro morbis
curandis per nomina barbara vel
extranea et observationes in fine
te sortilegia sunt/ quamvis admi-
sceantur quedam de deo vel christo.
Si quis autem contra infirmita-
tem ~~appetendi~~ appendi faciat nomen
christi vel verba evangelii ex simplici
devotione/ non habendo spem ad
modum ligandi vel scribendi vel
seu figuram seu caracteres/ non
est periculum/ quamvis talia ad ex-
pellendos morbos non ordinantur
directe. Ad rationes. Ad primam est
ad honorem dei est etc. Dicen-
dum est quod non est ad hono-
rem dei quod homines talia fa-

faciunt ad quecumque auxilium
vel consilium a demonibus. Unde
est eis contra eos bellum indic-
tum. Unde expellantur de corporibus
hominum quos vexant bene licet
sicut faciunt exorciste. non autem
eos suscitare ut doceant homines
quecumque remedia vel ut innot
ad quecumque finem. Si autem
inveniuntur hoc aliqui fecisse, fe-
cerunt hoc deo dispensante et
miraculose cooperante. Sed super di-
cendum de ymaginibus cuiuntibus
in similitudinem artificialiter factis
in quacumque materia sunt nisi for-
te ipsa materia habeat efficaciam
naturalem. sicut dicit thomas
in secunda secunde q. 96 articulo 2 ubi dicit
Quod omnes tales ymagines
superstitiose et magice sunt. quod
ex hoc patet quia [illegible] enim nu-
llum effectum habent nisi in eis
scribantur quidam caracteres. Figu-
ra autem non est actionis na-
turalis principium. Hec tamen est
differencia inter ymagines astro-
logicas et nigromanticas quia
nigromantice fiunt per expressam
invocationem demonum. sed astrologice
pacta tacita figurarum vel caracterum.
De ymaginibus notavi alibi tres
differencias. Ad tercium dicendum quod
tales observancie sunt antiquitus
a demonibus tradite. non enim
sunt cause talium eventuum sed
signa tantum. et non naturaliter instituta
nec a deo. ergo ab homine vel ab
angelo non bono. ergo malo. Ad
quartum. constat Salomonem ali-
quando ydolatram fuisse. Unde possi-
bile est suos exorcismos per de-
mones ordinatos fuisse. ideo sunt
illiciti. Ad quintum. quod figuris
et caracteribus nulla virtus acti-
va a stellis potest imprimi. cum non sint
res distincte a rebus figuratis.
Si autem dicatur quod ipsis rebus
imprimitur virtus propter figuras vel ca-
racteres. hoc non est nisi per pacta
antiquitus per demones ordinata
ut supra dictum est

**Frequenter enim pre-
occupant pessima**

redarguente consciencia. cum sit
enim timida nequitia, dat te-
stimonium condempnationi. Semper
enim presumit seva perturbata
consciencia. Nichil enim est timor
nisi presumptionis adiutorium, pro-
dicio cogitationis auxiliorum et
dum ab intus minor est expec-
tatio, maiorem computat ~~potencia~~
eius cause de qua tormentum
prestat. Enarrat penis plurimis
quibus afflicti fuerunt egipcii pe-
nis palpabilibus tenebris per-
triduum, inter quas penas una
de maximis fuit timor. quibus
semper suspicabantur eis peiora
superventura supplicia, que sunt
eis partialiter iam illata. Propterea ista
intendit assignare causam huius
suspiciosi timoris. Et circa hoc duo
facit. primo assignat huius timoris
originem in generali. secundo eam ex-
planat magis in speciali. Secunda pars
ibi Cum sit enim timida. Circa
primum dicit sic Frequenter enim
preoccupant pessima redarguen-
te consciencia. Quasi diceret hec
causa tanti timoris in peccato ubique
iam afflictis ut non solum do-
leant de penis presentibus sed ma-
gis timeant penas futuras quia
frequenter tales preoccupant id est pre-
concipiunt pessima id est maxime
penalia eis inferenda redargu-
ente consciencia que scilicet indicat
sibi penam maiorem pena debi-
tam quam actualiter infertur.
Je. 2o Arguet te malicia tua. Con-
sciencia ergo lesa per culpam facit

in semetipso iustus autem ex fide
sua vivit Et signanter dicitur quod
anima incredula que fidem for
matam non habet non erit recta
Ubi notandum quod est de anima huma
na moraliter sicut de triangulo na
turaliter esse constat Nullus enim
triangulus plures angulos vero
habere potest sed tres tantum Et tamen
ab isto uno angulo totus dominatur
denominatur triangulus Et dicitur
triangulus quasi rectangulus
sicut patet ex ione penultima primo
elementorum euclidis cuius filiam ipse

Euclidis

pitagoras nominavit dultarnon. Dicit
enim narrat Alexander neckam de
naturis rerum dultarnon fuit filia figura
pitagore et dicitur dultarnon a dulia
tarius i. ab ymolacione tarius tha
uri, que idem pitagoras ymolavit io
in ob ymnencionem dicte geome. Ab
hac ergo questione geo, quod totus
triangulus ab uno angulo recto
rectangulus nominatur. Et isto mo
est moraliter de anima humana. Gra
cium humana rectangularis esse di
noscatur propter memoriam, intelli
genciam et voluntatem x. de t. c.
2a. de primis, et nulla istarum po
tenciarum secundum unum dicitur anima esse ita,
iusti a sola voluntate non a dis... ita — propter memorie bonitatem vel propter
subtilitatem intelligencie, sed so
lum propter caritatem, que est vo
luntatis, a qua sola dicitur homo
iustus, et ideo racionabiliter conclu
No^a — dit Anshelmus de libero arbitrio,
quod iusticia est rectitudo voluntatis.
Est ergo magna vanitas, quod
homo nititur viribus totis illas
partes rectificare, que non sunt con
tra fac. Et istam potentiam di
mittit incultam, a qua tota anime
dependet rectitudo. Sunt enim
homines quibus curiosi, vel ut mul
tarum sciencias varietates memoriter te
neant, vel ut eas per intelligencia
diligenter discuciant. Sed volun
tatem eorum ad amorem dei et pro
ximi inflamare non curant, a
qua sola homo dicitur rectus. Cant.
1 Recti diligunt te. Et ideo non im
merito plangit propheta Micheas .7. Pe
riit sanctus de terra et rectus in
hominibus non est. Cuius causa a
signatur Ecc. 7. Solummodo hoc inve
A s^c — ni, quod fecit deus hominem rectum,
et ipse se infinitis miscuit questioni
bus, et ideo ut recte credamus etc.
et benediccionem electorum habeamus,
fidem nostram caritate informare
debemus. Gal. 3. Qui ex fide sunt
lex 198 — benedicentur etc.

Absconse enim sacri
ficabant iusti pueri

bonorum et iusticie legem in concor
diam disposuerunt, similiter bona et
mala recepturos iustos, patres de
cantantes laudes. Resonabat at
incongruens inimicorum vox, et
flebilis audiebatur planctus plo
ratorum infancium. Tpost ta
cta est plaga mirabilis, qua primo
geniti egipciorum sunt occisi. Hic
agit de planctu miserabili quo
idem sunt simul salutis lamentati.
Et circa hoc duo facit, nam primo
agit de hebreorum exultacione et
leticia. 2o de egipciorum lamentacione
et tristicia. 2a ibi Resonabat autem.
Primo narrat quod hebrei nocte ista
insisterunt totaliter laudi divine
ope corde et ore. Ope quia sacrifi
cabant. Corde quia se ad illam
legem servandam preparabant. Ore
quia laudes deo decantabant.
Et hoc est quod dicit absconse enim
sacrificabant iusti pueri i. hebrei
filii patriarcharum, occulte fecerunt
phase. Exo. 12. quod eciam devote
fecerunt sicut ibidem patet in
domibus clausi, et ideo abscon
se fecerunt et quantum ad tempus
et quantum ad locum et quantum circa
ad figuram et modum. Abscondi
tum fuit illud sacrificium, quod
figura fuit sacrificii nostri in nova
lege, et iusticie legem et concordi
am disposuerunt, hoc est dispo
suerunt istud legittimum ipsis fore
in perpetua s. celebracione phase,
in concordiam i. admiracionem
gentis illius, quia extraneus
~~non~~ non vescebatur de eo, secundum
quod precipitur ipsis de novo et eciam
quo disposuerunt te in corde, dispo
suerunt se fore deo gracias age
ntes. Quantum ad primum dicit dis

Requirunt .n. leges ad hoc quod
debito modo fiant
Subtilitate deliberacionis
Utilitate secunde cogitacionis
Ca m 18 Auctoritate mansiue obligacionis
Equalitate mensure distribucionis

posuit legem in concordiam / sicut
fuit expositum Quantum ad secundum
dicit / quod disposuerunt se iustos
receptiuos simul bona et mala quod
hoc est disposuerunt se pacient[er] et
equanimiter receptiuos adeo tam
prospera quam aduersa / prospera sine
elatione / aduersa sine murmuratione
Quantum ad tercium dicit sic / quod dispo
suerunt se decantantes laudes pa
trias i. laudes quas a patribus suis
didicerant / quod est contra nonnullos /
qui non laudes sanctorum primus sed
cantilenas perlegunt meretricum / Alia
litera habet patri omnium iam decanta
tes laudes / et sua patet / Qualiter
autem tunc se habuerunt egipcii / decla
ratur cum sequitur Resonabat autem
inconueniens i. discordans inimi
corum i. egipciorum vox / plangentes
sine concordia et conuenienti propor
cione / emiserunt voces suas / et
flebilis audiebatur planctus plora
torum in fanciunum / Magna ma
teria fuit doloris tot innocentes
occidi simul subito / Iustitiae legem
in concordiam disposuit rectori
cuicumque reipublice / ita leges sta
tuendas ad commodum subditorum
In hiis verbis quatuor informatur
Requirunt enim leges ad hoc quod de
bito modo fiant / subtilitatem
mature deliberacionis / utilitatem
secunde cogitacionis / auctoritatem
mansiue obligacionis / et equalita
tem mensure distribucionis / primo
ergo leges ad hoc quod debito modo
statuantur / requirunt subtilitatem
mature deliberacionis / et hoc notanter
cum dicitur disposuit / non enim
subito nec ex abrupto potuit leges
utiliter statui / quam ad figuram moy
ses cum deo xl diebus fuit / qui legem
scriptam accepit / per quod tempus
moyses ieiunium fecit continuum /
Ad designandum quod legislatores
sobrietati non festis et conuiuiis
uacare debent / pro tempore quo le

ges condunt Sunt enim leges que
ordinant ad bonum anime principaliores /
artibus medicinalium / que ordinant
ad bonum corporis / sicut dicit aristoteles
3 politicorum Cum igitur leges medi
cinales hominibus non dentur sine pre
meditacione et sollicitudine matura /
constat quod nec leges morales / sine
maturitate debita dari debent et
ideo scribit iustinianus in prologo
institutorum / quod cum summa di
ligencia et summis vigiliis / per pru
dentissimorum virorum sollertiam le
ges fecit in illud volumine compingi
compingi Est enim lex portiua prin
cipalis pars politice / et maxime
necessarium est ciuitati humane /
quod aliqui fiant boni legispositi
ui siue legislatores Dicit dicitur
aristoteles x Ethicorum Probat autem aristoteles
tribus ultimis capitulis istius libri
tres conclusiones / prima est quod
ad faciendum homines virtuosos /
non sufficit solus sermo persuasi
uus Secunda est quod ad hoc
est necessaria bona consue
tudo / tercia est quod bona consue
tudo sine bonis legibus haberi
non potest prima conclusio patet / quia
inuenimus aliqui sunt liberales / ali
qui degeneres / aliqui insanabiles
liberales sunt qui apti nati sunt
fugere turpes delectaciones ex sola
verecundia Degeneres sunt et inobedi
entes / qui qualescumque delectaciones
prosequuntur / nisi per penam contra
riam castigentur / insanabiles sunt /
qui nec penis nec persuasionibus
a prauis delectacionibus retrahuntur
Bonis ergo inuenibus sufficit ser
mo persuasiuus / quia statim alli
ciuntur ad virtutem considerata tur
pitudine viciose delectacionis / et ho
nestate virtutis / Sed inobedientibus
et rebellibus non sufficit / sed re
quiruntur pene et punitiones / nec li
persuasionis nec increpationis / Sed insanabi
libus quos nos incorrigibiles di
cimus / requiritur exterminatio sine

Sto et igne / si medicamento

mors. Dicit Galienus sicut recitat Avicenna 3° libro suo capitulo 6° de ~~cauter~~ amplissimum medicine totius corporis comprehensum est, scilicet de medicamento curari non potest ferro curetur; si autem nec ferro nec igne renovetur. Quod autem nullo istorum trium superari potest incurabile est. Unde et cordialiter medicamentum est occulta correptio et caritativa, ferrum proclamatio, ignis cognitio vel sequestratio corporalis, et qui istorum trium est incurabilis, insanabilis indicatur; tunc debetur mors vel exterminatio secundum Apostolum. Patet ergo quod non sufficit ad humanam virtutem solus sermo persuasivus.

¶ Secunda conclusio, scilicet quod ad hoc necessaria bona consuetudo prosequitur ex predictis. Illud enim necessarium ad virtutem per quod et sine quo non extinguitur passio inclinans ad vicium, sed huiusmodi est sola bona consuetudo, quia sicut dictum est, doctrina sola non sufficit. ¶ Triplex enim fuit antiquorum sententia de eo quod est homines fieri virtuosos. Dixerunt enim aliqui quod homines fiunt boni per naturam, puta ex naturalibus complexionibus, tum impressione corporum celestium. Alii dixerunt quod homines fierent boni per exercitium. Tercii dixerunt quod homines fiunt boni per doctrinam, et ista dicta aliqualiter sunt omnia vera. Nam quidam mox a nativitate sunt dispositi ad fortitudinem vel ad temperanciam, et hec dispositio naturalis est virtus imperfecta, sicut dicitur 6 ethicorum. Unde ad eius perfectionem requiritur doctrina, que est perfectio racionis. Sed quia virtutes morales sunt in appetitu, non sufficit tunc naturali dispositione doctrina, sed ultimus requiritur consuetudo, per quam ipse appetitus inclinetur ad bonum. Habet enim consuetudo quandam bonam violentiam inclinantem ad bonum. Ex quo patet quod ad bonitatem morum requiritur bona consuetudo.

¶ Tercia conclusio, scilicet quod ad bonam consuetudinem requiruntur bone leges, et sic igitur ostenditur quod bona consuetudo ideo est necessaria ad bonos mores, quia consuetudo bona inducit quandam necessitatem ad bonum. Sed hec necessitas sine legibus bene ordinatis non habetur; habet enim lex quandam vim coactivam, in quantum per multitudinem vel saltem per aliquam personam que multitudinis vices gerit instituitur. Et ideo necessarium est habere bonos legislatores, tum propter iuvenes qui sine difficultate a passionibus non retrahuntur, tum propter viros in perfecta etate, ut per bonas leges bone in eis consuetudines conserventur. Et ideo requirunt sibi leges quantum ad suam institutionem subtilitatem mature deliberationis, quod notatur cum dicitur disposuit; et est: In omni sapientia dispositio legis. ¶ Secundo requirunt leges civilitatem seu cohabitationis; hec est causa finalis legum, ut homines possint concorditer in civitate cohabitare, quod notatur cum dicitur in concordiam. Unde Aristoteles 3 politicorum quod civitas est communitas bonarum actionum propter bene vivere cognationibus et domibus, gratia vite perfecte et per se sufficientis. Et 8 ethicorum c. 1 dicit quod amicitia maxime videtur continere civitates, et legispositores magis student circa eam quam circa iusticiam; concordia cum similis ad amiciciam videtur esse; hanc autem maxime appetunt, et contentionem inimicam existentem maxime expellunt. Hec Aristoteles. Et ideo Ysidorus 2 Ethimologiarum c. 4 in descriptione populi tangit concordiam dicens: populus est humane multitudinis iuris consensu et concordi communione sociatus. Et concordat cum dicto beati Augustini de ubo

dominum similiter proximi ubi quedam sub-
vitatorum dicat sic bonum cogitate fra-
tres mei et videte in ipsa multitudine
si delectat nisi unum et deo gratias quia
multi estis quos vos facit ~~ut~~ nisi-
unum spectantur unde de multis
quos ista dat unum et populus est
tolle unum et turba est. Augustinus
de civitate dei c. 24 docet Augustinus diffinitionem
quid sit populus secundum Sci-
pionis et dicit quod respublica
est res populi. Populum autem dicit
Scipio non omnem cetum multitudinis
sed cetum iuris consensu et utilita-
tis comunione sociatum. Aliam ad-
huc replicat diffinitionem populi in
de civitate dei c. 13 que est talis: po-
pulus est cetus multitudinis ra-
tionalis rerum quas diligit concordia
communione sociatus. Prima tamen diffi-
nitio melior est que ponit popu-
lum esse cetum iuris consensu
sociatum. Sed in ipsis diffinitionibus
satis liquet quod nulla multitudo
sine concordia populus dici potest. Et
ideo dicit Augustinus recitans verba
Scipionis 2 de civitate dei c. 21 quod
que est armonia in cantu ea est
concordia in civitate. Quando enim
ex distinctis sonis in fidibus co-
ris concentus efficitur ita ex sum-
mis et infimis et mediis interiec-
tis ordinibus concordia fiatur
civitatis. Hec concordia hec una-
nimitas et dilectio mutua finis
est quem legispositivus intendit.
Ro. 13 plenitudo legis est dilec-
tio. Et ethicorum 1 finis autem precepti
est caritas. Tertio requirunt in re-
publica qualemcumque auctorita-
tem manifeste obligationis ut
sicut non nisi cum summo stu-
dio et consilio instituuntur ita non
sine causis maximis abrogentur.
Reprobat autem Aristoteles legem Y-
podomi qui fuit unus de anti-
quis ~~legista~~ legislatoribus 2o po-
liticorum in multis et specialiter in hoc quod

statuit legem talem quantum ad legisla-
tores quod quicumque adinveniret
aliquod novum expediens civitati
honorem aliquem reportaret. Et
quia lex videtur habere bonam ap-
parentiam. Ideo occasione huius legis
disputat istam questionem utrum ex-
pediat civitati frequenter mutare
primas leges pro melioribus legibus
noviter adinventis. Et apparet quod
sic quia sic est in aliis artibus
ut patet medicinali et musica quia
quedam approbata ab antiquis con-
ditoribus sunt mutata. Tum quia
multe de talibus legibus fuerunt
valde barbarice et irrationabiles
sicut quod cives portabant vendi-
de uxores suas per ferro. Tum
quia homines antiqui fuerunt
quasi brutales et insensati. Tum
quia leges sunt scripte universa-
liter. Actus vero hominum particulares
sunt et varii nec possunt regi per
unam legem. Ad istam questionem
multum Aristoteles dicit quod nullo
modo expedit civitati ut facili-
ter mutet vel abroget leges an-
tiquas pro legibus novis. Etiam
si aliquid modicum utilitatis
civitati provenit per leges no-
vas. Et ideo dicit quod ~~dicta~~ illa
lex Ypodomi nichil fuit quod
patet quia si adinvenienti
nova legem et utilem civitati
aliquis honor daretur ex hoc
invenires ingeniosi insisterent
circa adinventiones novarum le-
gum propter bonum quod in ab-
rogationem veterum legum et
sic de facili induceret muta-
tionem totius policie. Ideo dicit
Aristoteles quod leges antique de-
bent esse magne reverentie et
stabilitatis. Unde faciliter con-
dere leges novas et faciliter mu-
tare antiquas est multiplicem
et mutabilitatem civitati inducere
quia hoc nichil aliud est nisi

res non publica sine populo esse
non potest esse sicut nec res publica sine
concordia esse potest

Questio utrum expediat civitati
frequenter mutare primas leges
pro melioribus legibus noviter
adinventis

assuefacit ad solvendum leges, et ad parvipendendum obligationem legis. Et ideo melius est sustinere quosdam modicos et leves errores, quam solvere leges antiquas, quia qui frequenter leges mutant plus nocent quam proficiunt, quia assuefaciunt cives ad non observandum statuta principum et preceptorum. Unde tenet Aristoteles 2 Politicorum quod qui facile legem mutat, legum virtutem debilitat. Nec est simile sicut de artibus et legibus. Nam virtus et efficacia artium et scientiarum fundantur super rationem, sed nulla ratione et ratione habent vim suam leges, aut positive in multis non habent obligationem nisi ex consuetudine et observationis vetustate, et ideo mutare consuetudinem est debilitare legem. Digestis de legibus et constitutionibus, l. longa consuetudine, et lege Non omnium: Non enim de omnibus que a maioribus constituta sunt ratio reddi potest, et lege sequenti: et ideo rationes eorum que constituuntur inquiri non oportet, alioquin multa que certa sunt subverterentur. Si vero essent alique leges antique que manifestam continerent perniciem civitatis, hec maturo consilio abrogari deberent. Et ideo signanter Valerius dicit libro 2 de institutis Massiliensium, quod in eorum civitate a condita urbe servatus est quidam gladius usque ad tempus [illegible], quo noxii iugulabantur, rubigine quidem exesus et vix sufficiens ministerio, sed index in minimis quoque rebus omnia antique consuetudinis monumenta esse servanda. In huius figuram lex mosayca in lapidibus scripta erat; leges etiam Romanorum in xii tabulis eneis scribebantur in signum stabilitatis et indelebilitatis future. Narrat ad istud Trogus Pompeius libro 3 de Ligurgo. Item de Carunda tyrio Valerius libro 6. Isti requirunt leges equalitatem mensure et distributionis, ut scilicet leges sint omnibus communes qui sunt

eiusdem conditionis, ut quod uni est licitum omnibus liceat, et quod uni est interdictum omnibus sit illicitum. Hoc tamen sic intelligi non debet quasi omnis lex equaliter omnes cives complectatur, sed alie leges debentur militibus, alie agricolis, alie artificibus, alie divitibus, alie pauperibus; sed omnibus eiusdem conditionis et status debet ipsa lex data esse communis. Ideo qui volunt aliquam rempublicam seu communitatem civitatis constituere ex personis inequalibus, necessario destruunt ordinem et pulchritudinem corporis, que stat in diversorum graduum convenienti proportione. Unde dicit Augustinus De civitate dei libro 19: pax omnium rerum est tranquillitas ordinis; ordo vero est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio; et per consequens ubi non est ordinata paritas, ibi nullus est ordo. Et Philosophus 4 politicorum dicit quod lex est quidam ordo, et bona legislatio est bona ordinatio. Et 3 politicorum dicit quod iustum est equales ~~inequales~~ secundum virtutem equale recipere et inequales inequale. Est enim unitas civitatis sicut unitas animalis que in bona proportione consistit etc. ~~sequitur alia~~

199

Simili autem pena servus cum domino

afflictus est, et popularis homo cum rege similia passus. Similiter ergo omnes uno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum vivi sufficiebant, quoniam uno momento que erat prestantior natio illorum exterminata est. De omnibus enim non credentes propter veneficia, tunc vero primum fuit exterminium primogenitorum, spoponderunt populum dei se esse. Postquam actum est de exterminatione

inmutabili p°

Circa statum regni quatuor sunt observanda scilicet
Placionis regie necessitatem
Institucionis congruitatem
Execucionis auctoritatem
Bone conversacionis probitatem

mirabili primogenitorum in egipto quantum
ad ipsius qualitatem / sic agitur de
eiusdem pene magnitudine quantum
ad ipsius multiplicem acerbitatem /
Circa quod tria sunt / primo auditur
quod illa pena nulli pepercit propter
generis nobilitatem / 2° quod nulli pe-
percit propter temporis inportunitatem /
3° quod nulli pepercit propter status
insensibilitatem / secunda ibi Cum que
tum / 3a ibi Timuit continuo Circa primum
dicuntur tria Nam primo enarratur
pene qualis in differencia / 2° sepulture
legalis insufficiencia / 3° contricionis
aliqualis evidencia / Circa primum dicit /
quod ista pena ipsius plage qua per-
cuciebantur primogenita fuit sine
personarum indifferencia / quia et ideo
affligebant servus et dominus rex
et vulgus / simili magnitudine pena et
hoc concludit quod omnes pariter
et conformiter uno nomine mortis
mortuos habebant innumerabiles
Insufficiencia vero sepulture sub-
ingitur pro tanto / quod mortui
fuerunt tot et tanti / quod vivi de-
fecerunt penitencia nec suffecerunt
ad sepeliendum mortuos / Unde sequitur
dicit / nec enim ad sepeliendum vivi
sufficiebant / quoniam uno momento que
erat preclarior nacio eorum / id est primo-
geniti exterminata est / postremo vero
aliqualis contricionis evidencia
in egipciis apparuit / quia illi qui
nullomodo deo volebant credere propter
ipsius veneficia / timuit / primum tunc cum
interitus factus est primogenitorum /
sponderunt se populum dei esse /
et promiserunt se velle subici deo /
tali pacto / quod plaga cessaret
vel aliter legitur de hebreis / qui ante
mortem primogenitorum visis aliis
plagis egipciorum / et veneficiis sibi
per illis non crediderunt perfecte in
deum / sed timuit primum tunc viderunt
mortem primogenitorum / confessi sunt
populum dei se esse / Et non quod
tunc dicitur historialiter fecit / que cottidie

mortaliter fieri cernimus inter gentes Di-
cimus quod in qualibet familia ia-
cebat unus mortuus / et quod ille
erat dona[ci]one preclarior / quia pri-
mogenitus Item quia visa ista pla-
ga / fictam fecerunt egipcii primo /
et sponderunt se populum dei
esse isto modo mortaliter si autem
vix est domus vel familia / in qua
non iacet aliquis mortuus pecto
mortali / ymo forte plures / quia stul-
torum infinitus est numerus / Circa 1°
Item si consideremus secundum ille qui
debent esse preclariores et nobiliores
generis / plerumque inveniuntur mortui
morte culpe / Item 3° hoc pendere
possumus evidenter / ficta est prima
nonnullorum qui tempore infirmitatis
vel adversitatis clamant ad deum /
plus timore pene quam amore
iusticie / et ideo cum restituuntur sani-
tati vel prosperitati / redeunt ad so-
litam pravitatem / sicut de lupo me-
trice dicitur / Hon cum languebat
monachus lupus esse volebat
sed cum convaluit qualis et ante
fuit Item / dum fero langworem
fero religionis amorem Expers
langworis / non sum memor huius
amoris / Sic antiochus per-
cussus adeo promisit iudeum
se facturum / et omne locum terre
perambulaturum / et predicaturum dei
omnipotentiam / Zacharias popularis
homo regi similia passus est
Circa statum regni / quatuor decer-
nerunt antiqui sollicitudine obser-
vanda / scilicet placionis regie necessita-
tem / institucionis congruitatem /
Execucionis auctoritatem / et bone
conversacionis probitatem / Circa primum
est advertendum / quod necessitatem
regie placionis particulariter describit
Petrus de Rauenna in suo epistola-
rii libro 5° epistola prima / ubi dicit
sic Ubi ad extollendam iniustorum pro-
terviam / et reprimendas insolencias
transgressorum / proprie accensus celo

q' institucio regis sz
divina promissione
ecclesie collatione
generis successione
unanimi electione

iusticia exercuit in populis regnantium
solia, et divisorum principum potestates di-
rimisse. namque liberi humana condi
tio iugo dominii, nec libertatem ascri
quam eis natura donaverat, ho
mines abdicassent, nisi quod impu
nita licencia scelerum in evidentem
perniciem humanam generis redundabat
et sic necessitate quadam oportuit
naturam subesse iusticie, et servare
remediam libertatem. sed nec ex tunc
ex quo decrevit, speciem aliam creatu
re, cui se reputata per communem celes
tis ymago sufficeret. Sed homo pre
latus est homini, ut gravacionem pla
turam efficeret vdompititas speciei, po
tissime tamen divina sua per secat-
ad regimen populorum imperium. Du
ostensi sibi signum numismate
in reddicione census, et solucionibus
tributorum precatis regibus, cesarea for
ma presignavit sagaginum, cui subie-
cit omnes naciones non ad hoc so-
lum ut eis imperando preesset, sed
ut spiritus potius iusticie copiam
ministrando prodesset, nec principum
tatem animum convalescat inso-
lencia transgressorum. Et ideo pri
ma sua sed questiones solvit.
Prima quae necesse sunt regimen re-
gis inter homines introducta, cum
homo naturaliter desideret libertate ga
udere. Racio est, ne impunita licen
cia scelerum iusticiam corrumperet, ideo
oportuit libertatem subesse iusticie
Secunda quae nulla species alia crea-
ture assumpta est in regimine ho
minis, quia scilicet homo est animal ro
nale, sicut ipse ymaginem tri
tatis, et ideo nulli creature subi
ti debuit corporali, que ymagine
tali caret, nec angelus ei prela
tus est sed homo homini, ut gravatio
nem prelatorum efficeret vdemptitas
speciei. Tercia ex sua dicta liquet
quibus inter reges regendi tenet fa
stigium, quia scilicet imperator ex sua
salvatoris Math 22 reddite ergo que
sunt cesaris cesari, et que sunt

dei deo. Regna scilicet quatuor imperialia
pretereamus regno scimus, si vel Romanis
vel propheciam legimus Danielis, scilicet
Assiriorum, Persarum, Grecorum, et Roma
norum, imperium non Romanorum, quod
per Constantinum ad Grecos fuit devo
lutum, transtulit romana ecclesia in
Theotonicos in persona Karoli mag
ni filii Pipini tempore Stephani
secundi. Extra de electione et electi
potestate, Venerabilem. Sic ante rex regnum,
cui omnes subsunt naciones et po-
puli, qui scilicet ab eo temporalia accipiunt,
sacerdocio tamen et summo pontifici
debet subesse, sicut declaratur extra
de maioritate et obediencia. Solus enim pon
tifex in spiritualibus antecellit, que
tanto sunt temporalibus digniora,
quanto anima prefertur corpori. Qui ergo
summus pontifex prelatus imperato
rem declaratur, in decretali predicta
auctoritate duplici. Una est quod
dominus dixit Jer. Qui sacerdos fuit
ecce constitui te super gentes et re
gna etc. primo. Alia est Gen. I. ubi
dicitur: quod fecit duo deus lu
minaria magna, id est duas potestates
instituit, que sunt pontificalis
dignitas, et regalis potestas ad ecclesie
fundamentum. Sed ista scilicet que
per diebus, id est spiritualibus, maior
est, que vero noctibus, id est temporalibus
et carnalibus minor. Secundo de regi 20
minis institucionis congruitate
est sciendum, quod institucio prin
cipis sive regis quadruplici via
solet esse licita, scilicet divina promissione,
ecclesie collatione, generis successione,
et unanimi electione. Exemplum primi de
Saul et David, Reg. I. Exemplum secundi quo
Moyses prefecit Josue, Deutero. 31. 4to
Et Samuel unxit David in regem,
in signum quod vicarius Christi et
prelatus ecclesie confert principatum,
et regiam potestatem ad utilitatem ecclesie.
Unde et ius et auctoritas ex manda-
ti electam personam ad regem, et

vel quod regia auctoritas execucionem sorciatur
vz tranquillitas in presidendo
equalitas in discernendo
perspicacitas in inquirendo
pietas in puniendo

hic nota duas questiones

et postmodum adimpletum ad papam spectat. Sicut patet extra de electione Venerabilem. Exemplum etiam de Salomone filio David et multis aliis qui electione populi vel senatus dignitatem regiam adepti sunt. Quandam principis electione mutabilis narrat Solinus de mirabilibus mundi ita dicens. Apud taprobanam in regis electione non nobilitas prevalet sed suffragia omnium. Populus enim eligit principem moribus inveteratum et clemencia et annis gravem. Sed hic in eo queritur ut ei nulli sint liberi. Nam qui pater fuit, etiam si vita polleat, non admittitur ad regendum. Et si forte dum regnat generat, exuitur potestate. Ideo quam maxime custoditur ne fiat hereditarium regnum. Deinde si rex prevaricat vel preferat maximam equitatem, nolunt ei licere totum. Sed 40 rectores accipit ne in causis capitum solus iudicet. Et si displiceat iudicatum ad populum provocat, atque ipsa data iudicibus rex fert sentenciam. Tunc necessario acquiescit. Hec Solinus. Tercio regie execucionis auctoritate ut exponit illud proverbiorum 20. Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo. Ubi quatuor condiciones ponit necessario requisite ad hoc quod regia auctoritas execucionem debitam sorciatur. Scilicet tranquillitas in presidendo: rex qui sedet. Equalitas in discernendo: in solio iudicii. Perspicacitas in inquirendo: intuitu suo. Pietas in puniendo: dissipat omne malum. Quarto prepensabant antiqui regie conversacionis probitatem ut sicut precedit ceteros in dignitate regali, sic etiam antecellat in bonitate morali. Unde Seneca in epistola 2 ad Lucilium de Electionibus. Pecora submittere inertis quidem regibus aut maxima corpora preferunt aut vehementissima id est fortissima. Non precedit armenta degener taurus. Sed qui magnitudine ceteros mares vicit, elephantorum pro celle gregem celsissimus ducit. Summa erat felicitas secundum eundem in aureo seculo, inquo non patrat potencior esse nisi et melior. Illo seculo quod aureum perhibent penes sapientes fuisse regnum possidemus iudicatum quia officium erat imperare, non regnum. Hec Seneca. Cui concordat Boecius de consolacione libro primo persona quod loquens philosophie dicit sic. Tu insignit hanc sentenciam platonis ore sanxisti, beatas fore respublicas si eas vel studiosi sapiencie regerent vel earum rectores studere sapiencie contigisset. Unde metrice dicitur. Regna beata forent si vel contingeret esse philosophos reges vel reges philosophari. Hic nota duas questiones. Una est utrum magis expediat fieri regem per electionem vel per hereditariam successionem. Et hoc tangit 2o et 3o capitulo. Alia est an magis expediat cuilibet regno optimo rege vel optima lege. Item si sit expediens quod unus preficiatur, vel tres similes et equales. Lectio 200.

~~esse et ceteris~~

Cum enim quietum silencium contineret

omnia et nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, domine, de celo a regalibus sedibus durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit, gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, et stans omnia morte replevit, et usque ad celum attingebat stans in terra. Postquam dictum est quod pena extinctionis primogenitorum nulli pepercit propter genus nobilitatem, quia equaliter afflixit regem et vulgum, dominum et servum, in ista lectione ostendit consequenter et declarat quod nec pepercit propter temporis importunitatem. Cum enim nox sit tempus quietis, quam de putatum quieti, molestius affligit omnis adversitas que in nocte prevenit, quam si eveniret in die. Circa quod finit in ista lectione, quia primo describit

x regum
Rx
Au
lectio 200
de
·/·mares

hora decurrens | 2° causa efficiens | 3° =
effectus subsequens | 2a pars ibi cum
enim | tria ibi et stans cuncta reple =
vit morte. Ita primum dicit sit cum
enim quietum silentium contineret uni-
versa omnia | hoc est media nocte |
qn homines dantur quieti | et conti-
nent se a strepitu et tumultu in-
tempesto | et nox in suo cursu etc. Sep-
tem enim sunt hore secundum ysidorum
li. ethicarum c. 32 | videlicet vesper
crepusculum | conticinium | intempe-
stum | gallicinium | matutinum | di-
luculum | vesper dicitur stella que solem
occidentem sequitur uno tempore | et
alio tempore precedit | unde eadem ste-
lla vocatur hesperus | quia sequitur
solem precedens tenebras noctis |
et lucifer quia precedit solem man-
tina | unde Boecius primo de consolacione
metro 5. dicit et qui primo tempore
noctis agit algentes hesperus or-
tus solitas iterum mutet habe-
nas | phebi pallens lucifer ortu =
crepusculum idem est quod dubia
lux | nam creperum dubium dicimus |
s. inter lucem et tenebras | videlicet
qn dubitatur utrum sit nox vel dies
conticinium qn omnia silent | con
ticescere idem est quod silere | intem-
pestum est medium et maxime
noctis tempus | qn nichil agi potest | et
omnia sopore quieta sunt | medium
autem noctis actu caret | Gallicini-
um dicit esse pars illa | qua galli
lucem pronunciant suo cantu | ma-
tutinum est in abscessu tenebrarum et
aurore adventu | diluculum =
qui iam incipiens parva diei lux =
intempesto quasi qn omnia sunt in si-
lencio | et nox in suo cursu medium
iter haberet | nox autem est in occasu
solem subterra | et spacium noctis est |
quo ab occidente ad orientem sub
terra solis est cursus secundum damascenum
libro 3 c. a. In medio ergo istius
istius noctis terribilis omnipotens sermo
tuus domine i. preceptum tuum qui
es omnipotens | vel angelus sermonis
tui nuncius et executor tui pre
cepti. Ecce causa efficiens istius pla-

ge | exiliens de celo a regalibus sedi
bus venit | hoc est a supernis angelis |
in quibus deus residet et quiescit
durus bellator in mediam exterm-
inii terram prosilivit | vel prosiliit vel
prosilivit hoc verbum salio salis pro
saltum facere | triplicat preteritum secundum
priscianum et eodem modo faciunt
omnia composita sua | unde doctrinalista
Dat salio salui salii quoque sive =
salivi in mediam exterminii terram |
i. in medium egipti | que fuit tunc
terra exterminii | gladius acutus i. sermo
tuus vel angelus suus gladium
acutum | in simulatum i. verum et
non fictum imperium tuum portans
Ecce hora decurrens | et primogenita oc
cidens. Sequitur effectus subsequens
et stans replevit omnia morte | i. omnes
domos implevit morte. Exo. 12 =
Non erat domus ubi non iaceret = b
mortuus et usque ad celum attinge-
bat stans in terra. Ecce inevitabi
litas de qua nullus evadere potuit
hic est dubitatio talis | utrum an Dubio
gelus exterminator egipti fuit bo
nus angelus et arguitur quod =
sic nam de isto angelo legitur Acta
7 fuit g° scilicet moysen deus principem
et redemptorem misit in
manum angeli | qui apparuit illi in
rubo | hic eduxit eos, illos | faciens
prodigia et signa in terra egipti | in
rubro mari et in deserto. xl annis
Item ad heb. 1. Qui facit angelos
suos spiritus. Origenes. Ad exterminium
mittit deus angelos suos | ut in
sodomam. Ergo boni angeli fuerunt
exterminatores sodomorum et eadem
ratione egipciorum. Item ijs 2a regum
quod angelus domini bonus | et per
cussit assyrios in castris assyriorum
clxxxv milia ergo angelus bo
nus percussit assyrios | et eadem ratione Contra
egiptios. Ad oppositum Ezechiel
30 Dissipabo terram et ponam ea
in manibus alienigenorum ergo
i. demonum. Non enim boni sed ma angeli
li sunt tortores. Item Augustinus

Questio utrum angelus exterminator
fuit bonus angelus et arguitur quod sic

super illud psalmi misit in eos iram
indignationis sue immissiones per
angelos malos possumus inquirit super
dubitatione malis angelis attribuit
mortes primogenitorum et obdurationes
egiptiorum Ad quod sciendum est duplex modus
dicendi. Unus quod malus angelus
occisor erat egiptiorum. Sed po-
stea misit dominus angelum suum qui
malum cohiberet ne [struck] occideret similiter
et hebreos et de isto dicitur quod attin-
gebat usque ad celum stans in terra.
Alius modus dicendi quod fuit an-
gelus bonus et hoc magis concor-
dat cum littera quia nimis distortum
videtur exponere primam partem de an-
gelo malo et secundam de angelo
bono de quo dicit Stans omnia re-
plevit morte et usque ad celum atti-
gebat stans in terra. Quod autem an-
geli boni malos occident corpora-
liter expresse dicunt sancti. Unde e con-
verso mali non puniunt aliquos bonos corpora-
liter tamen sicut patet Job primo et secundo
Ecce omnia que habet in manu tua
sunt verumtamen animam illius serva.
Sed malos puniunt mali angeli et
spiritualiter et corporaliter. Boni vero angeli
puniunt malos ~~angelos~~ homines tan-
tum corporalibus penis et non spiritualibus.
Et in glosa super versum In missiones
per angelos malos. Ad primum in oppo-
situm de dicto Gregorii dicendum quod
illud debet intelligi quod angeli
boni non sunt tortores bonorum
sed malorum et hoc patet in sodomi-
tis et assiriis. Ad secundum dicendum
quod angelus non determinat
quid sit de facto sed quid posset
attribui angelo malo et multum dicit
quod angelus ... pt facere multa
contra personarum iterum sed mutare
aquam in sanguinem inducere ra-
nas et occidere pecora primitiva et
obdurare et temptare ad obdura-
tionem possunt demones de potestate sibi
concessa a deo. Posset etiam dici
ad propositum unum quod angelus bo-
nus utebatur demonibus eos co-
gendo occidere egiptios. Et sic
ista occisio fuit et per angelum bo-
num et malos. Sed ex dictis oritur
alia dubitatio et est ista. Quia cum
dictum est quod angeli boni non
puniunt bonos. Queritur utrum anime
in purgatorio puniantur per bonos
angelos an per malos. Dicendum
quod non puniuntur per bonos quia in-
conveniens esset quod concives
suos ita vehementer affligerent. Nec
per malos hoc decet si quia decet non
bonas animas torqueri per malos
quorum iam victores extiterunt
in via. Et ideo per solam divinam
iusticiam ignis affligit animas
in purgatorio existentes. Concomitantur
tamen demones bonis angelis ad
loca penalia animas ducentibus
et animabus ibidem afflictis assistunt
ut de earum pena gaudeant. Assistunt
etiam morientibus ad explorandum
dum in exitu si aliquid in eis va-
leant imputari possunt. Vide sanctum Thom-
am super quartum sententiarum d. 22. q. 1. articulo
quarto. Dum enim quietum silentium
tenerent omnia. Notandum est quod
communiter quies et silentium
coniunguntur quia nichil est magis
tranquillitati contrarium quam nimia
loquacitas. Est enim virtuosum sile-
tium moraliter custos conscientie
frenum insolentie doctor innocentie
signum sapientie. Est enim primo
moderatum silentium custos conscientie
nam in multiloquio non deest pec-
catum. Unde credo quod quanto homo
est pronior ad loquendum illius
conscientia cicius leditur. Sicut nullus
thesaurus secure reponitur in cista
que non habet seram. Ita nec virtu-
tes diu manent in conscientia hominis
qui immoderatus est ad loquendum.
Homines tempore belli manent libe-
rius in civitatibus muratis quam
apertis quia ibi est maior fortitu-
do. Ita bone persone in silencio mu-
nite sunt quasi fortia castra. Ysaias
dicit: In silentio et in spe erit
fortitudo nostra contra principem.
Quasi urbs absque muro patens ambi-
tu est. Secundo silentium est frenum

Questio 2a utrum anime in purgatorio
puniantur per bonos angelos vel malos

Cap 18 · aliqui · similiter · non · Angelus · Nota · Nota · leditur · 2o

in solencie nobiles equi frenantur
sed viles et nullius valoris frenis
non utuntur. Sic eciam moraliter
Sancti viri qui per opera fecerunt per
obedienciam frenant per silencium
a sermonibus indiscretis et periculosis. Ecc 28. Verbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos.
3° Tercio silencium est decor in nocencie. Zacharias in silencio genuit
Iohannem baptistam maiorem sancti
tum faciunt lingua tacencia qua
viventia et unde personae frequentes
sunt verbose. ys 32. Cultus iusticie silencium. Unde quidam philosophus
cuidam sibi dicenti mala dixit
talia inquit non curo quia auditus debet esse robustior lingwa
cum singulis hominibus sit lingua
una et aures due. Quarto silencium moderatum est signum sapiencie
Iob sup. est. Pictagore discipulus
ut est docetur tacere per quinquennium et
postea audire loqui. Iob 13. Utinam
taceretis ut putaremini esse sapientes
Aqua quanto profundior tanto quiecior. eodem modo sapientes quanto profundius sciunt tanto quietius
silent. prov 18. Aqua profunda
verba ex ore viri sapientis. pauperculus ut mercator tusciens per villam plura
habet verba quam dicior de prima
ita est in hominibus sicut quedam
vanitissima semper est iactatiuus
domicilio prov 10. Ubi plurima sunt
verba ibi frequenter egestas. Et per oppositum homines divicias sapiencie et
prudencie cum modestia et in silencio exprimunt sensum suum. ys 8.
Aque Siloe currunt cum silencio
Ecc 9. Verba sapientum audiuntur
in silencio plus quam clamor principis inter stultos. Unde metrice dicitur:
Scire loqui decus est decus est
et scire tacere. Hec duo si pateris sapiens eris etc. Lex 201

Tunc conturbavit eos visus malorum somniorum

turbavit illos et timores supervenit
supervenerit in spacia et alius alibi
proiectus semivivus propter quam
moriebatur causam demonstrabat
mortis. Visiones enim que illos
turbaverunt hoc premonebant ne
scirent quare mala paciebantur. Ponunt
postquam ostensum est quod pena
illata egipciis in morte primogenitorum
que nulli pepercit propter generis nobilitatem nec propter temporis importunitatem. Hic ostendit quod
nulli pepercit propter status insensibilitatem. In illa enim nocte interfectionis primogenitorum non pepercit
divina vindicta dormientibus sed interfecit omnia primogenita interfecit
sive dormirent sive vigilarent.
In hoc autem divina severitas temperamento clemencie commixta fuit
quod perituros per sompnia et visiones premonuit ut scientes quare
sint in proximo puniendi taliter si
vellent penitenciam agere eternaliter salvarentur. Tria ergo dicit in ista
lectione. Primum est quod dormientes premonebant per sompniorum apparencia
2m est quod compellebant alios
sivis per corporalem violenciam. Tercium
est quod in ipsis visionibus fuit
eis ad reatus evidencia. Primum quo
dicit sic. Cum decreuit iniuriabiliter
hanc plagam inferre egipciis illa
nocte visus malorum sompniorum
et fantasmatum subito apparentium
turbavit illos et timores supervenit in spacia illis qui se ad sompnum posuerant per quiete. Sic
moraliter mundiales dormientes
tam in peccatis quam in delectacionibus
semper intendunt quiete. Remorsus
tamen consciencie perturbantis continuos
secum habent. Et non solum sic perturbabant egipcii spiritualiter et ymaginarie sed eciam turbabantur
corporaliter et in voluntate de loco
ad locum et hoc est quod dicit Et
alius proiectus semivivus unus
in uno loco et alius in alio loco

Valerius li. vij. Xenocrates cum quorundam maledico sermoni interesset summo silencio et uno ex hiis querente cur sic lingua eo haberet quia dixisse me aliquando male penituit tacuisse nunquam

Unde quidam cuidam verboso sic inquit cum nichil accusabis. Pluruma vana loqueris. Una est melius aures et ora duo. Ita geminas aures nobis deus os dedit unum. Nos audire docet plurima pauca vero loqui.

Lex 201

iacuit seminimus .i. deficiens a ba
tu vitali et est sensus quod motus de
monstrabat causam mortis propter
quam movebatur, continuus motus mo
riendi ita mirabilis diversis circum-
stantiis. Ergo ostendit apparet non
habuisse causam efficacem nisi de
mum. Notandum est moraliter quod duo
faciunt spiritualem vitam scilicet virtus et sci
entia, virtus in voluntate sine affe
ctu, scientia in intellectu. Cum ergo virtus
tollitur et remanet scientia tunc talis
persona remanet vel relinquitur semi
viva. Scit enim bene agere sed non
operatur et talis tamquam vilis proiec-
tus est in foveam infernalem. Luce
10 plagis impositis abierunt semi
vivo relicto. Tertium est quod Amon
i. Hanon rasit dimidiam barbam nunc-
ciorum David et detruncavit vestes
eorum usque ad nates 2º Reg. x. Dimidia
pars barbe raditur quando operatio virtutis
dimittitur et caritas sive respuatur
vestes praecidunt usque ad nates quando
fama ex prius operibus contabilitate
personae quae peccatores notatur denudatur
Geminimus etiam dicit peccator vi
vens corpore et mortuus in anima.
Geminimus etiam dicit fama cla
rus et vita sordidus. Apoc. 3 Nomen
habes quod vivas et mortuus es.
Tandem finaliter dicitur in littera quod
talis visio in dormiendo facta fuit
eis ad quibus iratus evidentiam
ut scilicet praemoneantur de peccatis suis ne
ignorarent quae tot mala pate
rentur. Unde dicit sic visiones eorum
quae illos turbaverunt hoc praemonebat
ne dormientes ne inscii i. ignora
tes quae mala patiebantur perirent
ut dicit Rabanus in glosa. Quia divi
nae bonitatis est quod peccantes
castigat ut abstineant a peccatis et
penitentiam agant. Si autem dei iram
abutantur et penitentiam non agant sine
excusatione interitum perimunt. Quaeri
tur in littera quae Egypti fuerunt
praemoniti per visiones somniorum et
videtur ex hoc dubitatio litteralis utrum
divinatio per somnia sit licita et

Questio utrum divinatio per somnia
sit licita et videtur quod non etc.

videtur quod non Levitici 19 Non augura
bimini nec observabitis somnia et
similiter Deutero. 18 prohibetur observatio
somniorum ergo est illicita. Ad oppo
situm Joelis 2 Iuvenes vestri visiones
videbunt et senes vestri somnia so
mniabunt. Et Ier. 23 propheta qui est
somnium narrat somnium. Ubi
sciendum quod licitum est in casu
per somnia divinare et confirmatur
per textum huius lectionis. Visiones enim
quae illos turbaverunt hoc praemone
bant etc. Ergo ille visiones fuerunt
significativae futurorum. Item in
scriptura sacra multos legimus per
somnia divinasse. Gen. 37 de
Joseph legitur vidi per somnium
quod sol et luna et stelle xi ado
rabant me. Item Iudic. 7 de somnio
madianite quo confortatus fuit
Gedeon. Item Machab. 15 de somnio
mo fidedigno quod Iudas Machabe
us. Ergo aliqua sunt somnia fi
dedigna. Propter ista dubitatio primo
videndum est quid sit somnium
2º quid sit divinatio. Somnium
secundum Arist. lectione 4 de somno et vigi
lia est fantasma factum a motu
simulacrorum in dormiente. Rema
nent enim simulachra ydola et
sive species in organo fantasie et
ex illis causantur ydola in orga
no sensus quibus et in organis
sensuum exteriorum sicut visus audi
tus et ceterorum et sic apparet homini
quod videt audit et tangit, eo quod
anima utitur simulatis rerum pro
ipsis rebus. Et ideo dicit Aug.
22 super Gen. quod tunc est som
nium cum inter species receptas et
veras res tunc sunt species non dist-
inguitur et ideo ipse insignam somp
niavit. Divinare vero est praedice-
re eventum futurum vel ignotum quan-
tum ad propositum ... Viso dico — a pertinet
tria. Primum est quod divinatio per
somnia in casu est licita. 2m est
quod divinatio talis non est ab
omnibus somniis spectanda. Tertium est quod talis divinatio

est multum periculosa. Prima conclusio
patet, quia divinacio per sompnia
est aliqua naturalis, ergo tunc est licita,
consequencia patet. Antecedens est
Aristotelis qui dicit, quod divinacione que
in sompniis accidit, nec est contemp-
nere ydoneum, neque credere suadere,
ubi dicit commentator, quod nullus
homo est qui videt sompnium, quod
non enunciaverit ei aliquid futurorum.
Secundo ergo divinatio non est nisi
per sompnium significativum, mani-
festum est multa sompnia esse
significativa, planum est ergo divina-
cionem per sompnia licita esse in casu,
et confirmatur predictum Aristotelis a. celi 4
fama non omnis penitus perditur, quia
multi homines famant, multi-
aut existimant sompnia signi-
ficacionem habere, tamquam ab experien-
tia moti, secundum Aristotelem de sompno
et vigilia ubi prius. Secundo veruntamen est
divinacionem per sompnia esse naturalem,
et per consequens in casu licita. Est
secundo advertendum, quod sicut contingit
potest ex dictis Augustini 22 super Genesim
et Aristotelis de sompno et vigilia et etiam
Alberti in libro suo de eisdem. Sop-
nia sumunt originem multipliciter, ali-
qua a corpore humano, aliqua ab
anima, aliqua a corporibus celestibus,
Sup aliqua a spiritibus bonis, aliqua
a spiritibus malis. Ex parte quidem
corporis in homine originantur sop-
nia quando enim in corpore super-
habundat humiditas, utpote humor
flegmaticus accedens ad organum
fantasie, fantasia format sibi
ydolum simile illi humori, et apparet
homini quod sit in aqua, vel quod
gustet aquam. Similiter quando hu-
mor dulcis et flegmaticus desce-
dit a capite, apparet homini quod gu-
stet dulcia. Consimiliter colera in-
nis habundante in corpore, sop-
niat homo frequenter de incendiis
et conflagratione domorum et huius-
modi. Et sic narrat Albertus quendam
sompniasse pietem ardentem in-
fusam fuisse in ventrem suum,
et causa fuit, quia in eo habun-

davit colera nigra, unde contingens cum
sit colericus nigram in magna quanti-
tate. Talia ergo sompnia manifeste
sunt significativa futurorum infirmi-
tatum frequenter, et de talibus somp-
niis bene informantur medici ad
adiudicandum de condicione infirmi.
Aliquando nostra sompnia originantur
ex parte anime, unde homines solliciti et
cogitantes circa negocia, frequenter sop-
niant de eisdem. Unde Cato 4 qualis
tuas curas sequuntur sompnia. Et hec
est causa quare homines frequentius
sompniant de amicis suis et notis
suis, et carnis sompniat de cibis et
plura providet de eis quam de
extraneis. Amici enim precipue con-
tes, maxime solliciti sunt de invi-
cem, sicut dicit Aristoteles ubi prius. Hec
est etiam causa quare dediti vili-
tatibus in vigilando, sompniant
vilia in dormiendo. Similiter etiam
tantus potest esse habitus honestatis in
~~vilando~~ vigilando, quod persona non
assentiet feditatibus et voluptati-
bus carnalibus in dormiendo, ut
docet Augustinus 10 confessionum c. 31. Vigi-
lando talem habitum honestatis
potest homo acquirere, quod virtute
illius habitus dissipabuntur fantasie
male, que se semper ingerunt dor-
mienti. Tercio sunt sompnia que
causantur in homine virtute corporum 3o
super celestium. Nam corpora ce-
lestia influendo virtutem corporibus
nostris alterant corpora nostra in sompno,
et tunc contingit inde fantasiam
formare sibi species et ydola
conformia qualitatibus causatis
in corpore a celo, et sic apparent anime
aliqui effectus futuri, sicut debili-
tas ~~vel fragilitas~~ corporis, sicut steri- vel
litas terre et huiusmodi, sicut fuit
de sompnio pharaonis de septem bobus
et septem spicis. Genesis 41. Quarto 4o
originantur nonnumquam in nobis sop-
nia a spiritibus bonis, sicut patet
Matthei 2o de angelo, qui apparuit in sop-
no Joseph, et angelo qui apparuit ma-
gis, et in aliis locis scripture pa-

a corporibus celestibus cum habent

ssimum consimile recepit. Et tale vidit so-
mpnium Symonidis, de quo narrat
Valerius libro primo c. 9. Symoni-
des cum ad litus maris naves ap-
plicuisset, inhumatumque corpus iacens
repperisset, et id tradi sepulture man-
dasset, admonitus ab eo per sompni-
um ne proximo die inde navigaret,
et sic in terra remansit, et hii qui inde
solverunt fluctibus et procellis in
eius aspectu obruti sunt. Ipse le-
tatus est quod vitam suam sop-
nio quam navi credere maluisset [illegible]
[illegible], et memor beneficii elega-
ntissimo carmine eternitati (consecravit) melius
illi et diuturnius in animis sepulchrum
hominum constituens quam in desertis
et ignotis arenis [illegible] struxerat. Hoc
sompnium ab aliquo bono spiritu fuit
in recompensacionem pietatis Symoni-
dis. Tercio originantur in nobis
nonnumquam sompnia a spiritibus ma-
lis, sicut patet de uxore Pylati, que
a certa die pacientes dormitavit, et
multa passa fuit per visum de Christo
demone immittente fantasias et
apparitiones, ut per eam redempcio-
nem impedisset. Unde mandavit
viro suo Pilato dicens: Nichil tibi et
iusto illi, multa enim passa sum
hodie per visum propter eum. Mt. 27 ca.
Et a tali spiritu videtur illud sompnium
fuisse causatum, quod narrat Va-
lerius ubi supra de Cassio Parmensi,
qui dormienti quidam procere
magnitudinis et nigri coloris
apparuit et squalidus barba et capil-
lo remisso, interrogatus quisnam quis
esset, respondit kakodemon. Perterritus Ca-
ssius familiam excitavit, et quesi-
vit si quis talis cameram suam
fuit ingressus. Audivit quod non.
Rursus ergo obdormivit, cui rur-
sus eadem species apparuit, et Cassi-
us lumine sibi iussit afferri, et pueros si-
bi assistere precepit. Et circa infirmo
dierum tempus demandato Cesa-
ris capite punitus est. Patet igitur
quod sompnia sive uno modo cau-
sentur sive alio, frequenter contin-
git quod sompnia sunt signifi-

cativa eventuum futurorum. Ex hiis sequi-
tur tres conclusiones. Prima quod di-
vinatio inquantum per sompnia est licita.
Secunda conclusio est quod hec di-
vinatio non est ab omnibus sompni-
is expectanda. Unde Aristoteles libro
suo de sompno et vigilia ubi prius
distinguit sic: Quedam, inquit,
sompnia sunt signa aliquorum even-
tuum, quedam cause, quedam accide-
ncia i. coincidencia ad eventus futuros.
Signa sunt sicut patet supra
de humoribus colericis et flemma-
ticis vel aliis sompniis eis conve-
nientibus. Cause sunt interdum,
quia aliquis homo ita sollicitatur
circa opus inchoatum vel inchoan-
dum, quod in dormiendo perfecte co-
gnoscit modum quomodo id
potest consummari, et postea iuxta
istam fantasiam producit in opus
ad effectum, et sic est sompnium
causa eventus futuri. Quedam
vero sunt accidencia i. incidencia vel
concurrencia ad eventum futurorum,
quia non sunt signa nec causa
alicuius eventus futuri, et ex ta-
libus sompniis nullo modo est divina-
cio expectanda, et sic patet secunda
conclusio. Tercia conclusio quod di-
vulgari divinacioni per sompnia est
multum periculosum. Hoc patet primo
propter decepciones malorum spirituum
qui per sompnia nituntur seducere
illos qui sompniis prestant fidem,
et ideo faciliter posset homo nimis
credens sompniis labi in deceptatorem
ad suggestionem dyaboli. 2o propter
diversitatem significationis in sop-
niis. Possunt enim equivoce et equa-
liter significare, et ideo homo arti-
applicando se ad unum particulare
statim decipitur, quia nonnulla sop-
nia sunt interpretanda per simile, et
nonnulla per contrarium. Hoc autem
non est facile discernere. 3o quia sicut
dicit prius, licet sompnia sint
significativa futurorum, aliquando tamen
non est necesse eventum sompniorum
accidere, quia possunt per fortiores causas

impedire | sicut nubes sunt | et pluuie | que habundant et signant pluuiam
futuram | et tamen ab aliquo superiori
dispergendo eas contingit pluuiam
impediri. Consimiliter in volunta-
riis operationibus | quamuis aliquis
habeat consilium ad aliquid fa-
ciendum | et futurorum propositum ad idem |
non est necesse tamen quod sit facturus |
potest enim fortius consilium superue-
nire | et totum mutare propositum. Et ideo
interpretator sompniorum non debet
dicere determinate sic et sic eueniet |
sicut sompnium significat | sed debet
addere conditionem | nisi fortior causa
superueniens impediat | et sic sibi
dicitur astrologi diuinare. Unde dicit
Albertus ubi prius | quod astrologi di-
centes determinate | quod talis effec-
tus eueniet | et faciunt scientiam as-
trologicam vilescere fortiori cau-
sa impediente | tamen tamen in scientia non
sit defectus sed in astrologo | deter-
minate et absolute sinam prosequi | pe-
riculosum est ergo per sompnia nimis
generaliter diuinare. Unde vulgariter dicitur.
Sompnia ne cures | nam fallunt
sompnia plures. Et Ecclesiastici 34. Vana
spes et mendatium in sensato viro |
et sompnia extollunt imprudentes.
Quasi qui apprehendit umbram
et persequitur ventum | sic est qui at-
tendit ad visa mendatia | secundum hoc
est visio sompniorum. Et in sita ab
in mundo quid mundabitur | et a men-
dace quid verum dicetur. Diuinatio
erroris et auguria mendatia | et sompnia
malefacientium vanitas est.
Et sicut parturientis cor tuum fanta-
siam patitur | nisi ab altissimo
fuerit emissa visitatio ne dederis
in illis cor tuum. Multos enim
errare fecerunt sompnia | et exci-
derunt sperantes in illis. Per hoc patet
ad dubitationem quia dictum in oppositum
inhibet ne superstitiose hoc fiat | et
nimis generaliter | non quod aliquid liceat |
sicut supra declaratum est 2c. ~~Sequitur~~
~~alia lectio beata tetigit autem~~

lectio 202 / ~~Sequitur lectio~~

Tetigit autem et tunc
iustos temptatio:..
mortis | et commotio in heremo facta est
multitudinis | sed non diu permansit
ira tua. Properans enim homo sine
querela deprecari pro populis | proferens
scutum seruitutis sue orationem | et per
incensum deprecationem allegans resti-
tit ire | et finem imposuit neces-
sitati | ostendens quia tuus est fa-
mulus. Postquam actum est de pena
mortis inflicta egyptiis per diluuium
et diuisionem | hic transfert se auctor
ad tractandum de quadam insolita
pena mortis inflicta hebreis propter
eorum rebellionem. Ubi sciendum
dum quod sicut narratur Numeri 16. 2.
Chore filius ysaar fratris amram |
cuius pater fuit moysi et aaron | et in-
uidit eisdem murmurans contra eos |
quod unus eorum sibi sacerdotium usur-
paret | et alius principatum. Volens
ergo fieri sacerdos et fungi sacerdotio |
quod soli aaron et filiis eius deus
concesserat | in quo etiam proposito ad in-
uenit sibi ducentos quinquaginta
viros nec leuitas | quos omnes di-
gnos sacerdotio proferebat | et hoc in
odium ipsius aaron in supplanta-
tionem vero moysi qui erat dux populi
adiunxerat sibi dathan et abyron |
qui fuerunt rubenite | quibus dicebat
deberi potissime populi principatum |
eo quod erant de tribu ruben primo-
geniti iacob. Deo autem ultione in-
solita insequente | dathan et aby-
ron uiui a terra absorpti sunt | sed
et ignis in magna quantitate egre-
ssus de thuribulis | et alios leuitas chore
tarum | qui fuerunt eiusdem conspira-
tionis cum eo | eos totos in fauil-
lam combussit | stante aaron inter
eos illeso | et suis penis visis | ad hunc
murmurauit populus contra moy-
sen et aaron sequenti die | omnis
vero multitudo filiorum israel dicentes
Uos interfecistis populum dei. Cumque

voluissent eos lapidare, fugerunt moy
ses et aaron in tabernaculum, et operuit
eos nubes, et statim egressus ignis
de tabernaculo cepit populum conflagra
re. Dixitque moyses ad aaron: Tolle thu
ribulum tuum, et hausto igne de alta
ri pone thymiamata, et vade rogare pro
populo. Currens quoque aaron cum thu
ribulo, stans inter vivos et mortuos,
deprecans dominum pro populo, et plaga ces
savit. Fueruntque percussi xiiij mi
lia hominum et lxxx. Et de hac historia
ista hic agit auctor, et circa hoc duo
facit. Nam primo narrat breviter
quo pena mortis fuit hebreis ter
ribiliter irrogata. 2° quo fuit sua
viter mitigata. 2a pars ibi: Sed
non diu permansit. Circa primum tan
git penam et pene causam. Penam
tum dicit: Tetigit autem et tunc
iniustos, i. hebreos, temptatio mortis,
i. plaga incendii, quo mortui fue
runt multi de populo. Et commotio
mortis, i. murmuracio populi, propter
quam fuit digni morte. Secundo
causa pene illate. Et commotio in heremo
facta est multitudinis contra
moysen et aaron. Sed quod dicit
quod tetigit hebreos tunc temptatio
mortis, numquid enim ista murmu
ratio fuit tunc, quando primogenita
egipti occisa sunt? Et manifestum
est quod non, sed bene post. Et ideo
est quod tunc in hoc loco non dicit
similiter in tempore, sed commencetiam
ignee pene. Et forte inquieto sonat
taliter vel tunc, i. post. Qualiter autem
ista pena fuit suaviter mitigata
subdit: Sed non permansit ira tua
usque ad finem. Circa quod autem quo
ista pena sopita fuit et finita co
tinet tria, scilicet ipsius aaron devota
oracionem, divine consideracionis allega
cionem, sacrarum vestium repita
cionem. Propter ista enim tria aaron angelum
occidentem populum cessare fecit
a plaga. Primo ergo ait auctor de
ipsius aaron devota supplicatione, 2°
de ipsius racionabili coram deo allega
cione, 3° de vestimentis sacris quibus

indutus erat reputacione. Secunda pars
ibi: Dicit autem turbas. 3a ibi: Iube
re autem pardaris. Circa primum sic:
Sed non diu permansit ira tua, i. pe
na ex zelo divine iusticie proveniens.
Properans enim homo, i. aaron, sine
querela, scilicet se habuit ad deum pie, ad
seipsum sobrie, ad proximum iuste. Et
ideo dignus fuit deo fundere preces pro
populo, deprecans pro hiis quos in
cendium devorabat, proferens servi
tutis sue scutum oracionem. Est enim
oratio ascensus mentis in deum. Sim
dama. Sed hec oratio est scutum prelati et
est triplici virtute cruciatum, quemadmodum
scuti, quia secundum Bernardum. Oratio est inten
cio cordis fide, spe et caritate sub
nixa, et dicitur scutum servitutis
prelati, quia debitum ancxium offi
cio prelati est orare pro subditis.
Gregorius: Sacerdotis est officium deo ora
cionem fundere et pressis ne cadant
et precoribus ne resurgant. Hebr. 4
Debet pontifex quemadmodum pro populo
ita et pro semetipso orare vel offerre
pro peccatis. Et per incensum deprecator
allegans. Obtulit enim thymiamata
et pro populo deprecatus est. Numeri 16. Fuit
enim thimiama pulvis composi
tus ex stacte, onicha et thure, sicut
patet Exodi 30. Et vocatur hic incen
sum, et signat devotionem orationis. Apoc.
viij°: Ascendit fumus incensorum de
orationibus sanctorum. Cassiodorus: Sine
devotione est sicut corpus sine anima.
Corpus autem sine anima cadaver
est et fetor proximum, quod indignum
est offerri deo et sanctis eius. Sic
ergo dispositus aaron restitit ire,
tue, scilicet populo immisse a deo, et
finem imposuit necessitati, i. viole
tie mortis. Vis enim necessitas que
dam est, ut dicitur 4 methaphisice. Deinde
cessatio ostendens quoniam tuus
famulus est, i. pastor et prelatus,
tunc primum est pro grege se exponere,
qui dominus populum suum casti
gat. Proferens servitutis sue
scutum oracionem. Noverimus quod de

Dicit

ijm

Nota

+

+

+

ysuar

Nota

+

C

de maria

Nota oratio est moraliter scala nostre ascen-
sionis, Scutum nostre defensionis,
nuncius nostre legationis, et reditus nostre
subiectionis. Primo ergo oratio est sca-
la nostre ascensionis, propterea quia cum as-
cendimus ad deum, et altarius ad ec-
clesia nos elevamus. Ecclesiastici 35 oratio
humiliantis se nubes penetrat. Sed
dubium potest esse, quid intendimus
cum deum oramus, quia vel petimus
quod operetur quod disposuit se facturum
pro tempore, et hoc videtur frustra. Nam
sine nostris petitionibus quidquid
disposuit se facturum perficiet. Vel peti-
mus quod mutet dispositionem et
voluntatem suam, et velit sicut
nos volumus, et hoc est impossibile,
quia cum deus mutari possit. Sed
dicendum est, quod non intendi-
mus divina dispositionem mutare, sed
magis instare ut compleat. Sicut
enim deus disposuit quod ea que
circa nos consummabuntur, per nostras ora-
tiones inclinantur consummari. Et ideo
dicit Boecius de consolatione libro 5
prosa 3: quod qui ponit de necessitate
omnia contingere, hoc evenire, auffe-
runt illud quam quod cum deo
commercium sperandi et deprecandi.
Non ergo cum oramus deum mutare
proponimus vel ad nos inclinare, sed
magis nos ad deum levare, et no-
stram voluntatem suo beneplacito
conformare. Et hoc pulchre decla-
rat dyonisius c. 3 de divinis nominibus
sub duobus exemplis. Primum est
tale: si ymaginemur unam cathenam
luminis de celo pendentem, et
nos extendendo manus nostras
ad nos illam attrahere, non eam
descendere facimus ad terram, que
sursum est et deorsum equaliter,
Sed potius nos metipsos ad superius
trahemus. Sic est in proposito de ora-
tione. Secundum exemplum est tale: si
essemus ~~in navi~~ in navi existente
in aqua, et teneremus funes fortes
ex quadam petra immobili ad nos
extentos, et sic nobis ad amplexum
datos, non ad nos petram, sed nos ipsos
et navem ad petram traheremus. Sic
cum oramus, non trahimus ad nos
immobilem dei virtutem, sed nos
potius trahimus ad deum. Secundo
oratio est scutum nostre defensionis. Un-
de dicit, profecto scutum sive
scutum orationis. Narrat historia
britonum, quod rex arthurus illu-
stris depictam habuit in suo scuto
ymaginem virginis benedicte, filium
suum in brachiis baiulantem.
Ad hanc ergo ymaginem quotiens
impressura belli incipiet fatigari
respexit, et ex omnis intuitu stati-
vires recente recepit. Unde in libro
a. c. v. dicit, quod clipeus pridie
vocabat, in quo ymago sancte dei
genitricis impicta fuit. Moraliter isto
modo debet scutum nostre orationis or-
nari, ut videatur in circulis ymagi-
nem hic virginis benedicte. Si enim
ymaginemur virginem benedictam
in interiori parte stantem, ipsa videbitur
quasi scutum deferre, hoc est scutum
orationis sibi imponere, ut ipsa dignetur
nostram orationem portare, et filio suo
presentare. Nam quidquid ipsa filio
offert, necessario est acceptum. Et ideo
dicit Bernardus ~~super missus est~~ etc. Siquid
quidquid est illud quod deo offerre
paratis, marie commendare memento,
ut eodem alveo ad largitorem gra-
tie ~~gratia~~ redeat quo tibi influxit.
Orationem nostram duo debent comple-
re, scilicet christus et maria. Dicunt gramatici
quod inter partes orationis principaliores
sunt nomen et verbum. Sunt nomen
et verbum. Unde talis est, quia nomen
significat substantiam cum qua-
litate et sine tempore, Verbum autem
significat personam agere et pati ali-
quid cum tempore. Dena etiam nominis
est reddere suppositum ipsi verbo, et de
ratione verbi est nomine regere sibi in
oratione supponens, sicut a gramaticis
inter preambula docti sumus. Verum mo-
raliter ad hoc quod nostra oratio que ad

prius sermoni debet premitti in veniat
congrua convenienter et perfecta materie
quod ex verbo et nomine componatur. Verbum
autem quod sine orationem iungi debet
est illud verbum, quod caro factum est, Joh.
primo. Istud verbum personam significat, immo
personam filii dei. Significat etiam
tempus, quia cum venit plenitudo
temporis misit deus filium suum facta-
Gal. 4. Et multi istud verbum
tam actionem quam passionem importat
ipsius enim ubi actione secula sunt
formata, Heb. 11 per que fecit et secula;
ipsius etiam ubi passione cuncta sunt
reformata. Quod autem orationi iungi
debet? Sed quod est illud nomen
quod verbo in ista oratione debet iungi?
Certa non invenitur nomen substantivum
quod isti verbo convenientius iungi po-
ssit quam illud de quo legitur primo et
nomine virginis Maria, Maria etc. Sba virgo
etc. qualitas, et hoc sine tempore, cuius
causa est ista, quia dicit philosophus
dicit quod tempus est causa corruptio-
nis, et omnia corrumpuntur et tabescunt
in tempore. Ille ergo mulieres quibus prius
sunt virgines et postea fiunt matres, hoc
non sine corruptione et generatione
etc. ille sunt virgines in tempore, sed
hec benedicta et singularis, que virgo pe-
perit et post partum virgo permansit, et
ipsum quem genuit adoravit. Certa
ipsa est virgo sine tempore, ubi transit
ad etheream virgo precipua virgula veste
non sine corpore, sed sine tempore
tendit ad esse. Habemus ergo nomen
et verbum pro ista oratione formanda, sed
utrum inter hoc nomen et verbum debita
congruitas concordat, restat videre quo
et quomodo istud nomen huic verbo suppo-
situm reddit, et quod nomen ab eodem
verbo regimine recipit. Certa enim, quod
ista benedicta virgo ab eterno predestinata
et sanctificata, et dei filio consecra-
ta, et cunctis creaturis preposita, et ab
angelo constitit salutata, et hoc non
obstante ipsa quasi verbum se semet
ipsam supponit. Certa tamen reddit
suppositum isti verbo d. Ecce ancilla
domini etc. Et ecce eadem humilitate qua
sibi suppositum reddit, regi a verbo
convenienter petivit, quando subdi-
dit: fiat mihi secundum verbum tuum.
De dictis ibidem dubitatio oritur.
Impossibile enim videtur apud gra-
maticos, quod nomen reddat sup-
positum verbo, et tamen non regatur
a verbo, immo in verbo ipsa reddidisse
suppositum verbo, que neque nequaquam
recta videtur a verbo. Ecce quando verbum in-
carnatum pependit in cruce, ipsa
reddidit suppositum ipsi verbo, sicut
patet Joh. 19: Stabat iuxta crucem
mater Iesu et soror matris eius. Quod
autem regimen tunc temporis non rece-
pit a verbo probatur, quia si sic fuis-
set recta a verbo in morte ubi sicut
mortua. Sicut etenim ortu verbum
peperit salvo pudore, ita vidisset
mori idem verbum sine dolore. Sic
autem non fuit, quia ipsa maxime
doluit, ergo inter nomen et verbum, i.
inter matrem et filium, que debet
esse propter orationis ... tunc temporis
fuit gramatica mala. Ad hanc du-
bitationem tripliciter respondetur. Uno modo
conceditur conclusio, quod videlicet tempore
mortis Christi gramatica mala fuit
in mundo, et homines loquebantur
plus latinum, et multi latini tunc
plus dixerunt de Christo. Videmus enim
quod gramaticus scribit plus latin-
um, hoc est incongruum, facit cru-
cem in margine ut postea corri-
gat. Unde in illa linea que est pro-
pinquior ipsi cruci denotatur esse mala
gramatica. Cum ergo ista virgo ste-
tit tunc temporis iuxta crucem, non
est mirandum si in ea mala gra-
matica fuit sibi verbum supponens,
quia a verbo more solito recta non
fuit. Confirmatur hec conclusio, quia sic
fuit. Et conclusio, quia sicut fuit tunc
temporis astronomia falsa, quare
non potuit esse mala gramatica?
Dicit astronomus, quando eclipsis
i. defectus lune fuit in sole, luna
ad solem existente in oppositione, et di-
cit gramaticus, quare fuit defectus

No tres satisfactiones ptes sz
Elemosina
Oracio
Jeiunium

in ubi regimine nomine existente ad
ubu in debita suppoicone. Sed qr
hec tusio non salvat malam gra
maticam tunc fuisse / ette alia respo
sio melior. Verum est quod nomie i
nominatiuo casu loquendo regula
ter non ponit absolute / qu aubo
regat / sed ette in ablto casu ponit
valde convenienter absolute / et dia
agramatico ablts casus absolu
tus. Moraliter Maria in morte ubi
incarnati fuit totaliter in ablto ca
su absoluto / qu anima xpi absol
uebat carne / et corpus filij an
ffiteba ti mit ys. 8. Svatio ab mea
lata est anime. Sed ette in conceptione
ubi incarnati / ipa stetit in nto
casu / fuerunt signum cu ta narras
xpi incarnatonem / repletur nus casi
bus passum illum. Luc. 1. d. Mi
ssus est angelus gabriel a deo i
civitatem cui nomen nazareth ref
cui nomen erat yoseph et nomen
vginis maria. Item / et vocabis
nom eius ihus. Ecce quo fuit i
nto casu. Sed ette cum iohmes
ubi narrat mortem ubi / nomen
sum subiacuit d. Stabat iuxta
crucem mr ihu rc fuit p hoc signat
mirantur / quod ipa non stetit in nto
casu / sed magis in ablto casu abso
luto. Act 2a. Iam ablata erat oes
spes salutis. Sed tria tusio dari
pt / quod nec fuit tunc tempore ma
la gramatica / nec ipa fuit cargimi
ne totaliter absoluta / sed ette iecta fuit
aubo / licet non in mediate / sed me
diante quodam adubio. Est enim
adubium quasi adiutor ubi / Vbu
donatus adubium est pes oronis /
que adiecta ubo / significacoem ubi
explanat atque implet. Sed quis
magis significacoem ubi expla
navit / vel eius voluntatem im
plevit / quam beatus iohannes ew
Sic igitur xpus vocat ubum /
ita Johannes potest vocari adubi
um / et ette xpus expirans mancie
quisit Johanni regimen matris

sue d. Mulier ecce filius tuus. De
inde dicit discipulo / ecce mat tua / et
ex illa hora accepit eam discipulus
in suam. Notate xpi modum loque
di. Ecce filius tuus / ecce mat tua / po
tuit dixisse / iste filius tuus sit
ista mat tua. Non est adubium
in mundo / quod regat utrum casum
nisi hoc adubium ecce vel en / qd
idem est. Voluit g° in hac extrema
locutione morti(s) uti aliquo adu
bio s. hoc adubio ecce / in signum qd
illa benedicta non decepit im
mediate a xpo ubo corpali pncia /
sed mediante Johanne adubio re
getur. Sic ergo habemus nome
et ubum. Tercio oro est incentiva
uc legatoribus. Unde Augustinus
sup ps Oronis puit magna est
vtus / et velut fidelis nuncius ma
datum pagit / et illuc penetrat /
quo caro nequit pvenire. Unde ps
intret in conspectu tuo oro mea /
inclina aurem tuam ad precem
meam. Sunt autem tres satisfa
ctionis ptes / elemosina / oro / et ie
iunium. posset esse dubium que
istarum esset potior ad satisfaciendu
et dixerunt quidam quod oro
esset efficacior / sed contrarium est
tenendum / et dicendu quod ele
mosina continet in se vtutem ta
oronis quam ieiunij / et ideo sicut aia sicut
intellectiva nobilior est sensitiva
et vegetativa / quas vtualiter conti
net / ita elemosina efficacior est
ad satisfaciendum qua ieiunium
vel oro de na sui tctis partibus
Continet enim elemosina vtute
ieiunij et oronis duplici ronem p°
quia elemosina constituit eu cui
datur debitorem adorandum et
ieiunandum pro eo qui dedit. S°
elemosina est quedam oblatio fca
deo / que vim oronis ht. Similiter
continet ieiunium / in quantu p ele
mosinam bona exteriora que ad cor

pois sustentacon ordinat quiminut
oracio continet icunium in vtute Na
extensio intellectus in deuium debilitate
corporis parit. Sic est ieiunium. Et ideo
inter ista minus est ieiunium, et elemo
sina maximum, oracio tenet medium.
Orto oro est redditus ut subiecto
nis. Cadit enim oro sub precepto et de
cimate quidem quantum ad ministros
ecclesie, qui ex precepto et statuto ecclesie ad
horas canonicas obligant. In decima
te vero ad omnes quoniam omnis homo
tenet suam salutem procurare, quod
sine oratione adulto non conceditur.
Et ideo orare mentaliter vel vocaliter
est de iure nature, et reducitur ad tercium
preceptum prime tabule, Memento ut
diem sabbati sanctifices. Temporis
vero orandi laycis instituitur ex statu
tis canonum diebus festivis, qui tene
tur divinis officiis interesse, ut ministris
pro populo orantibus suam intencio
nem conformet. Est ergo oracio quidam
quidam redditus, quem deus a nobis
exigit sibi reddi. Osee 14. Omnem
auffer iniquitatem et accipe bonum
et reddemus tibi vitulos labiorum
nostrorum, i. oraciones devotas etc. ~~sequitur~~
~~alia oracio~~

Lc 203

Vicit autem turbas non in virtute corporis

nec armatura potencie, sed verbo
illum qui se vexabat subiecit, iura
menta patrum et testamentum
commemorans. Cum enim iam ac
natim cecidissent super alterutrum alter
vtrum mortui, institit et amputa
vit impetum, et divisit illam que
ad vivos ducebat viam. Postquam
tactum est de forma qua summus
pontifex aaron observavit in seda
do divinam offensam contra popu
lum ad supplicationem, in hac parte p
sequitur de eadem forma placan
di deum quantum ad familiaritatem alle
gacionem. Allegavit autem aaron
pro populo supplicando pristina
et antiqua dei ad ipsum indicia

vehementem affectionem, commemorans
iuramenta et pacta que fecerat patri
bus eorum, ut sit memor antique
veteris nove, offensas remittendo.
Duo ergo fiunt in ista littera. Primo osten
ditur quo aaron adeptus est vic
toriam per divine affectionis allega
cionem. 2o ponit eiusdem victorie ex
placionem. 2a pars ibi Cum enim etc.
Circa primum primo excludit id quod
videbatur statui esse necessarium. 2a
pars ibi Sed verbo. Concedit autem
dicit statui pontificali armata
potencia, seu virtute corporis vim i
ferre, nisi fortassis vim repellendo,
quod natura concedit cuilibet. Et
ideo dicit de aaron sic: Vicit autem
turbas non virtute corporis etc. Tur
bas i. populos turbantes populum
sibi subiectum, non virtute corporis, sicut
sampson vicit philisteos Iud. 14,
nec armatura potencie, sed verbo
prime orationis illum qui se vexabat
i. angelum punientem ipsum, sub
iecit, i. a plaga incendii cessare fe
cit. Et nota quod vexacionem populi
dicit suam fuisse more boni prelati
2a Cor. xi. Quis infirmatur et ego non
infirmor. Sic moyses pugnans orationibus
devicit amalechitas Exo. 17. Sub
iecit inquam iuramenta patrum
i. promissiones patribus factas
et testamentum commemorans. Conse
quenter ipsius victorie ponit expla
nacionem. Cum enim iam acervatim
i. catervas cecidissent super alterutrum
i. unus super alium mortui igne
eos occidente, Aaron institit int
vivos et mortuos, opponens se ig
nium per vincentibus contra ignem,
et amputavit impetum ignis po
pulum incendentem. Hec ampu
tacio facta est gladio verbi et oracionis,
quia ut agit Crisostomus: Nichil poten
cius homine prime orante. Et divi
sit illam viam ignis que ducebat
ad vivos, i. divisit flammam ten
dentem usque ad vivos per vocem do
mini incedentis flammam ignis.

corporaliter sicut ignis iste corporaliter in
cendens populum omnes in ea ha
occidere Ita ignis libidinose luxurie
qui in concupiscencia carnis viget po
pulum i· multitudinem homini co
tinue nititur conflagrare Vigilat
ergo pastoris prudencia in igne ipsius
accensum et consideret diligenter qui
sunt illi qui iam sunt occisi per pec
catum et qui sunt adhuc in inn
nos et innocentes ne per malum
exemplum malorum vel corrupcionem
aliorum ad peccatum trahantur Et po
nat se prelatus medium medi
ante eos s· vigilanti providencia di
videns viam ignis ne ad vivos
attingat i· ne in nocentes a corru
ptis eciam mortuis incendantur
Nota b vitant turbas Notandum quod
septem sunt vicia capitalia que
nos turbant et que bellando te
nent vincere per septem dona spiritus
sancti in quorum septemplici victoria
septiformia nobis in apok premia
promittuntur Designat autem hec
septem vicia capitalia per septem ge
tes pestiferas quas expugnavit
et vicerunt filii israel sicut ind 3o
continet quas gentes dimisit do
minus ut in eis erudiret filios israel
sicut habet Judicum 3o Fuerunt
autem secundum sua vocabula ge
tes iste Gerseus Amorreus
Eveus Ettheus Cananeus Jebuze
us Ferezeus Deut° a Ger
seus colonum eiciens interpretatur
et significat superbiam que primum
angelum de celo et adam paradisi
colonum de paradiso eiecit Hanc vin
cere debet quilibet nostrum per donum
timoris et tunc promissionem co
sequetur que ponitur Apoc 2 Qui
vicerit faciam illum columpnam in
templo dei mei Colump
ne est fortiter supportare quod sibi
supponitur Et condicio superbi est
nichil tollerare sibi suppositum
quia nititur esse super alios non
sub aliis et ideo illum qui vicerit

Gerseus
no de superbia

superbiam faciet eum deus colump
nam Amorreus interpretatur amari
cans vel amara loquens et significat
invidiam qui totus est fellitus i
tristans qui in se semper est amari
catus semper amara diffundit
Dicit Aristoteles libro de animalibus c 2
Quod abane est animal quod contra
naturam omnium avium aliorum habet
fel in aure simile felli hominis in
colore et est animal amarum et
sevum nimis hoc animal significat
invidiam qui fel in aure gerit quia
quidquid in amaritudinem audit et
offensionis convertit Ovidius i·
Methamorphoseos pectora felle virent
lingua est suffusa veneno Risus abest
nunquam nisi quem fecere dolores
iste Amorreus vincendus est per do
num intellectus quo homo adver
tens principium nec sue comparticipem
et dulcem se proximo probat
et compassione fraternitate et sic
vincendo consequetur promissionem
que ponitur Apoc 2 Vincenti dabo
manna absconditum Tercius est
Eveus et interpretatur lapides colli
gens significat autem iracundiam et
rixosum hic colligit petras offen
sionis et lapides scandali ut in
iurgio iaciat contra proximum Sic
Semei egrediebatur et mittebat
lapides contra david 2 R 16
Istum vincere debemus per donum
consilii sequendo xpi consilia
de paciencia et tollerancia in iniu
riis Mt 4 Ego autem dico vobis no
lite resistere malo Sed si quis te
percusserit in unam maxillam prebe ei
et alteram Et talis victor secun
dum de promissione facta Apoc 2
Qui vicerit non ledetur a morte se
cunda i· a pena in finali Quartus po
pulus vincendus est Ettheus qui
interpretatur stupor vel formido et
significat accidiam quo facit hominem
stupidum et formidantem opera
virtuosa iste vincendus est per donum

Amorreus
Eveus
de ira
Etheus
de accidia

fortitudinis. De quo Gregorius 8 mora
lium | fortitudo iustorum est carnem
vincere propriis voluptatibus contra
ire | delectacionem vite presentis extingue-
re | huius mundi aspera pro eternis premiis
amare | prosperitatis blandimenta contempnere |
aduersitatis metum cordis audacia su-
perare | fortitudo autem mundana est tran-
sitoria sine cessacione diligere | contra
flagella conditoris insensibiliter per-
durare | ab amore temporali | nec aduersi-
tate quiescere | ad inanem gloriam eciam
cum vite detrimento peruenire | mali-
ciola argumenta requirere | bonorum vi-
tam non solum verbis ac moribus |
sed eciam gladiis impugnare | in se-
metipsis spem ponere | iniquitatem
cottidie sine ullo desiderio perpe-
trare | Victori huius ethici premium
condignum promittitur. Apok. 3. Qui
vicerit dabo ei sedere mecum in throno.

Cananeus — Quintus populus debellandus
est Cananeus | qui interpretatur posse-
ssor vel negociator | et designat aua-
riciam siue cupiditatem qui per varias
negociaciones possessiones acquirit
vel auget. Augustinus de verbis domini sermo-
ne 14. Que est ista auiditas concu-
piscencie | cum et ipse belue habeat
modum | quod tunc rapiunt cum
esuriunt | parcunt vero predicte cum sen-
serint satietatem | insaciabilis in-
saciabilis est sola auaricia diuitum |
semper rapit et nunquam saciatur |
nec deum timet nec hominem veretur
nec patri parcit nec matrem agnoscit
nec fratri obtemperat | nec amico
fidem obseruat | viduam opprimit |
pupillum inuadit | liberos in serui-
tutem reuocat | testimonium falsum
profert | res mortui inique occu-
pat | hec omnia facit | quasi et ipsa non
moriatur. Que est ista amentia in sa-
nia | amittere vitam | appetere mortem |
acquirere aurum | et perdat celum | iste
cananeus vincendus est per donum
pietatis | quod monet attribuendum
pauperibus propter deum. Narrat

Jebuseus — plinius secundus et stratagematon libro
primo c. 4. Quod cum emilius paulus
consul et ligurinus iuxta littus au-
gusto itinere exercitum duceret | et ta-
rentini ei classe insidiati | agmen
eius scorpionibus essent aggressi |
captiuis latera cinctum obtexit |
quorum respectu hostes inhibuere
tela | isto modo moraliter si diuites
tela demonum | vel eciam vlciones
diuinas euadere velint | ponant in-
latus suum pauperes intromittendo |
et eis elemosinas dando | et cludent
latera sua pauperibus | quibus
frequenter parti fuerunt noxie et
demones cessabunt vlciscendo.
Vincenti hunc cananeum dabitur
in futuro | quod promittit Apok.
21. Qui vicerit possidebit hec | et
ero illi deus | et ipse erit michi fi-
lius. Sextus populus debel-
landus est Jebuseus | qui interpreta-
tur presepe | et significat gulam | que
suadet homini semper stare ad
presepe | sicut asinus vel iumentum
et iste vinci debet per donum sci-
encie qua sciamus hunc temperate iuxta
id Apostoli ad philippenses 4. Scio habundare
scio et penuriam pati | et sic vincen-
ti dabitur quod promittit Apok. 2.
Vincenti dabo edere de ligno vite
ad literam eciam in presenti temperancia
prolongat vitam. Ecclesiastici 31. vigilia et
tortura et colera viro infrunito | honestas t tabefacit carnes
sompnus sanitatis in homine par-
co ad literam excessus gule causat
defectum sompni | coleram id est vo-
mitum et torturam id est torsionem
ventris | et hec omnia facit gula viro
infrunito. Dicitur autem infruni-
tus quasi sine frunine id est sapo-
re sentit vel dicitur. Est enim fru-
nie illa pars gutturis | que saporem
sentit vel dicitur infrunitus quasi
sine frunia quod est confectio
qua circa frunimit vel a fronesi
quod est sapiencia | vel a fronte vel
a freno unde frons frunesis.

Eccl. 37. Qui abstinens est adiciet
vitam | et per contrarium gula morbos
et mortem inducat

Ferezeus

firme| firmia firma dabis. Septimus populus debincendus a nobis est Ferezeus| qui interpretatur disseminans terram| et significat lubricum illecebris deditum| qui illicite seminat semen suum| et metit in puncto momentaneam delectationem| in fine vero penam eternam. Gal. 6 Qui seminat in carne| de carne metet et corruptionem. Iste vincendus est per donum sapientie i. per saporem celestium| quibus gustatis vilescit omnis dulcedo carnalis| et qui sic vicerit promissionem consequitur que ponitur Apoc. 3 Qui vicerit sic vestietur vestibus albis| Hec sunt septem victorie quas vincere nos oportet. Est enim de Christo sicut de Marco Furio Camillo de quo narrat Julius Frontinus strategematon libro 2. c. 8. Iste iturus ad bellum in exercitu suo proclamare iussit se non recepturum quemquam in castra| nisi victorem| reductisque militibus victoria potitus est| Tali modo Christus nullum recipiet in celum in die iudicii| nisi prius fuerit victor. Et ideo Johannes has septem promissiones facit sub sola conditione victorie. Et hoc est quod dicitur Ys. 9 letabuntur coram te| sicut qui letantur in messe| sicut exultant victores capta preda| quando dividunt spolia etc. ~~sequitur aliud~~

Fco 209

In veste poderis quam habebat totus erat orbis terrarum ~~et~~ et parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta| et magnificentia tua in diademate capitis illius erat scripta| His autem cessit qui exterminabat et hec extimuit. Erat enim sola temptatio ire sufficiens. Postquam declaratum est qualiter summus pontifex Aaron divinam placavit offensam| et angelum occidentem populum percutiendum cessare fecit a plaga per denotatam orationem| et per divini federis allegationem| In ista parte prosequitur quo ad conde effectum commodosius exequendum| adiunxit sacerdos vestigium vestium representationem| Fuit enim indutus pontificalibus suis| que misteriis plena erant. Et circa hoc duo fiunt. Nam primo describit sacerdotalis ornatus commendationem. 2o ostendit quod Aaron sic ornato angelus prestitit reverentiam 2a ibi His autem cessit. In describendo autem ornatum sacerdotalem non nominat omnes vestes de quibus Exo. 28 agitur| Sed tantum tria ornamenta enumerat| in quibus omnia alia intelligi voluit. Sunt autem tria que enumerat ibi| tunica talaris| tiara| et lamina aurea que pendebat in fronte. In hoc autem ornatu triplici erat representatio totius orbis terrarum| erat quasi commemoratio patrum nobilitatis| et erat etiam declaratio divine maiestatis. Dicit ergo sic In veste enim poderis quam habebat. Est autem poderis tunica talaris| et dicitur a podos grece quod est pes latine| quia erat tunica talaris usque ad pedes descendens. Unde dicitur poderis quasi pedibus inherens. Erat autem de duabus incisionibus facta| consuta super humeros et latera| in modum dalmatice facta| manicas eiusdem coloris habuit| capucium habens non extensum super scapulas in longum. Scissionem enim habebat a pectore usque ad medias scapulas| que aperitur ante et retro cum induitur apparebat| assuta erat vitta| que scapulis hinc inde vasculis astringebatur. Habebat etiam hec solempnis tunica pontificalis per fimbrias ac tintinnabula aurea| quibus erant immixti totidem vasculi quasi mala punica| ex iacincto et purpura et cocco bis tincto| ita ut tintinnabulum esset malagranatum quasi

ypoderis

scapulae

Tyara

in scalari modo posita, ut audiretur
sonitus quando sacerdos ingrediebatur sanctuari-
um. Dicatur ergo veste pontificali duodecima
sit in veste eius poderis, et est ton-
nicatio intransitiva, quam habebat
totus erat orbis terrarum. Stat autem hic
poderis non solum pro tunica iam de-
scripta, immo pro toto ornamento sacerdo-
tis, per quod secundum divisas suas partes
totius orbis terrarum misterie figuraba-
tur. Ubi notandum sicut magister docet in
historia Exodi 28, quatuor erant ve-
stes tam minoribus sacerdotibus quos
cananei vocant principes sacerdotum
quam arabarchorum quos appellant
gimnes, et alie quatuor erant quibus
soli arabarchi super illis quatuor
utebantur. Quatuor vero erant femi-
nalia, camisia talaris, baltheum la-
tum ad quantitatem quatuor digito-
rum, contextum floribus cocci,
neis purpureis et iacinctinis, et
tyara. Quatuor vero pontificales ve-
stes quibus summus sacerdos utebatur
fuerunt iste: poderis de qua supra
dictum est. Superhumerale quod ha-
buit foramen quadrangulum
pectori et duos lapides onichi-
nos super humeros, in uno erant
scripta sex nomina filiorum Israel et
in alio alia sex. Racionale fuit tercium
ornamentum et quadrangulum,
iuxta mensuram aptum in humera-
li ex quatuor coloribus, scilicet bisso pur-
pura iacincto et cocco auro contex-
tum, sicut et superhumerale, et erant
ibi xii lapides auro fixi et clausi
per quatuor ordines, terni in singu-
lis ordinibus: in primo ordine sar-
dius, thopasius et smaragdus; in
secundo carbunculus, saphirus et ias-
pis; in tercio ligurius, achates et a-
metistus; in quarto crisolitus, o-
nichinus et berillus, in quibus
erant scripta nomina xii filiorum Israel
iuxta ordinem nativitatis, sic sin-
gula in singulis. Quartum ornamen-
tum pontificis fuit tiara vel
tyara, nam et tota iacinctina que cin-
daba aureo circulo tribus ordini-
bus facto, cuius summitas in acutissim-
um conum tendebat. Super frontem pendebat
lamina aurea ad modum dimidie
lune, que curvatam suam versus
tursum et parvulum amicum vi-
timo in sacrabatur, qui tiare af-
fixus erat. In hac lamina sculptum
erat Ayoth Adonay, id est sanctum no-
men domini scilicet tetragramaton, quod
ineffabile dicitur, non quia dici
non possit, sed quia rem ineffa-
bilem significat, que hijs litteris scri-
bitur, scilicet Ioth Heth Vau, que sonat
aut principium vite et passionis. E-
iste Ioth antequam deum est passionem
illius que prefigurat iste sacerdos
remittat vita in Adam perdita.
Ista sunt ornamenta summi sa-
cerdotis, de quibus nota integre in
hystoria Exodi 28 pulchre et diffu-
se. Dicit ergo dicitur in veste poderis
stat hic poderis pro totali ornamen-
to sacerdotis, et in istis figurabatur
totius orbis terrarum. Nam feminalia
et camisia linea quia de lyno erat,
significabat terram. Baltheus occea-
num. Tunica iacinctino colore aerem
preferebant. Tyntinabula tonitrui son-
sonus tonitruum, malagranata
corruscationes. Ephot vero vel super-
humerale propter varietatem suorum
colorum celum sydereum figura-
bat, quod vero auro aliis quatuor
coloribus intextum erat significat quod
calor naturalis penetrat universa. Duo
sardonices solem et lunam figurant,
duodecim geme pectoralis xii
signa in zodyaco. Racionale quod erat
in pectore significat quod racione terrena
adherent celestibus, et quod racione
cuncta sunt plena. Cydaris celum
empireum, lamina superposita deum
omnibus presidentem. Ergo preter
sensus huius textus in veste po-
deris quam habebat totus erat or-
bis terrarum secundum Josephum et modernos
secundum ornamentum quod
specificatur in littera est racionale sive
pectorale in quo erant secundum quatuor

di-

nota
8
appositio
scapulae
Tyara
fra
alias tyaris
ornamentum
litteralis

ordines xij gemme in quibus sculpta
fuerunt xij nomina filiorum israel ut su
pra fuit est dictum / et quantum
ad hoc dicit sic et parentum i. pa
triarcharum filiorum iacob mag-
nalia i. nomina magnum aliquid
significancia / sculpta erant in qua
tuor ordinibus lapidum i. gema
rum Tercium ornamentum quod spe
cificat in lra est tiara pontifica
lis / que a sui parte notatur videlicet
a lamina aurea / que pendebat in
fronte pontificis / unde dicit sic et
magnificencia tua i. magnificum
in effabile ornamentum tuum erat
sceptum in dyademate capitis illius /
i. in lamina aurea ad modum dimi
die lune corniculata / que pendebat
in fronte pontificis et dyademati
i. tyare vel mitre fuit inserta /
et sic statutum propter Consequ-
enter ostendit quam fecit reveren
ciam angelus aaron sic induto
cum dicit hijs autem cessit etc
Hijs autem signatur per hec que in
scribebant vel signabantur prius
dicta sacerdotis / cessit angelus sive bo
nus sive malus / qui exterminabat
populum / et hic extimuit non timo
re qui est passio sed timore qui e
reverencie exhibicio Qui tamen fuit
angelus bonus / in convenientes erat
quod istis cederet / et ad horum presecu-
cionem prius cessaret / Enim per quia
quia est sola temptatio ire sufficiens /
i. timor populi dei domestica dei fi
dicta / qui vidit tantam multitudi
nem subito conflagratam / sufficiens
erat ad delectionem sceleris sui Sunt
autem quidam facilis correpcionis
quibus sufficit unum corripientis
Quidam vero non sic scilicet / sed
post verba oportet addere verbera / prov. 29 Ser
vus verbis erudiri non potest / ymo
sicut legitur Ecc 33 improba consuetudine
cum / sic enim conderet illum cum
pedibus Nota moraliter quod quelibet
persona ecclesiastica induui debet isto tri

plici ornamento scilicet podere sponsali / et
dyademate / ut sit poderis in corpore
tonale in pectore / et dyadema in ca
pite / Poderis figurat continenciam
castitatis / tonale sciam veritatis Dya
dema eminenciam karitatis Primu
m ornamentum quo se vestire debet
persona ecclesiastica / est poderis conti
nencie / ut totum corpus a motibus
lascivie petulantie / et in solencie
compescatur Et vito vocatur talaris
fingunt enim poete / sicut patet
in scintillario poesis / quod mater achi
llis / achillem natum intinxit in
aquis stigijs / i. in aquis cuiusdam
fluminis infernalis / quantum ad totum cor
pus / excepto talo et ideo achilles vul
nerabilis non fuit ubique per totum
corpus / nisi dumtaxat in talo Cum
ergo captus esset amore polexene
et eam in templo cerere statuisset /
a paride in talo percussus occubuit
et quia paris sub simulacro apolli
nis latuit absconditus in templo /
fingit apollinem telum paridis di
rexisse in achillem / sensus poesis se
sus lralis est iste / vene que sunt
in talo / ad renes et ad femora atque
virilium pertinent concuem / Unde or
pheus principalem locum libidinis
dixit esse in talo / Achilles enim hoc
presens / quem mater virtus intinxit in
aquis stigijs / quia virtus contra
omnes labores homines munit / solum
talum non intinxit / quantumcumque
per humana virtute fuit homo mu
nitus / semper libidini aditus
patet / nisi per divinam graciam preveniret
Et hoc signavit dixit Salomon Sap
viij Et scivi quod aliter non possum
esse continens nisi deus det mi
chi Et ideo hec species iusticie generalis
sive virtutis que est continencia / e
a deo continue postulanda / et sic
solummodo haberi potest Ecc 2a Qui sequa
ris iusticiam que est continencia /
qua corpus iuste regit / apprehendes
illam / et indues illam quasi po

stat totum

¶ si non audierit quia illum

ei

ci

c

decem honoris vocatur etiam talaris = continentia quia usque ad finem vite co
tinuari debet 2 R 13 Thamar erat
induta talari tunica huiuscemodi
enim filie regum virgines vestibus
utebantur. Secundum ornamen
tum persone ecclesiastice debet esse co
nale scientie in isto conali scribe
bat doctrina et vitas hec enim debet
esse principalis intentio clerici ut
possit vera addiscere et vera docere
in vitas patrum libro x° ca° 19 dicit
dixit Abbas palladius quod anima secundum
xpi voluntatem conversans aut fi
delis inquirit que nescit aut ma
nifeste docet que novit. Si autem
utrumque cum possit non vult facere
insanie morbo laborat initium
enim recedendi a deo fastidium
doctrine est cum non appetit illud
quod anima semper esurit que deum
diligit De isto ornamento dicitur Ecc
21 ornamentum aureum prudenti
doctrina. Tertium ornamentum quo
se debet induere persona ecclesiastica
est dyadema caritatis est enim dya
dema signum regale et hec sola cari
tas dividit inter filios perditionis
et filios regni secundum Aug vnde
Unde hest 6 in signa dicit homo quem
rex honorare cupit debet indui vesti
bus regiis et poni super equum qui est
de sella regis et accipere regium dya=
dema super caput eius vestes enim
regis xpi fuerunt virtutes quas ecclesia
prophetis vocat habitus equus de sella
regis fuit crux dyadema regni =
fuit caritas et per hec ecclesia nos honora
biles facimus apud deum et ho
mines virtutibus prima et caritate
2 et sequitur

Impius autem usque ad novissimum sine

misericordia
ira supervenit presciebat enim et fu
tura illorum Quoniam cum ipsi reversi
essent et permisissent ut se ducerent
et cum magna sollicitudine dimisissent
illos consequebantur eos penitentia acti
Adhuc enim inter manus habentes =
luctum et deplorantes ad monumenta
ta mortuorum aliam sibi assumpserunt
cogitationem insipientie et quos roga
tes proiecerant hos tanquam
fugitivos persequebantur. Postquam =
auctor commendavit dei sapientiam =
iuste omnia gubernantem inmutabili co
minatione primogenitorum in egipto
in hoc ultimo capitulo commendat ean
dem sapientiam primo ab horribili subver
sione egiptiorum in mari rubro 2°
de multiplici providentia hebreorum in
deserto 2ª ibi Omnis enim crea
tura et decimus duobus agit alter
natim inter de providentia collato segi | Judeis nunc ex timy illato
ptiis usque ad finem libri Circa primum
duo facit nam primo agit de perti
nacium vehementi malitia 2°
de pene eorum convenienti iustitia
2ª ibi Dicebat enim illos Circa primum
tria dicit primo enim narrat quo
isti impii adeo dudum huiusmodi punie
bant 2° quo malorum scelera circa
deo non abscondebant 3° pro
sequitur quod conabili subingi vel
inflicti incebant 2ª pars ibi presciebat
enim 3ª ibi Quoniam cum ipsi di
cit ergo primo sic Impius autem
etc q. d. hebrei rebelles et murmu
rantes contra dominum occisi propter
pignus incendium sed non totaliter
cum desevit in plebem ignis ille quia
sedatus fuit pontificis supplica
tis remedium sed hic impius egi
ptiis persequentibus hebreos intra
mare rubrum sine misericordia i. absque
ullo remedio usque ad novissimum
ira i. vindicta iusta supervenit usque
ad novissimum i. in quemlibet quia
nullus de illa subversione libera
tus est hec ira eis supervenit adeo
tamquam pondus quod sustinere non
possent Ratio autem huiusmodi vane
punitionis istorum et impiorum sub
ingitur quia deus presciebat quod
hebrei puniterent et se corrigerent

lb 204
cam 19

Et ideo parsimi operis psciebat etia quod egipcij perdurarent finaliter obstinati et ideo promittentibus correccionem pepcit et ponentes p timaciam obstinacione finali peri ssit. Et hoc est quod dicit psciebat enim futura illorum i. scelera eorum futura si punissi fuissent. Deinde cum dicit Cum enim ipi conversi essent declarat quam racionabiliter meruerunt subiugi propter maliciam que dupliciter patuit in exitu filiorum isrl de egipto. Nam cum vidi ssent egipcij decimam plagam qua fuit occisa primogenita assense runt et permiserunt quod filij isrl exirent ad desertum ad sa crificandum deo suo. ymo compe llebant eos exire sicut habetur Exo. 12. et tamen hoc non obsta te statim displicuit eis quod eos permisissent recedere et tamquam fugitivos psequebantur. Hec ergo fa lsitas et inconstantia de proposito suo aggravat maliciam. Et quod ita recent cum adhuc essent occu pati circa luctum et sepulturam mortuorum suorum redierunt ad co tendam et iniuriam hebreos in sequendo et volendo eos revocare satis ostendit eorum malicia indu rata fuisse et eos de bene actis non detulisse penitere et ideo submi ssione mirabili dignos eos dicit. Vel ergo verum est quod deus presciunt eos finaliter fore malos quod eorum satis patuit. qui cum ipi egipcij conversi essent ad cor et ad dei alienam cognicionem et permisissent licen ciando hebreos ut reducerent de egipto vel ut seducerent i. secum ducerent egipcij hebreos inter montes et mare rubrum et cum magna so llicitudine dimisissent illos s. he breos consequebatur illos actus pene istis egipcijs penitentibus de bono similes sunt nonnulli ma li religiosi qui de statu professionis pe nitent ad que sunt perpetuo obligati

Contra quos dicitur q. Cogitavi nec peni tuit me nec de visus sum. Ecce quia fatue fecerunt isti egipcij. Adhuc enim inter manus habentes luctum i. ma teriam luctus s. funera filiorum suorum et deplorantes i. valde plorantes ad monumenta mortuorum aliam sibi assumpserunt cogitacionem insciencie i. per quam facti sunt inscientes et fa tui et quos rogantes proiecerant i. eiecerant de egipto hos tanquam fugitivos a domino suo psequebantur. Exo. 13 induravit dominus cor pharaonis regis egipti et psecutus est filios isrl. Consonissimum sine mora ira supervenit. Nota quod ira dei nichil aliud est quam iusta dei vindicta secundum Augustinum et habet quatuor condiciones propter quas debet multo formidari. Ira enim dei non declinat virium potestate. Non de bilitat temporis tarditate. Impiorum excitat humilitate. Nec placatur mitigat prece humilitate. Prima ergo con dicio ire dei est quod non declinat virium potestate. Ira enim hominis potest aliquis fortassis abscondere vel subterfugere sive resistere. Sed ira dei nec loco metitur nec tempore finitur nec virtute transcenditur. Naum primo Ante faciem indignacionis eius quis stabit. Et quis resistet in ira furoris eius. ps. Quis novit potestatem ire tue et pre timore tuo iram tuam dinumerare. Probat hoc Boecius primo de consolacione metro 4. quod sapiens non habet timere iram cuiuscumque tyra nni quantumcumque seviat contra eum. tiam in potestate sapientis est facere iram eius inanem. quia sapi ens nichil timet perdere. quod tyr rannus potest. Sufficit. nec aliquid spe rat se abeo recipere quod tyrannus ei potest conferre. et hoc reddit iram suam totaliter inanem et impotentem. et frenat eam pe tus armis suis. Unde dicit sit

Quid timetis miseri feros tyrannos
tyrannos sine viribus furentes? Nec
speres aliquid nec extimescas: exar-
maveris impotentis iram. At quis-
quis trepidus pavet vel op-
tat, quod non sit stabilis, suique iuris
abiecit clipeum, locoque motus nectit
qua valeat trahi cathenam. Cum
enim quis appetit immoderate honores
et divicias huius vite, et pusillani-
miter adversitates fortune timet, talis de
suis passionibus adversitatis et af-
fectionibus prosperitatis facit cathe-
nam, qua huc vel illuc per amorem
vel iram altius possit trahi. Modo
si loquamur de deo, non possumus
enim facere sit impotentem, nec appe-
tendo quod ipse potest conferre, nec
pertimescendo quod potest inferre. Nam
beatitudinem quam potest conferre naturaliter
appetimus, et miseriam quam potest in-
ferre naturaliter abhorremus. Omnes enim
homines beati esse volunt, ideoque
eam ardentissimo amore appetunt,
sicut docet Aug(ustinus) 13 de tri(nitate) c. 19 dicens
quod nullomodo possumus velle miseri
esse. Ergo non restat aliud nisi divinam
voluntatem explere, ex quo naturaliter
appetimus quod sine ipso habere nequimus.
Tercia conditio ire dei est quod non
debilitatur temporis tarditate. Unde
Valerius libro primo c. 2: lento gradu
ad vindictam sui divina procedit ira,
tarditatemque supplicii gravitate
compensat. Eccl. 16: In gente incredi-
bili ~~quo exardescet~~ ira exardescet. Narratur de
quadam civitate que bellis pluri-
mis lacessita misit ad quendam
principem pro succursu habendo, et ut eis
amicitias citius intimarent, exposuit
sibi fortitudinem civitatis muris
tribus et fossatis, quibus ille re-
misit: Ergo nec in quibus civitas vestra
superius est optata, ira ~~ira dei~~ quod
ira dei super illam descendet. Tunc
querit quod si ita est, libenter veni-
am et vos defendam. Cum autem

propter peccata vestra contra iram dei pug-
nare non audeo. In quadam vero
patria in Anglia que nostra sorcia
vocatur dicitur contigisse quod blada
quodam anno in estate pulcherrime
creverant, et cum appropinquante
tempore messis venit genus
muscarum in maxima multitudine,
que totum illud bladum pulcher-
rimum consumpsit, quod vero infra
quoque miliaria unum quartarium
in domo hominis vero illius pre
quasdam domesticas exparunt et di-
ligenter inspicientes quales erant,
quia nunquam fuit consimiles vide-
rant, invenerunt eas habentes de-
pictas in alis suis, in una ala scrip-
tum erat ira, in alia dei, sicut mani-
festum esset propter demerita populi
vindictam divinam fuisse. Iuxta illud
Jer. 12: Seminaverunt triticum et spinas messu-
erunt; primas hereditatem acceperunt
et non eis proderit. Confundemini
a fructibus vestris propter iram
furoris domini. Quarta conditio est
quod in plures extendatur unius pra-
vitate; propter unius enim persone
maliciam deus aliquando flagellat
unam totam multitudinem. Gen.
20: quod tota domus Abyme-
lech sterilis facta fuit propter do-
minum Abymelech. Et totus popu-
lus Israel pro peccato Achor punitus est.
Non poteris stare contra inimi-
cos tuos donec deleatur ex te qui
hoc contaminatus est. Sicut dixit
dominus ad Iosue, Iosue 7. Et dixit Finees ad quan-
dam partem filiorum Israel, Iosue
22: Vos hodie dominum dereliquistis,
et cras in universum Israel eius ira
descendet. Et infra: Nonne Achor
filius Zare preteriit mandatum
domini et super omnem populum Israel ira eius
incubuit? Deus enim punit unum
hominem peccato alterius temporaliter,
sed non eternaliter. Quinta conditio
ire dei est quod non mitigatur

^ quia solus Achor sacrilegium, legimus
ipsum Iosue dixisse

etiam hominibus que dicit
Iuxta illud Luc. 1 fecit pro
strauit

nisi humilitate. natura enim leonis
est non irasci nisi ledatur prostra
tis / sat nobilis ira leonis eodem
modo xpistus non irascitur nisi leso
Unde ps. 69 ne irascaris domine sa
tis / et ne ultra memineris iniqui
tatis nostre / ymmo quantumcumque offen
sus humilitate placatur Unde 2
paralip. 12 dixit dominus ad Se
meyam prophetam Quia humiliati sunt
non disperdam eos

To 206

Ducebat enim illos ad hunc finem digna

na necessitas / et horum que acci
derant commemorationem amittebant
ut que deerant tormentis reple
ret punicio / et populus quidem
tuus mirabiliter transiret / Illi autem
novam mortem invenirent. Post
quam declaratum est quod egipcii perse
quentes filios israel videbant contra
eos vehementi malicia punire
ista ostenditur consequenter / quod
statim postea submersi sunt co
ercente dei iusticia et primo
tangit eorum penam / 2° pene final
causam / 2^m ibi Ut que deerant ho
pene primo dicit sic Ducebat enim illos
i. egipcios persecutores filiorum israel
ad hunc finem i. ut precipitarentur
in mari rubro digna necessitas i.
exigencia culpe / que talem mortem
non omnium plagarum precedentium
que eis acciderant obliti sunt co
horum proterui malicia / et ideo dicit
et horum que acciderant commemoracionem
amittebant. Causa vero finalis
tangit in quo cum dicit / Ut que de
erant tormentis repleret punicio i.
illud quod deerat plagis que precesserant
repleret et perfecte consu
maret punicio usque ad mortem
Sed in specie ipsa causa finalis
magis exprimitur / quare scilicet egip
cii sunt submersi in mari rubro
cuius submersionis duplex causa fuit
una ut populus dei transiret
magis mirabiliter alia ut egipcii

A

inusitata morte perirent. Deus enim
magis mirandum filios israel in primo
transisse recedente eis mari / quam
vidimus egipcios ibidem submersos
fuisse / mari demum redeunte et hoc
est quod dicit Et ut populus tuus
mirabiliter transiret per siccum in
medio maris / illi autem i. egipcii no
vam mortem invenirent / Hec mors
dicitur nova fuisse / non quia multi ho
mines ante submersi fuissent / sed
quem modum submergendi / scilicet quod
initio divino recepit eos omnes ma
re / stans contraque parte sicut murus /
et cum omnes ingressi fuissent et
filii israel littora attigissent diffu
dit se mare / et omnes egipcios con
texit / Moraliter loquendo / sic fre
quenter accidit quod illud quod est
materia promocionis in principio / est causa
confusionis in finali tempore / cum
dominus dedit homini quoque in principio /
favorabiliter sibi dando divicias et
honores / deinde fuit per hoc implica
tus curis et sollicitudinibus / et
superbia seculari / et quando tunc se cre
dit esse in optimo statu / et apice
summe dignitatis / commonet turba
ciones et persecuciones contra eum
per Deiectum eos dum alienarent
Ducebat eos digna necessitas
Nota quod quod quatuor modis
homines male ducuntur quia Qui
dam enim ducuntur illecebrosa sensu
alitate / hii sunt qui non secundum vel
tatem / sed secundum passionem
vivunt / qui non quod honestum est /
sed delectabile in omnibus persequuntur
sicut ductus fuit ille iuvenis
vecors / quem mulier meretrix
multis sermonibus et blandiciis
labiorum protraxit et irretivit et
statim eam sequitur quasi bos
ductus ad victimam prov. 7 A fulgen
tius in mitologio dicit quod ad
metus rex alcestam duxit in
uxorem / contigit autem admetum
in finari / consuluit appollinem / quo
posset demum sanitate curari

B

Rufinus est ei ab apolline quod curari
non possit nisi aliqua persona de suis
propinquis pro eo voluntarie mor-
teretur quo intellecto altesta in mor-
tem sponte abyt et ad inferna descen-
dit quam tamen hercules in venisset
alceste compaciens cum ab inferis li-
beravit moraliter mens humana et
sensualitas adinvicem copulantur
sicut sponsus et sponsa vir et uxor
infirmatur vir i. spiritus qui tempta-
cionibus variis agitatur clamans
miserere mei quoniam infirmus
sum sana me et sic orare qui mens
temptatur est demum sapie pro con-
silio requirit videt autem deus
oportet quod oportet si spiritus debeat consequi sa-
lutem vivum de propinquis suis
voluntariam mortem subire hoc
est carnem voluntarie penis
mortificare quia nisi caro moriatur
spiritus vitam gracie non habebit et
hoc est quod dicitur Ro. 8. Si secundum
carnem vixeritis moriemini Si autem
spiritu facta carnis mortificaveritis
vivetis Caro ergo mortificata per
intenciam rationabilem tandem
descendit ad inferos qui in terram de
qua facta est naturaliter convertetur
Sed per herculem virtuosum id est
per christum in resurrectione generali re-
suscitabitur et suo viro perpetue co-
niugetur Caro ergo in hac vita duc-
trix nostra esse non debet et sensua-
litas ne in illecebras ducamur sed
magis ratio quia secundum spiritum debemus
ambulare Gal 5 Spiritu ambula-
te et desideria carnis non perficietis
Et ita si spiritu ducimini non estis sub
lege carnis et concupiscentie que
spiritui repugnat sicut dicitur Ro. 7 Video
aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis mee
2° Secundo quidam sunt qui ducuntur
viciosa familiaritate familiari-
invit tas cum viciosis viciosa est et eo c.
sicut dicit Hugo de sancto victore
libro suo de carra anime Ea est vis

amoris ut talem te esse necesse sit
quale est illud quod amas et cum
per affectum coniungeris in ipsius simi-
litudinem dilectionis societate transfor-
maris Nec mirum tamen secundum Dyo-
nisium de divinis nominibus c. 4 Amor
habet quandam vim coactivam uni-
formativam et transformativam que non
dimittit amatores sui ipsius esse
sed amatorum et ideo sub condicio-
nibus illius qui amat per quilibet
homo dissimulat describi si tamen
eius condiciones cognoscat unde
scribit signanter valerius ad Rufi-
num Ethicum est videre cui des
velle dic quod homo videat cui
dat bona sua illud bene est ethi-
cum i. ad virtutem moralem pertinens
sicut ad quandam eius partem scilicet ad
liberalitatem Sed vide cui homo
det se ipsum ad amorem et familia-
ritatem et civitatem hoc est ethica
non quasi pars sed ethica i. tota vita
moralis Istud nimirum est summe
iuvenibus imprimendum unde qui-
dam senex filium suum informans
ne familiaritatem cum vicioso con-
traheret monitus sibi dixit Talem
quemque fore qualem sibi nectit
amore Ovidius ait ipse sit
alter amicus cum sive alludit dicto
cuiusdam Ethicorum qui dicit Amicus est
alter ego Quilibet enim mores venerari
tamquam amores aspectibus sibi tres statis
amare labores cuius amat corpus
bonum reprobo seu ledat ut quod
tamque picem tangens fit turpe
colore Sit tibi summe vitem qui
flagras turpis amore Et consequenter
explanat senex quem vocat tur-
pem et dicit sic Turpem vetra-
tutis nullum facit nominari
Sed mens polluta sceleris vel
sceleris cupiens maculari Et in fine
alloquens filium suum sic con-
cludit Ergo care fili turpatos
crimine vili Ne tu consimile turpas

fine sciencie. Notandum quod Aristoteles in capitulo isto
tercium et 3m solvit tres notabiles que-
stiones ad propositum pertinentes. Prima est
ista. Ponamus quod aliquis contra-
hat amiciciam cum aliquo viro
probo et ille postea mutetur et fiat
malus, que est utrum amicicia ad
talem sit solvenda. Secunda est ista, da-
to quod sit, utrum statim sit solven-
da vel utrum homo debeat huiusmodi
solucionem differre. Tercia questio est ad ta-
lem post solucionem amicicie debeat
se homo habere sicut alienus, ac si
nunquam fuisset amicus. Ad primam
questionem respondet dicens duo. Primum
quod non est possibile quod ille
amet virtuosum cuius malicia est
manifeste viciosa. Secundum dicit quod
non debet amare talem. Racio est quia
non est possibile quod conservetur
amicicia ad malum, ubi causat
aliqua similitudo malicie. Ad se-
cundam questionem distinguit, quia
talis factus sit malus vel est cor-
no insanabilis, quod non potest re-
duci ad statum virtutis. Si primo modo, non
debet homo statim abicere amicum,
sed exhortari ad hoc quod recuperet
bonos mores, et multo magis debet
amicus tale iuvare recuperando
eum, quam recuperando divicias,
quia virtus est magis bonum quam
aliqua substancia temporalis. Si vero sit om-
nino insanabilis, sicut sunt inveterati
dierum malorum, statim debet a-
micicia ad talem dissolvi. Hec est e-
nim convenientius hoc facere quod non
sit amicus tali vicioso virtuosus,
quia dicit Aristoteles in eodem capitulo
quod illi qui simulant se virtuo-
sos, licet tamen sint latenter ma-
li, sunt minus accipiendi quam
illi qui corrumpunt numismata,
tanto quanto horribilius est vi-
cium quam falsa pecunia, tanto qui
false simulant virtutem maligni-
ores sunt quam qui fingunt mo-
netam falsam. Ad terciam questionem
videtur quod aut sit dissolucio
amicicie propter minorem bonitatem

aut propter ~~qualitatem~~ habundantem ma-
liciam. Si secundo modo, nichil fami-
liaritatis debet homo exhibere tali quam
tamen cum extraneo, quia enim decre-
vit et verecundiam sibi fecit. Verecundum
enim virtuoso non est amicum vi-
ciosum ~~fuisse~~ fugisse. Si primo modo
fiat amicicie dissolucio, sicut contin-
git de duobus, quorum unus stat
in gradu remisse virtutis et alius
proficit ad gradum intensum. Tunc
enim non est possibile quod pro-
ficiens secundum amiciciam adhuc
proficientem vigeat secundum Aristotelem,
quia non de eisdem gaudent et
tristantur, quod est proprium amicorum,
sed in tali casu se debet homo ma-
gis exhibere benivolum propter pre-
teritam amiciciam, quam si numquam
fuissent amici. Illi vero qui insana-
biles sunt omnino abiciendi sunt
a communione benivolorum quantum possibile
est. Curandum est ~~quod est~~ quod ho-
mines displiceat vel eos offendat, quia
virtuosis semper debet esse propositum
pessimis displicere, sicut dicit Boe-
cius de consolacione. Hoc est quod secundum
Aristotelem quod maxime virtuosis vi-
tandum est tam propter conscienciam
quam propter famam, scilicet familia-
ritas ad personas corruptas et in-
fectivas, propter quam multi innocen-
tes in principio corrupti et abho-
minabiles facti sunt et abducti
primo a virtute et tandem a securita-
te fame sue, quorum cuilibet potest
dici Ieremie 38: Seduxerunt te et pre-
valuerunt adversum te viri paci-
fici tui, demerserunt te in ceno et
in lubrico pedes tuos, et recesserunt
a te. De hac eciam materia, scilicet de vitan-
da societate malorum qui ducunt
homines ad vitam viciosam, loquitur
Seneca ad Lucillum epistola 16 secundum
quosdam libros. Si vis inquit pe-
regrinaciones tuas habere iocundas, co-
mitem sanum sane habebit tibi ava-
ricia quamdiu avaro sordido contacto
inpreciis habebit timor quamdiu

Vel potest reduci ad statum virtutis

~~amicicia contrahat cum~~

vt amicicia contrahat cum viciosis, alias virtuosis

nisi causa peter

yma

plus

superbo commiscens cum fabeis et delica-
li etiam corruptore et peruerso ductore
dicatur prouerbiorum 16. Vir iniquus lactat
amicum suum et ducit eum per viam
non bonam. Tertio quidam abdu-
cunt per presumptuosam temeritatem
quia sunt pleri que in abductione
imperiti qui proprio sensu statum om-
nibus adherent contra ut dicit Ve-
getius de re militari libro 3. Imperi-
ta rusticitas plura promittit et ar-
dit [illegible] que nesciat et ideo sunt
incompetentiam passio iuuentutis est
presumptio timiditas vero passio
senectutis sicut dicit philosophus 12
rethorice sue de talibus verificatur
illud Iob 14 stulti facti sunt duces
eorum. Quarto quidam ducunt
maliciosa senecitate sicut sunt pote-
ntes et nobiles qui latera sua stip-
ant maliciosis consiliatoribus quorum
instigationibus ad inimicias vari-
as agitantur nunc ad pauperum de-
predationes nunc ad iniustas inqui-
sitiones nunc ad iniquas seditiones
per quas respublica dissipatur et pax
ciuilis turbatur et etiam conculcatur
et ideo verificatur illud ysaie. Propterea
captiuus ductus est populus meus
quia non habuit scientiam et nobiles
eius interierunt fame et multi-
tudo eius siti exaruit. Et est prophe-
tia tam de culpa preterita quam de vindicte
futura etc. Lectio 20a

Omnis enim creatu-
ra ab initio ad suum

genus refigurabatur deseruiens
tuis preceptis ut pueri tui custodi-
rentur illesi. Nam nubes illorum ca-
stra obumbrabat et ex aqua que
erat ante terra arida apparuit et
in mari rubro viam sine impedi-
mento et campus germinans de
profundo nimio per quem omnis natio
transiuit que tegebatur tua manu
videntes ~~enim~~ mirabilia tua et
monstra. Dictum est superius de con-
tinuo et ipacorum mirabili in mari
rubro consequenter nunc agitur de fauorabili
patrocinio collato hebreis in redeun-
do ab egipto et circa hoc duo fiunt. Nam
primo commemoratur diuina gubernatio
2o enarratur hebreorum consolatio 2a
Tamquam enim equum. Circa primum
duo facit. Nam primo ostendit in genera-
li qualiter omnis creatura famulabatur
diuine voluntati ad hebreorum libera-
tionem 2o hoc ipsum manifestat in
speciali per particularem inductionem 2a
ibi nam nubes. Circa primum sciendum
quod sicut omnis creatura diuine vo-
luntati operationem suam extendendo vel
suspendendo pro tempore famulatur
ideo cum deus voluit solem et lu-
nam retraxit et motum sistit et cum
voluit mundum illuminat et motum
continuat et sic est de omni alia
creatura ideo dicit Omnis creatu-
ra ab initio ad suum genus refi-
gurabatur id est reflectendo se ad suum
genus quod est deus conformabatur
illi. Erant autem docet Crisostomus 4
matthei etc. Deque Homo dicit vno
modo ille agno multitudo aliorum
sicut a primo generante producitur
et secundum istum modum loquendi deus
genus omnium rerum dici potest Apocalypsis 22.
Ego sum radix et genus David. Huic
generi omnis creatura refigura-
batur id est reuertendo conformabatur
deseruiens tuis preceptis multipli-
citer significabatur propter benignam
gubernationem hebreorum et ideo sub-
ditur pueri tui hebrei scilicet tibi fa-
mulantes pueri enim idem dicuntur
quod famuli custodirentur illesi
Hanc autem obedientiam creature
quo ad deum ad solatium hebre-
orum in speciali declarat et ampliat scilicet
in columpna nubis que eos pro-
texit per diem ne calore solis con-
burerentur et in recessu maris rubri
quod dedit eis viam siccam in
qua sine impedimento gradiuntur
Vnde dicit sic Nam nubes castra
illorum obumbrauit que etiam fecit
circa eos. Nam diuidebat inter eos

Genus nostrum considerare debemus quadruplex
propter patris
propter matris
propter germanos
propter filiorum

et hostes reprimebat solis ardores et
lucebat per noctes. Item quantum ad re
cessum maris dicit: Et ex aqua que
ante erat supple in loco suo terra appa
ruit arida, et in mari rubro via
sine impedimento, et campus ger
minans de profundo nimio, id est lo
cus spaciosus et ita securus et a
menus per tunc, ac si fuisset campus
germinans, per quem campum sine lo
tum admodum campi sequentem
omnis nacio hebreorum transiuit que
tegebatur tua manu, id est potestate tua,
videntes mirabilia tua, id est minora
miracula, et monstra, id est maiora.
Ad suum genus resignificabant. Quarto
genus nostrum considerare debemus
propter quadruplicia, scilicet propter patris, pro
pter matris, propter germanorum et propter
filiorum. Pater est deus, mater est ecclesia,
germani sunt angeli, filii sunt opera.
Servemus igitur in nobis tunc pa
tris nobilitatem, tunc matris humili
tatem, tunc fratrum stabilitatem,
tunc filiorum et operum utilitatem.
Primo ergo cum simus de genere ipsius
dei, oportet quod simus nobiles et
non degeneres. Act. 17: Fecit ex uno
omne genus hominum. Et infra: Genus
ergo cum simus dei, non debemus
estimare auro aut argento aut la
pidibus sculpture artis aut cogi
tationi hominis divinum esse simile. No
bilitas autem non est nisi bonitas
moralis. Unde omnis virtuosus est no
bilis et virtuosus generosus, et omnis
viciosus degener et ignobilis. Et ideo
contra viciosos gloriantes de generosita
te carnali convenabiliter invehitur
Boecius 3 de consolatione metro 6,
probans omnem viciosum esse ig
nobilem et omnem virtuosum esse
nobilem dicens: Omne humanum
genus in terris simili surgit ab ortu.
Unus enim rerum pater est, unus cun
cta ministrat. Ille dedit phebo radios,
dedit et cornua lune. Ille et homines
terre dedit et sidera celo. Hic clausit
membris animos celsa sede petitos.

Mortales igitur cunctos edit nobile germen.
Quid genus et proavos strepitis? Si
primordia vestra auctoremque deum spe
ctetis, nullus degener extat. Ni vi
ciis peiora fovens proprium deserat
ortum. In hoc metro quatuor dicit. Primo
quod homines sive sint divites
sive pauperes, similiter habent ortum,
quia animam a deo, corpus a terra. 2o
quod deus est pater omnium rerum tam
hominum quam aliorum. 3o quod iste
pater est valde nobilis, quia omnia
produxit et omnia ministrat, tam
in celo quam in terra. Dedit enim phe
bo radios et cornua lune. 4o dicit
quod factum est genus et origine
ob incontinenciam viciatur. Quinto quod
nullus est degener nisi deserens
deum et implicans se viciis. Hinc
concordat Seneca. Hec ca° 8. luc
104. Hec incipit generositatem illis.
Recogitantes igitur genus nostrum propter
patris simus tales in moribus ut
non mentiamur cum dicimus Pater
noster qui es in celis, Matth. 6, et ut po
ssit de nobis dici illud 1 Pe. 2: Vos
autem estis genus electum, regale sa
cerdocium, gens sancta. Secundo
recogitantes genus nostrum propter
matris que est terra, preveniamus humili
tate. Terra enim est mater nostra,
plurimum est etiam infimum et hu
millimum elementum. Faciamus igitur ut
Brutus de quo narrat Valerius libro
7 c. 3, qui ut romanum imperium
assequeretur, terram quasi matrem omnium
est osculatus. Isto modo mortales
qui cumque regnum aspirant cele
ste necesse habent imprimis se humiliare
et terram matrem per frequentem recor
dationem osculari, ut sciat quilibet
cuius sit propter matris, quia
non celestis sed terrestris, et dicat
sibi illud Sap. 7: Sum quidem
et ego mortalis homo similis omnibus
et ex genere terreni illius qui prior factus
est. Hinc ibidem de rege Anatho
lica. Tercio recogitantes genus nostrum

hic de fortibus

Nota triplicem cognacionem scilicet
legalis per adopcionem
spiritualis per susceptionem
carnalis per propagacionem

propter fratres qui sunt angeli propter eorum stabilitatem in bono. Dicitur enim natura humana esse minima angelorum. Unde cum Thobias senior a Raphaele vellet eius inquirere genus respondit: Genus queris mercenarii an ipsum mercenarium qui cum filio tuo eat? Sed ne forte sollicitum te reddam, ego sum Azarias Ananie magni filius. Et respondit Tobias: Ex magno genere es tu. Thob. 5. Vero dixit angelus secundum nominis interpretacionem. Azarias namque interpretatur adiutor. Ananias gloria dei. Erat enim adiutor filii glorie dei. Cum ergo recogitamus fratres nostros esse in tanta gloria, et nos ad eam non possumus pertingere nisi fratribus nostris assimilemur, conari debemus totis viribus istos fratres imitari. In signum istius fraternitatis, Raphaelem qui et Azarias, et Tobias fratrem se vicissim nominasse leguntur. Thob. 6. Obsecro te Azaria frater ut dicas michi quod remedium habent ista que deprecer servari iussisti. Et Thob. 9. Azaria frater peto ausculteris verba mea. Et angelus ad eum sic ipsa dixit. Tob. 11. Tobia frater scis quemadmodum reliquisti patrem tuum. Refertur quod tam homo quam angelus portela divina. Sed etc homo multipliciter multiplicius. Cum enim sit triplex cognacio scilicet legalis per adopcionem, spiritualis per sacramenti susceptionem, et carnalis per propagacionem, angeli tantum attinent deo secundum cognacionem legalem, quia per graciam sunt adoptati. Homo autem attinet deo triplici cognacione: legali, quia est adoptivus dei. Ephe. 1. Predestinavit nos in adopcionem filiorum. Est eciam filius dei spiritualis quia per baptismum nos regenerat. Joh. primo: Dedit eis potestatem filios dei fieri etc. Est eciam carnalis frater quia de nostra progenie naturam assumpsit. Hebr. 2. Nusquam angelos apprehendit sed semen Abrahe

hec. Et ideo possumus dicere angelo illud 2º Machab. 1. Noli putare genus nostrum adeo esse derelictum. Quarto recolligentes genus nostrum propter filiorum sanctorum moribus utilitatem. Filii enim sunt opera nostra. Ecclesiastici 11. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quia in filiis suis agnoscitur vir, id est moribus factis secundum glosam. Apok. 20. Judicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et Apok. 14. Opera enim illorum secuntur illos. In istis ergo filiis sanctorum utilitatem, ut sint nobis meritoria ad gloriam non ad penam, quod fit quando corpus nostrum producit a gracia divina et a libero arbitrio. Si non producat, ad ya° vel carne vel mundo, est quasi spuriosi generis et non potest consequi hereditatem celestem. Et ideo prohibetur pontifici veteris legis sub figura Levit. 21. Non commisceat stirpem generis sui vulgo gentis sue quia ego dominus qui sanctifico eum etc.

~~sequitur alia lectio~~ Lectio

Tanquam enim equi depaverunt ~~escam~~

Et tanquam agni exultaverunt magnificantes te domine qui liberasti illos. Memores enim adhuc erant eorum que in incolatu eorum facta fuerant, quemadmodum pro nacione animalium produxit terra muscas et pro piscibus eructavit flumen multitudinem ranarum. Novissime autem viderunt novam creaturam avium cum adducti concupiscencia postulaverunt escas epulacionis. In allocucione enim desideriorum ascendit illis de mari ortigometra. Postquam actum est de hebreorum mirabili gubernatione tam in mari rubro quam eciam in deserto, in hac parte agitur de mirabili exultacione eorundem in utroque loco et circa hoc duo facit. Nam primo ostendit quo letabantur primarios

scilicet que

propter fratres

transitu maris rubri. 2o quo letabantur
pro deliciosis cibariis quedam nomi-
nibi et hoc in loco deserto / secunda pars
ibi. Novissime autem vidimus. Circa
primum duo fiunt. Nam primo descri-
bitur eorum exultatio pro transitu ma-
ris rubri. 2o eorum admiratio operis
que viderant in terra egipti. 2a ibi Ne-
mores omnium ad huc / describitur eorum
exultatio et gaudium sub gemina similitu-
dine duplici scilicet equorum et agnorum.
Equi enim depascunt bona pascua /
et agni in iuventute tenera / lasciviunt
et letitiam multam habent. Conveniens
enim nutrimentum et etas tenera
iuventutis / tam in hominibus quam
in bestiis solet causare letitiam. Di-
cit ergo sic continuando sinam de he-
bris. Tamquam enim equi depaveru-
runt hoc est sic equi exultaverunt.
Sicut enim equi depascentes bona
gramina. Sicut enim dicitur homine exultan-
te et multum lascivo / per abunda sua
pinguit enim / et tamquam agni ex-
ultaverunt / quia corporis gesticulatione
letitiam cordis ostenderunt. Eodem
modo loquendi usus est psalmista describens
letitiam filiorum israel post
transitum maris rubri dicens Mare vidit
et fugit. et montes exultaverunt ut
arietes. et exultaverunt quasi manifesta-
tes te domine id est te magnificum co-
llaudantes. Exodi 15 Cantemus do-
mino gloriose enim magnificatus
est / quia liberasti eos tam ... de-
pravitate pharaonis quam de via maris
rubri vel depaverunt id est audacter
et sine timore se habuerunt / sicut
equus. Job 39. Exultat audacter
in occursum pergit armatis / contem-
nit pavorem nec cedit gladio /
Consequenter narrat augmentum
gaudii eorum de transitu maris rub-
ri. Recordabantur enim tunc temporis cum
viderent sibi cedere aquas maris
rubri / quod aqua contra egiptios
pugnaverat / persequendo eos ranas pro-
ducendo / et terra que exhibebat eis
muscas probilibus animalibus /

et ista recordatio multum augmentavit
letitiam hebreorum / quando viderent
terram et aquam inimicis eorum resi-
stere / et eis econtrario tam benigne fa-
vere / et hoc est quod dicitur Nemo-
res enim adhuc erant que incola-
tu eorum id est dum adhuc erant accole
facta fuerant / quemadmodum pro na-
tione animalium id est progenitione
animalium utilium / produxit eis ter-
ra muscas. Exodi 8. Ascenderunt rane /
et operuerunt terram egipti / et horrendo
in sanctitate ... fuerunt personae
solide per vite sanctitatem / unde erant
quasi sortia animalia Apocalipsis 4 Animalia
requiem non habebant die ac no-
cte dicentia / sanctus sanctus sanctus
dominus deus omnipotens etc. Modernis vero
temporibus loco animalium fructuo-
suorum / successerunt musce vola-
tes per superbia / fedantes plurimas /
mordentes per invidiam / emunge-
tes per avaritiam. Capitulum 6. Illos autem
locustarum et muscarum occiderunt mo-
rsus / et non est in venta sanitas
anime eorum. Eodem modo in sancta
religione plures primitus fuerunt
quasi boves propter maturitatem
solide conversationis / propter magni-
tudinem predicationis / propter fissam
ungulam recte discretionis / et prop-
ter ruminationem debite placationis. Sed iam
in hoc tempore bone successerunt
musce volantes per distructis et va-
gationem / fedantes per vilem et scan-
dalosam conversationem / mordentes per
malitiosas detractiones / et emunge-
tes per suspiciosas imputationes. Consi-
milis quo ad scolam / in piscibus sunt
modo tamen confluit omnium antiquitus
studentes curiosi rimantes et scru-
tantes tam phisice quam theologie
profunda flaminorum more piscium
Job 12. Interroga iumenta et docebunt
te / et volatilia celi et indicabunt
tibi / loquere terre et respondebit tibi / et
narrabunt pisces maris. Distinguit
autem magister Rudolphus vel

No tria gn̄a clericorum
Quidam effeminati
Quidam pannosi
Quidam massati

na consis tā gn̄a clericorum sicut recitat
Giraldus cambrensis in prologo primi
speculi eccle. Sunt enim sup̄ femina=
ti quidam pannosi quidam massa=
ti primi g̃ p̄missō mathematice fundatis
mento supedificant varias facul=
tates superficiales non existentes sta
timq̄ in maturi et inp̄fecti ad ma=
gisterium festinantes quibus planum
congrue adaptatur sumo solo ipsa
femina de longe celerius effundunt
omnem ut mutate sicut herbule in
tectis ante messis tempora flaue=
scunt et simulatis fatue fructibus
euanescunt. Secundi de singulis
scies aliquid scit in ubicumque pergunt nus=
quam mansuri qui tamen mansim
constanti omnia tamen que videntur
Tercii sunt pauci qui semper stabile
solidumque fundamentum ceterarum fa=
cultatum edificium construunt et
consumpserunt. hec ille. Et tales sunt
antiquitus p̄stentia pistes i. stude
tes iam vero diebus istis loco piscium
surgunt rane garrulantes salta
tes in luto morantes et aquam
turbantes garrulantes propter nimiam
loquacitatem. Saltantes propter nimie
expeditionis velocitatem quia ante
plane nec continue nec ordinate ad
discunt sed antequam discunt par
tes saliunt ad artes de libro ad libros
se mouentes et vtilia et difficilia=
tis saliunt que sunt puerilia ferunt
scienter ad scolasticos gradus attin
gunt. In luto morantur per carnis de
sideria et scias turbant per proprietatis
inspiciam. Consequenter ondi¹ multa quo
tales filii israel letabantur in deserto
prodigioso conuiuio cuiusdam no
ui tibi quia ipsis desiderantibus
vesci carnibus dominus dedit eis
coturnices sicut expositum fuit
supius ca° 16. Vnde dicit sic No
uissime autem viderunt nouam
creaturam auium non de nouo crea
tam sed tunc de nouo eis adduc
tam. Nouissime ut distinguat² tri
plex tempus videlicet tempus more in
egipto tempus exitus ab eadem et
tempus progressus per desertum. Et tunc
in hoc nouissimo tempore datum fuit
eis coturnices. Aliquin apparet falsum
hoc quod dicit nouissime quia tardius
habuerunt manna quam et coturni
ces Exo. 16. Vespere comedetis carnes
et mane saturabimini panibus. Sed=
adducti concupiscentia postulauerunt escas
epulationis i. escas delectabiles carnium
quibus vesci sunt sicut in egi
pto quorum desiderio deus statim satis
fecit in allocutione enim desideriorum
uel desideriorum i. secundum eorum deside
rium quod est quedam allocutio a p̄t
deum descendit illis de mari orti
gometra i. coturnix quia de vltra
mare volant. Quid sit proprie orti
gometra et vnde dicatur dixi sup
ca° 16 in principio

At vexationes peccatoribus supuenerunt

non sine illis que ante facta erant
argumentis per vim fluminum=
Iuste enim patiebantur secundum suas
nequicias et enim in detestabiliore
hospitalitatem instituerunt. Alii=
quidem ignotos non recipiebant
aduenas. Alii autem bonos hospi
tes in seruitutem redigebant accipie
bant et non solum hoc sed et ali
us quidem erat respectus illorum
qui inuiti recipiebant extraneos
Qui autem cum leticia receperunt
hos qui eisdem vsi erant iustitu
tis seuissimis afflixerunt dolo
ribus percussi sunt autem cecitate
sicut illi in foribus iusti cum subi
taneis cooperti essent tenebris vnus
quisque transitum hostii sui querebat.
Enarrato patrocinio facto hebre
is et designata eorum leticia et ex
ultatione redit auctor ad explican=
dum de excidio illato egiptiis ac
eorum nequitia et vexatione. Et circa
hoc tria facit. Primo intitulat eorum
penam. 2° explicat nouam culpam
3° noue culpe applicat noua pena.

2a pars ibi: Iuste enim etc. 3a ibi: Percussi sunt autem. Circa primum dicit sic: Et vexationes, i. punitiones supervenerunt peccatoribus, s. Egyptiis, per vim fluminum in mari rubro, non sine illis argumentis, i. signis illos arguentibus, que precesserunt in Egipto ad eorum correptionem. Consequenter explicata pena subditur culpa, que fuit pene instantia, et dicit sic: Iuste enim patiebantur istas vexationes sive punitiones secundum suas nequitias. Fuit autem ista nequitia specialiter circa hospitalitatem, contra quam quadrupliciter peccaverunt. Quidam enim Hebreos in terra Egipti non receperunt. Alii eos receperunt, sed tamen cum mala voluntate. Alii vero eos receperunt, sed postea receptos servitute et dolore affixerunt. Alii autem eos non solum receperunt, ymo receptos sevissimis doloribus affixerunt. Dicit ergo: bene dictum est quod iuste patiebantur. Etenim in detestabiliorem hospitalitatem instituerunt, i. valde detestabilem hospitalitatem instituerunt s. ipsi Egiptii, vel detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt, quia inhospitales et crudeles erant nimis. Quod patet quadrupliciter. Nam alii quidam ignotos non recipiebant advenas, qui erant totaliter humani. Alii eos receperunt, sed bonos hospites in servitutem accipiebant, in latere et luto servire cogentes, Exo. 1. Isti non solum hoc fecerunt, sed et alius quidem erat respectus illorum, i. intentio illorum, quia non solum fecerunt illis crudeliter et inhumane in hoc quod vexaverunt bonos hospites servitute, sed etiam in hoc quod malam ad eos habuerunt voluntatem, propter hoc solum quod fuerunt extranei. Et ideo dicit quod inviti recipiebant extraneos, quod hoc erat iniquissimum, quod s.

erant aliqui qui cum letitia receperunt peregrinos ducti naturali compassione. Illi qui non receperunt tales gravissimis doloribus affixerunt. Et ideo subdit: Qui autem cum letitia receperunt Hebreos et alios peregrinos, hos s. recipientes illi qui eisdem iustitiis usi erant, s. denuo recepto de extraneos hospitio, sevissimis affixerunt doloribus. Et est sensus: quia illi qui statuerunt non recipiendos esse hospites, illos qui aliquos receperunt ~~era~~ erant puniebant. Consequenter ponit convenientem et proportionatam penam iniustorum, cum dicit: Percussi sunt autem cecitate etc. Sicut enim sodomite inhospitales angelos in forma humana a Loth hospitio receptos ignominiose tractasse volebant, et ideo in vicem puniti sunt cecitate et tenebris, ita isti Egiptii inhospitaliter tractantes Hebreos palpabilibus tenebris puniti fuerunt, sicut supra cap. 10 dictum fuit. Et hoc est quod dicit: Percussi sunt Egiptii cecitate, i. tenebris, Exo. 10, sicut illi sodomite quos detestationis vitii innominabilis percussi sunt acrisia in foribus iusti, i. Loth, cum subitaneis cooperti essent tenebris, Gen. 19. Unusquisque transitum hostii sui, i. introitum hostii ipsius Loth querebant, nam invenire poterant, Gen. 19. Percussi sunt cecitate animo usque ad maximum, ita ut hostium invenire non poterant. Circa opus hospitalitatis est notandum quod hospitalitas grata deo quattuor habet, videlicet hylaritatem sine murmuratione, securitatem sine turbatione, sanctitatem sine diminutione, et pietatem sine negatione. Primo quod hospitalitas debet habere hylaritatem sine murmuratione, i. Pe. 4: Hospitales invicem sine murmuratione. Hylarem se ondit miles, si vos ad finem manerimus de

Debet habere co...ione 1

Nota quod hospes debet servare quatuor
Sit acceptione contentus
Sit hospitanti gratus
Caveat hospitanti dominationem
Fugiat nimiam frequentationem

clinaret. Rex iii. xpus hospicio recipit
quaerens qualiscumque in eius/ collegi nos
unde Mt 25 hospes eram et collegistis
me/ credo tamen magna reverentia et
hylaritate recipiendi/ sunt hospites
ut. Abrahe Gen 18. Cum autem vidi-
sset tres viros occurrit eis et ado-
ravit in terra etc. Similiter Loth Gen
19. Et apud Luc. ultimo coegerunt
illum manere cum eis/ ubi glosa ex
exemplo docemur quod peregrini non
solum sunt ad hospitium vocan-
di sed trahendi. Secundo debet
hospitalitas habere securitatem sine
turbatione. Defendebant enim ho-
mines antiquitus hospites suos sub pe-
riculo proprio/ sicut narrat in policra-
to libro viii c. 13 ubi dicitur/ quod
cives increpabant notam/ qui hospi-
ti i. peregrino humanitatis hospitium
denegabat. Hospitalitatem enim ho-
spitibus exhibendam antiquitus
dicebant/ quod nunc dicimus peregrinum
dicitur omni hostis ab hostire quod
est equare secundum papiam. Exemp-
lum de Loth Gen 19/ qui pro hospi-
tibus defendendis filias suas ob-
tulit sodomitis/ quamvis corrupte
animi/ non ~~tamen~~ sano tamen
usus consilio hoc dixit/ unde nec
in hoc imitandus est/ quia secundum
apostolum non sunt facienda mala
ut bona eveniant/ hoc tamen id
fecit/ quia mos erat ~~fidelium~~ fide-
lium hospites suos ab omni in-
iuria defensare/ sicut dicit magister
in historiis. Tertio debet hospitali-
tas habere sanctitatem sine dimi-
nutione/ ut omnia necessaria hospiti
insistent. Unde cum Levita quidam
dixisset seni Iud 19 Nulla re in-
digemus nisi hospitio. Respondit
senex gabaonita/ ego prebebo omnia
que necessaria sunt tibi/ tantum
queso ut in platea non maneas.
Exemplum de hoc in hospitalita-
te Sunamite 4 Reg 4 que dixit viro

suo/ animadverto quod vir dei sanctus
est iste/ qui pertransit nos frequenter.
Faciamus ergo ei cenaculum parvum/
et ponamus ei in eo lectulum et
mensam et sellam et candelabrum/
ut cum venerit ad nos maneat
ibi. Istud est contra nonnullos/ qui
faciunt hospitibus suis preliciosos
vultum/ et de peiori potu quam
habent ipsis ministrant. Quarto debet
hospitalitas habere pietatem sine
negatione/ ut fiat pro dei amore
non pro nummo vel lucro. Tales enim
habebunt mercedem suam. Heb 13
Caritas fraternitatis maneat in
vobis/ et hospitalitatem nolite
oblivisci/ talibus enim hostiis pro-
meretur deus. Econtra qui recipitur
quatuor debet servare/ sit acceptatione
contentus/ sit hospitanti gratus/
caveat in domo hospitantis nimi-
am dominationem/ et fugiat nimiam
frequentationem. Primo sit contentus
acceptando que sibi spontanee of-
feruntur/ hanc civilitatem docuit
christus discipulos suos Luc 10
In eadem autem domo manete
edentes et bibentes que apud
illos sunt/ unde quidam dixit
metrice Cum tibi prebemus leto
vultu quod habemus/ hoc tibi sit
gratum. Secundo boantes cum ho-
spites suos satis tenuem tena-
cesque paret/ et amicus eius qui
ei improperaret audivit/ si boni sunt
equanimiter ferent/ si mali
cavabunt. Secundo sit hospiti suo
gratus. Sicut narrat Dares
frigius de bello troyano/ quod
thelophus impedivit socium
suum achillem/ ne regem teutrantem
occideret/ memor quod cum pre-
sio herculis teutrantem olim hospi-
tatus fuisset. Item Seneca 4° de
beneficiis Ayles ingratus hospi-
ti/ stigmatibus insignitur. Que-
re supra ca° 16 in fine. Item i

obmiss

Qui enim fugat in hostes dominus antiquis iniquus erat

Debet hic ... credimus

Gallicus quidam: Cum mihi apportas si queris gaudia tecum

apud

ca° xxv°
hystoria ecclesiastica libro vii narrat quod
cum Gregorius episcopus vigente tempore
et procelle angustia in alpibus usta-
num appollinis diuertisset a sacerdote
licet pagano officiosissime est rece-
ptus. post cuius digressum accessit
sacerdos exmore poscere consilia et
responsum. sed nullomodo responsio-
nem inveniebat. Iterum et iterum
sacerdos victimas offerebat sed in
exiliomos semper silencium permane-
bat. Cumque sacerdos stupore ma-
neret pernoctem in sompnis de-
monium assistens dixit se nequaquam
posse pro tunc [?] causam. ait se
ad adventum Gregorii episcopi esse
expulsum. Et cum requireret sacer-
dos quid sibi remedii adhiberi de-
beret ait non aliter sibi ingredi
licere nisi Gregorius permisisset. Sacerdos
ad eum pervenions rem pandit
exordine. Humanitatis sue atque
hospitalitatis adiciat quedam ex-
pulsi numinis exponit. ad exem-
tam facultatem sui questus de-
plorat ac reddi sibi omnia in pri-
stinum statum deposcit. Scrip-
sit quod epistolam in hec verba Gregorius
Appollini permitto te redire ad lo-
cum tuum et age quo consueuisti.
Quam cum sacerdos iuxta simula-
cra posuisset affuit demon pre-
bens responsa poscenti. Quod ille
admirans et dicens intra se quod
Gregorius maior esset diis suis
clausis ianuis fani adiuit gre-
gorium et prostravit se ad pedes
eius rogans ut illi deo se offerat
cuius Gregorius diis gentium im-
perabat. Quod cum fecisset grego-
rius cathecumenus primo factus est
ab ipso et postea baptismi gratiam
ab eo est consecutus. in tantum
vite merito ad fidei virtutem pro-
fecit ut ipse beato Gregorio in epis-
copatu successor extiterit. Laudanda
igitur est hospitalitas sacerdotis insi-

delis. Veneranda est sanctitas pon-
tificis. commendanda est mirifica pie-
tas salvatoris. sacerdotem infide-
lem iustificantis. Tercio caveat hospes
nimiam dominacionem in domo ut
familia sui hospitis exerceat. sed mi-
nus in domo studeat obtemperare
diligenter. Est enim nimis repre-
hensibile si ordinatum dominus do-
mus hospes presumpserit regno-
bare. qui tenetur in omnibus mo-
destiam observare iuxta illud
metricum. Cum facis ingressum
studeas sic esse modestus. Ut post
discessum de te sit rumor honestus.
Quarto caveat nimiam
frequentacionem iuxta illud pro.
24. Subtrahe pedem de domo
proximi tui ne forte saciatus
oderit te. Et propter eandem cau-
sam cavenda est magna mora.
Unde metrice dicitur post tres sepe
dies vilescit piscis et hospes. Nisi sit
conditus vel sit specialis amicus.
Similiter considerandum est quod
quatuor sunt hospitalitatis emo-
lumenta. Nam disponit ad dei co-
gnicionem. confert temporalem multi-
plicacionem. excludit diuinam ulcionem
et meretur dei et angelorum suscep-
cionem. De primo exemplum luce
ultimo de duobus discipulis qui
cognoverunt christum in fractione panis
eo quod rogaverunt eum secum
manere dicentes ei Mane nobiscum
quoniam advesperascit et cetera. Sic
nonnumquam divina cognicio aliquem
infundit occasione viri in hospi-
cio suscepti. De secundo patet 3
Regum [?]. De vidua que heliam in
hospicio suo suscepit cuius farinu-
la non defecit nec lechytus olei
est imminutus. De tercio patet
Josue 6 ubi dicitur Sola raab
meretrix vivat et universi qui cum
ea in domo sunt eo quod exploratores

ubi audivit sacerdos se ... a beato Gregorio ... secutus
Nota
Nota

tatores hospicio recepisset De quo
patet act. x. Qui vos recipit me re=
cipit Et hebr. 13 hospitalitatem nolite
oblivisci per hanc enim quidam pla=
cuerunt angelis hospicio receptis sicut
abraham Gen. 18 et loth Gen. 19.
Refertur quod quidam senator sibi
castrum construxit pulcherrimum
super cuius ianuam fecit metrice scri=
bi Martinum detur ne domi=
cilium complectitur hic gens vilana
sed achilles plato dyana Intendens
per hoc ordinare quod nullus ad ca=
strum ad hospitium vel prandium
recipi nisi esset miles vel
dominus Cui xpus apparuit in so=
mpnis et dixit age et nobis a castro
tuo tenaris excludere propter quod
et te castro meo quod celum est
debeo non in morte privare Cum
igitur senator iudicialem receptivus
esset sinam interposuit se quidam
vir dei supplicans pro eo et obtinu=
it quod senator preceptum muta=
ret quod versibus supra dictis de=
deicat et deinceps hospitalitati se
devote mancipavit Unde dixit sibi
sic contra martinum sanctorum suscipe
cetum andream martinum lazarum
Jacobum peregrinum

Ro 210

Inde enim elementa dum convertuntur sicut in
organo qualitatis sonus immutatur
et omnia suum sonum custodiunt
Unde et quemadmodum corpore visu pre=
agrestia enim in aquatica converte=
bantur et quecumque erant natan=
cia in terram transibant Ignis in aqua
valebat supra suam virtutem et
aqua extinguentis nature obliv=
iscebatur flamme econtrario corrup=
tibilium animalium non vexave=
runt carnes coambulantium nec
dissolvebant illam que facile disso=
lvebatur sicut glacies bona escam
Reprobata crudelitate inhospita=
litatis egiptiorum et ostenso quod digne

pilla in suavitate fuerunt percussi tene=
brarum cecitate In parte ista redit auc-
tor ad tractandum de divina potestate — *scilicet abrupte*
in operando miracula et in transitu
maris rubri et in itinere per desertum
Dixit enim supra in isto capitulo quod
omnis creatura reflectit se quodam=
modo obliquato cursu nature ad obe=
diendum divine voluntati circa gu=
bernationem electorum suorum Et istam ea=
dem questionem pertractat in lectione
hodierna Et circa hoc duo facit Na
primo declarat obedienciam creature
tam in animalibus quam in elementis — *in generali*
2o applicat obedienciam istam ad res
gestas in speciali 2a ibi Ignis in aq
Circa primum duo facit quia primo osten=
dit quod licet elementa tunc rece=
dunt deo iubente a natura sue con=
suetudine non tamen recesserunt
ab harmonie dispositionis habitudine
2o declarat quo animalia inter se qua=
dam nova vicissitudine in suas
proprietates communicaverunt 2a pars ibi
Agrestia enim in aquatica Dicit
ergo primo sic quod sicut organi=
sator inquibuscumque musico instru=
mento diversam efficit armoniam
ex diversa cantatione et modulatione
cordarum iuxta sciam artis sue
et prolibitu sue voluntatis facit — *et*
eandem cordam modo reddere acu=
tum sonum modo gravem et tamen
servatur semper bona armonia
et consonantia delectabilis in opera=
tione sua eodem modo deus pro
voluntate sua utitur elementis et
ceteris creaturis ad beneficia electorum
et ad supplicia reproborum pro libitu
voluntatis sue et tamen hoc non
obstante consonancia fit Dicit
ergo per similitudinem Omnia elementa
suas virtutes mutant pro voluntate
organizantis et omnia tamen eleme=
nta sonum suum custodiunt quo
ad utilem modulationem ita quod
sicut non tollit melodia per im=
mutationem sonorum in diversis partibus
instrumenti Ita nec in elementis

A vel intelligitur ut in organo
quocumque musicali qualitatis
sonus per ypallage id est qualitas
soni mutetur pro voluntate

tollit corum proras et armonia propter
mirabiles operationes quas deus facit
per eas non enim condidit deus creatu
ram sibi contrariam sed sue volun
tati consentaneam unde i. creatura tuo
serviens pt corpo cto visu vel visu
rem quod non ex consuetudine crea-
ture sed ex voluntate conditoris ita
fiebat sicut in speciali statim declarat
Agrestia enim i. homines et aialia
magnatica convertebant i. admodum
piscium aquaticorum in profundo
maris ambulabant et quecumque erant
natancia id tunc in terra transibant
hoc quantum ad animalia Quantum vero
ad elementa ignis in aqua valebat
supra suam virtutem hoc est ignis
mixtus cum grandine de celo veni
bat et nec ignis aquam nec aqua
ignem impediebat Exod 9. Et ideo
subdit Et aqua extinguentis nature
obliviscebatur i. non extinguebat
ignem cum quo de celo veniebat
sicut expositum est supra cap° 16
Consequenter subditur effectus
mirabilis divine gubernationis in spa
li quantum ad elementa ubi sciendum
quod flamma duplicem habet
virtutem in duplici materia nam flam
ma naturaliter siccum et dissolvit hu
midum gelatum sicut glacies
Fuit ergo mirabile quod flamme
deo volente passionibus approxima
tes minus eorum fecerunt unde
subdit flamme contrario i. contra
naturam non vexaverunt car
nes naturaliter inflammabiles et
corruptibilium animalium coambula
tium per desertum et potest intelligi
de serpentibus igneis quorum cor
pora non sunt consumpta per fla
mas inde contentas vel de hominibus
qui per serpentes igneos non le
debantur postquam serpentem eneum
conspexissent vel de animali
bus et iumentis que non ledeb
antur per illos serpentes igneos
Nec item flamme dissolvebant
illam bonam escam super manna

quod tamen facile dissolvebatur sicut
glacies ad calorem solis sicut supra
dictum est c 16. Sed dubium est de
eo quod superius dixit quod quecum-
que erant natancia in terra transibant
Naturaliter enim loquitur et tamen non
legimus quod pisces in terra transibant
Dicendum quod pisces erant mortui in flumine
tui Exod 7. pisces qui erant in flu
mine mortui sunt et in flumine mortui
et putrefactis computrescentibus fluminibus ra
nas unde non erant tunc alia na
tantia in terra tunc Ecci 21

In omnibus enim mag
nificasti populum tuum
domine et honorasti et non despexi
sti in omni tempore et in omni loco
assistens eis Postquam auctor huius
libri a decimo cap° inclusive de
claravit diffuse in speciali tam bo
nos quam etiam malos gubernatoris
Hic in fine finali clausula corrigit
auctor in gratiarum actione pro
beneficiis miris et magnis ostensis
populo hebreorum Regratiatur
autem de tribus magnis bene
ficiis scilicet de inimicorum subiectione
de miraculorum preciis ostensione
de indeficienti sue bone volun
tatis continuatione Quantum
ad primum sic In omnibus enim
magnificasti scilicet magnificasti
specialiter in hostium destructione et
eorum liberatione propter hoc enim fons
est iste magnus in terra quod po
pulos Romanos vicerunt et cor
tias possederunt scilicet magnifi
cati sunt et ditati in ampliati
sunt et impinguati Et honora
sti in miraculorum ostensione hoc enim
cepit maior ad honorem illius
propter quod deus per eos mirabi
lia tanta fecit sicut Exod 8. patuit
de plagis egipti aut sicut patuit
in statione solis tempore iosue.

et de eiusdem regressu tempore ~~ezechie~~
ezechie et multis aliis miraculis
quibus populus in oculis honora-
bilis videbatur, per honorabile no-
men eorum coram illo. Deinde sub-
dit indeficientem continuacionem
divine affeccionis, quantum ad tempus
et quantum ad locum. Unde dicit
Et non despexisti eos contempne-
do, etiam cum tibi peccassent, licet
eos clementer flagellandos, qui etiam
assistens eis in omni tempore, i.
tempore tribulacionis. ps. Clama-
verunt ad dominum cum tribularentur
et de necessitatibus eorum liberavit
eos. Et in omni loco. Sequitur ibi. Non
enim longe est ab uno quoque no-
strum. In ipso enim vivimus mo-
vemur et sumus. Magnificasti po-
pulum tuum domine. Notandum
quod quadruplices peccatores mag-
nificant semetipsos, et deus qua-
druplicat magnificat suos electos.
Magnificant enim semetipsos quadru-
plices homines in hac vita, scilicet
Jactatores pomposi. Simulatores
dolosi. Perquisitores perniciosi. Et
peccatores monstruosi. Primo quod
magnificant semetipsos iactato-
res pomposi. Hii sunt qui sibi at-
tribuunt gracias quas non habent
vel illas quas habent nimis exto-
llunt. Hii sunt qui sibi commendato-
res conducunt ut de eis talia divul-
gent, qualia in ore proprio credibi-
lia forte non essent. Hii sunt qui
proprio testimonio consciencie recedunt
vivunt inaniter confidentes de sola
extollencia laudis aliene iactancia.
enim non est vicium laudis humane
sicut dicit Augustinus 13 de civi-
tate dei c. 8. sed est vicium anime
perverse amantis humana laudem
spreto testimonio consciencie. Tales sunt
nonnulli milites et armigeri, qui
strenua facta de se ipsis confingunt
vel attribuunt sibi ipsis, que per alios
gesta sunt. Tales etiam sunt non-

nulli pseudo apostoli, qui sibi arrogant
et attribuunt labores aliorum, scilicet quosdam
tractatus et compilaciones studiosorum
quas vix intelligunt, in quibus ni-
chil habent proprium, nisi quod per eius
recitant talia, quam sunt ab auctori-
bus compilata. Qualis fuit ille
fidentinus, quem ~~que~~ deridet mar-
tial epigrammaton li. j. d. quod iste
fidentinus libros quos martialis
edidit, dum recentes erant surri-
puit, et discipulis suis legit, et
dum eos perfecte non intellexit, re-
prehendens eum super hoc martialis
scripsit ei d. Quem
recitas meus est fidenti libellus
sed male dum recitas, incipit
esse tuus. Inter illud autem quod
maioratur per rarefaccionem, et illud quod
maioratur per augmentacionem differencia est
quia illud quod rarefit acquirit maio-
rem quantitatem, et occupat maio-
rem locum quam prius, et tamen non
plus est de substancia in eo, quam
prius fuit in denso, sicut patet 4°
phisicorum c. 4° de vacuo, sed illud quod
vere augmentatur crescit tam in
substancia quam in quantitate, unde
et maiorem tenet locum, et etiam
est plus de substancia quam prius,
sicut 2° de anima, et primo de genera-
cione. Isto modo moraliter de istis
ampullosis scolaribus, qui per solas
commendaciones laycorum non cleri-
corum nomen sibi querunt, unde
acquirunt statum et locum maio-
rem per mendosas iactancias, licet
indigne, de perfeccione enim sciencie non
plus habent quam prius. Aliter autem
est de addiscentibus solide, et hiis
qui iactancie vicium perhorrescunt,
hii enim sicut crescunt in honore
et status sublimacione, ita etiam
crescunt in valore et sciencie au-
gmentacione. Tales igitur iactatores
magnificant semetipsos. Hii sunt
qui magis amant vocari rabby
quam esse, quia magis diligunt

apparere sapientes quia esse/amant ho-
nores fugiunt labores/appetunt fa-
stigium/et non incipiunt funda-
mentum. Mt 23 Dilatant phylac-
teria sua/et magnificant fimbri-
as. Et propter istud contra eos dicitur cum
ps. Disperdet dominus universa labia
dolosa et linguam magniloquam
Qui dixerunt linguam nostram mag-
nificabimus/labia nostra a nobis sunt
etc. Item ps. non apponat ultra mag-
nificare se homo super terram. Secundo
se magnificant simulatores dolosi/
cuius modi sunt adulatores. Isti ut
directe magnificant alios/ex con-
sequenti magnificant semetipsos
iam propter hoc quod aliis adulantes
eos magnificant ab eis econtrario
magnificari sperant. Iactatores
et adulatores semper sunt bo-
ni amici/est enim adulatio qua-
si speculum superbie. Senes quorum
oculi incipiunt caligare habent
quoddam instrumentum quod te-
nent inter oculum et litteram quam
volunt legere et tunc statim littera
que est in se valde gracilis apparet
grossa/propter densitatem lapidis
transparentis/qui est in illo instru-
mento/per cuius medium transit littera
ad oculum/hoc est multiplicat
speciem suam ad sensum. Isto mo-
do contingit aliquando/quod homo pusillus
est et humilis in oculis propriis/satis
parvum reputans de se ipso/sed si ac-
cedit unus adulator/et attribuit
ei gracias et virtutes mirabiles/
quarum forsitan nullam habet/vel si
forte aliquam illam extendit/
et mendaciter ampliabit se nobi-
lem virum/quia sicut dicit Se-
neca epistola 2a Incredibile est quam
magnos viros dulcedo oracionis
abducat. Et Alanus de planctu
nature dicit sic/huius potestatis pre-
sidentia preveniunt participium la-
terales/palatini canes/adulato-
nis artifices/fabri laudis/figuli

falsitatis/hii sunt qui magniloquia in
organis laudis commendationis tuba
in divitum auribus cytharizant/qui
mellite adulationis laudes foris can-
tant/qui ut emungat munera/capud
divitum oleo adulationis inungunt/
plantarum auribus plumatia lau-
dis subiciunt/qui ab eorundem palliis
aut ficticium pulverem excuciunt/
aut vestem sophismata tali palliata
te depluminant in plumis. Et in sua
adulatores a voluntate vultum/ab
animo verbum/a mente linguam/ab
intellectu loquelam/amplo dissen-
sionis intervallo diffibulant/pleros-
que enim forinseca dealbatione collaudando
arrident/quos in ... subsa-
natione derident/plerosque coram ex-
terius plausibus applaudendo colla-
udant/quos interius contradicto-
ria derisione defraudant/foris
vultu applaudunt ut agnos/intus
scorpionis pungunt aculeo/foris
adulationis mellitas complevit
undas intus detractionis evomunt
tempestates. Hec ille. Contra illos
magnificatores dicitur Eccli x. Gloria di-
vitum honoratorum et pauperum ti-
mor dei est. Noli despicere hominem
iustum pauperem/et noli magni-
ficare virum peccatorem divitem. Ter-
cio se viciose magnificant perqui-
sitores pecuniosi/qui dilatant hor-
rea sua pecora armenta/et fami-
liam multiplicant/et super natur-
as habitaciones edificant. Sic ma-
gnificatus fuit Nabal de quo 1 Reg
25. Homo ille magnus nimis
dives pessimus et maliciosus. Ta-
lis fuerat aliquando Salomon/qui di-
cebat Eccles 2o Magnificavi opera mea
edificavi mihi domos/plantavi
vineas/feci ortos et pomeria et con-
sevi ea cunctis generis arboribus etc.
De ista magnitudine se excusavit
ps. neque ingredior ambulavi in ma-
gnis etc. Quarto viciose se ma-
gnificant peccatores monstruosi.

Quo magnificat deus quattuor
videlicet producendo curiose
Redimendo copiose
Iustificando graciose
Beatificando gloriose

Valet enim quod in aliquo individuo magnitudo nimia requiritur vel quod in uno individuo diverse species concurrunt monstrum dicitur in natura ut si unum individuum esset ex parte porcus et ex parte bos monstrum vulgo dicetur et quanto species ille magis distarent secundum proprietates nature tanto magis corpus unum mirabilis appareret unde turpius monstrum esset compositum ex bove et homine quam compositum ex bove et asino moraliter peccatores dicuntur multipliciter monstra esse vel ex excessiva magnitudine unius peccati vel ab aggregatione magnorum et quorum peccatorum secundum speciem distinctorum, immo quasi contrariorum. Sunt enim quedam vicia que quamvis non sunt contraria per se veruntamen agunt ut sunt ad diminucionem alterius sicut superbia et luxuria non sunt eiusdem generis tamen valet luxuria habet ex sua feditate corrumpere superbiam unde persone multum date lubricitati inveniuntur quasi sociales et non multum superbe. Similiter superbia corrumpit luxuriam ex sua nobilitate. Sunt enim non nulli ex indignatione superbie feditatem luxurie detestantes. Si ergo aliquis inveniatur qui ex una parte est lubricissimus et ex alia parte superbissimus talis debet monstrum reputari utpote qui est homo per naturam demon per superbiam et thaurus per luxuriam. Narrat de mynothauro filio paliphos uxoris Minonis que ipsa concepit de thauro marito morante in bello. Iste mynothaurus fuit semibos et semibir unde propter verecundiam similis generis excogitavit dedalus laborintum in quo mynothaurus vitam finivit. Talia etiam monstra modernis temporibus occiduntur. Eodem modo moraliter peccator occidetur vita eterna privabitur et in laborinto inferno conservabitur. Et de tali tempore magnificato de

dominus per prophetam ysa. x. visitabo super fructum magnifici cordis regis assur. Assur interpretatur arguens sive convincens et talis arguit et convincit a seipso. Jer. 2o. Arguet te malicia tua et aversio tua increpabit te. Secundo magnificat deus hominem quadrupliciter scilicet producendo curiose redimendo copiose iustificando graciose et beatificando gloriose. Primo producendo curiose hominis ostendit hominem magnum esse apud deum. Cum quadam curiositate productus homo videtur quia deus dixit faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram Gen. i. 2o magnificat hominem redemptio copiosa sunt merito ipsius dicere possit illud primi Reg. 2a. Magnificata est hodie anima tua in oculis meis. 3o deus magnificat hominem iustificando graciose. Arguit enim apostolus magnum precium hominis quod deus non vult perdere et si sit dignus perdi Ro. 8. Quos autem iustificavit hos et magnificavit. Quarto magnificavit hominem premiando gloriose dando homini semetipsum. i. Reg. 2a. Magnificetur anima mea in oculis domini et liberet me de omni angustia. Quod nobis concedat qui sine fine vivit et regnat amen. C. 212

Os iusti meditabitur sapienciam

Omnis sciencia sive quantum ad inventa sive divinitus inspirata tam in doctore quam in auditore habilitatem requirit proporcionatam iuxta ipsius scientie qualitatem. Nullus enim est quamvis valide doctus ingenio qui equaliter disponatur ad quamlibet facultatem. Hinc est quod pueri ad metham diccionem et ad loycam adolescentes ad physicam seniores vel saltem provecti ad ethicam aptiores creduntur

monstrosum

Apostolus

ko 212

iam

Theologus informat per
possessiosam simplicitatem
fructuosam conversacionem
seriosam consideracionem
saporosam delectacionem

ubi dicit Os

Et hoc est quod docet Aristoteles primo Ethicorum c. 3 Juvenis non est proprius auditor politice. Et 6 Ethicorum c. 6 dicit quod aliquis potest esse mathematicus dum est puer sed nullus potest esse sapiens vel phisicus dum est puer. Quanto enim facultas aliqua est dignior et nobilior tanto ad noticiam ipsius acquirendam maior porrigitur aptitudo et habilior dispositio in studente. Et ideo cum sacra scriptura que simpliciter sapientia nominatur omnem transcendat scientiam secularem ut pote cuius materia nobilior cuius forma facilior cuius finis utilior cuius efficiens causa subtilior invenitur. Necesse est volentem in sacra scriptura proficere disposiciones convenientes habere. Sunt non sufficiunt gramaticorum rudimenta rethoricorum ornamenta dyalecticorum documenta nec non meditorum comprimenta ad sacre nature? scripture intellectum plus prodesse potest devota deprecatio quam profunda perscrutatio plus confert immaculata conversatio quam intricata? disputatio magis etiam valet divine bonitatis contemplatio quam mundane curiositatis occupatio et multo plus expedit mentalis suavitatis degustatio quam sermocinalis difficultatis altercatio. Solus ille auditor reputatur ydoneus qui fuit moraliter virtuosus. Et quia iusticia generaliter ab Aristotele dicitur omnis virtus 5o Ethicorum capitulo primo. Ideo sacratissime theologie auditori applicatur generaliter nomine iusti. Os inquam iusti meditabitur sapientiam. Ingenibus quidem verbis informatur theologus quod sacre scripture noticia potacionem quadruplicem impetratur scilicet possessiosam simplicitatem fructuosam conversacionem

Devotus

perseriosam consideracionem et saporosam delectacionem. Os designat affectuosam simplicitatem iusti fructuosam conversacionem meditabitur seriosam consideracionem et sapientiam saporosam delectacionem. Os quod iusti meditabitur sapientiam. Primo quod noticia sacre scripture est adeo celitus trahenda per affectuosam simplicitatem et quantum ad hoc premittitur Os. Ps. Os meum aperui et attraxi spiritum i. spiritum de sacra scriptura non literalem sed spiritalem sensum quia litera occidit spiritus vivificat 2a Cor. 3. Sicut enim illi pulli avium tanto efficitur aucte qui in nido iacentes capita altius elevant et spaciosius os dilatant. Ita scolares devoti in nido scripture iacentes tanto ampliori uberiori noticia recreantur quanto per orationis instanciam domini devotius deprecantur ipso dicente per Ps. Dilata os tuum et implebo illud. Et Luce 21o. Ego dabo vobis os et sapientiam cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Et hoc est quod dicit Gregorius primo moralium ca. 20. Ea inquit que perscrutari in nobis plenius nitimur plus sepe mimus orando quam investigando penetrare. Sunt et quod scribit Jeronimus ad Demetriadem virginem lectionem inquit frequenter interrumpat oratio et animam iugiter adherentem deo grata vicissitudo sancte operationis attondat. Sic sanctus Augustinus qui in omnibus libris suis omni perscrutatori et studio devotam orationem premisit. Sic sanctus Thomas de aquino quociens fuit perplexus difficultatibus tociens ad orationem se legitur contulisse et sic suam scientiam plus devotionis pluvio quam investigatione vel studio fertur acquisivisse. Sic Paulus recommendavit se ephesiis ad Eph. 6. Orantes i.

quit omni tempore missioni pro omnibus sanctis et pro me ut detur michi sermo in apertione oris mei cum fiducia facere possim misterium evangelii pro quo legatione fungor. Quod deuoti theologi ad hoc quod digne sacre scripture noticiam attingat quadrupliciter se disponat. Separetur quidem alluto lubrice vilitatis, expurgetur calculo celice sanctitatis, cibetur cibo solide veritatis, et armetur gladio rigide severitatis. Primo quod isti theologi separari debent alluto lubrice vilitatis. ys 14: Si separaveris preciosum a vili quasi os meum eris, preciosum a vili i. animam preciosam a carnalibus desideriis vilibus et lutosis. Sapie 14: luto vilior vita eius.

2° Secundo debet expurgari calculo celice sanctitatis iuxta illud ys 6: Volavit ad me unus de seraphin et in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari et tetigit os meum et dixit: Ecce tetigi hoc labia tua et auferetur iniquitas tua et peccatum tuum mundabitur. Moraliter altare est scriptura, calculus difficilis sensus, forceps subtilis ingenii difficultatis extractio. Ad literam angeli spiritus devotos studentes illuminant et expurgant mentem scripture ~~mem~~ oberrent.

3° Tercio debet cibari cibo solide veritatis.
9° De quo Apok 10: Accepi librum de manu angeli et devoravi eum et erat in ore meo quasi mel dulce. Iste liber est sacra scriptura qui non debet dentibus atteri sed potius devorari, qui credi debet per fidem integritatis et summatim et non prodiscuti minutatim, et sic fit tamquam mel dulcis ~~ps Quam dulcia~~ iuxta illud ps: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.

4° Quarto isti theologi debent armari gladio rigide severitatis ad destruendum hereses et errores, vicia et malos mores. ps 44: posuit os meum quasi gladium acutum, ut assimiletur illi de quo Apoc 19: Vidi celum apertum et ecce equus albus et qui sedebat super eum vocabatur fidelis et verax et in iusticia. Et de ore ipsius procedit gladius acutus ut in ipso percuciat omnes gentes. Et Apoc 2: Pugnabo cum illis in ore gladii mei. ij Sed dolendum est de theologis his diebus quorum os locutum est vanitatem, dextera eorum dextera iniquitatis. Nunc horum quibusdam os dissolutionis, in nonnullis os detractionis, in pluribus os ambitionis et in multis os adulationis. inveniuntur

Os dissolutionis habent illi quorum omnis sermo turpiloquiis et scurrilitatibus admiscetur, contra quos Col 3: Deponite turpem sermonem de ore vestro. Et Eph 4: Omnis sermo malus de ore vestro non procedat.

Os detractionis habent illi qui non cessat detrahere paupertati quam Christus docuit, castitatem derident quam Christus consuluit et pauperes impedunt quos Christus elegit. Hii sunt pseudo prophete de quorum ore nichil aliud nisi rane garruli procedunt Apoc 16.

Os ambitionis habent illi qui scripture sacre noticiam ad humanos honores ordinant et ecclesiasticas dignitates, ad officia, prebendas et gradus in ecclesia consequendos. Isti pro se allegant quod ter dictum est Petro: Pasce oves meas Joh 21. Et qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat Thym 3. Hii vera sicut viles ypocrite tamen sola terrena desiderent, semper de ecclesiasticis faciunt mencionem iuxta illud ps: Posuerunt in celum os suum et lingua eorum transivit in terra, i. lingue intencio corrupta.

Os autem adulationis habent illi qui statum prelationis tenentes et in ipsis scandalose viventes semper in eis placebo sed dirige nunquam cantant. De quibus verificatur illud ps: Fiat via illorum scandalum ipsis.

Cam 18

Nota iusticiam quadruplicem
distributiva
commutativa
conativa
penitencia

CCCxij

Nota meditacio
temperat corporis voluptatem
mitigat mundi tempestatem
perdit dei pietatem
excitat hominis caritatem

92

et postea more suo contemplabuntur
¶ 2o sacra scriptura est a theologo ex-
tenda per fructuosam conversacionem ut
sit non solum doctus sciencia sed
etiam iustus in vita Ro 2 Nunquam
iusti Ro. 2 Non enim auditores le-
gis iusti sunt apud deum sed fac-
tores legis iustificabuntur Distig-
uit autem Aristoteles v. ethicorum iusticiam
quadruplicem scilicet distributivam com-
mutativam conativam et penitencia
¶ primo ergo debet devotus theologus
habere iusticiam distributivam ut quod
sine fictione didicit sine invidia
communicet alios liberaliter instruen-
do Prov. x ¶ labia iusti erudiunt
plurimos ¶ 2o habeat iusticiam commu-
tativam ut nequaquam pro doctrina
famam humanam pretendat per-
primo Matthei 4 Attendite ne iusticiam
vestram faciatis coram hominibus
Nec temporale lucrum pro perpetuo Dan
12 Qui autem ad iusticiam eru-
diunt multos fulgebunt quasi
stelle in perpetuas eternitates ¶ 3o ha-
beat iusticiam conativam bestiales
instinctus carnis comprimendo le-
gibus racionis et hoc est quod dicit
commentator Averroys in prologo
super 8 phisicorum ubi loquens de in-
clinacionibus carnis et de corporis
passionibus dicit sic Studen-
tes in quid tum sciverunt utilita-
tem causarum expellent eas a nunc
animo et oderunt eas maximo odio
et sic erunt tanti retinentes leges di-
vinas et obedientes legibus natura-
libus ¶ hec commentator ps. Dominabuntur
eorum iusti in matutino ¶ Quarto ha-
beat iusticiam penitenciam quantitate
peccatis crescentibus cohibendo Isay
12 Docuisti populum tuum per talia
opera quod oportet iustum esse et humanum
Tercio sacra scriptura est a theologo
capienda per seriosam consideracionem
quod notatur cum subinfertur
meditabitur ps. In lege domini vo-
luntas eius et in lege eius me-
ditabitur die ac nocte ¶ Ista medi-

tacio temperat corporis voluptatem mi-
tigat mundi tempestatem perdit dei
pietatem et excitat hominis caritatem
¶ primo dico quod hec meditacio temperat
carnis voluptatem Eccl 12 frequens
meditacio carnis afflictio est et
Jeronimus ama scienciam scripturarum et
carnis vicia non amabis ¶ 2o hec
meditacio mitigat mundi tempesta-
tem Jeronimus super epistolam ad Ephesios
libro primo Sic inquid Quid quod
inter hac vita virum sapientem teneat
et inter pressuras mundi et tribula-
ciones equo animo manere persuadeat
illud primum esse reor meditacionem
et scienciam scripturarum ¶ Tercio hec
meditacio perdit dei pietatem ps.
In matutinis domine meditabor
in te quia fuisti adiutor meus
¶ Quarto hec meditacio excitat hominis
caritatem ps. In meditacione mea
exardescet ignis ¶ Ista meditacio
sacre scripture non debet esse tra-
sitoria seu perfunctoria sicut de dya-
lectica dixerunt antiqui quod est
a limine salutanda sed debet esse
morose diuturna et continua et eo
fervencior quo homo senior in-
venitur Eccl 14 Beatus vir qui in
sapiencia morabitur et qui in iu-
sticia meditabitur Unde Jeronimus ad
Demetriadem sanctarum scripturarum
ardor nulla prorsus etate extig-
uitur ymo ut secularium auctoris utar
sentencia etate pocius inflammatur
et Gregorius x moralium c. 1 Sacra scrip-
tura primitus humili sermone
blanditur que nec sic clausa est
ut pavescat nec sic patet ut vi-
lescat sed usu studium colligit
et tanto plus diligitur quanto am-
plius meditatur ¶ Quarto sacra scrip-
tura est recolligenda cum sapore
sua delectacione et isto modo meito
vocatur sapiencia quasi sapida sciencia
¶ De qua loquitur hugo de sancto victore
libro suo primo de anima d. Nichil
in hac vita dulcius sentitur nichil
avidius sumitur nichil

Nota divine scripture
historialis
misticus
moralis

ita mente ab amore mundi separat
nichil sit animi contra temptationes
roborat nichil ita hominem excitat
et animat ad omne opus bonum
sicut studium sacre scripture Et
eodem volumine libro tertio dicit In
refectorio sacre scripture tres mense
i. tres intellectus divine scripture
ponit scilicet historialis misticus et
moralis prima mensa simplicibus
2a doctoribus 3a quid est studiosis
In prima est cibus grossior In 2a
subtilior In tercia dulcior prima continet
saporem exemplorum 2a virtutum ge
storum tercia dulcedinem morum Et
sic iudicat scriptura quid quid do est
veritas quid quid precipitur bonitas
quid quid promittitur felicitas est
nam deus veritas est sine fallacia
bonitas sine malicia felicitas
sine miseria Hec Hugo Est ergo sapientia
ista inobfuscabilis in decore in
superabilis in vigore inappreciabilis
in valore inestimabilis in honore
Primo dico quod sapientia est in
obfuscabilis in decore Sapientie 6.
Clara est et que numquam marce
scit sapientia 2o est insuperabilis
in vigore Sapientie melior est sapientia
quam vires Et Sapientie x. omni po
tentior est sapientia 3o est inappre
ciabilis in valore prov. 8. melior est
sapientia cunctis opibus preciosissimis
et omne desiderabile ei non potest
comparari Quarto sapientia est in
estimabilis in honore Sapientie 6. Sa
pientia deducet ad regnum perpetuum
ad quod nos perducat qui sine fine
vivit et regnat Amen etc

~~Explicit liber [illegible]~~
~~[illegible] super librum~~
~~sapientie per [illegible]~~
~~[illegible]~~

Quamvis ista sapientia in qua
libet parte scripture valeat
in verum specialiter tamen et qua
dam peculiari forma in li
bro sapientie continetur in quo
reges et principes de cultu
dei et bonis moribus in
formantur.

ho quod iusticia coronat hominem est
corona videlicet corona de spina, corona
de olma, corona laurea, et corona
aurea. Prima corona tribuit peccatoribus
in statu cum hoc portat contra punge
ysaie 22 coronans coronabit te tribulacione
narrat plinius libro historiarum quod
prima corona que fuit in vsu aput ro
manos fuit corona spinea, fortasse
in signum quod difficile vel impossibile
e hominibus mundanis rapere sine punctione
peccati et amaritudine sollicitudinis. Secunda
corona tribuit penitentibus, quia iusticia
imponit opera pietatis et elemosine
daniel 4 peccata tua elemosinis re
dime. Narrat valerius libro 2 de
vi et instituto atteniensium quod atte
nienses sibi coronant parentes de duo
bus ramis olive cooperientes eos
et postea statuunt quod quilibet ho
mo bonis tenetur corona
ymo sicut cives eorum sunt non tamen immo
tantum sed et penitentes ad ephesios 2
iam non estis hospites et aduene
sed estis cives sanctorum et domestici dei. Tercia corona
tenetur operibus pietatis ad thymotheum 4
pietas ad omnia utilis est. Et cetera
et ornamentum gratie accipies coronam
Tercia corona tribuit bene perfectis et
est corona sapientie quam vtique se gere
rat in adversitatibus ut dicatur ubi
quam narrat suetonius de vita cesarum
de tyberio quod super modum expauit
tonitrua igitur cum tonitruum fuit gesta
bat coronam de lauro eo quod genus
frondium creditur fulmen non posse
in coronam laurea est propter co
ronam quia in capite id est in mente por
tare debemus ut prompti et prudi

fulmina
frustra sine fulmine dum inclinat
coronam laurea fulgur contra
de subitis id est ea que sub celo sunt fulgu
ra et aduenientibus filiis hominum id est de
de hac corona etiam sapientie
cor dum quarto corona tribuit iusticia
in vita futura videlicet corona glorie quod est
corona aurea etiam quia corona aurea
super mitram eius ysaie 28 in die
ista erit dominus exercituum corona glorie
et sertum exultacionis residuo populi
sui quod iusticia et iustorum etc.

Tenor vero instrumenti procuratoris de quo supra fit mentio sequitur in hec verba. In nomine domini
Junii hora nona vel quasi pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providentia
Konicz decanus ecclesie collegiate sancti Mauricii in Chremsir eiusdem diocesis in domo sue habitacionis
nanus meliori modo et forma quibus de iure potuit honorabilem virum dominum Paulum de Janowicz
seu causis quibus vel quas honestus vir dominus Johannes perpetuus vicarius ecclesie sancte Marie ibidem in Chremsir
apostolicam ob non solucionem pensionis eidem decano debite ac super moderacione ipsius pensionis videlicet
ecclesie sancte Marie ad ipsum decanatum dare consuevit, dans et concedens predictus decanus eidem suo procuratori
et inter ipsum decanum et perpetuum vicarium predictum super moderacione pensionis predicte seu super una certa
et pensionis moderatione predictorum facienda et ad compromittendum pro ipso decano et ipsius
in arbitros arbitratores seu compositores amicabiles super predictas et ad assumendum pena
firmum permaneat et ad audiendum summam seu summas arbitrium laudum seu amicabile compositionem
libet premissorum et ad ratificandum gratificandum laudandum et emulgandum pronunciacionem seu
per predictas cum perpetuo vicario predicto prout ipsi domino Paulo procuratori predicto videbitur expedire promittens
sum fore ordinatum seu dispositum fuit in premissis ratum et gratum tenere perpetue habiturus et non
fuit ad premissa interfuit predictus decanus nomine et in animam suam super omnibus et singulis in tali compromisso
nobilibus et honestis viris Ulrico de Bozkowicz Wankone de Pothenstain militibus Hartleb presbitero
Olomucensis diocesis et aliis fidedignis testibus ad premissa convocatis. Et ego Theodricus
procuratoris constitutioni una cum predictis testibus presens interfui eaque omnia
propter meas occupationes scribi fideliter procuravi, ac omnibus et singulis
scripsi et in hanc publicam formam redegi in testimonium premissorum
obligationem arbitrorum electionem et cedule prescripte lectionem et omnibus
Johannes principaliter pro se ipso me notarium infrascriptum requisiverunt et
Justinum vel Justitia. Acta sunt hec anno Indictione mensis die hora loco et
Canonico Olomucensi Petro de Wissemberg vicario perpetuo Pragensi Notario apostolico et
altarista in Lubin clericis Jaurensis et Agriensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter
arrendacioni compromissioni iuramenti prestationi cedule lectioni omnibusque et singulis
presens interfui promissionem compromissionem et iuramenta recepi et alia sic fieri
vidi fieri et me hic subscripsi signoque et nomine meis solitis consignavi in fidem et testimonium omnium
mea scripta ratifico eaque grata habeo et ratam ac promitto bona fide omnia et singula
Sigillum meum presentibus est appensum. Acta sunt hec anno domini Millesimo Trecentesimo septuagesimo
mot in Chremsir presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Nicolao et Jacobo Canonicis
Frystat Paulikone armigero de Borow et pluribus aliis fidedignis testibus ad premissa

Frystat et Paulikone



Et ego Gregorius olim Petri de Hungaricali
omnibus et omnibus premissis dum sic per nobilem et
interfui eaque sic fieri vidi et audivi et aliis
meis consuetis consignavi per discretum virum
virginis in Chremsir specialiter requisitus et

... millesimo trecentesimo septuagesimo septimo Indictione quintadecima ...
... tio in villa Sabranicz Olomucensis diocesis honorabilis vir dominus ...
... et testium subscriptorum presencia personaliter constitutus fecit ...
... partes seu verum et legitimum procuratorem actorem factorem et nuncium ...
... moverunt ... intendit ... a capellanis ... ad
otto ... intervenerit qui persone ut dicitur de vicario ecclesie ... decano ...
liberam potestatem ad tractandum de amicabili concordia seu transactione pro ipso decano ...
... vicarius predicto ad tempora vite ipsius per decanum predictum ex causa eiusdem ...
... necessarium fuerit de alto et basso in aliquos prudentes et honestos viros ...
... decano et ipsius nomine quam tres arbitratores seu arbitri valuerit ut ...
... tales arbitri seu arbitratores protulerint seu dixerint promulgandum super p...
... ipsius decani nomine et pro ipso et ad concordandum transigendum paciscendum et
... predicta constituens in animam michi Notarii infrascripti fideliter stipulanti quicquid p...
... modo sub omnium bonorum suorum mobilium et immobilium ypotheca seu obligacione. Et ...
firmiter observandum. Acta sunt hec anno domini Indictione die mense hora loco predictis presentibus quibus ...
... sancte Marie ... de domo ... Nicolao et Welikone presbiteris ...
... Stanislai de Olomucz clericus publicus auctoritate Imperiali Notarius ...
... singula premissa usque ad subscriptionem exclusive per alterum Notarium ...
... ad verbum fideliter auscultatis signo et nomine consuetis ...
... requisitus. Super quibus promissionum iuramenti prestacionum et ...
... et singulis premissis dictus dominus Paulus nomine procuratorio quo supra ...
... eorum requisivit ut ipsis et eorum cuilibet ... unum vel plura ...
... quibus supra presentibus honorabilibus ... dominus Artlebo ...
... auctoritate ... coram ... presbitero Petro ...
... Et ego Franciscus Volcz de Gubin ... diocesis publicus Imperiali auctoritate
premissis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenotatis ...
... Ideoque hoc presens publicum instrumentum per alium ... diligenter aliis occupatus ...
requisitus. ... ordinacionem et concordiam ... fertur factam deliberate et
adimplere in singulis suis punctis et clausulis in effectu. In quorum omnium evidenciam ...
... Indictione prima die ... mensis Februarii hora sexta vel quasi in domo ...
... Hodkone et Walczlino presbiteris vicariis ecclesie supradicte. Domino Petro presbitero ...
specialiter vocatis et rogatis.

... diocesis publicus auctoritate Imperiali notarius recognicioni ordinacionis et concordie ratificacioni ratihabicioni ...
... cum ... domino Johanne de ... decano ... ecclesie fierent et agerentur una cum prenominatis testibus ...
... predictus negociis ... Notarii manu fideliter conscribi procuravi ... manu subscripsi signo ...
... altaristam in Gubin procuratorem legittimum discreti viri domini Johannis Nicolai de Gubin ... vicarii ...
... questionibus premissis.